runt in cogitationibus ſuis. Quid queſo aliud ſi
bi vult Cicero totiens repetēdo mundum: diuina
pꝛouidentia conſtitutum: diuina etiam pꝛouiden
tia gubernari:idq; uelut manu lingue oculis ho-
minum ingerendo:niſi ut auctore ac factore reruꝫ
cognito:puderet viros ingenioſos a fonte uere fe-
licitatis auerſos per opinionum deuia:uanis atq;
aridis cogitatibus circumuolui. ¶ Poſſes auteꝫ
admirari niſi me noſſes:ꝙ a Cicerone vix diuelloꝛ Cicero
ſic me illud delectat ingenium.Ecce nunc reruꝫ ſti
liq; dulcedine quadam non iſolita raptus quo nō
ſoleo:ut alieno mea iſerciar opuſcula:patiētiā nō
tā tuam q̃ lectoris imploro. Equidem:dum hēre
meum aliquid viſus eram de pꝛopꝛio ueſtiebar:
mercatoꝛ inops litterarum ab hijs quatuoꝛ ſcien-
tie fameq; pꝛedonibus ſpoliatus:cum mihi iā pꝛo
pꝛium nihil ſit:ſi aliena mendicem:impoꝛtunitatē
atq; impudentiam paupertas excuſat. Et q̃ pu-
tas magna animi paupertas ignorantia eſt? Et
qua nulla maioꝛ pꝛeter vitium. Sed ne tres illos
libꝛos in libellum hunc vnicum coanguſtem:Cice
ronianum nihil hodie amplius tranſcribam:q̃uiſ
⁊ ſepe alibi: ⁊ hic pꝛeſertim plurima ſtudioſe ope-
rioſiſſima diſputatione perſtrinxerit:ad hūc ipſuꝫ

finē: ut ex his oībus que videm⁹ esse deū ⁊ factorē ⁊ rectorem omnium cogitemus. Hec eniʒ fere disputationis illius summa est: ut celestibus ac terrestribus pene cunctis expositis: celi scilicet speris ac syderibus: tum stabilitate ac fecunditate terrarum: maris ac fluuium opportunitatibus temporumque uarietatibus ac uentorum. Herbis quoqꝫ ⁊ plantis ⁊ arboribus atqꝫ animantibus miris uolucrum ⁊ quadrupedum piscium naturis: deqꝫ hijs omnibus commoditate multiplici cibo labore uectura remedioqꝫ morborum: uenatu qꝫ ⁊ aucupio: ⁊ architectura ⁊ nauigatione ⁊ artib⁹ innumeris: omnibusqꝫ uel ingenio uel natura inuentis. Deniqꝫ corporum ac sensuum ⁊ membrorum compage ac dispositione mirabili: ad ultimum ratione ⁊ industria. in quorum explicatione curiose admodum ac facunde uersatur: Sic ut nesciam: an scriptorum aliquis tam anxie vnquā tamqꝫ acriter ista tractauerit. Semper vna sit conclusio. oīa quecūqꝫ cernimus oculis uel pcipimus itellectu: pro salute hoiuʒ ⁊ diuinit⁹ facta esse ⁊ diuina puidētia ac consilio gubernari. Jmmo ēt ad indiuiduā cōdescendēs: Cū quatuordecim nisi fallor isignes romanos duces noīasset: addidit quoꝝ neminē nisi adiuuāte deo talem fuisse credēdū est. Et post pauca. Nemo ingt vir magn⁹ sine aliquo afflatu diuino vnqꝫ fuit. quem afflatū qd aliud: qꝫ spūm sanctum homo purus intelligat? Jtaqꝫ preter eloquentiam: que nulli hominuʒ par fuit: quid hic in sententia tractator quicunqꝫ catholicus immutaret. ¶ Quid nunc igitur? Ciceronem ne ideo catholicū inseram. Uellem posse ⁊ o utinam liceret. utinam qui tale illi ingenium dedit: ⁊ seipsum cognoscendum prebuisset ut querendum prebuit. Etsi enim uerus deus nec nostrarum laudum nec mortalis eloquij egens sit: Haberemus tamē nūc in templis ut arbitror dei nostri: non quideʒ ueriora nec sanctiora: id enim fieri non potest nec sperari debet: at forsan dulciora ⁊ sonantiora preconia. Uerum absit. ut vno aut altero bene dicto totum quicquid est ingenij vnius amplectar. Nam philosophos non ex singulis uocibus spectandos: sed ex perpetuitate atqꝫ constantia ab eodem ipso Cicerone immo a ratione insita didici. Quis tam rudis ut non quandoqꝫ gratum aliquid dicat? An id vo satis est? Sepe vna uox ad tempus multam tegit ignorantiam. Sepe splendor oculorum aut flaua cesaries: fedas corporū mendas uelat. Qui totum tuto vult laudare: totum oportet ut videat totum examinet: totum libret. Fieri potest: ut iuxta illud quod delectat aliud lateat quod tantundem uel multo etiam magis offendat. Ecce idem Cicero ibidem: ubi multa pergrauiter disseruit ⁊ pietati simillima: mor ad deos suos ut ad uomitum redit expeditisqꝫ nominibus ac qualitatibus singulorum: nec iam de vnius dei sed de deorum prouidentia acturus: Audi queso quid interserat. Quos deos ⁊ uenerari inquit ⁊ colere debemus. Cultus autem deorum est optimus: Jdēqꝫ castissimus plenissimusqꝫ pietatis: ut eos semp pura integra ⁊ incorrupta: ⁊ mēte ⁊ uoce ueneremur. Heu mi Cicero quid ais? tam cito dei vnius ⁊ tuiipsius obliuisceris. Ubi excellentem illam prestantem qꝫ naturam numenqꝫ illud prestantissime mentis. ubi meliorem deum homine: atqꝫ eorum que humana uel ratione uel potentia fieri nequeunt: celestium scilicet? Huius ne quem cernimus sempiterni ordinis effectorem. Ubi illum deniqꝫ celestis ac diuine domus habitatorem: insuper ⁊ rectorem ac moderatorem ⁊ tanqꝫ architectum tanti operis reliquisti? Et quasi e domo illa syderea quaʒ grata sibi confessione prebueras depulisti: dum tam fedos tam indignos ei comites dares aspernanti atqꝫ ore prophetico proclamanti. Uidete qꝫ ego sim solus ⁊ non est alius deus preter me. Qui sunt igitur hij noui recentesqꝫ ⁊ ifames dij: quos in domū domini conaris intrudere? Sunt ne hi de quibus propheta alter ait. Omnes dij gentium demonia: dominus autem celos fecit. Tu mihi nunc de hoc celorum rerumqꝫ omniū factore ⁊ creatore loquebaris: meritoqꝫ pij auditoris aures atqꝫ animum delectabas. Sic repente illum creaturis rebellibus atqꝫ imundis spiritibus miscuisti? Euertisti vno vbo omnia que sapienter ac sobrie dixisse videbaris. sed quid dixi vno uerbo: immo cōpluribus. Sepe enim: immo passim eodem quasi dormitās uestigio nutante relaberis: ⁊ quos modo deos irriseras uenerari: quin ⁊ solem ⁊ lunā ⁊ stellas: ⁊ postremo palpabilem hunc mundū ipm quē videmus: queʒ tangimus: quem calcamus: sensu predi tum: animantem: ⁊ quo nihil est stultius deum facis. Jdqꝫ licet non tu tibi sed Balbo tribuas apud te loquenti: quod ipsum achademice fuerit cautele: in fine tamen libri illius Balbi disputationē nō ausus ne in achademie legem pecces ueriorem dicere: uerisimiliorem dixisti. ut quicquid ille disputauerat approbando tuum fecisse videaris. Uere autem tuum sit: qꝫ platonicum secutus morem alteri tribuere: tuasqꝫ sententias proferre: ficto alterius ore malueris. qꝫ qꝫ sane quodam loco dicti operis deum vnum plurinomium balbus idem afferre videatur. quo uelut error clypeo uti solent stoici ad excusandas insanias deoruʒ turbe: quasi diuersis uocabulis non nisi rem vnicaʒ designari uelint ⁊ intelligi. ut sit scilicet exempli gratia deus vnus. Jsqꝫ in terra Ceres dictus: Neptunus in pelago: in ethere Juppiter: in igne Uulcanus. Tamē hec excusatio ⁊ ueritatis obumbratio qꝫ sit friuola qs non videt? Qui ut reliqua sileam apud scriptores gentium preeminentiam inter se deorum discordiasqꝫ ⁊ bella sacrorumqꝫ diuersitatem viderit. Deus eniʒ uer⁹ nisi vnus esse non potest: neqꝫ se maior neqꝫ se minor alicubi: cuʒ semper ⁊ ubiqꝫ idē ipse sit: neqꝫ aliqñ secum discors esse pōt aut fuisse: neqꝫ nunc. Qui non tauro: sed vno semper laudis ⁊ iustitie ⁊ contribulati spiritus ac lachrymarum sacrificio delectatur. vnus ille in celo ⁊ in terra: vna illi utrobiqꝫ substantia vnuʒ nomen. Jlla quoqꝫ diuersoria ac fictionum subterfugia: qꝫ videntes philosophi que de Joue dicerent: deo non conuenire: duos Joues: vnum naturaleʒ: alterum fabulosum ut Lactantius ait: seu potius tres Joues: ut ait Cicero numerant hij qui theologi nominantur deorum inqꝫ Theologi non vnius dei: quantas vires habeant: ⁊ quanti extimāda sint pcij: ne nimis a proposito deerrem: apud ipm Lactantium Formianum qui queret inueniet institutionum suaruʒ libro primo. ¶ Nam illud piget etiam attigisse: qꝫ

De⁹ vn⁹

Lactāti us

soles qnqꝫ totidẽqꝫ mercurios:totidẽqꝫ Dionysios
totidemqꝫ Mineruas:q̃tuor vo Uulcanos:qua-
tuor Apollines : quatuor Ueneres:tres Esculapi-
os:tres cupidines : tres dianas dicunt : sex Her-
cules ut Cicero ait : at ut Uarro tres ⁊ quadra-
ginta.neqꝫ illos pudet ⁊ ea dicere que nos pude-
at audire ne dicã credere. Rogo enim. Quis has
non stomachet ieptias?quis has ferat ambages?
omnia non errorum modo:sed sic inaniuꝫ somnio
rum plena vndiqꝫ ac referta sunt:ut miserear inter
dum atqꝫ indigner nobile illud eloquiuꝫ in his po
situm ⁊ consumptum curis . ¶ Nam de reliquis
ut libet. At que circulatio?quis hic ludus?quenaꝫ
hee fabelle?quinqꝫ soles facere:cuꝫ ab eo ꝙ solus
luceat solem dici uelint: ⁊ cũ plures non fuisse qui
dem vnq̃:sed oculorum vitio fortassis aut animo
rum consternatione iuste esse:nonnunq̃ inter pro-
digia numeratum sit?pace ueterum sit dictum Ci
ceronis ante alios. Nec scribẽda hec fuisse censeo
nec legẽda censerẽ:qbus cõscribẽdis ille vir tantꝰ
icubuit nisi ut lecte ⁊ cognite deoꝝ nuge:uere diui
nitatꝫ ⁊ vniꝰ dei amorẽ ⁊ contẽptus supstitionis ex-
terne:nr̃e religionis reuerẽtiã legentiũ animis ex-
citarent. Nullo enim clarius modo vnaqueqꝫ res
q̃ cõtrario admota cognoscitur. Nil magis ama-
bilem lucem facit:q̃ odium tenebrarum . ¶ Que
si de Cicerone meo dixi quem in multis miror:qd
de alijs me dicturum speras? Scripserunt multa
multi subtiliter.quidã etiam grauiter:dulciter elo
quenter. Sed in hijs quasi uenenum in melle mi-
scuerunt:quedam falsa ridiculosa pericula de qui-
bus nunc agere longum nimis ⁊ impertinens. Ne
qꝫ enim in omnibus ea mihi excusatio fuerit : que
fuit in Cicerone. Non sic omnes alliciunt .quibus
⁊ si materia alta sit : non est eloquij par dulcedo.
Sepe cantus idem pro uarietate canentium nunc
delectabilis nunc molestus fuit. ⁊ eãdem Musicã
longe uariam uox ostendit. Ne tamẽ res egeat ex
emplo:Pythagorã summi virum ingenij fuisse qs
non nouit ? eius tamen est nota illa metempsico-
sis:quam in caput non dicaꝫ philosophi sed homi
nis scandere potuisse supra fidem stupeo. Scandit
tamen: ⁊ a magno ingenio profecta:magna etiam
ut perhibent infecit ingenia. Dicerem hic aliquid
si auderẽ:quod quia non audeo:audẽtior pro me
dicet Lactantius Formianus:qui in libris institu
tionuꝫ:hunc ipsum de quo loquimur Pythagoraꝫ
uanum senem ⁊ ineptum:hominemqꝫ leuissimum
deridende uanitatis:appellare non ueritus.totuꝫ
hoc fabulosum ⁊ inane mendacium : atqꝫ illud in
primis:ꝙ se in priore vita Euphorbiuꝫ fuisse men
titus est:generosa stili atqꝫ animi libertate despicit
ac refellit. Hoc est autem vnum illud electissimum
inter pythagorica dogmata:quibus ille vir adue-
na apud methapontinos credulos ubi diem obijt:
tantum meruit nomen:ut domus eius pro templo
ipse pro deo cultus atqꝫ habitus sit . Et q̃uis hec
ipse non scripserit:nihil enim scripsisse traditur. di
xit tamen: ⁊ post eum scripsere alij. ¶ Quis atho
moruꝫ turbas:concursusqꝫ fortuitos nõ audiuit?
Ex quibus in vnum coeuntibus:celum ⁊ terraꝫ ⁊
vniuersa constare vult Democritus:secutusqꝫ De-
mocritum Epicurus.qui ne quid penitus deesset
insanie:mundos innumerabiles posuere.quod cũ
audisset:suspirasse fertur Alexãder macedo:ꝙ nõ
dum vnum ex innumeris subegisset. Uani uastiqꝫ
animi suspirium. Certe hij duo philosophice here
sis huius auctores:millesimam nondum partem
mundi huius agnouerant:dum mundos innume
rabiles somniabant. I nunc : ⁊ non solum doctos
sed sobrios etiam ac discretos:quodqꝫ est euiden-
tissimum ociosos nega:quibus uacauerit talia co-
gitare. ¶ Quid de alijs dicam:qui non mundorũ
innumerabilitatem : infirmitatẽqꝫ locorum ut hij
proximi sed mundi huius eternitatem astruunt.in
quam sententiaꝫ preter Platonem ac platonicos:
philosophi fere omnes ⁊ cum illis mei quoqꝫ iudi
ces ut philosophi potius q̃ christiani videãtur in-
clinant. Et ut illuꝫ famosissimum siue infamẽ Per Persi
sij uersiculum defendant. Gigni:de nihilo nihil in
nihilum nil posse reuerti.non modo mundi fabri-
cam Platonis in Thimeo:sed mosaycam genesim
fidemqꝫ catholicaꝫ totumqꝫ christi dogma sanctis-
simum ac saluberrimũ ⁊ celesti rore mellifluum op
pugnare non metuant:nisi humano magis q̃ diui
noꝰ supplicio terreãtur.quo cessante submotisqꝫ ar
bitris:oppugnant ueritatem ⁊ pietatem:clanculũ
in angulis irridentes christum: Atqꝫ Aristotelem
quem non intelligunt adorantes meqꝫ:ideo ꝙ cuꝫ
eis genua non incuruo:accusant:qd̃ est fidei igno-
rantie tribuentes. Fidem enim ipsam incusare ue
riti:sectatores fidei insectantur obtusosqꝫ ⁊ igna-
ros dicunt : Neqꝫ quid alij sciant:aut quid nesci-
ant:sed in quo secum sentiant aut dissentiant atten
dunt.omnisqꝫ dissensio apud illos ignorantia est:
Cuꝫ ab errantibus dissentire summa sit sapientia.
Ita autem proposito insistunt.ut quoniam ex nihi
lo fieri aliquid impossibile sit:natura:deo ipsi ipo-
tentiam hanc ascribant. Ceci ac surdi qui non sal-
tem naturalium philosophorum antiquissimuꝫ au
diant Pythagoram. Solius hanc dei forte virtu-
tem ac potentiam asserentem:ut quod natura effi-
cere nequeat:deus facile possit:ut qui sit omni vir-
tute ac potestate potentior atqꝫ prestantior ⁊ a quo
natura ipsa vires mutuetur. Non miror si christũ:
si apostolos:si doctores catholicos non audiunt:
quos contemnunt. Hunc philosophum nõ audire
uel spnere illos miror. Sed nec nõ legisse hoc:sed
tãtos aliorum iudices phas est suspicari.que si ta
men forsitan non legerunt: Legant siqs est pudor
apud Calcidium in Thimeum Platonis secundo Calcidi-
commentario. Sed ne quicq̃ moneo.omne quod us
ad pietatem tendit a quocunqꝫ dictum pari temeri
tate atqꝫ impietate despiciunt. ⁊ ut docti videãtur
insaniunt quod ancille humili negatuꝫ sit:omnipo
tenti quoqꝫ domino uetitum opinantes . Quin-
etiam quod in horuꝫ tumultibus aduertere potui
sti.ubi ad disputationem publicam uentum est:qa
errores suos eructare non audent:protestari solẽt
se in presens sequestrata ac seposita fide disserere:
quod quid oro est aliud:q̃ reiecta ueritate uerum
querere: ⁊ quasi sole derelicto in profundissimos ⁊
opacos terre inhiatus introire:ut illic in tenebris
lumẽ inueniant : quo nihil amẽtius fingi põt. Ipsi
aũt ne nil agẽ illos putes:seu qd agãt ignorare qd̃
aperta professione non audent : protestatione clan
destina fidẽ negãt:nũc serijs sophisticisqꝫ blasphe
mijs:nũc ludicris ⁊ male salsis ⁊ olentibus iocis

Cice
o

atq; impijs. Atqui magnó audientium assensu qd
ipsum Ciceronem loquens Balbus. Mala inquit
⁊ impia consuetudo est contra deos disputandi:
Siue ex animo id: siue ex simulatione loquebat:
ut deoruz cultor pie q̃; q̃; pietas illa impia esset ac
pestifera. Q̃ ergo mala q̃;q; impia cõsuetudo: ue-
ri dei cultoribus videri debet: contra deum suuz:
Hoc est contra vnum uerum viuum celi deum dis
putandi quocunq; proposito. Nam si ex animo si
at scelus ingens ⁊ impietas: si ludendo autem: in-
eptissimus ludus ⁊ censoria dign⁹ est nota. ¶ Nõ
hoc tamen aspiciunt iudices mei: quorum in iudi-
cio nõ ignorans adeo viderer: nisi christian⁹ eẽm.
Quomodo enim christianus homo litterat⁹ vide
retur: hijs qui idiotam christum magistrum ⁊ do
minũ nostruz dicũt? Non facile rudis magistri di
scipulus eruditus fiet ab illius uestigijs nõ diuer
tens. Cupide igitur ⁊ audacter ⁊ importune cõtra
preceptorem cõtraq; discipulos eius clamãt: imo
latrant ⁊ insultant. Inq; eo maxime gloriantur: si
confusuz aliquid ac perplexũ dixerint nec sibi nec
alijs intellectum. Nam quis precor intelligat nec
intelligentem se. Nec audiunt Cesarem Augustũ
inter multa animi ingenijq; bona disertissimũ ꝑn-
cipem: qui ut de illo scribitur genus eloquendi se-
cutus est elegans ⁊ temperatuz: precipuamq; cu-
ram duxit sensum animi q̃; apertissime exprimere
⁊ amicos irrisit uerba insolita ⁊ obscura captan-
tes: ⁊ hostem increpuit ut insanum ea scribentem
que mirentur potius audientes q̃; intelligant. Ue
re ergo miri homines qui hinc doctrine gloriam
aucupentur: vnde apud doctos ignorantie meren
tur infamiam. Summum enim ingenij ⁊ scientie
argumentum claritas. Naz quod clare quis intel
ligit clare eloqui potest: quodq; intus in animo
suo habet: auditoris in animuz transfundere. Ita
uere fit ꝙ in his dilectus nec intellectus Aristote
les ait in primo Methaphisice. Scientis signum
posse docere: q̃;uis hoc ipsum artificio non uacet.
Quia ut ait Cicero secundo de legibus. Non solũ
scire aliquid artis est: sed quedã ars est ẽt docẽdi.
At ars hec nimiꝝ intellect⁹ ac scientie claritate fun
data est. Et si enim ars huiusmodi preter scientiaz
exigatur: ad exprimendum scilicet imprimendũq;
animi conceptus: nulla ars tamẽ de obscuro inge-
nio: claram promet orationem. Amici autem no-
stri nos luce gaudentes neq; secuz in tenebris pal
pitantes: quasi nostre scientie diffisos ⁊ ob id om
nium ignaros: quia non de omnibus per compita
disputamus: ex alto despiciunt tumentes inaudi-
tis ambagibus: sibiq; precipue hinc placentes: ꝙ
cum nihil sciant: profiteri omnia ⁊ clamare de om
nibus didicerunt. Neq; illos hinc retrahit pudor
ullus aut modestia ⁊ conscientia latitãtis inscitie.
neq; non dicam ille publij mimus. Nimium alter
cando ueritas amittitur. Sed illud Salomonis
autenticum. uerba sunt plurima: multaq; in dispu
tando habentia uanitatem. Aut illud apostoli. Si
quis autem videtur contẽtiosus esse: non talem cõ
suetudinem non habemus: neq; ecclesia dei. Atq;
illud eiusdẽ. Uidete ne quis uos decipiat per phi
losophiam ⁊ inanem fallaciam: ꝭm traditionez ho
minum: ꝭm elementa mundi: ⁊ non ꝭm christum.
¶ Quid est autem hoc quod loquor: aut quomo-
do paulo vnq̃; credituros sperez? an non ipse chri
sti discipulus? quo magistro gratior: eo istis in-
uisior contemptiorq;. Quis autem odioso vnq̃;
prebuit consultori? non si amicus: non si ipse fre-
num stringat Aristoteles: quiescent: tantus est im
petus: tanta animi temeritas: tantus timor: tanta
philosophia nominis ⁊ tam uana iactantia: tanta
deniq; opinionum peruicacia ⁊ peregrinorũ dog
matum uentoseq; disputationis improbitas. Cu-
ius illud suprapositum inter multa damnabile: ꝙ
coeternum deo munduz uolunt: ubi prophanas il
las cantiunculas graui non sine stomaco solit⁹ suz
audire: quas hij nostri in triuijs passim: apud Ci-
ceronez ṽo Uelleius Epicuri partiũ defensor que
rit hijs uerbis. Quibus eniz inquit oculis animi:
intueri potuit Plato fabricam illam tanti operis:
qua construi a deo fabricariq; mundum facit? po-
test utcunq; hec interrogatio tollerari: nisi ꝙ iam
querendo responsum est. quibus hec oculis vidit
Plato: nempe animi: quibus inuisibilia cernũtur:
⁊ quibus ipse ut philosophus fretus acerrimus at
q; clarissimus multa vidit: q̃;uis ad hanc visionez
nostri propius accesserunt non visu quidez sed lu
mine clariore. At quod sequitur quis ferat. Que
mollitio inquit: que ferramẽta: qui uectes: que ma
chine: qui ministri tanti muneris fuerunt? Quem
admodum autem obedire ⁊ parere uoluntati ar-
chitecti aer ignis aqua terra potuerũt? questio dif
fidentis ⁊ irreligiosi animi. Ita eniz quasi de ligna
rio aut ferrario fabro querit non de illo de quo scri
ptum est. Ipse dixit ⁊ facta sunt. Dixit autẽ nõ uer
bo uocali: ne laborasse uel iubendo sõnient ut mul
ta sunt soliti: sed per uerbum internum sibiq; coe-
ternum quod erat in principio apud deum: deus
uerus de deo uero cõsubstantialis patri per quez
facta sunt omnis. Hic profecto munduz fecit ex ni
hilo: uel si ut philosophi quidaz uolunt ex informi
materia quã hylem graij: quidam alij siluã uocãt:
factus est mundus. Hec ipsa ut ait Augustinus: fa
cta est de omnino nihilo. Fecit inq̃; deus igit mũ-
dum uerbo illo quod Epicurus ⁊ sui nosse non po
terant: nostri ṽo philosophi non dignantur. Eoq;
sunt priscis illis inexcusabiliores. Potest etiã lux
in tenebris nõ videre. qui in luce apertis oculis nõ
videt: plane est cecus. At quod apud ipsum Cice-
ronem in processum queritur. quomodo qui mun
dum natum seu factum introduxerit is eum dixe-
rit fore sempiternum: haud iniuste quidem quera-
tur. Nos autem ⁊ principium habuisse ⁊ finez ha
biturum mundum dicimus. Illa que sequitur ua-
na magis: sed vulgaris est questio. Sciscitor ingt:
cur mundi edificatores repente exciti: ante inume
rabilia secula dormierunt. Qui hec interrogãt: nõ
attendunt: si ante centũ millia: uel quia id qḋ apḋ
Tullium scriptuz est: babylonios quadringẽta sep
tuaginta annorum millia numerare: ante hec oia:
seu plura multo millia factus esset hic mundus: id
ipm similiter queri posse. Cur nõ ꝑus cuz mille an
norum millia infinito collata: nihil amplius q̃; toti
dem dies sint dicente psalmigrapho: quoniã mille
anni ante oculos tuos tanq̃; dies externa que pre
terijt: uel multo ẽt minus: seu uerius: nil penitus.
vnius enim diei uel vnius hore ad mille annos si-
ue ad millemillia annorum: sicut vnius exigue stil
le leui imbre delapse: ad oẽm oceanũ cũctaq; ma-
ria. per quẽ minima quidem: aliqua tamen est cõ-

paratio ⁊ nonnulla pꝛopoꝛtio. At multoꝝ ⁊ quot
cunqꝫ uolueris millium annorum: uſqꝫ duꝫ nume
ro nomen deſit: ad eternitatem ipſam: pꝛoꝛſus nul
la. Illa enim ſupꝛa mundum: hinc maxima ⁊ hinc
parua: utrinqꝫ certe finita ſunt. Hec autem contra:
hinc infinita licet maxima que illis admota nō exi
gua extimanda eſſe. ſed nulla aut ille vir magnus
Augꝰ Auguſtinus: qui de hocipſo ualidiſſime diſputat
libꝛo. xij. ciuitatis dei. Et hec eſt illa perplexitas
que philoſophos coegit eternitatem mundi po-
nere: ne tam diu ocioſus fuiſſe videatur deus: q̄ꝫ
multoꝝ ſententiam paucis uerbis ſtringere Theo
Macrobius doſius Macrobius ſecundo commentario in ſex
tum Ciceroniane reipublice. Munduꝫ quidem in
quit fuiſſe ſemper philoſophia auctoꝛ eſt. condito
re quideꝫ deo: ſed nō ex tempore. Siquidem tem
pus ante mundum eſſe non potuit cum nihil aliud
tempora niſi curſus ſolis efficiat. Que tamen apd
ipſum Ciceronem his uerbis eliditur. Non enim
ſi mundus nullus erat: ſecula non erant. Secula
nunc dico: non ea que dierum noctiumqꝫ numero
anni curſibus conficiuntur. Naꝫ fateoꝛ ea ſine mū
di conuerſione effici non potuiſſe. Sed fuit quedā
ab infinito tempore eternitas: quam nulla tempo-
ruꝫ circumſcriptio metiebatur. Spatio tamē qua
lis ea fuerit intelligi poteſt: ꝙ ne in cogitationem
quidem cadit ut fuerit aliquod tempus cum nul-
lum eſſet. que uerba pene ad contextum idem Au
guſtinus interſerit. Addunt ſane ingenioſi magis
homines q̄ꝫ pij: Ad eternitatem ipſam de qua di-
ctum eſt: mutationes reruꝫ uarias: ex incendijs ac
diluuijs terrarum mundo inuectas: quibus ⁊ tem
poralis ⁊ quodammodo nouus videatur: cuꝫ eter
nus ſit. Quo in genere toto: ut iam tandem ſero li
cet vnde diſceſſi redeam. Euectus enim ſum reruꝫ
ꝯ Ari. coherentium cathena maxime vitandus Ariſtote
les: non ꝙ plus errorum ſed ꝙ plus auctoritatis
habet ac ſequaciuꝫ. ¶ Fatebuntur foꝛſitan ſeu ue
ro ſeu uerecundia coacti: diuina non ſatis ariſtote
lem vidiſſe: neqꝫ eterna: ꝙ a puro ingenio ſemota
ſint. Sed humanorum atqꝫ pꝛetereuntiū nihil nō
peruidiſſe contendent. Ita eo reuertimur ꝙ con-
tra hunc ipſum philoſophum diſputans Macro-
bius: ſiue ioco ſiue ſerio. Uidetur ait mihi vir tan-
tus nihil ignorare potuiſſe. Mihi autem pꝛoꝛſus
contrarium videtur. Neqꝫ ulli hominuꝫ humano
ſtudio eorum omnium ſcientiam fuiſſe conceſſaꝫ.
Hinc laceroꝛ: ⁊ q̄ꝫuis alia ſit inuidie radix: hec ta-
men cauſa pꝛetenditur: ꝙ Ariſtotelem non adoro.
ſed alium quem adorem habeo: qui mihi non ina-
nes rerum fallentium ac friuolas coniecturas: ad
nil utiles: nulli ſubnixas fundamento: ſed ſuiipſi-
us notitiam pollicetur. quam ſi pꝛeſtat: Ceteraruꝫ
ab eodem conditarum rerum: ⁊ acceſſio ſuper-
uacua ⁊ appꝛehenſio facilis ⁊ inquiſitio ridiculo
ſa videbitur. Hunc igitur habeo de quo ſperem.
hunc habeo quem adorem: quem pie utinam ⁊ iu
dices mei colant. Quod ſi faciunt: ſciunt philoſo-
phos multa mentitos: eos dico qui philoſophi di
cūtur. Ueri enim philoſophi uera omnia loqui ſo-
lent. Horum tamē ex numero nec Ariſtoteles nec
Plato eſt: quem ex omni pꝛiſca illa philoſophorū
acie ad uerum ꝓpius acceſſiſſe noſtri dixere philo
ſophi. Iſti vō ut diximus ſic amore ſolius nomi-
nis capti ſūt: ut ſecus aliquid q̄ꝫ ille de re qualibet
loqui ſacrilegio dent. Hinc maximum noſtre igno
rantie argumentuꝫ habent: ꝙ neſcio qui aliter de
virtute: neqꝫ ſat ariſtotelice dixerim. En crucibus
dignum crimen. perfacile fieri poteſt: ut nō diuer
ſum modo aliquid: ſed aduerſum dixerim: nec ma
le ilico dixerim: nullius adituſ iurare in uerba ma
giſtri: ut de ſe loquens Flaccꝰ ait. Illud quoqꝫ poſ Flaccꝰ
ſibile eſt: ut idem licet aliter dixerim: atqꝫ hijs om
nia iudicantibus ſed non omnia intelligētibus di-
cere aliud viſus ſim. Magna enim pars ignoran
tium ut ligno naufragus uerbis heret: neqꝫ rem
vnā bene aliter atqꝫ aliter dici putat: tanta uel in-
tellectus uel ſermonis quo conceptus expꝛimitur
inopia eſt. Equideꝫ fateoꝛ: me ſtilo viri illius qua
lis eſt nobis: non admodum delectari: q̄ꝫuis cum
in ſermone pꝛopꝛio ⁊ ducem ⁊ copioſum ⁊ oꝛna-
tum fuiſſe grecis teſtibus ⁊ Tullio auctore didice
rim: anteq̄ꝫ ignorantie ſententia condēnarer. Sed
interpꝛetum ruditate uel inuidia ad nos duruſ ſca
berqꝫ peruenit. ut nec ad plenū mulcere aures poſ
ſit: nec herere memorie. quo fit ut interduꝫ Ariſto
telis menteꝫ non illius ſed ſuis uerbis expꝛimere
⁊ audienti gratius ⁊ pꝛomptius ſit loquēti. ¶ Ne
qꝫ illud diſſimulo quod ſepe cum amicis dixi: nūc
ut ſcribam cogoꝛ non ignarus magnum mihi hinc
fame periculum inſtare: magnumqꝫ ⁊ nouum eius
que mihi obijcitur ignorantie argumentum. Scri
bam tamen. nec iudicia hoīum uereboꝛ. Audiant
me licebit omnes qui uſq̄ꝫ ſunt ariſtotelici. Scis
q̄ꝫ facile ſolū hunc peregrinū ⁊ exiguū conſpuēt li
bellum. Eſt enim in conuitia pꝛonum genus. Sed
de hoc libellus ipſe viderit quo ſe linteo detergat.
mō me ne conſpuāt ſat eſt mihi. Audiant ariſtoteli
ci inq̄ꝫ omnes. Et quoniam grecia noſtris ſermoni
bus ſurda eſt: audiant quos italia oīs ⁊ gallia ⁊ cō
tentioſa pariſeos ac ſtrepidulus ſtraminuꝫ vicus
habet. Oēs morales niſi falloꝛ Ariſtotelis libꝛos
legi: quoſdam etiam audiui: ⁊ anteq̄ꝫ hec tanta de
tegeretur ignorātia intelligere aliquid viſus erā:
doctioꝛqꝫ hijs foꝛſitan nōnunq̄ꝫ. Sed non qua de
cuit melioꝛ factus ad me redij: ⁊ ſepe mecuꝫ ⁊ quā
doqꝫ cum alijs queſtus ſum: Illud rebus non im-
pleri: ꝙ in pꝛimo ethicorum philoſophus idem ip
ſe pꝛefatus eſt. eam ſcilicet philoſophie partem di
xi: non ut ſciamus ſed ut boni fiamus. Uideo nem
pe virtutem ab illo egregie diffiniri ⁊ diſtingui: tra
ctariqꝫ acriter: ⁊ que cuiqꝫ ſunt pꝛopꝛia ſeu vitio
ſeu virtuti. que cum didici ſcio pluſculū q̄ꝫ ſciebā.
Idem tamen eſt animus qui fuerat: uoluntaſqꝫ ea
dem. Idē ego. Aliud eſt eniꝫ ſcire: atqꝫ aliud ama-
re: aliud intelligere: atqꝫ aliud uelle. Docet ille nō
inficioꝛ quid eſt virtus. At ſtimulos: at uerborum
faces quibus ad amorē virtutis vitijqꝫ odiū mēs
urgetur atqꝫ incenditur: Lectio illa uel non habet
uel pauciſſimos habet quos qui querit: apud no-
ſtros pꝛecipue Ciceronem atqꝫ anneum inueniet.
⁊ quod quis foꝛte mirabitur apud Flaccum poe-
tam quidem ſtilo hyſpiduꝫ ſed ſententijs periucū
dum. Quid ꝓfuerit aut noſſe quid eſt virtus: ſi co
gnita nō ametur? aut quid peccati notitia utilis: ſi
cognitū nō hoꝛretur? imo hercle ſi uolūtas pꝛaua
ſit pōt virtutum difficultas ⁊ vitiorum illecebꝛoſa
facilitas: ubi innotuerit: in peiorem partem pigrū
nutantemqꝫ aīum impellere. Neqꝫ eſt mirari. ſi in
excitandis atqꝫ in erigendis ad virtutem animis

sit partior:qui parentem philosophie huiꝰ Socratem circa moralia negociātem:ut vbo eiꝰ utar:irrisérit. Et si quid Ciceroni credimus contempserit. q̃uis cum ille non minus:nostri autem quod nemo nescit expertꝰ acutissimos atqꝫ ardentissimos orationis aculeos precordijs admonent infligunt qꝫ:quibus ⁊ segnes impelluntur ⁊ algentes incenduntur: ⁊ sopiti excitantur: ⁊ inualidi firmantur: ⁊ strati eriguntur: ⁊ humi herentes inhonestissimos cogitatus ⁊ honesta desideria attollūtur.ita ut terrena iam sordeant: ⁊ conspecta vitia:ingens sui odium:virtus internis spectata oculis : forma qꝫ ⁊ tanq̃ honesti visa facies ut vult Plato miros sapientie:miros sui pariat amores. Que licet preter christi doctrinam atqꝫ auxilium omnino fieri non posse non sim nescius : neqꝫ sapientem neqꝫ virtuosum neqꝫ bonum aliquem euadere:nisi largo haustu non de fabuloso illo pegaseo qui est inter conuexa parnasi:sed de uero illo ⁊ vnico ⁊ habente in celo scatebras fonte potauerit aque salientis in vitam eternam:quam qui gustat ampliꝰ non sitit. Ad hec tamen ipsa pergentibus:illi ipsi quos dicebam multum conferunt multumqꝫ adiuuant. ꝙ ⁊ de multis eorum libris multi sentiunt: ⁊ de Ciceronis hortesio nominatim:in se expertus grate admodum profitetur Augustinus. Et si enim non sit in virtute finis noster : vbi eum philosophi posuere. Est tamen per virtutes iter rectum:eo ubi finis est noster:per v̾tutes inq̃ nō tm̄ cognatas sed dilectas. Hij sunt ergo ueri philosophi morales ⁊ virtutum optimi magistri:quorū prima ⁊ ultima intentio est bonum facere auditorē ⁊ lectorē.qui qꝫ non solū docent qd est virtus aut vitium : preclarumqꝫ illud hoc fuscū nomē auribus instrepūt: sed rei optime amorē studiūqꝫ pessimoqꝫ rei odiū fugamqꝫ pectoribus inserunt. Tutius est uoluntati bone ac pie:q̃ capaci ⁊ claro intellectui operam dare. Uoluntatis siquidem obiectum ut sapientibus placet est bonitas . obiectum intellectus est ueritas. Satius est autem bonum uelle:q̃ uerum nosse. Illud enim merito nunq̃ caret.hoc sepe etiam culpā habet.excusationem non habet. Itaqꝫ longe errant qui in cognoscenda ueritate nō in adipiscenda: ⁊ multo maxime qui in cognoscēdo non amando deo tempus ponit . Nam ⁊ cognosci ad plenum deus in hac vita nullo potest modo.amari autē potest pie atqꝫ ardenter. ⁊ utiqꝫ amor ille felix semper. Cognitio v̓o nonnunq̃ misera:qualis est demonum qui cognitum apud inferos contremiscunt. Et q̃q̃ prorsus incognita nō amētur: satis est tamen deum eatenus.quibus ultra nō datur ac virtutem nosce.ut sciamus illum omnis boni fontem lucidissimum:sapidissimū:amenissimū inexhaustum a quo ⁊ per quem ⁊ in quo sumus qcquid sumus boni: Hanc post deū rerum optimā: quo cognito totis illū precordijs ac medullis propter se: Hanc autem propter illum amemus ⁊ colamus vite illum vnicum auctorem:vite hanc precipuum ornamentū. Que cum ita sint:non est forsitan his philosophis nostris: ⁊ si non sint greci de virtute p̄sertim credere:ut iudices mei putant reprehensibile. Et siquidem uel hos ipsos uel meū forte iudicium secutus dixi aliquid. q̃uis Aristoteles aliter:aut aliꝺ dixerit.nō ideo apud egores eoꝝ iudices sim ifamis. Notus enī mos Aristotelicus in thimeo Platonis ⁊ Calcidio expressus. Hic inquit suo quodā more:pleni perfectiqꝫ dogmatis electio quod visum sit : cetera fastidiosa incuria negligit. Si ab illo igitur fastiditum aut neglectum aliquid dixi uel non forsitan cogitatum: fieri enim potest:nec humane dissonum est nature: q̃uis si hos sequimur nec consonum viri fame. Si hec dixi quicquid est:neqꝫ enī satis quid sit illud noui:neqꝫ hij satis ingenue ueris me certisqꝫ criminibus impetunt sed suspitionibꝰ ac susurris. hec ne sufficiens causa est:qua fluctibus sic demergar ignorantie:ut in vno errans:in quo ipso possū his errantibus non errasse:factus sim omnium reus: ⁊ in omnibus semper errare:nilqꝫ omnium scire damnandus sim? Quid ergo dicat aliquis: An ⁊ tu contra Aristotelem mutis? contra Aristotelē nihil.sed pro ueritate aliquid quam licet ignorans amo: ⁊ contra stultos Aristotelicos:multa quotidie in singulis uerbis Aristotelem inculcantes:solo sibi nomine cognitū:usqꝫ ad ipsius ut auguror audientiumqꝫ fastidium: ⁊ sermones eius contra rectos ad obliquum sensum temerarie detorquentes. Nemo v̓o me amantior:nemo reuerētior illustrium virorum: ⁊ quod ait Naso:quotqꝫ aderāt uates rebar adesse deos. Ad philosophos ⁊ maxime ad theologos ueros traho. Ipsum v̓o Aristotelem:nisi maximum quendam virū scirem non hoc dicerem . Scio maximum:sed ut dixi hominem. Scio in libris eiꝰ multa disci posse sed ⁊ extra sciri aliqd posse credo. Et anteq̃ Aristoteles scriberet: anteq̃ disceret:anteq̃ nasceretur:multa aliquos scisse non dubito. Homerum:Hesiodū:Pithagoram:Anaxagoram:Democritum : Diogenē:Solonem:Socratem: ⁊ philosophie principem Platonem. ⁋ Et quis inquient principatum hūc Platoni tribuit.ut pro me respondeam:non ego sed ueritas ut aiunt: Et si non apprehensa:visa tamen illi propiusqꝫ adita q̃ ceteris dehinc magni tribuunt auctores. Cicero primum ⁊ Uirgilius:nō hic quidem nominando sed sequendo. Plinius preterea ⁊ Plotinꝰ: Apuleius:Macrobius:Porphyrius: Censorinus:Josephus. ⁊ ex nostris Ambrosius Augustinus ⁊ Hieronymus:multiqꝫ alij.quod facile probaretur:nisi omnibus notum esset. Et quis non tribuit nisi insanum ⁊ clamosum scolasticorū vulgus? Nam ꝙ Auerrois omnibus Aristotelē prefert:eo spectat ꝙ illius libros exponendos assumpserat: ⁊ quodammodo suos fecerat.qui q̃q̃ multa laude digni sint:suspectus tamen est laudator. Ad antiquū nempe prouerbiū res redit:mercatores omnes suam mercē solitos laudare: Sūt qui nihil per seipsos scribere audeant : ⁊ scribendi auidi alienorum expositores operum fiāt:ac uelut architectonice inscij parietes dealbare suum opus faciant: ⁊ hinc laudē querāt:quam nec per se sperāt posse assequi:nec per alios nisi illos in primis ⁊ illoꝝ libros hoc est subiectū cui incubuere laudauerint:animose idipsum ⁊ immodice ac multa semper hyperbole. ⁋ Quanta v̓o sit multitudo aliena dicta exponentium:an aliena uastantium. hac presertim tempestate sententiarum liber ante alios mille tales passus opifices : clara si loqui possit: ⁊ querula uoce testabitur. Et quis vnq̃ cōmentator : non assumptum ceu proprium laudauit opus? Immo eo semper uberius:quo alienum

Naso

De scia platōis

urbanitas:suū opꝰ laudare uanitas atqꝫ superbia est. Linquo eos qui tota sibi delegere uolumina: quoꝝ vnus est aut primꝰ Auerrois. Certe Macrobius non tm̄ licet expositor sed scriptor egregius: cum tamen Ciceroniane reipublice non libros quidem si vnius libri partem exponendam decerpsisset:expositionis in fine quid addiderit notum est. Uere inquit ꝓnunciādum est:nihil hoc ope perfectius:quo vniuerse philosophie cōtinet̄ itegritas. Finge hunc nō de libri parte:sed de totis pꝛoꝛuꝫ oiuꝫ libris loqui:Pluribꝰ qdem v̇bis:nō plus aūt dicē potuisset.siqdem nihil itegritati pōt:nisi superfluuꝫ accidere. Quid v̇o philosophoꝝ libris oibꝰ qui uel scripti uel scribēdi sūt:cōtineri amplíꝰ pōt q̄ꝫ philosophie integritas:si tū hec ipsa uel oibus cōtineri potuit aut poterit libris: ꝛ nō aliqd deest ꝑmis: ꝛ nouissimo defuturū est. ¶ Sed hec hactenus. Scio ut dixi:durū me fame scopuluꝫ adisse: tantoꝝ nō modo mētione philosophoꝝ sed comparatione ꝓposita:stiluꝫ tū obiecta:nec reiecta excuset ignorantia:audaces facere solita ꝛ loq̄ces. Metus amittēde glorie aut nois minuēdi frenare solitus oratores:amicoꝝ mihi demit̄ sententia. Quid metuam queso? nō potest ꝑdi:nec mihi iam minui qꝺ amisuꝫ est.qcquid dixero aut id erit qꝺ amici mei iudicāt:aut plus aliqd:minus nihilo nihil est. ¶ Q.ñ ergo q̄libet flatu pulsus huc prodij:emergam ut potero: ꝛ id dicam qꝺ me sepe ꝛ interdum magnis questitoribus rñdisse memoꝛ sum. Siqdē de Platone ꝛ Aristotele si querat̄ qs nā maioꝛ clarioꝛqꝫ vir fuerit:non mihi tanta est ignorantia: ꝛ si multā iudices mei tribuāt:ut tāta de re ausiꝫ ꝑcipitare sniam:que de rebꝰ licet paruis continenda ac librāda est. Neqꝫ v̇o me fugit:q̄ꝫta sepe de doctis hoibus iter doctos cōcertatio sit exoꝛta. De Cicerone ac Demosthene. Deqꝫ ipso itidem Cicerone ac Uirgilio. De Uirgilio insup atqꝫ Homero. De Salustio ac Thucidide:deniqꝫ de Platone ipso ꝛ cōdiscipulo eiꝰ Xenophōte. deqꝫ alijs m̄ltis quoꝝ oium si idago difficilis atqꝫ extimatio anceps est Inter Platonem atqꝫ Aristotelē qs sedēs iudiciaria auctoritate ꝓnūciet. At si querit̄ uter sit laudatioꝛ: icūctanter expediā inter hos referre quantū ego arbitroꝛ:qꝺ iter duos:quorum alterū ꝑncipes ꝓceresqꝫ:alterū vniuersa plebs laudet. A maioribus Plato. Aristoteles laudat̄ a plibꝰ. A magnis ꝛ a multis imo ab oibꝰ dignus uterqꝫ laudari. Eo enim ambo nālibꝰ atqꝫ humanis in rebꝰ ꝑuenerūt: quo moꝛtali igenio ac studio ꝑueniri pōt. In diuinis altius ascendit Plato ꝛ platonici.q̄ꝫq̄ꝫ neuter ꝑuenire potuerit quo tēdebat.sed ut dixi ꝓpiꝰ uenit Plato. De quo nulluꝰ chꝛianoꝝ ꝛ in ꝑmis augustini libroruꝫ fidelis lectoꝛ hesitauerit. qꝺ nec greci q̄ꝫuis hodie lr̄aruꝫ nescij dissimulāt:maioꝝ per uestigia Platonē diuinū Aristotelē demoniū nūcupātes. ¶ Neqꝫ me rursum fallit:quāta in libris suis in Platonē Aristoteles disputare sit solitꝰ. qꝺ q̄ꝫ honeste ꝛ q̄ꝫ procul a suspitione iuidie faciat:q̄ꝫuis alicubi amicū Platonē:sed amicitioꝛē asserat v̇itatē:ipse viderit:simulqꝫ hoc sibi dictū audiat. Facile est cū moꝛtuo litigare. quē tū multi viri maximi post obitū defenderūt:Noiatim in ydeis cōtra q̄s ualide oēs igenij sui neruos ille acerrimus disputatoꝛ itēderat. Notissima Augustini ipsiꝰ ac secura defensio est. cui piū quoqꝫ lectorē:non minus assensuruꝫ rear q̄ꝫ uel Aristoteli uel Platoni. Unum icidēter hic dixerim:ut errorē meoꝝ iudicuꝫ hijsqꝫ silūum refellā:qui vulgi uestigijs isistentes opinari solēt: ꝛ isolēter nec minus ignoranter obicē:multa scripsisse Aristotelē. Neqꝫ hic errant. Multa eni scripsit ꝓculdubio:plura ēt q̄ꝫ cogitēt: quoꝝ aliq̄ nōdū hēat lingua latina. At Platonem pꝛoꝛsum illis ꝛ icognitū ꝛ iuisum:nil scripsisse asserūt ꝑter vnū atqꝫ alteꝝ libellum. qꝺ non dicerēt:si tā docti eēnt:q̄ꝫ me ꝑdicāt idoctuꝫ. Nec lr̄atꝰ ego: nec grecꝰ:sexdeciꝫ ul̄ eo amplius Platonis libros domi habeo:quoꝝ nescio an ullū isti vnq̄ꝫ nomen audierint. Stupebūt ergo si hec audiant. Si non credūt:ueniāt ꝛ videant. Bibliotheca nr̄a tuis in manibꝰ relicta:nō illitterata qdē illa q̄ꝫuis illitterati hoīs:neqꝫ illis ignota est quā totiēs me tēptātes igressi sunt. Semel igrediant̄ ꝛ Platonē tētaturi: an ꝛ ipse sine lr̄is sit famosus. Inuenient sic esse ut dico:neqꝫ lꝫ ignarū:nō mendacē tū ut arbitroꝛ fatebuntur. neqꝫ grecos tm̄:sed in latinū uersos aliquot nunq̄ꝫ al̄s visos aspiciēt litteratissimi homines de qualitate quidē opum iure illi suo iudicēt. De numero aūt nec iudicare aliter q̄ꝫ dico:nec litigare litigiosissimi hoies audebūt. Et quota ea ꝑs libroꝝ est Platonis:quoꝝ ego hijs oculis multos vidi pꝛecipue apud Calabrū Barlaam modernuꝫ graye specimē Sophie:qui me latinarū insciuꝫ: docere grecas litteras adoꝛtꝰ foꝛsitan pꝛofecisset: nisi mihi illuꝫ inuidisset moꝛs:honestisqꝫ pꝛincipiis obstitisset:ut solita est.

Nimis iā post ignorātiaꝫ meā uagoꝛ: ꝛ aio ꝛ calamo nimis indulgeo. Redeūduꝫ est.

Hee sunt igit̄ amice atqꝫ haruꝫ sil̄es cause que me amico:sed iniquo mirū dictu meoꝝ iudicio sodaliū obiecere. quarū ut itelligo nulla potentioꝛ:q̄ꝫ qꝫ lꝫ peccatoꝛ:certe chꝛistianꝰ sum. Etsi eniꝫ foꝛsitan audire possim:qꝺ obiectum sibi Hieronymus refert. mētiris:ciceronianus es nō chꝛistianꝰ Ubi enim thesaurus tuus:ibi ꝛ coꝛ tuū. Rñdeboꝛ ꝛ thesaurū meū incoꝛruptibile ꝛ supremaꝫ coꝛdis mei parteꝫ apud chꝛistū esse.sed ꝓpter ifirmitates ac sarcinas vite moꝛtalis:q̄s necduꝫ ferre sed enumerare difficile est:nō possum fateoꝛ ut uellē sic inferiores partes aie in qbus est irascibilis ꝛ cōcupiscibilis appetitus attollere:qn adhuc terris inhereant ꝛ quotiens quanto nisu humo illas auellere mestus ꝛ idignās retētauerim. Et qꝛ nō successit: quid hinc patiar:solus ipse quē testoꝛ ꝛ quē inuoco chꝛistus nouit qui foꝛtasse miserebit̄ ut salubrē conatū adiuuet ibecillis animeꝛ ꝛ peccati mole obrute ac depꝛesse. Interiꝫ nō nego multis me curis uanis ac noxijs deditū. Sed in hijs non numero Ciceronem:quē mihi nunq̄ꝫ nocuisse sepe etiā pꝛofuisse cognoui:quod dictum ex me nemo mirabitur Augustinum si audierit de se similia pꝛofitentem:de quo me supꝛa ꝓxime:sed alibi pluribꝰ egisse memini. Ideoqꝫ nunc vnum hoc dixisse contentus sim. Non dissimulo equidem me Ciceronis ingenio ꝛ eloquentia delectari:qbus ut inumeros sileam. Hieronymum ipsum usqꝫ adeo delectatum video:ut nec visione illa terribili:nec Ruphini iurgijs sic stilum inde dimouerit: quin Ciceronianū aliquid redoleret quod ipsemet sentiens de hoc ipso alibi se excusat. Nec v̇o Cicero fideliter ac modeste lectus aut illi nocuit: aut cuiqꝫ alteri:

cum ad eloquentiã cunctis:ad vitaꝫ multis ualde
ꝓfuerit:noiatim ut dixim⁹ Auguſtino:qui ex egy
pto egreſſurus:egyptioꝝ auro ⁊ argento ſinum ſi
bi gremiūq; cõpleuit.ac tãtus pugil eccl'ie:tãtus
ꝓpugnator fidei futurus:ante diu q̃ in aciem de-
ſcederet:ſeſe armis hoſtium circũfulſit.Ubi ergo
de hijs:de eloquẽtia ꝑſertim queriť:Ciceronẽ fa-
teor me mirari inter:imo ante oẽs qui ſcripſerunt
vnq̃ q̃libet in gente.nec tñ ut mirari:ſic ⁊ imitari:
cũ potius in ꝯrium laborẽ:ne cuiuſq; ſcilicet imi-
tator ſim nimius:fieri metuens quod in alijs non
ꝓbo.Si mirari aũt Ciceronem:hoc eſt Ciceronia
num eſſe:Ciceronian⁹ ſum. Miror enim nẽpe.qn
ẽt nõ mirãtes illũ miror.Siqua hec ignorãtie no-
ua confeſſio videri poteſt:hoc ſum aio fateor:hoc
ſtupore. At ubi de religione:idem de ſũma uerita
te:⁊ de uera felicitate:deq; eterna ſalute cogitan-
dum incidit aut loquẽdum:nõ Ciceronianus cer-
te aut Platonic⁹:ſed chriſtianus ſum.quippe cuꝫ
cert⁹ mihi videar:ꝙ Cicero ipſe chriſtian⁹ fuiſſet:
ſi uel chriſtum videre uel chriſti doctrinam ꝑcipe
potuiſſet.De Platone eni nulla dubitatio eſt apõ
ipſuꝫ Auguſtinum:ſi aut hoc tp̃e reuiuiſceret:aut
dum vixit hec futura prenoſceret:quin chriſtian⁹
fieret:quod feciſſe ſua etate pleroſq; Platonicos
refert idem:quorũ ipſe de numero credendus eſt.
Stante hoc fundamento:quid chriſtiano dogma
ti Ciceronianum obſtet eloquiuꝫ:aut quid noceat
ciceronianos libros attingere cuꝫ libros heretico
rum legiſſe non noceat:imo expediat:dicente apo
ſtolo.Oportet hereſes eſſe.ut ⁊ qui probati ſunt
manifeſti fiant in uobis. Ceterum multum hac in
parte plus fidei apud me habiturus fuerit prius
quiſq; catholicus q̃uis indoct⁹:q̃ Plato ipſe uel
Cicero.Hec ſunt igitur argumenta ualidiora no-
ſtre ignorantie:que uera eſſe gaudeo hercle:utq;
in dies ueriora ſint cupio. Profecto enim de quo
mihi cum magnis viris liquido conuenit:ſi quen-
cunq; philoſophum q̃tũcunq; famoſuꝫ:ſi deniq;
deũ ſuum Ariſtotelẽ reuixiſſe:⁊ chriſtianum factũ
audiant:ruditatis ⁊ inſcitie arguẽt.⁊ quẽ ante ſuſ
pexerint ſuperbi deſpicient ignorãtes:tanta penu
ria tantumq; odium ueri eſt.quaſi dedicerit:eoip
ſo ꝙ ad ſapientiaꝫ dei patris a caliginoſa ⁊ loqua-
ci mundi huius ignorantia ſit cõuerſus. Neq; mi
hi dubium eſt:quin Uictorinus dum rhetoricam
docuit:clariſſimus habitus:ita ut in romano foro
ſtatuam meritus accepiſſet.Ilico ut chriſtuꝫ ⁊ ue-
racem fidem clara ⁊ ſalutifera uoce confeſſus eſt:
ab illis ſuperbis demoniocolis quoruꝫ offenſe me
tu aliquandiu conuerſionem diſtuliſſe eum in con
feſſionibus ſuis Auguſtinus refert:hebes ac deli-
rantiſſimus haberetur.Quod de ipſo etiam Au-
guſtino eo magis ſuſpicor:quo ⁊ ipſe vir clarior fu
it clariorq; conuerſio:⁊ q̃to fidelibus utilior gra
tiorq;:tanto chriſti ⁊ eccleſie ſue hoſtibus inuiſior
meſtiorq;.quando apud Mediolanum in eiſdem
confeſſionibus idem ipſe commeminit magiſterio
rhetorice depoſito:ſub illo fideliſſimo ac ſanctiſſi-
mo precone ueritatis Ambroſio:ſcientiam celeſtẽ
atq; iter ſalutis arripuit.⁊ de Ciceronis expoſito
re factus eſt predicator chriſti.De quo quid ſemel
audierim narrabo:ut intelligas quantus hic mor-
bus q̃ peſtifer:q̃ profundus ſit.Audiui viruꝫ ma
gni nominis:dum de Auguſtino placitum ſibi ne-
ſcio quid dixiſſem cum ſuſpirio reſpondentẽ. Heu
q̃ dolendum:ꝙ ingenium tale fabellis inanibus
irretitum fuit.Cui ego. O te miſerum qui hec di-
cis : miſerrimumq; ſi ſentias.Cõtra ille ſubridẽs.
Immo vo ſtultũ te inquit ſi ſic credis ut loqueris:
Sed melius de te ſpero.Quid de me autem ſpe-
raret:niſi ut contemptor pietatis in ſilentio ſecum
eſſem. Proh ſuperum atq; hominum fidem. Sic
iam nemo igitur litteratus horum iudicio eſſe po-
teſt:niſi ſit idem hereticus ⁊ inſanus:ſuperq; om-
nia importunus ⁊ procax.qui per vicos ac plate-
as urbiuꝫ:de quadrupedibus ac beluis diſputãs:
bipes ipſe ſit belua.Quid autem miri : ſi delirum
non modo ignarum iudicant me amici mei : cũ de
hoc ꝓculdubio ſint grege:qui pietateꝫ quolibet in
genio cultã ſpernunt:⁊ religioneꝫ diffidentie aſcri
bunt.neq; ingenioſum putant.neq; ſatiſ doctuꝫ lo
qui audeat in Ariſtotelem ſolũ mutus aliquid cõ-
tra fidem catholicam diſputare.quam quo quiſq;
animoſius oppugnare ꝑſumpſerit:expugnari eni
nullo poteſt ingenio nulla vi:eo ingenioſior apud
iſtos doctiorq;.quo fidentius fidelius ue defende
rit:eo habetur obtuſior atq; indoctior ⁊ ignoran-
tie conſciẽtia:fidei uelum aſſumpſiſſe quo ſe conte
gat atq; inuoluat creditur prorſus.quaſi non diſ-
cordes ac trepide fabelle ⁊ nugelle inanes ac ua-
cue ſint illorum:nec ſciẽtia certa de ambiguis aut
ignotis:ſed opiniones uage ⁊ libere ⁊ incerte.Ue
re autem fidei notitia ⁊ altiſſima ⁊ certiſſima ⁊ po
ſtremo feliciſſima ſit ſcientiarum omnium:qua de
ſerta relique omnes non vie:ſed deuia.non termi-
ni ſed ruine.non ſcientie:ſed errores ſunt. Hijs ta
men iſti animis:hijſq; ſunt iudicijs:ut neſciã. An
non ſolum duo illi de quibus ſupra dictuꝫ eſt:uel
ſiqui ſunt ſil'es:ſed ſupremus omnium Paulus ip
ſe non dico ceperit diſplicere iudeis : quibus ante
placuerat.quod Hieronymus epiſtolaꝫ ei⁹ ad Ga
lathas exponens ait:ſed omnino ⁊ phariſeis ⁊ põ
tificibus inſanire viſus olim ſit:ꝙ de lupo agnus:
ꝙ de ꝑſecutore chriſtiani nominis:factus eẽt apo
ſtolus chriſti.Et hijs noſtris etiam videatur. Poſ
ſum ergo ignorantiam mihi obiectam:poſſim ⁊ ſi
obiciatur inſaniam magnis comitib⁹ conſolari. ⁊
ſic facio.quin interdum ⁊ delector ⁊ gaudeo : ho
neſtis ex cauſis:non ignorantie tñ:ſed amentie re
us eſſe.¶ Ceterũ de me let⁹:de amicis doleo. Et
ſi enim alie iudicio pretendantur cauſe ⁊ forſitan
leuiores:hee quidem ſcelere ⁊ impietate non ua-
cant:Illis mortifere ⁊ infames:mihi etiaꝫ glorio
ſe:ut pro hijs cauſis non ſolum fama : ſed vita in-
ſuper ſpoliari ſi res tulerit equiſſimo ſim paſſurus
animo.Illud angit in primis:ꝙ ueriſſima omniuꝫ
uel vnica uel inter tantas eminens obliqui cauſa
iudicij:liuor eſt:qui multos ſemper:ſed nullos vn
q̃ ſanos ac lucidos infecit oculos:coegitq; falſuꝫ
cernere.Res ſtupenda ⁊ noua:neq; mihi vnq̃ ha
ctenus audita:nunc quod nolim in meo capite ex-
perta ⁊ cognita : amicis inuidiam ineſſe pectorib⁹:
Amicis nunq̃:ſi nõ plena ac ꝑfecta amicitia : que
eſt ita amicum ut ſe amare. Amant iſti me : ſed nõ
toto pectore : dicam melius : toto amant pectore:
ſed non totum me.Uitam certe ⁊ corpuſq; ⁊ ani-
mam:⁊ quicquid habeo preter famam:eamq; dũ
taxat litterarum.Horum ego uel omnium uel ſin-
guloꝝ in manibuſ fidenter nilq; heſitãs poſueriꝫ:

Necq̃ hec exceptio aut odij:aut amicitie lenitioris sed inuidie est ut dixi etiam in amicitijs habitãtis: uel si hoc auditu durum est: ⁊ hoc quoq̃ melius aliter est dicendum:ut non liuoris sit exceptio sed doloris. Dolent forsitan:imo dolent:utiq̃ apd do ctos apud quos mihi uere ne an falso litterati hominis partũ nomen audiunt:se nec litteratos esse nec cognitos. Hinc ereptum mihi cupiunt qd non habẽt:neq̃ si sapiunt sperant. Magna uotoꝝ cõflictatio rerũq̃ discordia:cui bonum omne uel maximũ uelis:eidem nolle uel minimũ.nõ tam puto qz mihi id esse:q̃ꝫ ꝙ sibi doleãt deesse. Querũt neq̃ id fateor iniuste:in amicitia pares esse. ⁊ id agunt qm̃ clari oẽs esse non possumus:quod facilius censent:sumus oium obscuri. Est nõ inficior in amicis paritas pulcherrima.ubi eniꝫ insignitis pars vna preponderat:non bene uidentur amicoꝝ animi q̃si impares inuenti sub amicitie iugum mitti. Ueruꝫ ea paritas amoris ac fidei esse debet fortunaruꝫ ⁊ glorie non ita. Idq̃ ut ignotos sileaꝫ Herculis ac

Amici ꝑfecti

Philotete:Thesei ac Perithoi:Achillis ⁊ patrocli:Scipionis ⁊ Lelij ꝓbat imparitas. Ipsi tamen ut libet viderint:quo animo erga meuꝫ nomen fuerint:qui erga me ni fallor haud dubie sũt optimo.

Nemo transfugiat de victore ad victum:a potente ad ualidum.ab optimo ad pessimum. In secularibus historijs irrisum legimus Labienum qui relicto Cesare victore ad Pompeium trāsiuit. Et cū tamen inter partes illas ut fortune iudicium aptum:sic charum:sic occulta discretio:quanto iustius irridendus qui Christo victoriosissimo rege deserto ad illum confugit/cuius non proprium temptare. vinci fugere modo fuerit qui resistat primūq; eius impetum ferat. Sicut enim scriptum est: Resistite diabolo & fugiet a nobis. Sane cū istud cunctis tamen uel maxime uobis est debitum. Cū enim ceteri homines qui Christi nomine glorientur semel tm̄ in regeneratione sacri fontis: uos & tunc & rursus innoco:sancte religionis abrenunciastis aduersario:desertisq; castris illius quorū stipendium est mors:feliciter Christo signa conuersi perseuerate fideliter. Nil hosti molestius fieri potest. dolet iste equidē/fremit/irascitur. Sed quid agat. nihil amplius potest q; quod sibi ab aduerso duce permittitur? Sperate ergo & equanimes estote. Nihil omnino contra suos in quorum acie uos estis: Christus illi promisit. Nunq; autē permittet:nisi pro ipsorum exercitio ac salute. Ualde autem imbecillis est qui nil potest: nisi quod eius hostis vult:discamusq; nil nobis fidere:sed leuare oculos in montes vnde ueniet auxilium nobis. nō tamen a montibus auxilium nostrum:sed a domino qui fecit celum & terram. ¶ Solent bellorū duces suos milites in pericula mittere:ut eorum virtutē atq; animos agnoscant. At non ita noster dux quippe qui nos ante omne seculum nouit. sed ideo nos exercet:ut nobis noti simus. Ne ut ceci & ingrati nobis tribuam⁹ que illius sunt. Preclare Marcus Tullius quodam loco. O dij inquit immortales:nobis enim tribuam que uestra sunt. Quid religiosius/quid gratius:aut quid omnino modestius. modo non deos iste: sed domini consiliorum suorū & rerumq; gestarum fatetur auctorem qd fortasse faceret:si inuenisset a se scriptum non conuenire philosopho dicere deos esse. Sed vnum fabricatorem mundi deum. Sed ea mihi de illius ingenio spes est:ut etsi uel metu aliquo uel abusu lingua seu calamus vulgarium torrente raperetur & errorum animus tamen insolido permaneret. presertim qui preter naturale autem acumen & insitā rationem qua inuisibilia dei per ea que facta sunt conspiciuntur. sempiterna quoq; virtus eius ac diuinitas & vnum fabricatorem mundi deum a Platone & a discipulo eius Aristotele:vnum principē ineuntibus didicisset. Or si ille diuini muneris recognoscit & predicat coniurationem cantilene deprehensam vindicatam & oppressam coniurationem fateor grauem atq; pestiferam & a domestico quidem sed mortali & visibili hoste cōflatā. Quid christianus dicet homo cuius in mortem hinc domesticus & mortalis & visibilis:hinc inuisibilis & immortalis hostis accingitur:quando ut ait Ambrosius:iter vite occulta demonum infestatio: uelut latronum obsidet multitudo: quibus per omnes vias supplantatores inuisi animarum laqueos tendunt:innumerabilium mortibus expauescēdos. Et apostolus Paulus. Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem. sed aduersus mundi rectores tenebrarum harū &c. Et Augustinus in eo libro quē sepe hodie in testimoniū accerso:loquenti enim de ocio religioso. Quid opportunius q; uere religionis liber astipuletur? omnis inquit hominum dominatus in homines aut dominantium aut seruientium morte finitur. Seruitus autem sub angelorum malorum supbia per ipsum tempus quod est post mortem magis metuenda est. Illud etiam cuius cognoscere facile est q; sub homine dominante liberas cogitationes habere concessum est. Illos autem dominos in ipsis mētibus formidamus. Hos igitur non dominos sed tyrannos superbiosissimos in ipsam mentis arcem scandentes a propugnaculis arcere atq; horū nostre que carnis coniurationem sub nube transitorie uoluptatis abdicande uoluptatis abditā deprehendere:vitare:comprimere. nonne magnificū diuine gratie donum sit:ut cui contigerit. O ciceronianam illam uocem suam merito faciat. O deus immortalis:tibi enim tribuam que tua sunt. Et quod sequitur dicat. Nec vō possum meo tamen igenio dare ut tot res tantas tam uarias tam repētinas in ista turbulentissima tempestate mea sponte despexerim:tamen profecto animum meū conseruande anime cupiditate intēdisti. Tu me ab omnibus ceteris cogitationibus ad vnam eius solam contulisti. Tu deniq; in tantis tenebris erroris & inscientie clarissimum lumen pretulisti menti mee. Hec Ciceroniana pro re paucissimis & immutatis in usus nostros sic uertere libuit ut anime salutem & de inuisibili hoste & doctore cognoscere tali etiam teste discamus:in hac sententia:in hac spe igitur fratres state. sicut enim multa commisimus q̄bus mors haud dubie debebatur:nisi diuina clementia succurrisset: sic nihil est quod non peccare potueramus:nisi nos a tantis malis diuina prouidentia preseruasset. utrūq; pariter dei munus. Et non egrotasse & egritudine liberatum esse: & miserum non fuisse & misericordiam nō meruisse. Quorum nempe utrum sit maius dubitari potest. Mihi quidem primum videtur integrius. Secundū vō ipsa contrariorum collatione conspectius:periculiq; memoria gratius. ¶ In hac reuerentia & sobria diuini operis recogitatione consistite. Bona omnia illuc referte:vnde sunt omnia. Talib⁹ enim opinionibus circūseptos certum habeo inuadi posse:sed non opprimi. In hac autem vita tam ardua: tam angusta:tam uepricosa:tam lubrica:tot obicibus interrupta:tot obsessa latrunculis:tuta cautio est:suspecta securitas:& que non spiritales tm̄ profectus impediat:sed etiam temporales. Or enim queso ista securitas est:cui dum tranquillior stabiliorq; videbitur:subito metus interuenit:improuisa calamitas:mors inopina. Cum enim dixerint: pax & securitas:tunc repentinus eis superueniet interitus. Igitur non dormiamus inquit sicut ceteri dormierunt. Sed vigilemus & sobrij simus. utiq; nouerat quid periculorum securitas secum uehat. Nam quis dinumeret:quot non dicam homines:sed potentissimos populos illa pessūdedit. ¶ Unico argumento:eodemq; clarissimo contentus ero:finite reuocem uos parumper ad exempla gentilium. Romanos gentium certe dominos & terrene ciuitatis absq; emulo principes Carthaginensium metus virtutibus semper claros perpetuoq; deterso exercitio seruabat armorum pericu-

Tulli⁹

Ambrosius

Aplus

Aug

Cicero nis

Dei munus

lorumq; frequentia. Eosdem rubigine vitiorum obscurauit/ parta inde cum securitate segnities. Quod preuidisse ac prenunciasse dicitur/ iste vir qui igitur tunc et in ciuitate habebatur optimus/ et hac in re ipsa qua sapientie famam habet/ Cato ne sapientior est inuentus: cuius sententie alioru3 quoq; illustrium conciuium dicta conueniunt Appij Claudij et Quinti Marcelli. Nec fefellit horum quisq;: siquidem rei bellice disciplina et imperij gloria: quas metus et negocium et labor in suo vigore tenuerunt/ euerterunt securitas ocium et quies. Ne illud pregrauiter a poeta Satyrico dictum sit. Nunc patimur longe pacis mala. seuior armis luxuria: incubuit: victumq; ulciscitur orbem. ¶ Uobis quoq; uestroq; cetui fortasse non expedit omnimoda pace frui: ne vna cum pace pacis comites securitas inconsulta et delicati ac molles affectus: deniq; luxus et vitia reuertantur. ¶ Nec est nobis optandum q̄ diu hec fragilis vite militia protenditur / aduersario caruisse: ne simul et virtutum exercitio careatis et premio. vnde dictum fuit Apostolo. Sufficit tibi gratia mea. dum rogaret / ut ab eo discederet stimulus carnis. Et addita ratio. Nam virtus in infirmitate perficitur. ¶ Hanc et uos gratiam petite. et cum eodem apostolo in infirmitate uestra virtutis perfectrice gloriamini ut in uobis Christi virtus inhabitet. Optate bellum: non quidem propter se: sed propter Christi gloriam et eternam pacem. ¶ In hoc sane temporali bello sempiterne pacis premio patientie longanimitatis et fidei clypeo uos armate. Nihil erit aduersario formidandum. Nūq̃ tamen desinet / tanq̃ leo rugiens lupusq; famelicus circum ouilia uestra uersari. Obijciet ille nobis in fide scrupulos quibus pedes ad salutem properantes vulneret: tardet impediat. Audite regem nostrum proclamantem: Si mihi non creditis/ operibus credite. Proinde si Christo non creditur: cui credetur? An saxis? An ebori? An ligno muto exanimi os habenti nec loquenti? manus: nec palpanti? pedes: nec ambulanti? aures nec audienti? nares: nec odoranti? oculos: nec videnti? Cui ergo similem fecistis deum dicit Ysaias? Aut quam imaginem ponetur ei? Nunquid sculptile conflabit faber? aut artifex auro formabit? uel illud. aut forte presecurius preciosiori materie argento aut auro credere. quia scilicet simulacra gentium argentum et aurum / opera manuum hominum: quibus similes fiant qui faciunt ea: et omnes qui confidunt in eis. Nostra tamen etate tam multos eis credere cernimus. Colitur tamen argentum et aurum tanto cultu / quanto nec Christus ipse colitur. Et sepe viuus deus inanimati metalli desiderio atq; admiratione contemnitur. Non tamen adhuc aurum et argentum deus esse creditur. ¶ Sed an forsitan pagano ritu religiosius insanitur: an melius herculi creditur furioso an Marti homicide. an Joui adultero et incesto. an Mercurio proditori. Et si enim uerum sit quod propheta ille maximus ait. Omnes dij gentium demonia: tamen illud subintelligi oportere arbitror uel homines demonijs seruientes: atq; simillimi. ¶ Quod apud eorum quoq; cultores suarumq; scriptores rerum facile vigilans lector inueniet. Apud nostros vero non dubium est quidem. atq; in primis Lactantium Firmianum qui omnem deorum scenam turpesq; latebras scelelerum aperiens: totam rei seriem qui fuerint: quid egerint: qui mores / que vita / qui exitus / que sepulchra / operosissima disputatione complectitur/ in eo libro quo institutiones uere fidei tractare adortus. utinam tam nostra affirmare potuisset (ut Hieronymi uerbo utar) q̃ facile aliena destruxit. Lactantius

Quod vero si Christus constanti fide mundum creditur: expectabitur ne messias? seu uerius utiq; uenturus expectabitur antichristus: qui ut hostis resistendi animo: non ut dominus obsequendi proposito expectandus est. Messias enim uerus dominus iam uenit. Ipse est Christus ille qui exiuit a patre. ubi in principio erat uerbum: et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. Per quem scilicet omnia facta sunt dissimulata tantisper diuinitatis maiestate: descendens sub seruili habitu: uerbum caro factum est et habitauit in nobis. Quid igitur seminant iudei: aut quis tantus et tam latens sopor: miserorum oculos oppressit: ut sperare et expectare malint q̃ habere per quam salui fiant. Nam ut ait Augustinus. Quid adhuc expectant alium Christum: cum hoc propheta tam legunt et impletum vident: q̄ impleri non potuerit nisi per Christum. Aug9

Nos ergo fratres / hunc tenentes / creatorem / redemptorem / saluatorem optimum et nobiscum familiariter conuersatum: absit ut alium expectemus preter eum ipsum ad iudicium reuersurum. Quem secundum eius aduentum leti utinam et intrepidi videamus. Illi autem presenti gaudio per iustitiam atq; insolentiam se preliantes futuri spe inani: et stultissima expectatione se torqueant. Quoniam nempe sex etatum nulla longior hac que modo agitur: cuius initium Christi ponimus ab aduentu: Quid igitur prestolantur insani / nescio ques sue gentis esse uenturum: qui iampridem suis sedibus auulsi et toto terrarum orbe dispersi nec ad aliud reseruati: nisi et ad sui ludibrium et ad testimonium eius quem crucifixerant Jesu Christi inuidum ualent: aut uolunt intelligere impletum in eis omne quod in psalmo legunt ex ipsius persona Dauitico ore prophetatum. Resuscita me et retribuam eis post eiusdem resurrectionem strati diuino iudicio totiens attriti testantur: historie vulgate testant euersa hierusalem. Cuius quanta fuerit ruina ut omittam fedam famem et obtentu famis incredibilia: et horrenda facinora que locus iste non capit: ipse cesorum numerus iudicio est. qui quoniam omnem similitudinem excedit ueri: apud illius temporis historicos et precipue Josephum virum nō mediocris auctoritatis: qui ei bello interfuit queratur. Josephus

Quorum malorum omnium: quod cuiq; pio dubium esse non debet: quid aliud cause fuit q̃ ista gentis impietas et magnitudo in Christum principium omnis cladis ab hac stulta et indigna expectatione profectum est. Quod Christus ipse similem perituramq; urbem miseratus/ predixisse legitur adiecta causa: eo q̄ non cognouisset tempus uocationis sue. q̄ profecto cogniti-

onis necessarie defectus expectationis superua⸗
cue causa fuit. Res non omnibus forsan nota.
Nec tamen ideo minus uera. Cuius certe Tran⸗
quillus curiosissimus reruꝫ scriptor meminit. Per
crebuerat enim inquit oriente toto leta ⁊ constans
opinio esse in factis: ut eo tempore iudea perfe⸗
cti rerum potirentur. Licet iste autem ut paga⸗
nus homo ⁊ suspectioni apud nostros suo iure fa
cti nomen usurpet ⁊ uaticinium in Uespasiani pn
cipatu dicere uelit impletum: qui in iudea bellū
gerens ad imperium est assumptus. Uere tamen
ea nobis expectatio messie credenda est. que iam
ante per ipsum Christi tempus impleta erat. Id
ceci coram positum non videntes: quod iam tran
sierat expectabant: sicut ⁊ nunc hodieqꝫ expe⸗
ctant: ⁊ usqꝫ in finem ut credimus expectabunt:
Sed tunc ea fiducia elati eludente eos dei sapi⸗
entia quam ipsi crudeliter ⁊ irreuerenter eluserant
⁊ ligno crucis affixerant quasi iam futuri rerum
domini Romanum excutere uoluerunt iugum ce
Uespa so proposito ⁊ legato Syrie fugato. Que rebel⸗
sianꝰ p⸗ lio materiam prebuit Romanis traiciendi in asi⸗
fectꝰ 𝔷 am ⁊ Hierosolymam obsidendi: duce belli Ue⸗
iudeos spasiano: qui secum in arma primogenitum suum
duxit: cuius tandem consilio ac virtute urbs euer
sa funditus: ac dedeleta gens est. Et de iudeis
quidem hactenus. ¶ Quid deinceps: an dolo⸗
Mabo sas Mahometi fabulas. an philosophorum dis⸗
metus sonas ⁊ inextricabiles ambages: ac temerarij vir
Auer⸗ tus Auerrois: ac uenenata conuitia: ⁊ sputa ad
rois celum putrido ore transmissa. An forte potius de
ne sacrilegia Fotini: uel Manichei nu⸗
gas: uel Arrij blasphemias audiamus. Que si
omnia procul absunt a pectoribus sanis: si neqꝫ
miserabilis paganorum error: ⁊ obstinata iudeo
rum cecitas: neqꝫ odibilis sarracenorum furor tan
gunt animos aut delectant: aut ullam penitus
spem ostendunt: quid circumspicimus: quid agi⸗
mus: aut quem inter huius vite naufragia por⸗
tum petimus: preter Christum in quo quisquis
spei sue anchoram iecit: uarijs qꝫqꝫ persecutio⸗
num procellis ⁊ expositum fluctuare: ⁊ laborare
quidem potest: mergi nequit: aut perire orante
isto simul ac iubente ne deficiat fides uestra. Ni⸗
hil impossibile deo est. In me est omnis impossi
bilitas assurgendi tanta peccatorum mole obru⸗
to. Saluare ille potens est: ego saluari nequeo.
Quantalibet enim clementia dei sit: certe iustiti⸗
am ratio excludit. Et qꝫuis immensa misericor⸗
dia ad mensuram mee miserie redigenda est. Naꝫ
nec actus agentium circa patiens indispositum
operantur: ut phisicis placet. Et cum aridam sti
pulam tenuis fauilla succendat: aque vis uali⸗
dum extinguit incendium. Hec ⁊ quecunqꝫ simi
lia obuersantur animis siquidem salutarem me⸗
tum discusso torpore afferunt: quedam tacita ue⸗
lut angelorum nos amantium consilia estimanda
sunt: sui spem omnem fiduciamqꝫ afferunt. Com
menta nitentur hostilia: ⁊ ancipites ad ruinam
vie. Quo enim sequacem animam ducunt nisi ad

desperationem malorum omnium extremum? Ni
hil do uos terreat. Nam nec diuina potentia ul⸗
lis nature terminis circumscribitur. Neqꝫ solum
in hijs que disposita sunt vim proprie actionis ex Dei mi
ercet. Sed que indisposita sunt disponit. Et mi⸗ ficōd
sericordia dei miseriam longe transcendit huma⸗
nam. Justitiamqꝫ etsi non extinguit: tamen tem⸗
perat ac frenat. Male de deo sentit. male de po⸗
tentia ⁊ misericordia dei opinatur: quisquis ⁊ mi
sereri illum uelle penitentium: ⁊ tantum misere⸗
ri posse iudicat quantum se peccare: cum pecca⸗
tum hominis quantumcunqꝫ sit: finitum certe sit:
infinita dei bonitas: infinita potentia. Itaqꝫ sal⸗
ua spe salubri: salua sunt omnia: ubi illam abiece
ris actum est. Gubernaculo carens: anime nauigi
um in huius vite pelago: rerum fluctibus ⁊ ten⸗
tationum flatibus agitur. Nusqꝫ portus quo spes
dirigebat. Nusqꝫ celum quod spes ostendebat.
sed vndiqꝫ pontus: ut ait Maro. Undiqꝫ nau⸗
fragium ⁊ procelle. ¶ Hec igitur summa sit. Spem
tenete. Nemo illam uobis extorquebit. Et si ma
gna sint ualde que speramus: magna sunt nobis.
deo nihil est magnum. ante queqꝫ tanqꝫ nihilum
substantia nostra. Et cuius ante oculos mille an⸗
ni tanqꝫ dies hesterna que preterijt. Magna sunt
fateor immo quidem immensa: si humanis meri
tis equentur. Ad largitorem attollite mentes pu
silla omnia: nec possibilia modo. Sed facilia vi⸗
debuntur. Nam quid est oro quod nutare spem
⁊ titubare animos cogit? Digni nobis supplicio
videbimur: misericordia indigni ⁊ utrobiqꝫ non
fallimur. Nostrum enim erat affligi. Illius est
misereri. Et dignum est ut indignitatem nostram
dignitas eius absorbeat. Quod profecto non fie⸗
ret: si peccatum hominis posset dei misericordi⸗
am impedire. Esto igitur ut nos odio dignissi⸗
mus ille mansuetudine ⁊ misericordia dignus est.
dignus est parcere. dignus nihil odisse omnium
que fecit. dignus ullum perdere omnium quos
tradidit sibi pater. ¶ Ista uolentibus erga ge⸗
nus humanum dei opera ineffabilis: cum cun⸗
cta mirabilia ⁊ plena gratie videantur. nihil im⸗
possibile videbitur: nihil incredibile. ¶ Stante
hoc scilicet fundamento: omnipotentissimum at⸗
qꝫ optimum deum esse: ut nil tam magnificum co
gitari queat quod iste non possit. Nil tam benefi
cum quod non uelit. Supra hoc fundamentum:
quicquid fides extruxerit: solidum stabit ⁊ hosti
libus omnino cuniculis atqꝫ arietibus inconcus⸗
sum. Quicquid iste suggesserit: omnis illius im⸗
petus ac vis promptis ac facilibus retundetur
obiectibus. Hijs in fidem receptis omnia plana Chis
sunt. Uenisse deum inter homines. Partu virgi
neo editum: ⁊ habitasse in nobis: docuisse viam
vite: crucifixum: passum: mortuum: descendisse
ad inferos: tartarum spoliasse: surrexisse a mor⸗
tuis: ascendisse ad celos: ad iudicium expectari.
magna sunt fateor: sed quid horum omnium im
possibile deo est? Quod si omnia potuit: quid est
quod noluerit: omniumqꝫ que ad creature sue sa

lutem: pertinere cognosceret. Aut quid non potuit Christus dei filius deus uerus implere quod prescire ꝛ prenunciare potuit. ¶ Ysaias dei famulus / purus homo. Nec Ysaias modo / nec prophete alij: Sed Sibilla / ut aduentum dei omnis conditio testaretur. Iste enim ait. Ecce virgo concipiet ꝛ pariet filium. Quid iudei cogitent: quid expectent: miror. hec legentes pudet / puto mutare sententiam: ꝛ at qui miseris libera uoce denuncio. Impletum Ysaie oraculum in Maria. nec iam aut amplius parituram. Mitto alia huius ꝛ ceterorum sacra preconia de Christo que ꝛ atterere longum erat ꝛ minime necessarium: ꝙ ꝛ nimis multa: ꝛ nimis omnibus nota sunt. ¶ Sibilla autem Erithrea quid de christo predixerit audiamus. Siquidem de Cesare Augusto loquens sub cuius imperio nasciturus de virgine Christus erat. inde inquit. Thaurus pacificus leui mugitu: mundi climata sub tributo concludet. Ecce iam ut euangelice concordat historie: ubi traditur exisse edictum a Cesare augusto ut describeretur vniuersus orbis. De aduentu autem domini breuiter primo uates eadem attingit hijs uerbis. Cuius inquit diebus agnus celestis ueniet. Nec multo post ad ipsum latius exequitur. In ultima inquit etate humiliabitur deus ꝛ humiliabitur proles diuina. Iungetur humanitati deitas. Iacebit in feno tanq̄ agnus: in puellari officio educabitur deus ꝛ homo. Non intelligo quibus uerbis illud clarius euangelista qui vidisset exprimere potuisset q̄ȝ instincta diuino spiritu mulier: instinctu sacre mentis expressit. ¶ Quin ꝛ Joannis precursoris originem prehabuit. Signa inquit precedent apud apellas. Mulier uetustissima precium capiet. Deinde ipsius domini progressum atq̄ȝ exitum sic complexa est. Elegit sibi inquit ex piscatoribus ꝛ deiectis numerum duodenarium vnumq̄ȝ diabolum. Non in gladio bello ne eneadum urbem regesq̄ȝ subijciet: sed in hamo piscantis. In deiectione ꝛ pauperie superabit diuitias: superbiamq̄ȝ conculcabit: Morte propria mortuos suscitabit. Et cum mactabitur / viuet ꝛ regnabit ꝛ consumabuntur hec omnia: fietq̄ȝ regeneratio. ultimo bonos iudicabit ꝛ malos. ¶ Multa deinceps exequitur quantum datur intelligi de euangelistis. de Paulo apostolo. Ad postremum de quibusdam quoq̄ȝ religionibus claris / que in ecclesia hijs diebus nouissimis sunt exorte. ¶ Mihi ad presens que ad ipsius Christi personam attinent: attigisse suffecerit. Que omnia eo ordine quo predicta erant impleta conspicimus. preter ultimum scilicet iudicium: quod de re certi. de tempore dubij expectamus. Et hec quidem uaticinia quia non adeo vulgata videbantur: curiosius inserui. Que Eutheree proculdubio sibille sunt: ut que ex illius libro ad contextum elicui: que sequuntur ut sibille fuisse conuenit: sic cuius incertum est: cum sibillas Uarro numeraret studiosissimus atq̄ȝ doctissimus latinorum que a Lactantio sparsim posita institutionum eius libro primo. Ab Augustino autem recollecta: is ciuitatis dei disponuntur hoc ordine. In manus inquit infidelium postea ueniet. Dabunt autem deo alapas manibus incestis: ꝛ impurato ore expuent uenenatos sputos. Dabit uero ad uerbera simplex sanctumq̄ȝ dorsum. Et colaphos accipiens tacebit. Ne quis agnoscat ꝙ uerbum uel vnde uenit ut inferis locatur: ꝛ corona spinea coronetur. Ad cibum autem fel: ꝛ ad sancta acetum dederunt in hospitalitatis hūc monstrabūt mensam. Ipsa enim incipiens / tuum deuȝ non intellexisti: ludētes mortalium mentibus: sed spinis coronasti / ꝛ horriduȝ miscuisti. Templi v̄o uelum scindet: ꝛ medio die uox erit: tenebrosa trib⁹ horis nimis. Et morte morietur tribus diebus somno suscepto. Et tunc ab inferis egressus ad lucem ueniet primus resurrectionis principio reuocatus ostēso. ¶ Hec uaticinia sibillina cuiusuis sibille sint: antiqua esse compertum est. siue fuerint Erithree: longe antiquissima esse quis dubitet. Quippe cum eam qui serius locant Romulo regnante circa urbis condite etatem. Alij autem multo ante Troiam belli uaticinatam fuisse temporibus tradant. Qua etate ipsam cymeam sibillam floruisse / ulla videtur esse dubitatio. ¶ Hec siquis acriter animum intendat non minus euangelica q̄ȝ prophetica: hoc est non uaticinia magis q̄ȝ historie videantur ꝙ eorum euidentissima claritas facit ut quasi de preterito dici putes / qui mos quoq̄ȝ propheticus. Quod ut de pluribus probem: satis a Gregorio probatum: vnum uerbum Sibillinum Dauitico consonum annotabo. Ubi enim ille ait. Et dederunt in escam meam fel ꝛ in siti ꝛc̄. Ita quid audiuistis: nempe tam simile: ut vno ore locuti videantur: qui haud dubie vno spiritu loquebantur. ¶ Et hec quidem ac mille alia de Christo ante carnalem eius originem dicta erant: ꝛ circa ipsum tempus originis repetita sunt. quibus uero ꝛ eterno dei filio temporalis fides hominum quereretur. ꝙ non modo per prophetas ꝛ electos suos: sed per alienigenas siue sanctos: qualis est Job. siue etiam infideles actum est: quid diceremus ignorantes. ¶ Huc etenim ꝛ ꝛ ista trahi possunt que Uirgilius in buccolicis de alio loquens ait. Jam redit ꝛ virgo redeunt saturnia regna. Jam noua progenies celo demittitur alto. Et in eneide de Augusti imperio agens sub quo Christum natum supra diximus ait. Huius in aduentu iam nunc ꝛ caspia regna. Responsis horrent diuum: ꝛ meotida tellus. Et gemini turbant tepida hostia nili. Que quidem religiosus ꝛ pius lector q̄uis de Cesare dicta: ad celestem potius trahet imperatorem: cuius aduentum toto orbe signa precesserant. Que audiens poeta neq̄ȝ altius aspirans: ad imperatoris Romani quo nil maius nouerat reflexit aduētuȝ. Cuius si uera lux oculis affulsisset: haud dubie ad alium reflexisset. Nobis v̄o iam gratias illi qui usque adeo immeritos nos dilexit. hec omnia si-

Uirgi⁹

ne ullis externis teſtibus/clara ſunt: ⁊ ita ſe ocu-
lis fidelium diuine lucis radij infundunt: ut ne-
mo tam cecus ſit/qui non iuſtitie ſolem Chꝛiſtum
mente pꝛoſpiciat. Et q̃uis ab ipſa ueritate ueriſſi-
me dictum ſit. Beati oculi qui vident que uos vi-
detis. ¶ Ego tamen hanc ipſam in terra luminis
claritatem qua poſt Chꝛiſti reditum ad celos / ⁊
nunc uſqꝫ ad finem ſeculi deuote anime non carne
is oculis ſed ſpiritus acie Chꝛiſtum vident:illi coꝛ
poree viſioni quadam ex parte non imparem de-
monſtrabo. Ualde quidem fateoꝛ. Nam quis ne-
get felices oculos quibus in carne Chꝛiſtus appa
ruit: Q̃ pꝛedulce enim ſpectaculum videre noſtra
carne noſtraqꝫ anima ueſtitum deum. Audire uer
ba:inceſſum aſpicere:notare actus inter homines
conuerſantis. Quem ſtupent angeli:quem adorãt
cuius paſcuntur intuitu:cuius imperio gloriantur
Grande pꝛoꝛſus ⁊ mirificum ſpectaculum poſſe di
cere. Ecce hic homo eſt quem audio:quem tango:
quem video. Homo inq̃ moꝛtalis:uerus inq̃ ho-
mo: ⁊ cui pꝛeter peccatum oꝛtuſqꝫ munditiam de
noſtra humanitate nihil deſit. Et rurſus ecce hic
idem deus non terras inhabitans: ⁊ terrenas pa-
tiens erumnas:paupertatem:famem:frigus:eſtũ:
dolores animi ⁊ coꝛpoꝛis:tandem paſſurus ⁊ cru
cem:ſed in illa moꝛtem moriendo victurus. Ecce
ut carneis pedibus terram pꝛemit qui celum crea
uit ac terram. Et homo natus eſt in ea: ⁊ ipſe fun-
dauit eam altiſſimus. Uidere ad ſupplicium duci
qui ſolem lunamqꝫ ⁊ ſtellas ſuis in terraꝫ vijs age
ret. Spectare in patibulo pendentem ⁊ languiduꝫ
vix ferentem caput. qui tamen maxime celum ac
terras ⁊ maria ſuo regeret ac ſuſtentaret imperio:
uſqueadeo ut terras tremoꝛ quateret ⁊ celum tene
bꝛoſus palloꝛ inuolueret ad nutum ſui creatoris:
oꝛbe turbato eaqꝫ omnia pꝛo noſtra ſalute credere
magna hec ⁊ deuotis inuidioſa animis. ¶ Sed
eſt aliquid quod nobis lꝫ extremis moꝛtalium con
tigiſſe felicius videatur. Quis igitur non miretur
ſe familiaritate contemni:aut quiſ in quo ferat ani
mo idem ſibi accidere quod Chꝛiſto ille equidem
a multis ſtupendum dictu:familiaritate ſacratiſſi-
ma contemptus fuit:quia inter eos natus atqꝫ uer
ſatus erat:quos ſaluare poterat ⁊ uolebat. ab eiſ-
dem fabꝛi filius ⁊ comeſtoꝛ carnium: ⁊ demoniuꝫ
habens blaſphemus ⁊ ſeductoꝛ dici meruit. Qđ
aduertẽs ipſe ait. Nemo pꝛopheta ſine honore ni-
Nemo ſine honore ꝓpheta niſi i patria ſua — ſi in patria ſua. uerum hec ab infidelibus eſt paſſus
dicat aliquis fateboꝛ. Sed ⁊ fidelium fidem titu-
baſſe: ⁊ ipſa etiam apoſtolorum coꝛda ſaluatoris
moꝛte turbata comperimus. Et Thome duritiam
ꝓfuturã:poſteris legimuſ. Que ſi adhuc viuo uel
rediuiuo iam Chꝛiſto fidelibus contingere potue-
runt:quid mirentur Chꝛiſto ad celum vnde uene-
rat iam ingreſſo ⁊ ab oculis hominum amoto illas
tam multas blaſphemias. Quibus a noſtris:pꝛe-
cipue ab Auguſtino ſtudioſe grauiterqꝫ reſponſuꝫ
eſt. Ita ut acuti vir ingenij Poꝛphyrius pꝛeſtrin-
Poꝛphyrius — gente oculos:pura ueritatis luce cõuictus ſit. Qđ
de eo dicas ꝙ non hominis ſed dei cuiuſpiam ut
aiunt. uere autem demonis ore confictum fertur.
Cum videret enim Chꝛiſti nomẽ dolorem atqꝫ toꝛ
mentum ſuum in oꝛbe terrarum ante expectatum
celi ⁊ ueram fidem martyrum ſupplicijs aſſidue
roborari. non auſus que in oculis omnium erant
pꝛeſentia negare. de futuro uaticinari miris cepit
ambagibus. Sed neqꝫ tunc equidem in Chꝛiſtum
loqui auſus Petrum apoſtolum maleficijs atqꝫ ar
tibus magicis Chꝛiſtiane fidei fundamentum ſta-
tuiſſe ait. Non tamen niſi trecentis ⁊ ſexaginta du
raturum annis atqꝫ illis exactis e ueſtigio ruitu-
ram. Quo mendacio quid ſibi uoluerit:non video
niſi uel mentiendi moreꝫ non deſerere:uel in quod
magis inclinoꝛ:miſeras animas in dubium addu-
cere: ⁊ ab exoꝛte lucis radijs aduerſas in pꝛeteri-
tarum tenebꝛarum reuocare caliginem. Ita ꝟo nu-
gatoꝛ ⁊ falſus ille ſpiritus ⁊ quicunqꝫ eſſet Chꝛi-
ſtum non amore ſpontaneo: ſed coacta reuerentia
excuſans: Petrum virum innocentiſſimum ac ſim
plicem piſcatorem magis reum facit. Et infert:qđ
nullo coarguente falſum pateat dictis cum magi-
cis artibus laboribus ac periculis multis atqꝫ ad
ultimum ignominioſa ⁊ truci etiam moꝛte ſua que
ſiuiſſe famam altercatoqꝫ ſtudio effeciſſe quod iaꝫ
ſupꝛa diximus. non ut ipſe:ſed ut Chꝛiſtus: ⁊ non
niſi bꝛeui tempore haberetur deuſ. Ubi efficaciſſi
ma mihi videtur Auguſtini percunctatio. Si eniꝫ
inquit Petrus maleficus fecit ut Chꝛiſtum ſic dili
geret mundus: quid fecit innocens Chꝛiſtus ut
eum ſic diligeret Petrus: Nec minus efficax an-
nexa reſponſio eſt. Reſpondeant inquit igitur ſibi:
⁊ poſſunt intelligant:in illa ſuperna gratia factum
eſſe:ut pꝛopter eternam vitam Chꝛiſtum diligeret
mundus:qua gratia factum eſt/ ⁊ pꝛopter eternaꝫ
vitam ab illo accipiendam: ⁊ uſqꝫ ad tempora no-
ſtra moꝛtem pꝛo illo patiendam Chꝛiſtum dilige-
ret Petrus. ¶ Me ꝟo non tam reliqua tacitum ſe-
qui iuuat:q̃ ſuper hijſ ipſis exclamare. O rationa
bilis anima:o diuina vis ingenij cui neqꝫ lux ad de
tegendas hoſtium fraudes:neqꝫ robur ad firman-
das amicorum mentes deſit:cuius ⁊ interrogatio
⁊ reſponſio talis eſt qualis ⁊ fidei pugilem: ⁊ ue-
ritatis athletam decet. Itaqꝫ ſatis reoꝛ illum ſigni
ferum ciuitatis dei:in cuius libꝛis hec ait. ſepe con
ſilijs ſuis exercitum hoſtium terruiſſe eorumqꝫ co
gitatus impios a menibus repuliſſe eccleſie pace
uel reddita uel ſeruata. Quod tum ſepe alibi: ta-
men pꝛecipue in hoc hoſtili calumnia notum fecit.
Ubi demoniacum commentum quo interminabi-
lis Chꝛiſti fides ad tam exigui temporis metam
redigi videbatur. infregit ſupputatione temporuꝫ
falſum docens quod ille pꝛedixerat. Et ſua etate
qua libꝛum ſeu maxime locum illum ſcriberet pꝛe-
terijſſe. iam pꝛefixum chꝛiſtiane durationi termi-
num. Et ſi rite recolo octo pꝛeterea ⁊ triginta an-
norum ſpatium effluxiſſe. Eoqꝫ potiſſimum tem-
pore quo caſurum penitus Chꝛiſti nomen crede-
batur:idola pꝛopter ipſum Chꝛiſti nomen apud ca
put africe Carthaginem fuiſſe ſubuerſa. atqꝫ ita
dum maxime ruina ſperaretur:tum ⁊ ſolidatum fi
dei fundamentum ⁊ culmen eccleſie ſpolijs hoſti-
libus exoꝛnatum. Et iſte quidem pie argute fideli
ter more ſed ſuo ſacrilegium depꝛehendit menda-
ciumqꝫ deterit. ¶ Ceterum foꝛſan nimis exili-
ter pꝛobatum videri poterit animis ad creduduꝫ
tardioribus: ſuggerente tunc etiam demone non

ideo falsum omnino uaticinium videri:ꝙ parum-
per erratum esset in tempore. hoc est igitur quod
dicebam in quo felicius nobiscum agi. ¶ De quo
mihi video: asserturus Christum in carne non vi-
dimus eo modo quo apostolis est visus. q̄uis eū
in operibus mirabilium suorū si non oculos clau
dimus: assidue videamus. ¶ Sed videamus
utiq̄ indicantem atq̄ firmatam fidem quam il-
li sepe tremulam viderunt. Vidimus longe late-
q̄ vulgatum Christi cultum: ⁊ q̄q̄ segnitie secor
diaq̄ nostra Christo nihil nobis multa decreue-
rint: multo tamen adhuc latius q̄ tūc resonat chri-
sti laus. Miramur imperia regesq̄ persecutores
olim Christiane religionis: nunc in Christi nomi-
ne ⁊ in crucis obprobrio gloriantes. Rusticos cer
nimus iam de fide certiores q̄ tunc esset aposto-
lus Thomas. nec locum clauorum nec vulnera re
quirentes. Multos scimus pro Christo intrepide
mortuos ⁊ paratos mori. Et non solum vnius so-
lum hostiarie uocibus: sed omnium tyrannorū mi
nis atq̄ tormentis immobili patientia victam im-
piorum rabiem. Carnificum duritiem fatigatam:
intellectum pudorem iudicibus. Et repente de tor
toribus martyres euasisse. Non ꝙ nos peccatores
apostolis ut apostolicis viris aut omnino etatē no
stram illi conferaꝫ. Sed ꝙ (nisi fallor) ad nos quo
q̄ diuine munus gratie peruenisse video: eodeꝫ ip
so largiente: qui dat omnibus affluenter nec impro
perat. quiq̄ operarios hore vndecime non priori-
bus tm̄ equat: sed in exhibitione diem mercedis:
ab eis incipiens de nouissimis primos facit. Quā
uis enim dei filius ut iudex puniat: miseretur ut pa
ter. Plus multo paterne clementie retinens: q̄ iu-
diciarij rigoris. Q̄ si non ita esset: iamdudūꝫ nihil
reliqui superesset in quo puniremur. Tanto enim
est maior vis q̄ egrotantis. Et saucie humane na-
ture vigor: nisi eam qui condidit adiuuaret. Cuius
uel gratie magnitudinem uel consilij altitudinem
super filios hominum quis ne dicam humanis v-
bis explicet. sed humana mente concipiat? Nem-
pe ad diuinum munus metiendum: diuino auxilio
est opus. Et dei gratiam agnoscere: gratia dei est.
Non est hominis per seipsum celeste mysterium
scrutari. quia tamen ⁊ ceci ⁊ claudi lꝫ in tenebras
fessi rectam semitam palpitantes querunt. ¶ Lo-
quar pauca de hijs quorum scientiam quero ma-
gis q̄ profiteor. En fragilitas nostra ante oculos
nostros semper. Nihil agimus quod non humane
nos conditionis admoueat atq̄ miserie. De qua ta
men integros ediderunt libros. tractatus alij exi-
mios. De qua Plinius secundus. vij. naturalis hi
storie breuiter attigit. Sed stilo excellenti ac flori-
da ubertate fert sententiarum. De qua ⁊ Augusti-
nus latius agit in libro de ciuitate dei. Unde Cice
ro ante omnes librum sue consolationis impleue-
rat. De qua mihi quoq̄ nonnunq̄ fuit impetus lo
qui aliquid: ⁊ uagantem calamum in hos fines im
mittere: nisi quia ⁊ nimis magna ⁊ nimis nota res
visa est. Q̄ etiam multa se offerrent: ut vnde ordi-
rer aut quid potissimum dicereꝫ incertus nunq̄ sa
tis explicare possem tantam arbitrarer. Et super-
uacuum videretur quicquid ea de re dictum esset:
⁊ de qua non dici nihil posset ab homine. ¶ Hoc
vnum itaq̄ commemorasse satis esse. Nil miserius
homine: nil debilius: nil pauperius: ⁊ aduentitie
opis egentius: q̄uis indigentiam: imbecillitatem:
⁊ miseriam hanc: vnde simus: ⁊ quid simus: ⁊ ne
futuri simus: quibus ue trāsmittimur. Unde quo
pergimus: nisi nos fallimus ⁊ sine libris ⁊ sine cu
iusq̄ admonitione scimus experti: neq̄ dum non
meminimus horum possumus obliuisci. Cōtra vo
diuine nature omnipotentissimam maiestatem nō
tam scimus q̄ opinamur ⁊ contemplamur inuisi-
bilia dei per ea que facta sunt intellecta conspicien
tes. Attoniti ⁊ ueluti luce solis luce mortales vin
cente oculos. Hoc vnum scimus non ꝙ nihil scim⁹
ut paruꝫ intellectui suo fidens sit Socrates. Sed
hoc certe rem esse ineffabilem ⁊ incomprehensibi
lem ac nostris ingenijs inaccessam: horror stupor-
q̄ ferat animum nostrum simul humilitatem / ⁊ il-
lius altitudinem contemplantis. Illud quod ne cō
templari quidem ad plenum possumus ex quo fa-
ctum est quis anteq̄ fieret cogitasset: quo scilicet:
q̄ potenti ⁊ q̄ misericordi remedio huic tante mi
serie sit consultum lippi ⁊ inualidi adhuc tante lu
cis aciem ferre non possumus ⁊ in ipsum lumen
quod amamus figere oculos non audemus. Tali
tamen felices impotentia quibus plus gratie colla
tum est: non dico q̄ mereamur aut mereri ualea-
mus: quorum omne meritum in primo parente q̄-
si viror arboris in radice aruit: nō dico q̄ pro quo
dignas grates saltem uerbo persoluere. Sed plus
intelligere uel tenuiter suspicari. ¶ Gaude igitur
humana natura de extremis miserijs facta felicior
q̄ toto capere possis ingenio. intendite queso huc
ingenia litterata. Audite Plato. Aristoteles. Py
thagoras. Non hic ridiculus ille circuitus anima
rum ⁊ uana metempsicosis. Sed maius quod-
dam uere salutis archanum latet. Audi Varro stu
diosissime hominum abditarumq̄ rerum quesitor
ardentissime. Non hic tuorum turba ⁊ fallacie de
orum. sed vnius dei ueritas pietasq̄ describitur.
Adeste Cicero atq̄ Demosthenes. Non forensis
sed celestis causa agitur. Quid hic igeniū? Quid
facundia uera possit: experiemini. Et uos Homere
ac Virgili adestote animis. Non hic greci reges:
aut romani imperatores ⁊ duces. neq̄ falsus iste
superi regnator olympi iuppiter. Sed regnator ce
li uerus dicitur Christus: Cogitate inter celum ⁊
terras quanta distantia est. Et ubi diu frustra: iam
tandem utiliter laborare animis ut terra salua sit:
necessario illam iūgi quibus id artibus fiet. ¶ Hic
uestrum acumen. hic uestram intelligentiam requi
ro. Nunq̄ reor talia cogitastis. Cogitate modo: ⁊
intendite: excitate animos: ingenia subleuate. Pu
to autem cum ualde surrexerint: mox ad destina-
tam peruenire nequeuntia: ⁊ laborate indaginis
fessa subsident. Multa de nubibus. de imbribus.
de fluminibus. de uentis. de glacie. de niue. de tem
pestate. de grandine. Multa de animalium natu-
ris. de potentijs herbarum. de qualitatibus rerū.
Multa deniq̄ de tumore pelagi. de tremore terra
rum. de motu celi ac stellarum. disputata acriter ac
tractata subtiliter reliquistis. At quibus modis ce
lum terre iungeretur atq̄ vniretur. Unum hoc ex
omnibus non vidistis. Magnum ⁊ forsan ⁊ pror
sus impossibile. contraq̄ nature leges videatur:
tam magna tamq̄ distantia iungere. Aut qui ma-
ius quiddam multo distantius est: quod moue-
ri oportet ⁊ inclinari ut terra soluetur. ¶ Inter

celuz nēpe ⁊ terram diſtantia ingens fateoꝛ:ſed finita eſt. Inter deum ⁊ hominem infinita. Homo
Homo quidem terra eſt:vnde nomen accepit. de terra oꝛtus in terra viuens:in terrā reuerſurus. Deus autem non celum ſed celi conditoꝛ:tantum celo quantum terra altioꝛ. Utrobiqʒ tantundem pꝛeſens ⁊ tantūdem diſtans. Et ſi enim celum terra nobilius non negetur. idem tamē utriuſqʒ creatoꝛ ac rectoꝛ deus qui fecit celuz ⁊ terram maria ⁊ omnia que in eis ſunt. Et localis ſpatij nō capax:ex equo omnem ſuam regit:ac ſupeminet creaturaz. ¶ Quid igitur fiet:uos interrogo doctiſſimi homines:que multa curioſius quoqʒ q̃ opoꝛtuit libꝛis ac memorie mandantes:vnum quod ⁊ maximum erat ⁊ ſūme ſalutiferum atqʒ appꝛime neceſſariuz ſiluiſtis. In quibuſdam ſane codicibus ueſtris pꝛedicari deum ⁊ eius uerbum ⁊ multa que circa ſummum fidei uerticem: ⁊ coeternam patris filij perſonam euangelicis apicibus conueniant. Auguſtino teſtante notum eſt ꝙ ſcilicet in pꝛincipio erat uerbuz ⁊ uerbum erat apud deum ⁊ deus erat uerbum. Quodqʒ omnia per ipſum facta ſunt: ⁊ ſine ip̄o factum eſt nihil. Q. autem qualiter uerbum illud caro factum ſit. qualiter terre motū habitauit in nobis:hoc doctus Plato neſciuit ut ait Hieronym⁹. hoc Demoſthenes eloquens ignorauit: Quorum pꝛimus dixiſſe fertur. nullus deus miſcetur hominibus. Atqui uel falſum hoc populo dixiſti. uel falſo tibi ſententie huius inuidia data eſt. ¶ Quanto melius hac in parte Seneca. Ait enim deus ad homines uenit. Nulla ſine deo mēs bona eſt. Certe deus noſter ad nos uenit ut ad eum nos irem⁹. Idemqʒ deus noſter hominibus mixtus eſt quando habitu inuentus ut homo:habitauit in nobis. Pꝛofecto enim quod non tm̄ Plato negans ſed ⁊ Seneca confitens ignorabat. quodqʒ ꝓꝛſus ignotum erat homini:niſi cui foꝛte diuinitas reuelaſſet immota lege diuina conſilij ab eterno attollenda. erat humanitas:inclinanda diuinitas:utrūqʒ pariter factum: ⁊ ſalubꝛis celebꝛata coniunctio eſt:ſine qua egra ſemper ⁊ languens humanitas iacuiſſet. Neutrum abſqʒ altero potuit fieri. aut per alium fieri q̃ per eum qui inclinat celos ſuos ⁊ deſcendit: qui reſpicit terram ⁊ facit eam tremere. Per illum itaqʒ nec per alium factum eſt. O inenarrabile ſacramentum. Nam quo altius humanitas attolli poterat: q̃ ut homo ex anima rationali ⁊ humana carne ſubſiſtens homo moꝛtalis caſibus pꝛo talibus neceſſitatibus noſtris obnoxij. Et ut paucis abſoluam:uerus ac perfectus homo: ⁊ a uerbo filio dei. patriqʒ conſubſtantiali ⁊ coeterno in deum:atqʒ in vnitatem perſone ineffabiliter aſſumptus. duas in ſe naturas. Mira rerum pꝛoꝛſus imperium aggregatione coniungeret. Quo in q̃ homo poterat altius aſcendere: q̃ ut homo deus erat. Ex diuerſo quo non magis depꝛimi inclinariqʒ diuinitas poterat: q̃ ut perſecutiones:iniurias terrores ⁊ mala noſtra pꝛeter peccatum. omnia paſſurum moꝛtale coꝛpuſqʒ indueret:cum quo uſqʒ ad ultimas contumelias ad uerbera ad paſſionem ac moꝛtem. moꝛtem autem crucis pꝛo ſalute aſſumpta hominis humiliata deſcenderet. Queqʒ tam magna tamqʒ ſupꝛa intellectum erant ut ea capere ingenia dura ⁊ ſuperba non poſſent. Quippe qui non ingenio ſed fide capiuntur fecerunt ſibi hereſes innumeras. Et in pꝛimis duas quarum altera Chꝛiſtum deum tm̄ ⁊ non hominem. Altera hominem ⁊ non deum decepti contendunt. Ceterum utriuſqʒ durities ut reliquarum omnium uere fidei malleis concuſſa fidelibus cautionem:ſuis actoribus interitum ſempiternum peperit. Iamqʒ a deo pꝛouulgata eſt ueritas:ut aliquando fore virus moꝛtiferi dogmatis latere aut fallere catholicum guſtuz queat. Omnia paſſim in oculis atqʒ in manibus ſunt:fruſtra iam pijs foribus obuerſatur circulatoꝛ hereticus. fruſtra inuiſibilis hoſtis accingitur. Pateſcunt doli omnes: arteſqʒ omnes tranſlucent. paſtoꝛ hunc hoꝛridus:hunc feriat miles:durus foſſoꝛ:iſomnis mercatoꝛ:nauta uagus: deniqʒ hunc fidelis ſpernet anicula. Et ſi enim explicite fidei articulos defenſionemqʒ non nouerit: aſſuete tamen aures pie ueris dogmatibus ⁊ opplete diuinorum atqʒ celeſtium fragore tonitruorum contra omne ſacrilegum ⁊ ſimplicitate confeſſionis ⁊ fidei firmitate uallātur. ¶ Sed deinde victus temporis malitiam ambiguumqʒ ſucceſſuz dicet. Eſto ſit deus Chꝛiſtus:quis illi obediet:qs implebit imperij tam dura? Si ſaluari homines uellet:aut plus virium daret:aut leuiora pꝛeciperet. Rurſum. Et quis conſilium dei nouit:cum ſepe homines lateant humana cōſilia? Quis ſcit an idcirco pꝛecipiat ut excitet:ideo minetur ut terreat ut impleti memoꝛ in iudicio ſit pꝛecepti futurus imemoꝛ neglecti. ¶ Contra hanc impiam atqʒ falſiloquam ſuggeſtionem fratres mei clamemus ſinguli. Clamemus omnes ad dominum ⁊ exaudiet nos. ⁊ introibit in aures eius iuſtus clamoꝛ. Dicat quiſqʒ maximo anime niſu poteſt: ⁊ uocem lachꝛymis ſi datur aſpergatur frangatqʒ ſuſpirijs. Nulla melodia deo ſuauioꝛ eſt. Uult iſte amari. vult de ſe ſperari. vult cum gemitibus orari. Dicat autem quiſqʒ. Domine libera animam meam a labijs iniquis ⁊ a lingua doloſa. Spiritus quidem carnem ⁊ oſſa non habet. linguam uocemqʒ non habet: Quibus igitur inſtrumentis loquitur: O utinam deforent ⁊ inſtrumenta periculiſqʒ noſtris illius exarmatione ſuccurſum eſſet. Quod foꝛtaſſe ideo non fit:ut aduerſus hunc hoſtem noſtra militia quo laborioſioꝛ eo clarioꝛ ſit acceptioꝛqʒ duci noſtro. ¶ Loquitur ille multa intus in anima que quiſqʒ ueſtruz tacitus:non ſine graui exercitio ſuo fert. Ualde autem pꝛouidendi cauendiqʒ ſunt hoſtes quos intra muros ut ita dixerim:ita familiaribus inſidijs inqʒ intimis anime penetralibus experitura habet:tum interdum ⁊ linguas ⁊ uocem ⁊ quas ore dicat aliquis. Nempe linguas impiorum hominū:uocem vulgi. ſiquidem e tot linguis vna totius populi uox eſt. laudat uoluptatem virtutem deſpicit Chꝛiſti viam. uel ambiguam uel inacceſſibilem ſaltem dicit. Raros ueritas teſtis habet. Inter hec viuimus ⁊ hanc temporum particulam cum lecti ſumus: hijs moribus non utendum dico:ſed reſiſtendum. quod nobis miſeris q̇bus adhuc intus ſeculi fluctus anceps nauigatio agitur:laborioſum longeqʒ difficile dixerim. Naz ⁊ eſtu rapimur rerum temporaliuz. Nec plus ocij obtigit: q̃ quod nobis peccatorum ⁊ occupationum noſtrarum intermiſſione permittitur. Uobis uero iam poꝛtus tuta tenentibus circunſpectio ꝓuiſioqʒ facilioꝛ multo eſt. Abſcidiſtis eqdem mūdi

nodos. negociorum laqueos: vincula rerum. Nudi ⁊ liberi multis e tempestatibus enatastis: ubi quiescere liceat ⁊ uacare. Itaqꝫ ad illud eximium salutis studium cui vni neglectis omnibus alijs intenditis: necessario ocio abundātes. hoc tamē magno lꝫ paucis cognito dei dono utimini parce: sobrie: sollicite. Ne qua uobis ex ocio: ut fit tumultuosior occupatio renascatur. Ocio etenim est opus. Non resoluto inherti atqꝫ eneruante animos. sed strenuo. ⁊ quod maxime uestrum est religioso ⁊ pio. ¶ Hoc ergo fratres agite. hoc ad salutem tramite pergite. Nullus rectior: nullus tutior. Atqꝫ ideo totiens hoc a uobis hodie postulo: ut uacetis. ubi enim Hieronymiana translatio hunc uacate: uetustior habebat. ocium agite. cui inherēs Augustinus ait. Unum certe querimus quo nihil est simplicius. ergo simplicitate cordis queramus illum. Agite inquit ⁊ agnoscetis quia ego sum dominus: non ocium desidie: sed ocium cogitationis ut a locis ac temporibus uacet. O profunduꝫ ⁊ salubre consilium fratres: quod ut ad liquidum itelligeretur adiecit. hec enim fantasmata tumoris ⁊ uolubilitatis constantem vnitatem videre non sinunt. Loca offerunt quod amemus. tempora surripiunt quod amamus. ⁊ relinquunt in animo turbas fantasmatum: quibus in aliud atqꝫ aliud cupiditas incitatur. Ita fit inquietus ⁊ criminosus animus. Et frustra tenere in quibus tenetur exoptans. Uocatur ergo ad ocium. i. ut ista non diligat que diligi sine labore nō possunt. hec iste vir ⁊ pietate magnus ⁊ litteris. ¶ Ego autem fratres ad hoc ocium uoco: hoc postulo: hoc hortor: hoc obsecro. Agite ocium ⁊ uacate. Ambo enim precia immo equidem vnum sunt sicut ⁊ que sequunt̃ agnoscetis. quia ego sum dominus ⁊ videbitis qꝛ ego sum deus. Dulcis via felix terminus. ¶ Uacate ⁊ videte ocium agere ⁊ agnoscere. Et non modo per breuissimum laborem ad longeuam requiem qꝫ ipsum peroptabile erat. Sed qđ immensum gratie est: per temporale gaudium ad eterna conscendere. In hoc culmen scandite: vnde ascēdendi altius est vie. Et in huius ocij arte constitite. hinc nullo strepitu auribus. nullo puluere rerum transeuntiū obstante oculis: omnes hostis dolos tendiculasqꝫ prospicite. Quis ut dixi enim illi gratias qui nos omnem ueritatem docuit: iam eousqꝫ perfectum: uel suapte natura: uel consuetudine in naturaꝫ uersa: vnde institute mentes atqꝫ aures ultro respuere didicerint. quicquid aperte uero dissonū ꝟo est: illud tamen occultius diabolicum murmur ex ore impij cauendum qui apparenter melior. sed deterior existenter Christum laudādo impedire cogitet uestrum iter quo ad Christum peruenitur. ¶ Iste quidem aget hoc modo sanctum fateor quicquid Christus iubet. sed implere precepta dei supra hominem est. Itaqꝫ si in rerum humanarum executione laboramus usqꝫadeo ut sepe nos cepto impares agnoscamus: atqꝫ ideo meliore cōsilio desistamus: quid de diuinis est sperandum. Linquamus ergo illa angelis: quorum excellentissimi etiā sub pondere corruerunt. Celestia sane celicole: nos humanū tractemus. ⁊ fortasse consultius fuerit non ingredi iter hoc arduum preruptumqꝫ: q̃ medio calle desistere. Et hoc saltem vita dum adest frui: q̃ spem incerti certuꝫ prodere. Ueniet alter eo periculosior quo proximior: uera qui ⁊ rectas Christi semitas ⁊ sancta iussa fatebitur. Et has per vias ⁊ hec possibilia non negabit. Sed difficultatē rerum nostramqꝫ molliciem multoqꝫ maxime nostre etatis decus desperatis ac perditis moribus nihil a quoq̃ satis: ne dicam nimium dici potest ꝟbis exaggerans feruenti proposito quoddam diffidentie frigus asperxerit. Aut forte facilia p̄dicās differenda concludet. Posse enim cum libuerit impleri: dādam quoqꝫ partem temporis huic vite cuius muneribus haud dubie sit aptior virens etas cetera senibus committenda qꝫ maturioribus opportunum consilijs sit. Attamen maxime de altera vita cogitandum: dum huius finis in ꝓximo est Eo presertim qꝫ in omnibus reb⁹ sit ordo pulcherrimus. Et cum semel abscesseris turpis ad ista sit reditus. Non minus deo placuisse qui penitentiam egerunt: q̃ qui sic vixerunt: ut eo remedio non egerent. Horum ac similium suasores non deerūt uel sermones hominum uel taciti cogitat⁹. Quod sibi contingere posse quis non miretur: cum cōtingerit Augustino. Quod ex confessionibus suis cōstat. Et iam contigisset Antonio tam duri propositi ⁊ tam solide virtutis ac fidei viro. quod Anastasij testimonio notum est. vnde dicit. Uos autē fratres eodē quo Antonius orationis clypeo hec hostis tela repellite. Siquidem diaboli telum est quicquid loquitur impiorum os. Multa igitur tela iaculantur. multas etenim linguas habet seu totidē armenta: quibus hostilia uenenata contorqueat. Nec linguas modo: ⁊ oculos ⁊ aures ⁊ man⁹ habet ⁊ brachia ⁊ pedes. deniqꝫ sicut iusti anima sedes est christi: sic impij anima sedes est diaboli. Et sicut anime: sic ⁊ in anima presidenti totuꝫ corpus obtemperat. Inde igitur suadente illo talia qđ detur aut quid apponatur uobis ad linguaꝫ dolosaꝫ Si hoc queritis respōdetur uobis per prophetas Sagitte potentis acute: cum carbonibus desolatorijs. O ingentis mali remedium opportunū atqꝫ efficax. quo genere sermonis alibi utitur ꝓpheta idem. Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum. ¶ Unde nō immerito hic queri solet qs hic potens: que sint hee sagitte: qui sint hij carbones. Et certe nemo potens: nisi cum dictum est. Scio quia omnia potes: ⁊ nulla te latet cogitatio. Et ab alio quodam. Multum ualere tibi soli supererat semꝑ ⁊ virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanq̃ momentum statere: sic ante te est orbis terrarum. Et tanq̃ gutta roris antelucani que descendit in terram. Sed misereris omnium quoniam omnia potes. Hic est fratres solus uerus potens. Nam quis queso alius potens: aut quantula nostra potētia est: seu uera nostra fragilitas: in hoc preangusto terre habitabili angulo: siue ut proprie dicam puncto: qui si terra ad vniuersum puncti rationem obtinet: puncti punctus esse deprehēditur In quo quidem omnino digni mortales genus laboriosum anxium sollicitum: tanto mori motu: totqꝫ paludibus obruto: tot desertis inhospito ⁊ inculto amnibus montibusqꝫ distincto: tot regnis ac imperijs sciso: tot bellis ac discordijs ingeto. quo tam iugibus curis tam longo labore breuiqꝫ tempore possidendo: non secus ac perpetuo superbimus. cuius fugitiua felicitas q̃uis insano fulgore prestringente oculos aliquid esse videatur.

bero:Esculapio:castore:polluce incōstanter fatere
tur:de Apolline ac Joue patribus eorum.Iteꝫ de
Neptuno/Uulcano/Marte/Mercurio/quos ma
iores gentium deos appellauit timuit apte confite
ri.Et idcirco ait.late hoc patere ut ideꝫ de ioue ce
terisqꝫ antigoribus dijs intelligamus:quoruꝫ me-
moriam si eadem rōne ueteres consecrauerūt:qua
se imagine nomēqꝫ filie consecraturum esse dicit.
ignosci merētibus pōt credētibꝰ nō pōt.¶ Quis
enim tam demēs qui cōsensu ⁊ placito innumera-
bilium stultorum apiri celuꝫ mortuis arbitret̃.aut
aliquem quod ipse non habeat:dare alteri posse?
Ego sane ut hec diuine dici fateor:sic in his Cice-
ronem timuisse non intelligo.Et si enim amici con
scientiam testarent̃ ex mysterijs intelligi posse:qꝫ
late pateret id quod dixerat uolens ⁊ que de mi-
noribus dicuntur ad maiores etiam trahi:tamē ad
ipsum de maioribus expresse dixerat:maiores sci-
licet deos etiam hinc a nobis ꝓfectos in celum re-
periri.Cuius dicti argumētum attulit mysteriorū
traditionem:ad quam amici aium memoriāqꝫ mit
tebat.Eqdem si nec nostri ut faciunt urgerent.ne-
qꝫ illi ultro cederent ac singula que ad religionem
ptinent uana eis esse atqꝫ irrita faterent̃:tamē intel
ligētibus ullis illa cōfessio satis erat:ꝙ terrā deorꝝ
oium matrem esse dixerūt:que oium quoqꝫ hoium

mater est:ut nihil dubij relinqueret̃ oēs illorum de os quãtalibet supstitione quãtiscũq3 tēporum spatijs adiuta cultos aut colendos terrenos hoies ac mortales eē:non deos:quoꝝ error suis in terminis si mansisset grãde piculum erat pstare homini qḋ deo debitum est. Uerum occasione hac demones freti calliditate insita:defunctorũ hoium statuam subire credulitate atq3 insciētia hoium abutentes Unde geminata piculi materia est:dum nō modo homini sed demoni dei hosti diuinum offert̃ obsequium. Ipsa statue hoc est idoli materia vicem corporis demoueãt:inclusẽ aie locum obtinente:ut fit ex corpe ⁊ aia factus ab hoie illusor hoium deus constet:vnus faciēdi officium Trimegistus hoib⁹ datum dicit:q̃ scilicet aduētum ueri dei uel ablatũ esse uel afferri debere cõquerit̃. ¶ Mihi qdem fateor nunq̃ in aium uenisset:ut deos ex hoibus factos cõcedere satagens:tam multa ad cõtertũ de Lactãtio ⁊ Cicerone trãscriberem:nisi q: eoruz libros vnde ista sumebam ⁊ alibi qdem raros apud uos v̄o nullos eē memineram. Sed iam diu nescio an ⁊ utiliter a ꝓposito deerrasse videor. Redeundum est. ¶ Ex oibus igit̃ vijs qbus ad celum conscendisse sunt crediti:qui ad iferna descēderãt nulla uobis eligēda est. Nō enim vie sed de via quedam sunt. Nō eo ducũt quo intēdimus. Qḋ rectũ igit̃ nobis iter ostēdat:uel fugiēdum totis aie gressibus. Secedēdum q̃ longissime ab arenosis atq3 palustribus. Alto ⁊ confragoso calle gradiēdũ est Linquēda vitia. appħendēde virtutes. stultitia deserēda. sectãda sapiētia. Illarum enim finis haruz ꝑncipium esse solet. hic est ordo qui ex Flacci v̄bis elicit̃. virtus est vitium fugere. ⁊ sapiētia ꝑma stultitia caruisse: ꝑclare qdem Satyricus ait. Semita certe tranqlla per v̄tutem patet. Unica vite:vnica tranqlla vite semita est. Nec nos aliam sed istã solam vite semitam querimus per virtutem. hec certe nō alia:quo cupimus ducit. Nam qd aliud psalmographus sentiebat. Ibunt inqt de v̄tute in v̄tutem. Hec via est terminus ille qui sequtur. Uidebit̃ deus deoꝝ in syon. per v̄tutes igit̃ ad vidēdũ itur O ꝑclarum iter:o felix terminus. Rogo qd cupis hic in terris? Interdum per opacas ualles ⁊ prata roscida:per frōdosos ⁊ faciles colles: secus amenas ⁊ floreas fluminum ripas iter egimus:ut fero ad aliquam placitam mãsionem uenientes optatam amici faciem videremus. Et interea laborem vie obliti:oculis rerum occurrētium uarietate leniuimus. Quãto hec gratior via est:terminusq3 beatior. Ire totum hũc breuem ⁊ uelut hybernum vite diem. Et ire iugi ascēsu de virtute in virtutē iter altum ⁊ iucũdum. Et cum semel assueris facile ut ad uespam videat deus deoꝝ in syon:altissimus ⁊ beatissimus. Et nisi desipimus ꝓpius noster finis. Nam ut in extremo ciuitatis dei angulo scriptum liqt Augustinus. Quid aliud nr̃ est finis nisi peruenire ad regnum cuius nullus est finis. Que nã v̄o natura amicitie uel v̄tutis:que hic ꝓculdubio dulcissima rerum sunt:uel cuiusq3 oino rei alterius delectatio tãta uel esse uel fingi pōt? Quãta est ad ipsum ultra quem nihil est:ois uere delectationis ⁊ gaudij fontem limpidissimum peruenisse: ad quem qui ꝑuenerit:iebriabit̃ ab ubertate domus dei. Et apud quem fons vite: ⁊ in lumine suo videbim⁹ lumen. Et idcirco miror hãc hoium cecitatem:qui cũ

Trimegistus

Diffō v̄tutis

Satyr⁹

Aug⁹

uoluptatis auidissimi sint:eãq3 omni studio appetãt:a summa eos uoluptate minor abstraxerit que impellere magis atq3 aiare debuerat:ut multis ⁊ minimis usqueadeo delectati tãdem vnum id qḋ summe delectaret ingrerent. Si enim fesso viatore tam suauis est cespes herbosus: ⁊ sub vmbra arboris exiguus fons:quale est inter mortales vite molestias inuenisse fontem aque salientis in vitam eternam. Et vmbram illam sub qua nō ad breuis hore spatium neq3 ab estu solis tm̃:sed in eternuz ab omni aduersitate ꝓtegamur ⁊ ab omni metu. Si magistra manu tersum ⁊ exculptum aurum. Si lapillos perlucidos indico littore aduectos. Si qḋ hijs oibus maius est:si nitidum solis iubar : ⁊ apricas terras: ⁊ florētes ramos ⁊ prata virentia. Deniq3 dilecti faciem cernere ⁊ colloqui dulce est:quale illud spectaculum erit vnde ceteris cõtigit ut placerēt? Quicqd oculos aut aures:quicqd oino sensus atq3 aium delectat/a quo ꝑcor idipsum ut delectaret habuit:nisi ab isto qui delectabilia cũcta nō tm̃ supeminet sed creauit:eisq3 nō tm̃ ut delectarēt tribuit:sed ut essent. Atq3 ideo nullus mihi par furor in rebus hoium videt̃. Nulla tam cois insania:q̃ ꝓpter exiguam ⁊ incertã breueq3 dulcedinem:ab ista que immēsa certa ⁊ eterna est: ⁊ sine qua hec ipsa dulcedo nulla esset/auerti. Neq3 satis apḋ me huius mali causam intelligo uel inuenio:nisi q: diffidētie humane mos est amare p̄ntia:futura contēnere. Cum tm̃ ⁊ diuini amoris dulcedo:ut maior ⁊ melior est:sic esse possit ⁊ certior ⁊ p̄sentior: Quoniam humanis ⁊ mutis in rebus his ꝑcipue in q̃s carnalis tendit affectus:aliquãto spes q̃ res ipsa sit dulcior. Sed ea mētium humanarum: ⁊ qd uoluit diffinire difficile sit:cum ceteris in rebus tã in hoc maxime q̃ delectationem in qua summam statuũt nec inepte modo ueram a falsa fugiũt. Et hec qdem hactenus. ¶ Uos aũt fratres:quas deo meritas grates acturi estis:qbus in humilitate uestra paruulis reuelatum est/qḋ tot supbis sapientibus occultatum fuit:que scilicet aie via. quis vie terminus. ⁊ qs dux. disputat̃ apud eos:multis qdem v̄bis de bonoꝝ ⁊ malorum finibus de quo romani principes eloquij:utq3 Augustinus ait. vnus e numero doctissimorum hominum idemq3 eloquentissimus omnium Marcus Tullius Cicero integruz edidit uolumen quinque distinctum libris. ¶ Neq3 v̄o hijs obstat q̃ Christus ipse se viaz dicit. Ibidem enim se dicit ⁊ vitam. Uerumq3 est illud Seuerini. dux semita terminus idem. O philosophi magni ⁊ laboriosi homines a quibus ingenio victi sumus. En gratia vicimus gratuitisq3 muneribus. Laborastis:en quiescimus. Seuistis:en metimus. Quesistis:en inuenimus. Neq3 culpa uestra neq3 meritum uestruz. sed domini fauor solus: qui agente deo felicius q̃ sperabam. Ab illo igitur primum raptus ⁊ a semitis meis parumper adductus sum. Accessit sacer nominandus Ambrosius: accessere Hieronymus: Gregoriusq3 nouissimus: oris aurei Joannes. ⁊ exundans lacteo torrente Lactantius. Ita hoc pulcherrimus comitatu scripturarum sacrarum fines quos ante desperaueram: uenerabundus ingredior ⁊ inuenio cuncta se habere que credideram. Accessit opportuna necessitas diuinas laudes atq3 officium quotidianuz qḋ male distuleram celebrandum. Quam ob causam

Diff... tie m... hũa...

Boe...

pſalterium ipſum Dauiticum ſepe percurrere ſum coactus. E quibus fontibus haurire ſtudui. Non vnde diſertior fierem: ſed melior ſi poſſem. Neqꝫ vir euaderē diſputator maior: ſed peccator minor. ℭ Has igitur ſcripturas quas ego aduena necdū notas odore quodaꝫ illectus adamaui ſero: hꝫ uos uelut indigene ꝛ in hijs a principio enutriti amate colite / ueneramini / frequentate. Nunqꝫ de manibus ueſtris ſi poſſibile ſit: certe de mentibus ueſtris excidant nunqꝫ. Quarum ſiue auctoritas queritur: a ſpiritu ſancto prolate ſunt: ꝛ Chriſti ore firmate. Siue antiquitas: ꝛ omnes omnino ſeculares litteras antecedunt. Anteqꝫ Cadmus ꝛ grecarum repertor. Anteqꝫ Yſis egyptiarum. Anteqꝫ Carmentis latinarum inuentrix naſceretur: hee littere celebres erant in orbe terrarum. Siue virtus ꝛ attenditur. Et ſagitte ſunt acute ꝛ ardētes que qbus infixe fuerint corda viuificant. Siue fructus optatur Et certe cum ceterorũ merces ſit aut breue lucrū aut aura uolatilis falſus fauor. Harum finis eterna vita eſt: ꝛ uera felicitas. ſin forſan ornatus exigitur. Et qꝫuis multa de hoc dici poſſint: hec tamē omniũ ſumma eſt. quaſdam forte ſuperficietenus compoſitores: pulchriorem nullam. ℭ Itaqꝫ fingi iubeo hinc matronam formoſam / ſobriam / pudicam cultu exiguo contentam. Illinc exquiſitiſſime compoſitam meretricem fucis ora uendentibus. Quiſqꝫ ne adeo hebes ut dubitet qꝫ potius in coniugem ſibi aſſiſtatur. Magni doctiqꝫ viri multi fuerunt: diſerti aliqui. Neſcio enim quomodo facilius eſt doctum hominem reperire qꝫ diſertum. Immo mō tātū in ꝓmptu eſt ꝙ doctrina ſine eloquentia eſſe poteſt. Eloquētia vo ſine doctrina eaqꝫ multiplici ꝛ uaria eſſe non poteſt: niſi forte loquentem pro eloquēte poſuerimus: quo nihil eſt falſius. Et hec eſt radix uel poetice uel oratorie raritatis. De qua multa diuinitus in eo libro qui orator inſcribitur diſputauit Cicero. Qꝫuis ſane doctorum ꝛ eloquentium omnis cohors quotquot ab origine rerum uſqꝫ ad hanc diem quacūqꝫ parte mundi floruerunt: quos enumerare longum eſt / philoſophētur: diſputent: perorent: res decoras ſtilo quolibet exornent: ꝛ tenuiſſimo artificio ac poeticis uerbis tegant: nonne omnes indocti ꝛ muti ꝛ elingues videbuntur: ubi ab aduerſo ſola Chriſti uox intonuit Ueriſſimumqꝫ illud regij prophete. Abſorti ſunt ut in comparationem petre per quam Chriſtum intelligi ſolere nouimus nil prorſus appareat: ꝛ per ſe modo maximi videbantur. ℭ Hec ſunt fratres que ocio religioſo ut ſcriberem occurrebant: qꝫuis haud ignarus ſim: eouſqꝫ ſermonem protēdi poſſe quouſqꝫ occupatorum miſerie protenduntur quarum nullus eſt terminus. Sed ſatis nūc dixiſſe viſus ſuꝫ. Reliqua ex uobis audire habeo: quos horum feciſſe debuit experientia magiſtros. ℭ Hoc ergo de quo loquor ocium ꝛ hec uacatio preſtabit ut videatis: quoniaꝫ deus ipſe eſt dominus. ꝛ acriter intueamini que ad ſalutem aptiſſima ſunt: ꝛ ſi a ſenſibus uehementer abhorreant. Atqꝫ in primis noſtram ꝛ pretereuntium rerum fugam: neqꝫ mundi ac carnis aut demonum ſuperaddere ne capiamini. Neue quis ueſtrum hoſtibus ſuis aut conſiliarijs malis credat. ℭ Poſtremo nunqꝫ fletus aut luctus diuellatur. vnde utiqꝫ neceſſarium eſt diuelli. Ad hec videnda lucidum ꝛ quietum delegiſtis locum. Arripuiſtis iter rectum ꝛ ſecurū. Bono collirio lauiſtis oculos. Sic agite: ꝑgite quo cepiſtis. Nemo ſe in tergum flectat. Statua ſalis inqꝫ mulier retro reſpiciens uerſa eſt: animas ueſtras ſalutifero ſale condiuerit. Nullus hominum ſine peccato eſt. Sed peccatori dicitur. peccaſti: qeſce. Quieſcite ergo: uacate: ocium agite: videte: gaudete: pro me flete: ꝛ mei memores ualete. O felices ſi uoſipſos ꝛ bona ueſtra cognoſcitis.

ℭ Explicit Liber de ocio Religioſorum.

¶ Itinerarium Petrarche laureati Incipit ad quendam Mediolanensem.

Raro admodum spei nostre rerum exitus rñdent. Sepe p̄meditata destituūt: insperata cōtingunt. Neqꝫ id mirum cuiqꝫ esse debet: mirum potius siquid aliter accidat. Siquidem ratio principia rerum regit: euentū fortuna moderat̄. Nihil autē magis aduersum rōni q̄ꝫ fortuna. Itaqꝫ sepe telam quam ingeniose illa ratio q̄dem ordita erat: hec fortuna impetuose ante tēpus abrumpit: qd̄ p̄batione utinam egeret. Neqꝫ his querelis adeo vita hominum plena esset ut iam fere nil aliud igemiscat. ¶ Sed ut ad rem nr̄am ueniam: decreueras q̄dem me uolētem fateor optantēqꝫ me comitem habere. Nam que usqꝫ optabilior aut sanctior via est iustiorqꝫ peregrinatio/ q̄ꝫ ad sepulchrum ubi ille iacuit cuius t̄palis mors imortalitatem nobis et eternam vitam peperit? Sepulchrum ubi si dici fas est et victa mors scilicet et victrix in ea sepulta est. O beatum iter et inuidiosum christiano aio spectaculum. hinc ego nunc nescio q̄bus peccatorum uectib⁹ arceor: nutisqꝫ detineor. Infans q̄dem ut Flaccus ait pudor loqui p̄hibet: sed impiosa ueritas fari iubet ea ut parceam cogit. ¶ Cum multe me detineāt cause: nulla potentior q̄ꝫ pelagi metus. Nō q̄ aut vite cupidior aut timidior mortis sim q̄ꝫ ceteri mortales: aut terrestrem mortem maritime preferendam rear. Neqꝫ enim in loco sed in animo est qd̄ felices facit et miseros. Et cum ubiqꝫ moriendum sciam/ ubi sit melius mori ignoro. Frustra bellum et maria vitamus. frustra labores fugimus: periturorqꝫ p̄cimus corpusculo. In medias uoluptuosorum latebras: inqꝫ ipsos regum thalamos inuisa mors penetrat. Et sepe quam forte labor et exercitium distulissent: iners luxus anticipat. semel utiqꝫ moriendum est. Et hanc mortem ut arcescere uetitum: sic euitare uelle demētia est. Procrastinare mollities. et equanimiter expectare tanq̄ꝫ ubiqꝫ proximam et horis omnibus affuturā: ea virtus eximia est. Verūqꝫ viri opus secūdam mortem oium visu fugere consilium erat. Sed ita res se habet. Ad impossibilia studium omne ꝯuersum est. Non mori: nō egrotare: non laborare: non dolere: non seruire: non egere uolunt omnes. Non peccare vult nullus. cum ea uera et maxima mortis et egritudinis et laboris et doloris et seruitutis et penurie causa sit. ¶ Mihi v̄o forte nunc dicat aliquis. Si mortem ergo non metuis: quid metuis? Longam mortem et priorem morte nauseam? Non de nihilo quidem: sed expertus metuo. Quotiens putas illud monstrum retētaui. Si fortem naturam ꝯsuetudo uel vinceret uel leniret. Siquid perfecerim queris: non metum minui: sed gemina potius cum nauigatione suppliciū hoc forsan animo uago et rerum nouarum visione inexplebili oculo frenum posuit natura. Congressum itaqꝫ noti hostis exhorreo: cuius prospectu tamen adeo delector: ut quem tāgere abhominor q̄ꝫ cupide videam stupor ingens sit. Iste me mō metus hic detinet. Exoptatum in comitatum tuum inuidet fortuna. An vnq̄ꝫ v̄o posthac metum hūc victura sit charitas: subdifficilis ꝯiectura est. ¶ Ibis ergo sine me et multa conspicies quorum tibi dum vixeris memoria uoluptatem renouet. Ego iterim dum tu redis: quod ut celeriter feliciterqꝫ fit cupio Europe: Italieqꝫ finibus cōtentus agam. Nihilo minus te animo comitabor. Et quoniam ita vis his etiam comitabor scriptis que tibi breuis itinerarij loco sunt. Morem enim secutus amantium: cuius p̄ntia cariturus es imaginem flagitasti: qua utcūqꝫ tuam absentiam solareris. Non hanc vultus imaginem cuius indies mutatio multa fit. sed stabiliorem effigiem animi ingenijqꝫ mei: Que quantulacūqꝫ est: profecto pars mei optima est. hic tibi ergo Non amici domicilium corpus hoc: quod videntes quidam totum se hominem vidisse falso putāt. Sed amicum ipsum terrenis spectare luminibus licebit: quoniam ut ait Cicero. Mens cuiuscunqꝫ is est quisqꝫ. Cicero Nō ea figura que digito mōstrari potest. Sed iam nimium te moror quem socij expectant: quem tranquilla ueris facies fauentesqꝫ uocant aure: quem nos omnes qui suspiramus abeūtem iamiam reducem exoptamus.

Noscis ergo vir optime quoniam me nō potes comites has habere litterulas in q̄bus que oculis ip̄e tuis mox videbis ex me qui ea certe necdum vidi omnia nec vnq̄ꝫ forte visurus sim. audire expetis: mirum dictu: nisi q̄ passim multa que nō vidimus scimus. multa que vidim⁹ ignoramus. Parebo equidem: eoqꝫ p̄mptius quo iustius cupis. p̄mum. s. ut que ad salutem anime. dehic que ad notitiam rerum et ingenij ornamētum. Postremo que ad memoriam exemplorum excitandū q̄ꝫ animum pertinere videbunt explicem. iterqꝫ lōgissimum breui stilo metiar. Prima quarū nisi fallor religiosi prorsus ac fidelis. Alia ferueūtis ac studiosi. Tertia militaris ac magni animi cura est. Qd̄ v̄o non possit amor: certius te visurum speras que calamus meus hinc: queqꝫ oculus tibi tuus inde monstrauerit. Ingrediamur v̄o iam tandem iter hoc: et menia pretermittentes que assidue subiecta oculis. Inculcare auribus supuacuum est. Nōdū tibi visam ut ais Januam ueniamus. ¶ Videbis Janua ergo imperiosam urbem lapidosi collis in latere/ virisqꝫ et menibus superbam: Quam dominā maris illius aspectus ipse pronunciat. sua sibi potētia qd̄ multis iam fecit urbibus obstat atqꝫ efficit. Iugis vnde materia ciuilium simultatum scatet. Auctorem urbis et nominis Janum ferunt. p̄mū ut quibusdam placet. italie regem. Quod an ita sit. an ipse situs urbi nomen dederit q̄ nostri orbis quasi ianua quedam esse videatur: incertum habeo et publicis insculpta monimētis. Vtriqꝫ autem illud obstat q̄ apud ueteres Janue. sed ianue nomē in usu est. Huius sane multa recentia et memorabilia dici possunt que pretereo. Neqꝫ enim scribo nunc historiam: sed lecta describo. Antiqua autem pauciora q̄ non semper hoc: sed quantum intelligere est caput gentis Albigānum fuerat. Ipsa quidem de Albigānum qua loquor Janua temporibus belli punici secundi a Carthaginensibus euersa a Romanis ducib⁹ restituta est. In qua tu nunc et populi habitum / et locorum situm/ et edificiorum decus: atqꝫ in p̄mis classem: quod de tyria scriptum vides cunctis terribilem/ tremendamqꝫ littoribus. tu molem pelago obiectam portumqꝫ mirabere manufactum inextimabilis sumptus: infinite opere quem quotidiane

ne quicq̃ꝫ feriunt procelle. ¶ Quid multa cũ sedulo ciuitatem hanc ⁊ dextera leuaqꝫ circũfusum littus ac montes fluctibus impendentes. Ad hec corpora: inopes animos: ⁊ victum gentis aspexeris. Scito te vidisse Cotem illam alteram que romane virtutis aciem longo exercitio multos olim annos exacuit. Nã siquid Liuio credit̃ nulla ꝓuincia magis fecit ut cum scilicet omnia essent que vigileꝫ atqꝫ sollicitum romanum exercitum haberent: locorum montana durities: hostis prompta uelocitas cõmeatuum difficultas: insidiarum opportunitas cõmunitio castellorum: labor iugis: periculi plurimum: prede minimum: ocij nihil. Itaqꝫ cum urbibus terrarum: cum singulis: hic cum multis difficultatibus vno tempore pugnanduꝫ erat. ¶ Hinc tutam ⁊ si socij properent. ⁊ naute de littore funẽ soluant. Non tamen ante discesseris q̃ꝫ preciosum illud ⁊ insigne uas solido e smeragdo: quo Christus cuius te tam procul a patria amor trahit: pro parapside usus fertur videas deuotũ: si sic est. alioquin suapte spẽ claruꝫ opus. ¶ Hinc digressus ad leuam totum illum diem: ne oculos a terra dimoueas caueto. Multa enim illis occurrent que multo facilius tibi sit mirari q̃ꝫ cuiq̃ꝫ hominũ stilo amplecti. Ualles amenissimas: interlabentes riuulos colles asperitate gratissima ⁊ mira fertilitate conspicuos atqꝫ auratas domos quocũqꝫ te uerteris videbis sparsas in littore. Et stupebis urbem talẽ decori suorum ruriuꝫ delitijsqꝫ succumbere. ¶ Uiginti nisi fallor milia passuum emensus extentuꝫ in vndas promontorium: caput montis ipsi uocãt: obuium herebis ⁊ delphinis siue ut naute nuncupãt alphini portum perexiguum: sed tranquillum ⁊ apricis collibus abditum. ¶ Inde Rapallum ac Siestrum ⁊ nomine ueneris insignem portum securuꝫ uentorum omnium: ⁊ omnium que sub celo sunt classium capacem. Nostrum prope ericem: habet enim alterum sicilia. Immeniosius est maris opportunus fatigatis puppibus. Et hoc quidem littus omne palmiferum atqꝫ cedriferum: ut aduersũ cereri: sic bacho gratissimũ ac minerue. Nulli usq̃ꝫ terrarum cedere certuꝫ est. Quo magis id priscis rerum scriptoribus ⁊ presertim uatibus pretermissum miror. Sed adducor ut extimem: non inuidiam sed desidiam causam dedisse silentio. videlicet ꝙ nondum tẽptata: ideoqꝫ nondum nota fertilitas locorum erat. ¶ Hinc est ut cum claris sepe carminibus merorem falernumqꝫ concelebrent terrasqꝫ alias: hanc cunctis hac laude p̃stãtem omnes ignotam preterierant. Id me mouit omniuꝫ qui scripserunt ⁊ ingenio ⁊ stilo ⁊ etate nouissimuꝫ ut in africe mee quodam loco idoneam nactus occasionem loca ista describerem caractere dicẽdiqꝫ genere lõge alio. Qui liber nisi uel vite breuitas uel ingenij tarditas uel aliorum librorum vnum in tempus cura concidens: uel quorum nullus est modus fortune impedimenta uetuerint: aliquãdo forte sub oculos tuos ueniens in horum te atqꝫ aliorũ que multa nunc visurus es locorum memoria reuocabit. ¶ Sed multuꝫ vie nobis restat: progrediamur ad reliqua. Non procul habebis contra extremos Ianuenses fines corũum famosum scopulum ⁊ nomẽ a colore sortitum. Ac paululum prouectus macre amnis hostia: qui maritimos ligures ab ethruscis dirimit supraqꝫ littus maris sinistramqꝫ ripam fluuij ruinas lune iacentis aspicies: si fame fides est. Aliud enim hac in parte nihil habeo: magnum exẽplum fugiẽde libidinis que sepe nõ modo singulorum hominum: sed magnarum urbium ⁊ locupletium populoꝝ ac regum fortunas pessundedit: lꝫ huiusce rei exemplum maius ⁊ antiquius Troia sit.

Nõ de Luna ciuitate

¶ Hinc iam sensim cedentibus montibus aliq̃ꝫdiu planum ⁊ absqꝫ scopulis leue littus. Portus rari: castella procul in collibus: plaga maris inhospita. Sarçanum paulo submotum a littore: nouum frequensqꝫ oppidum. ¶ Inde lauentia vicus ignobilis. Fluuius deinde re ⁊ noie frigidus aqs arenisqꝫ perlucidus secus massam amenissimam terram descendit in pelagus. ¶ Prope oppiduꝫ est quod petram sanctam dicunt. Cuius auctor ut audio conciuis quidam tuus fuit illius tunc prouincie preses ⁊ vir domi clarus ac nobilis. Itaqꝫ familie sue nomen transtulit in suuꝫ opus.

Sarçana
Lauentia
Massa
Petra sancta

¶ Ultra iam Pisanorum duas arces nihil memorabile: quarum alterã adultionem. alteram viam regiã appellãt. ¶ Nec multo post sercli atqꝫ arni fauces sunt. Quoruꝫ alter lucam preterlabit̃. Alter patrie mee muros: primum tandem Pisas interfluit. Et de Luca quidẽ dubius sum. ¶ Florentia prorsus extra cõspectuꝫ latet. ¶ Pisas autem ex ipsa puppe gubernaculi tibi rector ostendet: ciuitatem peruetustam: sed decẽti ⁊ decora specie. Et lꝫ inter plana sitam: non tamẽ ut magna pars urbium paucis turribus: sed totam scilicet eminentissimis edificijs apparentẽ quomodo quoqꝫ maris potentissimam donec patrum memoria non modo vires equoreas: sed animos nauigandiqꝫ propositum magno victi prelio Ianuẽsiuꝫ amisere.

Luca
Pise

¶ Post hec paucis passuum milibus portus ⁊ ipse manufactus: pisanum uocant: aderit ⁊ fere contiguuꝫ Liburnum: ubi preualida turris est: cuius in uertice pernox flamma nauigantibus tuti littoris signum prebet. ¶ Hinc si ad dexterã te deflectas Gorgon atqꝫ Capraria parue quedam Pisanoꝝ insule presto erũt. Necnon turris exigua pelagi medio que mellora vulgo dicit̃. ĩfausta illi populo/ ꝙ scilicet illic ipsa cuius pauloante memini: pugna cõmissa est. ¶ Si pressius itẽderis videbis ⁊ corsicã ĩcultã ĩsulã ⁊ armẽtis siluestrib⁹ abũdantẽ.

Portus pisanus
Liburnum
Gorgõ
Capria
Mellora
Corsica

¶ Quinq̃ginta inde uel nõ multo amplius passuũ milib⁹ Plũbinũ ĩsigne oppidũ. Ad leuã fertili sedet in colle. portus subest nec multarũ capax nauiũ ⁊ securitatis ambigue. ¶ Ad dexteraꝫ exiguo spatio Ilua est ĩsula ĩexhaustis calibũ generosa metallis ut Maro ait. Perhibẽt qui lõgiores ibi traxerũt moras: oia illic ad vitã optimam peruenire.

Plũbinum
Ilua

¶ Deniqꝫ post Sardaniã Amissam pisanarũ opũ illã p̃cipuã sedẽ eẽ. ¶ Haud ꝓcul inde Popolonia massa maritima. Grossetũ: thelamonis portus an ab aiacis patre an vñ dictus ꝓfiteor me nescire ¶ Inde rursus ad dexteram. Igillium insula vino ⁊ marmore nobilis. ¶ Ad leuam sancti Stephani quem dicunt. Et mox portus Herculeus. Argentarie mons medius post Cornetum Turritum ⁊ spectabile oppidum gemino cinctum muro. Et ex alto colle maria longa despiciens.

Popolonia
Massa
grossetũ
Thelamonis portus
Igiliuꝫ
Cõnetũ

¶ Huius in finibus Tarquinij fuerat olim ciuitas: nunc nihil preter nudum nomen ac ruinas. Unde qui Rome regnarunt Tarquini prodierunt. ¶ Post hec illa que Ciuitas uetus dicitur decem nisi fallor passuũ milib⁹ sita est. ¶ Deinde quẽ adriani portũ no-

Tãqnij ciuitas
Ciuitas uetus

cant opus inter cuncta mirabile. Quodue inter se-
pte3 illa famosissima numeretur nil sibi nisi etas ⁊
Fauces tyberi3 — iactantia graia defuerit. ¶ His exactis Tyberine
fauces ad leuam sunt. ad dexteram remanente Sar
Sardinia — dinia. Supra tyberis ripa3 ostia est Anci Marcij
Colonia quarti Romanorum regis quam in ipso
Anci colonia — maris fluminisq3 cõfinio posuit ut ait Florius. Iã
tamen presagiens videlicet animo futurum ut toti
us mũdi opes ⁊ commeatus illo ueluti maritimo
urbis hospitio reciperentur. ¶ Illic sane cum fue-
ris: cito te a regina urbium Roma non nisi duode
cim passuum milibus abesse. de qua si tam paruo
spatio loqui uelim: intollerande nimis audacie sim
cuius gestis atq3 glorie totus orbis terrarum an-
gustus est: cuius nomini libri lingueq3 omnes non
sufficiũt. ¶ Post ostia tyberina caput ancij appet:
Ancius — ita enim uocant naute. Ciuitas ibi ancium fuit vul
scorum caput. Que cum multa olim bella cum ro-
manis gessisset: capta demum ⁊ cum tota gẽte sub
acta est: proxime destructa est. ¶ Inde mons pre-
Pontus circe — elatus cui carminibus pontus Circe nomen impo
suisse creditur. Ibi enim ut dicunt habitauit: atq3
ibi Ulyxes socios uertit in beluas. Que transfor-
matio quid ministerij uellet nosti: locus est autem
⁊ fama celebris ⁊ scriptorum ingenijs. ¶ Hic ad
Pontie — dexteram pontie remanent: breuis insula ⁊ olim
Terracina — carcer illustriũ. ¶ Progrediẽti tibi terracina nũc:
olim ansur primum aderit. ¶ Mox Caieta nutri-
Caieta — cis enee nomen seruans: ubi quo prosperior naui-
gatio sit. Sacrum erasmi tumulum adire ne pige-
at: cuius opem multis iam in maritimo discrimine
profuisse opinio constans est: hic flexus littorum ⁊
pelagi sinus ingens saltusq3 lauriferi. Cedriferiq3
⁊ odorantum ac sapidum semper lete virentiu3 ne
mus arbuscularum. ¶ In hoc tractu formem seu
Lit'nus — formianum ⁊ liternum dicam uerius fuerunt. Al-
terum Ciceronis infanda cede. Alterum Scipio-
nis indigno exilio nobilitatum ⁊ cineribus patrie
negãtis. Sed hec duo loca extimatione magis ani
mi q3 oculis assequeris. Alter enim iacet. alter ⁊ la
tet nisi q apud formias due adhuc seu tres magne
supereminent arene. ¶ Ipsa sed in oculis erit maxi
me que se obuiam dabit. Insula poetaru3 nota pre
conio. Isclam moderni uocitant sub qua a ioue ob
Iscla — uinctum typheum gigantem fama est. fecitq3 locũ
fabule uapor uelut hominis anhelãtis. ⁊ etheneo
more estuare solitum incendium. ¶ Uicina hinc p
Pchita — chita est parua insula. Sed vnde nuper magnus q
dam vir surrexit Joannes ille qui formidatu3 Ka
roli diadema non ueritus ⁊ grauis memor iniurie
⁊ maiora si licuisset ausurus. ultionis loco huic re-
gi Siciliam abstulisse. ¶ Simul ⁊ ad leuam cuius
Cume sibillaꝝ — colle humili sibille patriam uidebis. ubi Tarquinius
superbus regno pulsus tandemq3 tuscorum ⁊ lati
norum destitutus auxilijs exul obijt. Na3 hoc me
diolano proximum latio imminens alpibus adia-
cens Comum est: non Cume. qđ ne cum vulgo fal-
lereris dixerim. ¶ Hinc ia3 Misenus collis in ma
Misen' collis Uirgi' — re porrigit. Illic humati tubicinis frigij nomen ha
bens. cuius rei meminit Uirgilius. Sunt qui pu-
tent Miscenum ibi peremptum ab Enea dijs infe
ris sacra facturo: que ut asserunt absq3 humana ce-
de fieri nequeunt: atrocitatemq3 facinoris Maro-
neo eloquio excusatam. Illic sane sacrificatum ab
Enea narrasse Uirgilium: ubi sacrificasse Ulyxem

Homerus ante narrauerat pari ritus immanitate.
Ea autem huiuscemodi sacris apta loca: q ibi sint
Auernus atq3 Acheron tartarea nomina. Ibi di-
tis hostia limen irremeabile. Et ille facilis descen-
sus auerni de quo loquitur poeta quem patentem
diebus dixit ac noctibus. Sed laboriosi atq3 ope-
rosi reditus: de qua re quia quod scriptum est legi
sti. Siquid ipse preterea viderim atq3 audierim se
quar extra propositi metas erit. ¶ Hic sibille Cu- — Domus sibille
mane domus maxima super horrẽtem amnis ripã
cernitur iam senio semirupta habitatore quidẽ nul
lo. sed uanarum uolucrum nidus frequens. ¶ In
eodem flexu fontes calidi tepentesq3 insignius q3
in aliqua parte nostri orbis erumpunt. Quidã võ
sulfureum ac feruentem cinerẽ eructantes est ubi
terra sine igne visibilius sine aquis ex seipsa salu-
brem uaporem ⁊ medentem corporibus fumu3 p
fert. Deniq3 ijsdem in locis ⁊ humane vite remedi
um conuenisse dixeris ⁊ mortis horrorem. ¶ Et
sub miseno quidem semper in anchoris Romano-
rum vna classium stabat ad occurrendum repenti-
nis incursibus. Alia quide3 Rauenne erat. Idq3
alto consilio Augustus Cesar instituit: ut mare su-
perum atq3 inferum quibus insule instar italie ma
gna pars cingitur. hoc gemino presidio tuta essent
¶ Intra Misenum Baie sunt: ab illic sepulto Ba- — Baie
io quondam socio Ulyxis appellate: situ lõge ame
nissimo: ut non immerito hyberne romanorum de
litie videantur fuisse: q ⁊ marmoree testudines ca
lidis fontibus superiecte ⁊ murorum reliquie in-
dicatur. Amplissime urbi ⁊ satis multe ⁊ scriptorꝝ
astipulatur fides. Hic neroniane piscine ingentia — Piscine neron
monstrantur exordia. Nam furoris alterius quo
fossam ab auerno usq3 ostiam tanto terrarum spa-
tio per tot montes non impensa reipublice sed ia-
ctura. Non labore populorum: sed exitio fodien-
dos destinarat: ut humano victa studio natura tu-
to ⁊ libere tñ iter non aperto quidem mari sed ma
rinis ac nauibus ageretur. nulla nisi in litteris ue-
stigia remanserunt. ¶ Hic angulus ⁊ lucernu3 ha — Lucernum
bet. Et vndam illam Juliani: atq3 equor indignãs
quorum ⁊ poeta recordatus est: dum georgicam
scriberet opus a Julio extructum: ab Augusto Ce
sare immutatu3: ⁊ aut memoria frustratur: aut ma
re mortuum appellant: Sic maris ferocia atq3 im
petum compressere hominum manus. ¶ Contra
Misenum ⁊ Baias puteole tribus aut q̃tuor pas- — Puteole
suum milibus procul apparent. Hoc maris inter-
uallum. Gaius quartus romanoru3 imperator pes
simorum võ post Neronem. primus per inanem
sumptuosamq3 iactantiam terrestri ponte connexu
it. Quem ipse idem equestri primum habitu: mox
triumphantis in morem magno procerum comita
tu fastuq3 plusq3 cesareo permeauit. ¶ Non longe
a puteolis falernus collis attollitᷣ famoso palmite
nobilis. ¶ Inter falernu3 ⁊ mare mons est laxeus — Falern' collis
hominum manibus confossus quod vulgus insulsu3 a
Uirgilio magicis cantaminibus factu3 putat: Ita
clarorum fama homi3 non ueris contẽta laudibus
sepe etiam fabulis viam facit. De quo cũ me olim
Robertus regno clarus sed pclarus ingenio ac lit
teris quid sentirem multis astãtibus pcunctatus
esset: humanitate fretus regia qua non reges mo-
do sed hoies vicit: iocans nusq3 me legisse magica
rium fuisse Uirgilium respondi. Qđ ille serenissi-

me nutu frōtis approbās: Nō illic magici: sed ferri uestigia confessus est. Sunt autem fauces excauati montis anguste. Sed longissime atqꝫ atre tenebrosa inter ꝛ horrifica semꝑ nox: publicum iter in medio: mirum ꝛ religioni ꝓximum: belli quoqꝫ immolatum temporibus. Sic ꝟo populi uox est ꝛ nullis vnq̄ latrocinijs attētatum patet. Criptam neapolitanam dicūt: cuius ꝛ in epistolis ad Lucilium Seneca mētionem fecit. ℂ Sub finem fusci tramitis ubi primo videri celum incipit in aggere edito ipsius Uirgilij busta visunť: peruetusti opis. Unde hec forsan ab illo perforati mōtis fluxit opinio. ℂ Juxta breue. Sed deuotissimum sacellum supra ipsum e Cripte exitum. ℂ Et mox ad radicem montis in littore virginis matris tēpluz quo magnus populi assidue ꝑnauigātium fit ꝯcursus.

Neapo
s

ℂ Proxima in ualle sedet ipsa Neapolis: inter urbes littoreas vna quidem ex paucis. Portus hic etiam manufactus supra portuz regia / ubi si in terraz exeas Capellam regis intrare non obmiseris: in qua conterraneus olim meus pictor nr̄i eui princeps magna reliqt manus ꝛ ingenij monumenta.

apel
regia

ℂ Nō audeo te hortari ut extātem in colle urbi ꝓximo Cartusie domum adeas. Scio ut nauigatio fatigationem ꝛ studium fastidiū parit. At clare ꝟginis ꝓclarū domiciliū q̄uis a littore parūper abscesserit. Uideto regi regine senioris amplissimuz opus. Illud nulla festinatio: nullus labor impediat: quin duos illius urbis vicos. Nidum. s. ꝛ Capuanam videas edificijs supra priuatum modum Anteq̄ pestis terre funditus exhausisset vix cuipiam credibile militie numero ac decore memorabiles.

idus
apua

Militem ad militem pelagi opus professioni tue debituz te mitto non studiosum ueritatis ad fabulas. Et id credo: castrum omni titulo cognitum eminus aspexisse satis fuerit. ℂ Hec est ciuitas ubi Uirgilius noster liberalibus studijs opam dedit.

irgi⁹

Cum iam patria illum tua Mediolanum teneriorihus annis discipulum habuisset. Hic se carmē georgicum scripsisse. hic se ignobili studio floruisse uerecundissime memorat. Hāc dulcem uocat ille parthenopem. Id enim est aliud de noīe cōditricis ciuitati nomen. demum pegre moriens inter extrema suspiria sue meminit Neapolis. ꝛ huc reuehi optauit ut quas virtus amauerat vita fructus icoleret. ℂ Hinc tādez digressa biceps aderit Uesen⁹ vulgo summa monti nomē: ꝛ ipse flāmas eructuare solitus.

esen⁹
sūma

Ad qd̄ olim spectaculum visendum cuz expiendi noscendiqꝫ cupidine prexisset Plinius secundus vir sciētie multiplicis ꝛ eloquentie floride uēto cinerem ac fauillam excitante oppressus est. Miserabilis tanti viri exitus.

Oors
linij
cūdi

Sic neapolis. hinc Mantuani. Inde autem Ueronēsis ciuis ossa custodit. ℂ Mons autem est multarum rerum sed in primis vini ubertate mirabilis. qd̄ grecum ideo dicit̄: q2 illa pars italie a grecis possessa olim magna grecia dicebat̄. ℂ Hinc ad dextram Capree insula linquit̄ asperrimis rupibus circūsepta.

nsula
pree

Secessus ifamis senilius Tyberij uoluptatum. Et officina seuitie. pulcherrimus terrarum tractus ad leuaz pōpeios atqꝫ herculaneum habuit celebres olim urbes. Nunc inania nomina quas terremotib⁹ euersas Seneca inter ceteros teste didicimus. ℂ Supest adhuc surētum: ꝛ ipsum mellifluo palmite generosum.

Suren
m

Tota regio: terra laboris hodie: ꝓs olim Cāpanie fuerat: utraqꝫ ꝓcipue ubertatis appellatio. Quo ꝑtextu cereris hic liberiqꝫ certamen incerta victoria statuere. ℂ Post hoc gremium maris mons alius ex ordine pandit̄: in quo Salernū videbis ꝛ Sylerim. Fuisse hic medicine fontez fama est. sed nihil est. qd̄ non senio exarescat.

Salernum
Syler

ℂ Hinc utinam tu secūdis uentibus ꝛ cursu tam facili prouebaris: ut ego ad italie finem facili prouehor stilo. Leua itaqꝫ ꝑpetuo tractu Calabrum littus extēditur. Dextra autem longe Trinacria ꝛ Uulcanus ac liparis minoresqꝫ insule. ꝛ ipse fumum flāmāqꝫ fundētes: uentosqꝫ adeo ut Eoly uentorum regis hinc regiam fuisse uel fabulosum certe uel historicum sit. Utrūqꝫ enim lectum est. hinc qd̄ conuenit Eolie dicte sunt ubi angustissima italia est Scalaz uocant. Nescio q̄ uetus oppidum: sed nomē haud dubie modernum.

Calabria Trinacria
Uulcan⁹ Lipa
ris
Eolie
Scala

ℂ Unde cum ad extremum italie angulum pueneris eum. s. qui ad occasum uergit. Hinc regium Calabrie Metropolim. hinc sicilie Mesanam paruo admodum oculorum flexu ꝛ fere simul aspicies. ℂ In medio farus est: qui Mesaneum dicit̄: in quo sunt infamia illa portenta multum formidata nauigantibus Silla ꝛ Caribdis. Sillam esse saxum cōstat ad leuam vndisonum / ꝓcellosum. Caribdim cōtra aquarum magnam quādaz rapidāqꝫ uertiginē.

Regiuz
calabrie
Mesana Far⁹
Silla
Caribdis

Neqꝫ te moueat qd̄ libro tertio diuini poematis locate aliter a Uirgilio videant̄. Ille enim uenientis: ego aūt euntis iter prosequor. Causa ꝟo tante uertiginis apud poetas ꝛ historicos vna est. Ferūt eniz hunc nr̄m qui nos obit sic dirimit apēninum: in trinacriam ꝓtendi solituz: donec multis seculis duo maria uelut ex condicto geminum latus mōtis hinc illinc sine intermissione tūdentia vndis succūbere coegerunt. Ideoqꝫ illic amoto obice maria suo impetu acta cōcurrere: Apēnini aūt ultima sic a toto corpore mōtis erecta noīe ꝛ obmisso ꝯcessisse in nomen mōtis siculi pellori vnius. s. ex his trib⁹: vnde trinacrie appellatio sumpta est. Qui mons messane ꝓxim⁹ est. Cui qd̄ nomē ante fuerit incertum habeo.

Pellor⁹
mōs sicilie vñ
dict⁹ fit

Hoc enim a pelloro gubernatore Hānibalis quem ille siue tota cū classe italiaz linquēs ut Ualerio placet: siue ut alij uolūt: ꝛ similius non patriam suam pupe vnica ꝛ Romanos fugiēs victores: ꝓpter que locoꝝ angustias dum eminus exitum nō intelligit falerat⁹ occiderat: ibiqꝫ tādem errore recognito terre mādauerat accepisse notissimum est.

e T scala qdem digressis usqꝫ regimē ferme rectus in meridiem est cursus. Inde cursus ad orientem relicta ꝓcul a dextris ethna flāmātium principe montium. Inde breui flexu in septētrionem ꝟsus ꝛ stillaceis naufragijs ifame trāsiens Cretonem uenies: ciuitatem quondam inter italie populos ꝛ aioꝝ robore ꝛ corporū ꝛ forma ꝛ opibus ac gloria ꝓcellētem.

Ethna
Cretonem

Nūc qd nō poterit lōga dies: vix ipsis italicis bn̄ notam. hic Iunonis lasciuie tēplum fuit toto orbe ꝓcelebre. inde in intimo quodam pelagi recessu Tarētum tibi mōstrabit̄. Ennio natalis. Uirgilio fatalis locus. Q̄uis alij Brunduxium dicant: magni quecūqꝫ Romanis belli causa Pyrrho in Italiam accersito: ad uectoqꝫ aruus ac menib⁹ post lōguz tp̄s Hānibale quos hostilium ducum primos Romane historie omnibus seculis numerabūt. ℂ Iam ad finem orbis italici puētum est. In quo ultimum cum

Tarētū

attingeris pedem habens obuium adriaticum e-
quor: emensus primam insularum ab aduerso lit-
Corcira tore Corciram ignobilesq alias iuenies donec ad
Achaie primum angulum perueneris. ¶ Illic eq-
Hismus dem optabis hysmum qui quidem uenit in mentem
mos de esse perfossum: quo cum rectior tibi tamen breuior
q Luca cursus sit. Mons est duo maria dirimens: qui si in
n. i pmo loco caderet in insula esset achaia. ¶ Eius in uerti
Achaia ce Corinthus est situ inexpugnabili: et sibi cum a
Corith. Romanis capta esset euersionis prebuit materiam
securis opportunitate loci: maxime ut ait Cicero:
ne posset aliunde ad bellum faciendum locus ipse
adhortari. ¶ Cum vero limes equoreus ille preclu-
sus sit parendum nature. Et pretermissa corintho.
Malea Malee flexus ille longior obeundus est. Uidedum
quod littus: achaiam atq urbes in littore Monta
na corona. Et quicquid terrarum mare illud ambit
usq ad extremum regionis angulum. Ut vero alter
Italiam sic ille cretam respicit: nunc possessio Ue-
Creta netorum ut humana omnia uoluuntur: olim iouis re
gimen: superstitionum fere omnium fontem atq princi-
Euboi- pium. ¶ Habet a dextris Euboicam quam Nigro
ca pontum uocant. a sinistris hns inter ciclades egei
Nigpo maris insulas. Que syderum in morem pelagus il
tus lud illustrant. Crebris portubus tutum iter ages.
Ciclad. ¶ Hic schiros achilei amoris atq adolescentie p-
schiros ma sedes. vnde Ulyxes tortum inde illud ue-
Cous nit ad troiam. ¶ Hic cous Hyppocratis: Lesbos/
Lesbos Theophrasti. Samos Pythagore patria: qua ille
Samos deserta in has nostras terras uenit. Et italic. philo
sophus dici meruit cum philosophie nomen qd p-
mus inuenerat summo studio atq igenio exornas-
set. ¶ Sed quid ago non multo facilius Ciclades
omnes q celi stellas enumerem. has ergo nauigas
et procul a tergo linquens illa duo ad dextram lu-
Lacede mina. lacedemonem et athenas. Ad leuam vero he-
mon lespoti fauces. Sextonq et abidon infaustis amo
Athene ribus notas. et birantium atq ilion illud emulati-
Fauces onem Romani imperij. ¶ Hoc proprijs famosum
helespo malis grecis tramite Rhodum petes. Olim soli:
ti nunc Christo scilicet uerius soli sacram: et militie
Sexto domicilium. In his iam hinc asia minor ad leuam
Abidon iacet: olim prouinciarum mitissima post Troie rui-
birantiu nam grecis refecta cultoribus: nunc turchorum ue-
Rhod. ri hostium ferox regio. ¶ Huius partes ad austru
Asia mi uerse et itineri tuo proxime sunt Boetia atq Cili-
nor cia. et caput regionis ysauria. Arx olim omium pira-
Boecia tarum qui summis tunc viribus maria cuncta per
Cilicia uerterant. ita ut ipsis quoq Romanis classib. ap-
Ysauria ta acie decertarent. Summa tamen Pompeij vir-
tute ac prudentia superati adductiq maritimis la
trocinijs et terre cultibus restituti: ac ne qua vnq
occasio illos ad consueta retraheret a conspectu ma
ris procul abstracti sunt. ¶ Ex hijs inter ceteras
laudem: Coloniam patrie tue proximam constare
de Pompeij laudibus sumptum nomen traditur.
Que qdem non tm a mari: sed a fluminibus etiam
longe erat donec nup euersa dum resurgeret ut si-
bi casus ad aliquid pfuisse uideret translate sedis
ripam pulcherrimi amnis obtinuit. ¶ Sed nodu
tempus est: et in patriam redeundi ad ea que restat
pcedamus. Ante Cilicie frontem Cyprus est terra
Cyprus nulla re aliqua q inhertia ac delitijs nota. Quam
merito Ueneri sacram dixere. et nunc quoq uene
ri magis q marti seu palladi sacra e. Raro ibi: seu

nunq vir aliqs clarus fuit. Neq eni in molli agro
uoluptatis virtutum semina rigida coalescut. Li-
bidinem incolarum celi terreq feruor indicat. cum
enim regiones tractu maximo soli viciniores gra-
ta teperie perfruantur. Hec pe contra naturam in
tollerandis ardoribus estuat: quasi hoium cople-
xio animi elemeta transierit. Noli ibi multum im-
morari. Non est enim militaris certe neq virilis
habitatio. Fastus gallicus. Sira mollities. Grece
blanditie ac fraudes vnam in insulam conuenere.
Quod optimum ac pciosissimum habet: Illic dis-
simillimis moribus aliunde uenies iacet Ilarion.
¶ Contra cyprum in extremo maris angulo minor
latet Armenia cui tergum pupis obuertes in dex- Armen minor
trum latus agenda est. Sed iam quasi tecum peri
culi fastidijq particeps ad terram puenisse gaudeo
In quam ubi descesurus sis nescio. Neq eni vnus
tm portus latet accessum magistri sentina: comitu
cosensus: uentus: mare: locus: opportunitas dicet
Nam ut antiquo pverbio monemur. Cosilia capi
unt ex tepore. ¶ Sunt aut in littore illo ut ab aqlo Urbes multe
ne in austrum descedam maritima oppida. Torto
sa. Tripolis. Barut. Sur. Cesarea. Yafa. Ascalon.
horumq in medio nobilis olim nunc euersa et in ci-
nerem uersa iacet Acon. Summum inexpiabile de-
decus ac turpissima cicatrix christianorum regum ni
si aliquanto turpior esset ipsa Hierusalem. ¶ Sa-
ne si altius descedas et herebis amplius ut vide-
as caput syrie Damascum. Sic enim uocauit eam Damascus
non qcuq cosmographus: sed clarissimus pphe ta
rum Ysaias. Quis non ignorem apud alios Anti Antiochia
ochiam Syrie pmam ac metropolim habere sede
cui sententie accedit Egisippus libro tertio historia Egisippus
rum Josephum secutus aliquato tamen notabilior
ut puto et certe multo uetustior est Damascus. Ui
debis ciuitatem et forma spectabilem et etate de q
quidem ab ipsis temporibus regum israel multis
seculis ante urbem conditam crebra in utrisq litte
ris sacris ac secularibus est mentio. ¶ Sin infra
magis applicueris quantum spectaculo defuerit:
tatum demittitur labori: minus terrestri calle larabe
ris q in terram egresso vicina hierosolyma est iti- Hierosolyma
neris propositiq tui terminus. ¶ Itaq taetsi mul
ta tibi in medio querenda et visenda mostrauerim
que poteras improuisus forte solumq vie finem
cogitans preterire. Hic quid te moneam no habeo
omnia enim iam hinc anteq pedem domo moue-
as: preconcepta animo et diu agitata sunt tibi quo
niam finis rerum ut philosophis placet sicut in exe
cutione ultimus: sic in intetione primus est. Neq
vero tu aliam ob causam tantum laboris negocij ue
suscepisti: nisi ut in illa sacra urbe: morte domini lo
cisq finitimis videres oculis que non ia videbas
An vero scilicet quo loco est Christus. et sepultus te-
pli ruinas in quo docuit: locum ubi summa cu hu-
militate passus est corpore ut nos animi passioni-
bus liberaret. Sepulchrum vero sacratissimum illic
corpus substitit dum ille mortis victor et iferni ad
regna hostis spoliandi descenderet. vnde etiam re
uersus idem corpus quod iam immortale recipi-
ens pressis graui corpore custodibus resurrexit.
¶ Syon preterea et oliueti montem ad hec et vn- Syon
de ad celum ascendit quo ad iudicium reuersurus Oliuetum
creditur: ubi uentis et fluctibus imperauit: ubi ci-
bo exiguo maximam turbam pauit. ubi aqua uer-

tit in vinum. Que lz magna ꝯuiuantibus viderentur: facilia erant illi qui cibum ⁊ vinum ⁊ aquam/ ⁊ ipsos de nihilo creauerat cõuiuantes. Ubi deniq₃ elegit indoctos atq₃ inopes piscatores quorum ammis ac retibus piscarent̃. imperatores atq₃ reges gentium. Ubi egros curauit: cecos illuminauit: leprosos mundauit: paraliticos erexit: mortuos suscitauit: quatriduanos iam fetentes viuos v̓bo eruit e sepulchro. Quodq₃ hijs omnibus magis esset nisi q: omnia eque facilia sunt deo demonibus ac peccatis oppressam sepultamq₃ animam restituit libertati. ¶ Multa etiam que persequi potius longum q̃₃ necessarium tibi est: cui oĩa ex euãgelio nota sunt: que sola mente cernentis per singulos passus deuotam animam primus horror inuadit. ¶ Unum quod elabi posset ammoneo videre te urbem illam quam vicisse victores gentium Romani tam clarum opus esse duxerunt: ut Titus: ⁊ exercitus post iperij gubernationẽ in ipso ingressu menia urbis admirans tantam victoriam non humane virtutis sed diuine gratie faterentur. Et profecto sic erat. Christus ipse quem surrexisse de terra viuentium existimabant: aduersus suos hostes suis merito fauebat ultoribus: lz adhuc illis incognitus: noscẽdus tamen eorum successoribus ⁊ colendus. Itaq₃ tamen sepe alterum in earum statione precipue impletum est quod ex persona eius in psalmo. resuscita me ⁊ retribuam eis. Ea hominũ strages: ea fames: miseroruz tam mesta necessitas que ex ordine nosse cupis Josephum lege. Nõ audita sed visa ⁊ cõmunia sibi cum ceteris referentem. ¶ Quid v̓o nunc cogitas. an nondum desiderium nostri cepit ut domuz/ ut patriam/ ut amicos inuisere animus sit. Credo id quidem: immo ne aliter fieri posse certus sum. Sed nullus est acrior stimulus q̃₃ virtutis. Ille ire per omnes difficultates generosum animum impellit. Nec consistere patit̃ nec retro respicere. Cogitq₃ non uoluptatum modo sed honestorum pignorum atq₃ affectuuz obliuisci. Nec aliud q̃₃ virtutis speciem optare. Nihil uelle. nihil deniq₃ cogitare. hic stimulus qui ulyxẽ laertis ⁊ penolopis ⁊ thelamaci fecit immemorez te nunc nobis uereor abstrahet diutius q̃₃ uelim᷒: video tibi faciem esse longius euntis. Nec immerito. Ubi enim dimitteres Bethleem ciuitatẽ Dauid? Quam celesti ortu claram fore diuini uates p̄sago ore cecinerant. Illic prima incunabula nostri regis aspiciens cogitabis: q̃₃ deo grata fuit semꝑ humilitas quam in filij sui vnigeniti ꝑmordijs euidentissime consecrauit. Cogitabis ineffabilem saluatoris originem. Qui ante principiuz genitus in fine temporum si ad etatum numerum attendit̃ natus est. Uirginem matrem in presepio iacentez cõtemplabere. Et diuinum infantem in cunis uagiẽtem. Angelos ab ethere cõcinentes: pastores attonitos: stupentesq₃ Reges alienigenas cuz muneribus uenientes. Indignum v̓o regem gladio seuientem. Terram innocuo sanguine beatoruz infantiũ ⁊ miserarum genitricum lachrymis madentem. ⁊ mestis resonans celuz omne gemitibus. Inter hec monitu angelico ꝓm altorem cum intemerata matre celestiq₃ alumno clam ex ingrata patria in egyptum ire tanto pignori tutas latebras querentem. Jam tamen gentibus spe immota primogenito in genito propter ingratitudinez abdicato summi patris hereditatem ad minorem filium hoc est ad populum gentium esse uenturam. ¶ Sed tu quoq₃ nunc ut auguror Joseph imo Mariam: imo Christum ꝓfugum sequi vis sacrum ꝓfecto teq₃ dignũ iter. Sequendus in terris querẽdusq₃ nobis Christus est. ut uel sic eum discamus ad celum sequi. ⁊ ubi aliquando habitauit diu quesitum eundez ubi habitat inuenire. ¶ Jam v̓o non longe huic mare qd̓ sodomorum dicit̃ Jordanis influit: ubi cõsumptarum urbium vindicteq₃ celestis aperta uestigia apparent. ¶ His deserti solitudo ꝓxima ⁊ duruz iter fateor. Sed ad salutem tendẽti nulla difficilis via videri debet. Multas ubiq₃ difficultates multa tibi tedia uel hominum uel locorum hostis noster obijciet: quibus te ab incepto uel retrahat uel retardet: uel si neutrum possit saltem in sacra peregrinatione te minus alacrem efficiat. hic v̓o circa naturam locoruz ingeret asperitatem penuriamq₃ rerum omnium. Sed meminisse cõuenit omne optimum magno precio constare. Et Uirgilianum illud in tuos usus trãsferre: ubi ait. vicit iter durum pietas. Et illud paululum imitare duruz iter ad leges animeq₃ ruentis amorem. Nihil tam durum q̓ virtus ardens ⁊ pietas incensa non molliat. Eq̄dem si per syrtes libicas ⁊ arenosa loca serpentuz M. Cato mite cesaris imperium fugisse laudatur. Tu per desertum non fugies imite feroxq₃ iugum Sathane per quod tantus olim populus fugit furiam pharaonis. Et quod senes aut pueri ⁊ muliercule potuerunt. Tu vir fortis ac iuuenis non poteris. Deus cum illis erat ⁊ tecum erit. His autez in locis legem datam Moysi. Colloquium cũ deo habitum: visionem rubi videndi: quod proprie a poeta non mare: sed littus rubrum dictum est. Nõ enim ab aquis: sed a colore littoris nomen hoc trahitur. Quo cum perueneris non odores indicos ⁊ eooas merces illis stantibus in egyptum atq₃ inde nostrum in mare conuectas. Sed populuz deo adiutum per medios fluctus sicco pede transuectũ meditabere. Illud etiam humane cupiditatis ⁊ inopie: hoc diuine pietatis ac potentie est. ¶ Hic Katherine virginis corpus cernes ubi angelicis manibus collocatum fertur. Nec indignũ fuit ut que pro lege dei usq₃ ad mortem decertauerat in eoipso monte requiesceret ubi lex diuinitus data erat. ¶ Per hec loca formidabiles esse solent arabũ incursus: sitis: fames: labor. sed nihil fere periculosius errore vie. Nullis inditijs ad rectuz ferentib᷒. Ideo vigilanter caue ne ulla te necessitas seiungat a socijs. ¶ Jam tãdem in egyptum laborioso ac ancipiti calle ꝑuentum est. Ibi ergo supra Nilum videbis babylonem nouã. Cãbisis opus ⁊ aras egyptiacas frequẽtissimam ⁊ imẽsam urbem que Babylonem ueterem Eufratẽ ⁊ Caras ⁊ asirias repꝛesentãt. Spectabis insignem asie atq₃ africe limitẽ aduersus Tanay flumen ingẽs stupendũq₃ de quo ⁊ philosophi ⁊ poete ⁊ cosmographi multa sunt opinati. Aristoteles v̓o libro integro asseruit flumẽ ⁊ estiui mirabilis incremẽti ⁊ inundationis uberrime ⁊ infiniti aluei: ⁊ fontis incogniti. Cuius certitudinem. ⁊ egyptiorum ⁊ persarum ⁊ macedonum reges. Ad postremum quoq₃ Romani iꝑatores sed frustra omnes quesiere. Fons hactenus ignoratus manet. Opiniones atq₃ inquisitiones hoĩuz ⁊ historie de hoc scripte multa legẽtib᷒ note sunt.

Jordãis
Mare sodomorum
Virgi᷒
Scẽ katherine corpus
Babylõ noua
Babylõ uet᷒
Tanays

Fōs mirabilis chr̄i digito scatens

¶ Clarum q̄ddam ⁊ relatu dignum quod ab illustribus viris accepimus locus hic exigit: fontē esse perlucidum illic: ubi ab herodis rabie Christum occultabant: quem puer omnipotens e terra arida in refrigerium anxie matris eduxerat. Ex illo christianos iucundissime bibere. Sarracenis absinthio amariorem esse ita ut degustare illum uel summis labijs pena sit. Nos quoq; tam cupide haurientes inde ceu monstrum aliquod admirentur. Nec sane magnum fuit illi qui fontem fecit eidem quoq; quos uoluit edere: ⁊ pro uarietate bibentium fidei vnum saporem quisquis immittere. ¶ Nil iam restat memorabile: quod quidem non meminerim p̄ter alexandriam alexandri opus. alexandri nomē. alexandri bustum. ad quod Julius Cesar post thessalicum diem mortemq; Pompeij: Cum alexādriam uenisset ambiguo turbati vulgi murmure permotus per speciem religionis descendisse legitur. Et augustus Cesar post victoriam acciacam antoniumq; deuictum ⁊ coactum mori: eodem ueniēs alexandri corpus reuerenter aspexit. Cumq; ex eo quereretur an ⁊ Ptholomeū uellet aspicere. Elegantissime regem ait se videre uelle non mortuos. Cui dicto illa proculdubio sententia inest: virtute animi ⁊ rerum gloria non regno: non sceptro: non diademate regem fieri: hoc tu dictum eatenus inflectes ut sanctos cupias spectare non mortuos. Quia tamen uetustas ⁊ fama clarorum hominū non sic quibusdam faucibus animos hominum tangunt: poteris ⁊ hoc bustum si nondum senio cesserit spectare. Nec minus urnam que Pompeij cinerum ostenditur. Illum enim greci: hunc Romani scriptores Magnum uocant. Galli autem hoc cognomen ad suum Karolum transtulere. Illos duos habet vna urbs: quorum alterum arthos. alterum miserat occidens. Illum alexander pelex: hūc Roma. Uidebis ubi iniquo marte preuentus ⁊ circundatus illa magnalia ⁊ vix credibilia gessit Cesar. Uidebis pharum vnde hoc phari nomen per alias terras usquequaq; diffusum est. Spectabis multifidas Nili fauces ubi fortuna populi romani truncum sui ducis ⁊ lacerum cadauer abscissumq; truncho caput flens victor aspexit. Sic cum genero partitus orbem: ut illū Nilus: Tibris hūc abluat. O fortune fides. O rerum finis humanarum.

Alexandria

Certe ut es ingenio promptus ac docilis facile tantis ac talibus magistris q̄ȝ prosperis sit fidendum disces perpetuoq; memineris. Sit iam satis igitur satis est scriptum hactenus tu remis ac pedibus maria ⁊ terras. Ego hāc papyrum calamo properante sulcauerim. Et an adhuc tu fessus sis eundo. Certe ego scribendo fatigatus sum: eoq; magis quo celerius incessi. Quod enim iter tu tribus forte vix mensibus: hoc ego triduo consumaui. Hic utriq; igitur vie modus sit tibi domum mihi ad mea studia redeundum est. Q̄ ego confestim fecero ubi t̄ plusculum negocij superest peragendum Christi ope feliciter his spectaculis ⁊ hoc duce doctior nobis ac sanctior remeabis.

Deo gratias. amen.

¶ Incipit quoddam propositum factum coram Rege Ungarie.

Erenissime Rex ⁊ mitissime
princeps: Quanta de virtuti-
bus ⁊ ꝓbitatibus vestris di-
uulgata sint/ ⁊ diuulgent per
orbem: ego non possem mente
cōcipere. Nescirem lingua de
promere nec explicare sermo-
ne. Multa enim ⁊ tam magna
sunt ita ut in omni terra exiuerit sonus eorū. Nec
mirum esse cum dotauerit uos deus illis quatuor
cardinalibus dotibus que habēt hoiem supra hu-
mana erigere: parem angelis: ⁊ ꝓximum deo face
re. prudētia videlicet: iustitia: fortitudine: ⁊ tempe
ndē rātia. ¶ Est enim prudētia ſm ꝙ diffiniunt mora-
les philosophi diuinarum ⁊ humanarum rerū no
titia. Iusti atq3 iniusti sciētia. Quantum autem se-
renissime princeps in ista virtute precellas: ex hoc
patet ꝙ uos diuina colēdo ⁊ humana ꝑspicaciter
indagando cum tāta maturitate ⁊ ꝓuidentia resi-
stitis regitisq3 regnum uestrum ꝙ ipsum ⁊ nomen
nationis vngarie uestro felici tempore gloriosum ⁊
famosissimum reddidistis. vnde merito pōt in uos
applicari uerbum illud qđ dixit regina Sabba cū
vidisset sapiētiam Salomonis. Beati sunt viri tui
beati serui tui qui coram te stant. Barones uestri se
renissime rex: regnicole uestri: subditi uestri/ beatis
simi dici possunt: ⁊ in sapientia tanti principis me-
lato rito gloriari. Nam ſm Platonis sententiam: tunc
regna: tunc ciuitates: tunc respublice beatissime di
ci possunt cum eas sapiētes regunt: uel earum recto
stitia res contingit sapientie studuisse. ¶ De iustitia vo
uestra inclyte rex quid dicam? Est enim iustitia cō-
stans ⁊ perpetua uoluntas ius suum cuiq3 tribu-
ens. Uos autem in ista constanti ⁊ perpetua uolū
tate cuilibet quod est suum sic iugiter ⁊ laudabili
ter insudatis tribuere: ꝙ apud uos nulla est exce-
ptio personarum. Uos non distinguitis potentem
ab impotēte: non diuitem ab egeno: non felicem a
misero. sed omnes apud uos in sua iustitia sunt eq̄-
les. Propter quod uerificatum est in uobis illud ꝓ
bicū pheticum. Dilexisti iustitiam ⁊ odisti iniqtatem: ꝓ
pterea vnxit te deus tuus oleo letitie preconsorti-
bus tuis. Unxit uos deus oleo letitie pre cūctis re
gibus mundi. omnem a uobis iniquitatem ⁊ mali
gnitatem amouit. Et merito. Nam in codice Iusti
niani de summa trinitate ⁊ fide catholica scriptum
est. Cum rex iustus sederit super sedem: non aduer
sabitur quicq3 sibi malignum. ¶ De fortitudine au
ortitu ine tem ⁊ magnanimitate uestra multa dici possent. Est
enim fortitudo considerata periculorum susceptio
⁊ laborum diuturna ꝑpessio. Sed qs rex in mun-
do maiora ꝑicula grauiores labores aggressus est
q̄3 uos pro honore regni uestri ⁊ cōmodis subdito
rum uroꝝ. Uos cui oēs seruiūt obediūt ꝑsonam ue
stram quam oibus posuistis tam pro nihilo cōpu-
tastis/ labores ⁊ ꝑicula uobis fuerūt magna sola-
tia. ubi de honoribus regni uestri ⁊ cōmodis sub-
ditoꝝ uestroꝝ actum est. In quo uerissime ostendi
stis quātam charitatē ad urōs regnicolas ⁊ hono-
rem suū hēatis. Cum sicut in euāgelio scribit. ma-
iorē charitatē nemo hēt q̄3 ut ponat qs aiam suam
Cpātia pro amicis suis. ¶ De tēperātia vo ⁊ modestia ue
stra serenissime ꝑnceps non sufficerē enarrare que
sunt. Est enim tēperātia vtus quedam cohibēs illi
citos animi mot⁹ suasu ꝓspitatis in nos impetū fa
ciētes. Ingrat orbis: legant libri: reuoluant histo-
rie: nō inuenit in christianitate rex/ uel ꝑnceps po
tētior/ nō nobilior/ nō tpe felicior: ⁊ cui magis ad
nutum cūcta successerint. Et tm̄ in tātis ꝓspitatibus
in tāta eminētia nunq̄3 estis in supbiā elatus: aius
uester nō inflat: nō intumescit. Sed quanto uobis
deus maiora ꝯtulit: tāto semp benignior ⁊ humili
or extitistis. Propter qđ respexit deus humilitatē
urām: ⁊ ex hoc beatum uos dicūt oēs gñationes.
Respexit clemētiā ⁊ pietatē urām. ⁊ ex eis uerifi-
cauit in uobis illud qđ scribit. Misericordia ⁊ vi-
tas regis custodiūt thronos eius. Et alibi scribens
Ambrosius beat⁹ dicit. Legi ⁊ plegi multa uolu- Ambrosius
mina scripturarū nec inueni vnq̄3 peius mala morte
mori. ¶ Has aūt q̄tuor cardinales vtutes Sere-
nissime rex que sic abūdātissime refulgēt in uobis
Quedā gnta alijs excellētior: alijs ꝑciosior: alijs
dignior: mirabiliter uos nobilitat ⁊ decorat. Fides Fides
videlicet ⁊ uera dilectio Iesu Christi. Que quāta
fuerit ⁊ sit in uobis ex hoc patet ꝙ uos tanq̄3 chri
stianissim⁹ ⁊ catholicus ꝑnceps deū sūme colitis:
sanctos suos multiplr honoratis. Eccliam roma-
nā ⁊ ꝑsonas eccliasticas in maxima reuerētia ⁊ de
uotione geritis ⁊ hētis. Et qđ mirabile in oculis oi
um videt. Cū nāliter subditi soleāt eoꝝ dños non
laudare. Uos sic charitatiue/ sic gratiose cūctos ue
stros subditos gubnatis ꝙ oēs vna uoce uos cla-
māt regē sanctū: regē iustū: regē pium. Qđ ꝑfecto
nō eēt: nisi opa ura sancta eēnt. ¶ Quoꝝ aūt opa ura
sancta sint l3 ex multis rerū argumētis sit patens:
ex hoc ꝑcipue colligi pōt/ ꝙ ꝑsonam urām ⁊ posse
urm ⁊ toti⁹ regni uri sacre romane eccl'ie nup con
tra infideles ad augmētū fidei liberalr obtulistis:
petētes ab ea crucis uexillū. qđ ipsa uobis gratio-
se ꝯtulit. Et spero in adiutorio Iesu Chri: cui⁹ nego
ciū agit ꝙ ipm negociū ꝓsequemini feliciter: ⁊ ad
optatū ꝑducetis effectū ad honorē dei exultationē
fidei ⁊ laudē ac memoriā uri nois sempiternā. Ita
ꝙ Chris ad uos merito dicet. Euge rex bone ⁊ fide
lis: qz sup populos meos quos tibi cōmisi fuisti fi-
delis: eos scilicet dirigēdo nō in destructionē fidei
⁊ pnitiē christianoꝝ sed in exultationē fidei mee: sup
pauca fuisti mihi fidelis: sup multa te ꝯstituam. s. in
glia padisi. ¶ Ad fomitē igit serenissime rex tāta-
rum vtutū urarū: ad fomitē tante iustitie uel sapie-
tāte benignitatis ⁊ clemētie ure nō sine magna fi-
ducia miserūt inclyt⁹ dñs meus Dux: ⁊ cōe Uene
tiarū istos duos nobilissimos ciues suos: dñm An Andre-
dream Cōtarenū ꝓcur. sancti Marci. ⁊ dominū as ꝯta-
Michaelem Faledro viros timētes deum: viros renus
pacificos: viros magne auctoritatis ⁊ prudentie: Micha
quorum quilibet suis meritis ⁊ virtute ⁊ progeni el fale-
toꝝ suoꝝ: ꝓmouēdus esset ad dignitatē ducalē qñ drus
cūq3 casus uacationis ꝯtingeret. Quibus ⁊ mihi
l3 idigno cōmiserūt: ꝙ cum oi iclinatione ⁊ reuerē
tia debita maiestati ure portarem⁹ humiles ⁊ deuo
tas cū recōmēdatione salutes. Et sic facim⁹ suppli
cātes ei qui est diuz uera salus ꝙ uos ⁊ regimē ue
strū dirigē ⁊ ꝯseruare dignet in sua grā feliciter ut
optatis. ¶ Preterea requisiti per Reuerendum in
Christo patrem dñm Petrum dei gratia Pacten.
⁊ Lippareñ. episcopum: aplice sedis legatū: ꝙ ad

nos mitterent ambasiatores super tractatu concordie: ad quedam per ipsum exposita pro reuerentia sancte Romane ecclesie et maiestatis uestre: miserunt nos ad querendam pacem/gratiam/ et amicitiam uestram: sicut habuerunt cum predecessoribus uestris regibus cum quibus nedum amicitias sed uetustissimas parentelas et affinitates hactenus coluerunt. ¶ Nec miserunt nos contendere, uel litigare: quia non decet inferiorem cum superiore contendere, non decet minorem cum maiore litigare. Sed solummodo ut amicabiliter et de plano inueniamus pacem et gratiam uestram. Nam tanta est fiducia quam habent et in summa sapientia: in summa benignitate uestra: quod esto quod factum differentiarum hincinde uertentium foret absolute in manibus uestris relictum: tunc non exigeretis ab eis nisi honesta et tolerabilia statui suo. Quem statum suum inclyte rex in ueritate dei potestis proprium reputare. Et quicquid tenent et possident in terra et mari quod per dei gratiam multum est: potestis ita tenere esse paratum ad cuncta beneplacita et honores uestros: in omnibus hiis que honeste possent/ sicut si proprie foret in manibus uestris. ¶ Et utinam datum esset a deo quod possetis sic dilucide sic apte videre corda et uoluntates nostras sicut auditis uerba mea. Nam ubi ex informatione sinistra uobis data per emulos nostros tractauistis: et tractatis nos pro inimicis: nos pro ueris amicis et seruitoribus haberetis. Et sic si deus permittet quod uos et nos sequatur concordium uos experiemini. Et de facto inuenietis nos bonos amicos et seruitores uestros. ¶ Et dicam uobis plus quantumcunque receperimus uel possemus recipere offensas a uobis: istud tamen numquam fieri poterit/ quod recedamus a naturali amore et charitate quam ad uos habemus. Ita quod emuli nostri forte de damnis nostris poterunt gloriari. Sed numquam gloriari poterunt quod a deuotione uestra sepemur. Et parcat deus eis qui fuerunt in causa tantorum malorum inter uos et nos. Qui fuerunt causa destructionis tot milium christianorum: cum quibus de leui potuisset recuperari totum patrimonium Jesu Christi. Qui fuerunt causa dissipationis tot facultatum et bonorum. Qui fuerunt causa quod tot vidue et pupilli mares et femine uadant per mundum miserabiliter mendicantes: quorum uoces continue clamant ad deum. non contra uos illustrissime princeps: sed contra eos qui maius peccatum habent. Spero tamen quod misericordia dei de qua plena est terra eos ad penitentiam quandoque reducet. Et quod fatebuntur et recognoscent culpas et errores suos. ¶ Concludens igitur serenissime domine sic dico. scriptum est: cor regis in manu dei est: et ubi uoluerit inclinabit illud. Cor uestrum et cuiusque principis est in manu dei sine quo nil sanctum: nil iustum: uel rectum. Juxta sententiam beati Jacobi apostoli dicentis. omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens a patre luminum. Scio quod inclinabit deus cor uestrum ad pacem quam uobis pro herede in terris reliquit. Ascendens in celos enim dixit: pacem meam do uobis pacem meam relinquo uobis. Jdcirco supplico omnipotenti deo quatenus sic in tali die qualis fuit feria sexta nuper preterita ipse ostendit stellam et lumen suum tribus regibus orientalibus uenientibus adorare filium suum. Et

Jacobus aplus

sicut in eadem die ipse misit spiritum sanctum in specie columbe super filium suum in baptismo dicens hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui ipsum audite. Ita hodie per suam sanctissimam pietatem ostendat uobis lumen claritatis sue. Et infundat super uos gratiam spiritus sui sancti / quod istos uestros ueros antiquos seruitores et amicos/qui sic humiliter/sic reuerenter uenerunt ad petendum pacem gratiam et amicitiam uestram benigne suscipiatis: gratiose exaudiatis: et liberaliter admittatis. Et quod pax et perpetua dilectio sit inter uos et eos ad honorem dei et ecclesie Romane/propagationem Christiani nominis/bonum statum uestrum et suam tranquillitatem/ et commodum subditorum partium utriusque. Ita quod ex hoc rex regum super uos dicere possit. hic est rex meus dilectus. hic est rex meus fidelis in quo mihi complacui ipsum audite ipsum honorate. ipsum glorificate. Quod ipse concedat qui est benedictus in secula seculorum amen. ¶ Isti domini mei et ego erimus parati esse et tractare super nobis commissis/ubi et quando maiestati uestre placuerit ordinare. ordinare.

¶ Explicit propositum Francisci Petrarche factum coram Rege Ungarie.

¶ Tractatuum ac capitulorum primi libri de Uita solitaria clarissimi viri Francisci Petrarche Florẽtini poete laureati: collecta: ordiata: enumeratiuaq; annotatio.

¶ Clarissimi viri Frãcisci Petrarche Florentini poete laureati: in opus suum de vita solitaria ad Philippũ Cauallicensem episcopum. Prologus.

Paucos hoies noui: q̄b⁹ opusculoꝝ meorũ tãta dignatio tãtusq; sit amor: q̄tus tibi fidẽtissime: nō videt̃ eẽ: sed ẽ: dixeri: Nã neq; de sincero ⁊ niueo candore tui pectoris fictũ fucatũue aliq̄d suspicor: neq; fictionẽ si q̄ esset: tãdiu tegi potuisse arbitror. Ut eni imortalis ẽ vitas: sic fictio ⁊ mẽdacium nō durãt. Simulata ilico patescũt: ⁊ magno studio cõpta cesaries uẽto turbat̃ exiguo: ⁊ opose licet imp̄ssus fuc⁹ leui sudore diluit̃: ⁊ argutũ quoq; mẽdaciũ uero cedit: coraq; p̄ssius intuẽte diaphanũ ẽ: optũ oẽ detegit̃: abeũt vmbre: natiuusq; reb⁹ color manet: ⁊ latẽ diuti⁹ magn⁹ est labor: Nemo ꝟ aq̄s diu viuit: erũpat op̄; ⁊ frontẽ quã celabat apiat. His argumẽtis iducor ut credã q̄ ualde cupio. Sumus aũt faciles ad credẽdũ q̄ delectat: Posse tibi res meas p̄i optie placẽ: q̄ ut paucis placeant elaboro: q̄ñ ut vides sepe res nouas tracto: durasq; ⁊ rigidas p̄egriasq; s̄nias: ⁊ ab oia moderãtis vulgi sensib⁹ atq; aurib⁹ abhorrentes. Si idoctis ḡ nonplaceo: nihil est q̄ q̄rar: hẽo q̄ optaui: bonã de ingenio meo spem: Sin vō doctis quoq; nō p̄bor: est fateor q̄ doleã: nō q̄ mirer. Nã q̄s ego: aut q̄d est vñ mihi in tãta p̄sertim uarietate iudicioꝝ iterblãdiar aut arrogẽ: quod nec Marco Tullio p̄clara illa celestiq; facũdia ꝯtigisse scio: Cuius liber de optimo ḡñe dicẽdi: deus bone: q̄le q̄q; ex alto sũptũ op⁹: q̄ idẽ i ep̄l'is idignã

ter attigit: Marco Bruto: ad quẽ ꝛ cui⁹ p̃cib⁹ scri-
pt⁹ erat: erudito viro lꝫ ꝛ amico scribẽtis nõ ꝓbaꝛ.
Ut grauiora p̃tereã: que ab illustrib⁹ qdẽ lõge tñ i-
pario⁹ oratorib⁹: tãt⁹ ille vir patiꝛ: Asinio utroqꝫ ꝛ
Caluo: qui eloquẽtie p̃ncipi libertate nimia ĩsultãt
ꝛ que ceteri mortaliũ miranꝛ ueneranturqꝫ: ꝯdẽnãt.
Quis recuset igiꝛ stili crimẽ sibi cõe cũ Tullio? Q̃
q̃ꝫ mihi qdẽ apõ te nullus talis est met⁹: ut sane ꝓ
ber ego seu placeã tibi: nõ meriti mei est: sed uel in
genioꝝ sil'itudo forte aliq̃: uel qd poti⁹ credo ꝛ ꝓ-
pi⁹ uero est: facꝛ hoc singularis qdã ꝛ exími⁹ amor
tu⁹: nõ puus hostis recti iudicij. Quis enĩ ualde
amãs rite iudicat? Si cernẽ rectũ ꝛ discernẽ pos-
set amor: cecũ cur finxisset antiqtas? At nõ ut cec⁹:
sic ꝛ mut⁹: sed psuasoꝝ optim⁹: ostẽdit alijs qd nõ
videt: sepe etiã qd nõ est. Magna p̃ris ĩdulgentia
nil sibi nõ pmittit: pcit filij defectib⁹: sepe etiã dele
ctaꝛ utcũqꝫ est. Si qdẽ in hoc erras: gaudeo: neqꝫ
hũc errorẽ excidẽ tibi vnq̃ꝫ posse uelim: gl'iosũ mi
hi: tibi delectabile: dãnosũꝫ nulli. Sin fortasse non
erras: qd opto qdẽ poti⁹ q̃ꝫ spero: qd ni magis magis
qꝫ gaudeã ac gratuler: ꝛ ipse mihi tali sim charior
ꝓbatoꝝqꝫ iudicio? In dubijs nõne iniqu⁹ ocij mei
distributor fueri: nisi rõnẽ hẽam illi⁹: quẽ p̃mũ stili
C atqꝫ ĩgenij miratorẽ hẽo? Profecto aũt magn⁹ te-
stis Cato ille senior: nõ min⁹ ocij q̃ꝫ negocij rõnem
claris atqꝫ magnis ĩgenijs hñdã eẽ in p̃mordio su
arũ scripsit originũ. Qd dictũ cũ multis placuisse
videã doctis viris: tñ p̃cipue Cicero nr̃ amplectiꝛ
magnificũqꝫ sibi semp ac p̃clarũ visum eẽ: in ea q̃
Plantiũ defendit or̃one testaꝛ. Id mihi quoqꝫ si
uel ꝓ ĩgenij mediocritate ul' ꝓ nõ mediocri gl'ie cu
piditate: si tñ hãc nõdũ freno aĩ ac rõne pdomui:
ꝓuidẽdũ est qd p̃mũ p̃stare nitar: nisi ut sicut ego
a negocijs: sic ab ocio mõ ꝓcul absit inertia. Et siqd
forte mãsurũ scripsero: his potissimũ ĩscribã: quoꝝ
gl'ie q̃dã uelut pticipatiõe clarescẽ tenebrisqꝫ resi-
stẽ ualeã: q̃s mihi tẽpoꝝ fusca ꝓfũditas ꝛ noĩuꝫ cõ
D sũptrix illustriũ obliuiosa posteritas ĩtẽtãt. Quid
v̾sãti aĩo sepe eqdẽ tuũ nomẽ occurrit: ꝛ usqꝫ adeo
fulgidũ ĩ se: atqꝫ ita de me meritũ: ut seu p̃clara seu
mihi chara cõplectar: p̃teriri sine graui q̃dã nõ pos
sit iniuria: Accedit qd ex more ĩstitutoqꝫ meo ue-
teri nũc in rure tuo posit⁹: ut frugũ ceteri: sic ego ti
bi decimas ocij debẽ video: p̃mitiasqꝫ vigiliarũ.
Itaqꝫ quot annis plus minusue ꝓ ĩgenij ubertate
uel sterilitate annua psoluẽ aliqd est aĩus: quo ue-
lut vn⁹ e colonis tuis: his saltẽ fructib⁹ quos agel-
lus me⁹ fert: agnoscẽ ĩtelligar bonã fidẽ. Et si ꝓbe
norim nil silẽtio tuti⁹: his qb⁹ obtrectãtiũ linguas
euadẽ cura est: qd ipse mecũ reputãs: sepe aiũ fa-
teor: sepe calamũ freno: sepe multa pauẽs moneo:
neu me ꝓdãt obsecro: neue ultro nõ stili tñ: sed qd
pgraue est: morũ quoqꝫ nr̃oꝝ chirographũ ꝯ̃ nos
ꝓmãt: forte etiã ad absentes ac posteros puẽturũ.
Qualis enĩ s̾mo fuerit: talis vita cẽsebiꝛ: qñ reruꝫ
sublatis iudicijs: sola uerboꝝ superũt argumẽta.
Quid multa? Persuasissem forsitã ut ꝛ sibi ꝛ mi-
hi ꝛ fame nr̃e pcerẽt: nisi q: ut aiũt: iã neqꝫ res ite
gra neqꝫ silẽtio liberũ est latẽ. Iã noscimur: legimꝰ:
iudicamur: Iãqꝫ hoĩuꝫ uoces euadẽdi celãdiqꝫ in
geniũ nulla spes: ꝛ seu ꝓdeũtib⁹ in publicũ: seu do
E mi sedẽtib⁹ apparẽdũ est. ¶ Quid v̾o nũc p̾us ex
me spes: q̃ꝫ qd ꝛ in ore ꝛ in corde semp hũi: ꝛ ipe
q mõ s̾b oculis est loc⁹ hortaꝛ: solitarie scilicet ocio

seqꝫ vite p̃coniũ: quã cũ sepe olim solus: tñ p̃cipue
nup mecũ breui qdẽ: nec nisi dierũ qndecim spatio
degustasti? Mecũ inq̃ꝫ: Q̃uis enĩ ego assidue tecũ
ẽẽm: tu tñ huc nõ nisi mei cã te uenisse: neqꝫ nisi ꝓ-
pter me manẽ: sepe tã reb⁹ ipsis q̃ꝫ s̾mone ꝓfessus
oñdisti: qui mecũ tu⁹ est mos: quãta sit in exeq̃dis
ĩparib⁹ vis amoris. Quãobrẽ psuadẽ tibi pfacile
fuerit: qd tacito me noscis expt⁹. Idẽ si ꝓbare vul
go uelim: frustra nitar: nec vulgo tãtũ ĩscio: sed mł
tis quoqꝫ qui sibi lr̃atissimi videnꝛ fortasse etiã nec
fallunꝛ. Sed copia lr̃arũ nõ semp modestũ pectus F
ĩhitat: ꝛ sepe ĩter linguã ꝛ aiuꝫ: ĩter doctrinã ꝛ vi
tã ꝯcertatio magna est. De his aũt loquor: q lr̃is ĩ-
pediti ꝛ onerati poti⁹ q̃ꝫ ornati: rẽ pulcherrimã sci
re turpissimis morib⁹ miscuerũt: tanta aĩ uanitate:
ut scholas nunq̃ꝫ vidisse mł'to meli⁹ fuerit: qui hoc
vnũ ibi didicerũt: supbie ꝛ lr̃arũ fiducia uaniores
eẽ cũctis hoĩb⁹: qui qeturũ libẽter Aristotelẽ uenti
lãtes per cõpita: cuneatim vulgo mirãte p̃tereunt
qꝫ vicis atqꝫ porticib⁹ effusi numerãt turres: eq̊s
qꝫ ꝛ q̃drigas: qui plateas ꝛ menia metiunꝛ: femi-
neoqꝫ ĩhiãtes ornatui: q̃uo nihil est fugaci⁹: nihil
ĩani⁹: obstupescũt: neqꝫ solũ in viuis: sed ꝛ in mar-
moreis herẽt imaginib⁹: ꝛ ceu collocuturi s̾bsistũt
attoniti occursib⁹: statuarũ q̃qꝫ nouissima ps insa-
nie est: turbis ꝛ strepitu delectanꝛ. Hi sũt q q̃si tri-
tã uenalẽqꝫ supellectilẽ tota urbe circũferũt: stulti-
tiã lr̃atã: Hi sunt solitudinis inimici: sed ꝛ ꝓp̃e do
mus hostes: quos p̃mo mane digressos: ad ĩuisuꝫ
limẽ uespa vix tãdẽ reuehit: Hi sũt qb⁹ in ꝓuerbiũ G
uenit: Bella res est gẽtes vidẽ: cũ hoĩb⁹ cõuersari.
Meli⁹ eqdẽ vidẽ rupes ac nemora: v̾sari cuꝫ ursis
ac tigrib⁹. Neqꝫ enĩ vile tñmõ sedũqꝫ: Sed qd in
uit⁹ dico: qdqꝫ utinã nõ tã late notũ expiẽtia fecis-
set assidueqꝫ faceret: pnitiosum quoqꝫ ꝛ uariũ ꝛ ĩ
fidũ ꝛ anceps ꝛ ferox ꝛ cruẽtũ aĩal est hõ: nisi qd
rarũ dei mun⁹ est: humanitatẽ ĩduẽ feritatẽqꝫ de-
ponere: deniqꝫ nisi de hoĩe vir eẽ didicerit. Qd si
hos ipsos ĩterroges: cur tã cupide cũ alijs semper
sint: si uerũ loq uolẽt: nil aliud rñdebũt: nisi q: secũ
eẽ nõ pñt: De quo suo loco plura fortasse dicturus
sim: hoc vnũ mõ dixerim: Alte radicatos errores
nõ facile v̾bis extirpari: Et ne qcq̃ꝫ suaderi aliqd:
qb⁹ psuaderi nunq̃ꝫ possit: neqꝫ enĩ pdẽ v̾ba leue eẽ
silẽtij auidis: Itaqꝫ desinãt opiniõib⁹ ueris obstre
pere. Naꝫ neqꝫ me talib⁹ loq: neqꝫ magnifacẽ: qm̃
ista supcilio lecturi sint: que utiqꝫ nõ sibi sed longe
alijs ĩgenijs scripta sunt. Et hec qdẽ illis: Tibi v̾o H
pi amabilis: ut dixi: psuasore sollicito nõ est opus:
cui psuadẽ ꝯ̃riũ posset nemo: cuiqꝫ iã p̃dẽ ꝯuulsis
errorib⁹: s̾nie ueriores medullis ac p̃cordijs ĩhese-
rũt. Et tñ ut rẽ certã loquẽdo: nõ certiorẽ tibi: sed
clariorẽ faciã: amatorẽ vite hui⁹ Christũ ĩuocans:
ac paucoꝝ dũ id explicẽ dierũ ĩducias petens: ab
alijs maiorib⁹ ꝛ antiqorib⁹ curis meis: que me ob
sidẽt atqꝫ circũsonãt: ꝯceptũ op⁹ aggrediar. Tu cũ
tuis par ut fedus ieas q̃so: ꝛ maximis ĩterim reb⁹
abstractũ mihi aĩum accõmodes: Nõ semp exq̃si-
tissima delectãt: sed ĩterdũ ut diuitib⁹ ciboꝝ: sic sa-
pientib⁹ studioꝝ vicissitudo gratissima est. Adesto
igiꝛ: audies qd mihi de toto hoc solitario vite gñe
cogitãti videri soleat: pauca qdẽ ex multis: sed ĩ q-
bus puo uelut in speculo totũ animi mei hitũ: to-
tam frõtẽ serene tranglleqꝫ mẽtis aspicias.

¶ Franciſci Petrarche Clariſſimi poete laureati: de vita ſolitaria ad Philippum Cauallicenſem epiſcopum: Liber primus de multiplici differentia inter vitam habitatorum urbium ⁊ ſolitarioꝝ: preeminentiaqꝫ vite ſolitarie: Feliciter incipit.

¶ Tractatus primus prohemialis: ꝑmittens quedam ad intelligentiam eoꝝ que ſequuntur conferentia.

¶ Quid neceſſarium ſit illis qui quietem habere cupiunt. Capitulum. I.

A c Redo ego generoſum aīum: ꝑter deum ubi finis eſt nr̄: ꝑter ſeipſuꝫ ⁊ archanas curas ſuas: aut ꝑter aliquem multa ſil'itudine ſibi ꝯiūctū: aīuꝫ nuſq̄ꝫ acqeſcē. Et ſi eniꝫ uoluptaſ tenaciſſimo viſco illita: ⁊ blādis ac dulcibus plena ſit laqueis: fortes tn̄ circa terram alas detinere diutiuſ nō pōt. Atqui ſiue deum ſiue noſipſos ⁊ honeſta ſtudia: qbus utrūqꝫ cōſeqmur: ſiue cōformē nobis querimus aīum: a turbis hoīum urbiūqꝫ turbinibus q̄ꝫ lōgiſſime recedendum eſt. Id ſic eē ut dico: illi ipſi etiam forte non negēt qui cōcurſu populi mulcent̄: ac murmure ſi mō ita obruti deꝑſſiqꝫ falſis opinionibus nō ſunt: qn interdum ad ſeipſos redeāt: ſeqꝫ ad excelſam ueri ſemitam uel reptādo cōuertāt. Qd̄ utinā nō tam multis accideret: ⁊ vt agri multarūqꝫ rerū vilium: ſic ſaltem excolēdi animi mortalib⁹ cura foret. Ut enim pinguis ager ſentibus: ſic humanus aīus abūdat erroribus: qbus niſi diligenter euulſi erūt: niſi uterqꝫ iugi ſtudio ac labore purgabit̄: utriuſqꝫ ſil'r in ipſo flore fructus extinguit̄. Sed nō canimus ſurdis: De his ergo alij ut libet: q̄ꝫq̄ꝫ facile
B ꝯſenſuros uero eruditoꝝ aīos atqꝫ ora confidam. Qd̄ ſi oēs negēt: tu mihi ſaltem nō negabis: nēpe qui negātem ꝑmus argueres. Sic eueniet: ut ⁊ tu in v̄bis meis tuam ſniam agnoſcas: ⁊ ego ſuꝑmaꝫ metham cuiuſlibet eloquētis attigiſſe videar: auditoris aīum mouiſſe quo uolui: Idqꝫ nullo negocio. Tūc enim ſuadēti magnus eſt labor: qn̄ in ſuā ſniam trahere nitit̄ aīum reluctāteꝫ. Cōtra: qd difficile hēt orō in illius aures uētura: qui qd̄ audit ſecum cōferēs: nō exēpli imaginem: nō auctoritatis pōdus: nō rōnis aculeuꝫ ut credat: nihil deniqꝫ niſi ſuiipſius teſtimoniuꝫ querit: ⁊ tacit⁹ dicit: ita eſt.

¶ De qbuſdam qui de vite ſolitarie laudibus ſcripſerūt: ⁊ quē auctor in hoc ope uelit imitari. Cap. II.

A s Cio qdem ſanctos quoſdam viros multa hinc ſcripſiſſe: Noiatim v̄o magn⁹ ille Baſilius: librum paruum de ſolitarie vite laudibus inſcripſit: de quo ꝑter tituluꝫ nihil teneo. Et ꝙ illum in qbuſdam uetuſtiſſimis codicibus: ſic interdum Petri damiani opuſculis inſertuꝫ vidi: ut dubium me fecerit an Baſilij eēt an Petri. In hoc aūt tractatu magna ex parte ſolius expiētie ducatum habui: nec alium ducem querēs: nec oblatum admiſſurus: liberiore qdem greſſu: q̄ꝫq̄ꝫ fortaſſis incautiuſ ſequor aīum meum q̄ꝫ aliena ueſtigia. Plura ergo audies ab his qui vel plura ſunt exꝑti: vel ab exꝑtis acceperūt: A me nūc audies qd̄ occurrit B ex tp̄e. Neqꝫ enim magno ſtudio incubui: neqꝫ id neceſſe ratus ſuꝫ: aut al's haud defuturam ueritus mām: de re uberrima ſcribēti: qd̄ ad ſuꝑficiem ſaltem eius attinet: ſepe mihi hactenus agitata multimode familiariterqꝫ notiſſima. Non excuſſi libros igit̄: neqꝫ magnope ſtilum compſi: ſciēs me illum alloqui cui uel implexus placeo: Sed ſentētiis ueris atqꝫ coībus ⁊ ſermone domeſtico contentus: partim e medio vite huius: partim ex alterius recēti memoria que legis elicui: Quoꝝ te an̄ alios teſtem uoco: nō diſſimulās inter multa: qbus ualde me uolētem cogis: ut te diligam: Illud eē nō ultimum ꝙ amore ſolitudinis: ⁊ huic cōiūcto libertatis ſtudio: vicinam tibi nūc ⁊ ꝓpe cōtiguam romanam quam uocāt curiam fugis: ubi nō mediocrem forte hodie ſortireris gradum: ſi quātum ſolitudo tibi ſemꝑ angelica: tātum tumultus ille tartareus placuiſſet.

¶ De mō tractādi mām huius opis: ac diſtātia inter vitam ſolitariam ⁊ vitam in frequentia hominum occupatam. Cap. III.

A v Iſus aūt ſum mihi facillime felicitatem ſolitudinis oſtēſurus: ſi ſimul frequētie dolores miſeriaſqꝫ mōſtrauero: ꝑcurrēs actus hoīum: quos uel hec vita pacificos atqꝫ tranqllos uel illa turbidos atqꝫ ſollicitos ⁊ anhelantes hēt. Unum enim eſt his oībus fundamētum: hāc vitā leto ocio: illam triſti negocio incūbere. Qd̄ ſi quādo forte cōuulſum caſus aliqs: aut nāe fortuneqꝫ vis oſtēderit: q̄ꝫuis id ꝑrarum ⁊ uelut inter portēta numerādum ſit: tn̄ ſi accidat mutare ſniam non pudebit: ⁊ iucūdam ocioſamqꝫ frequētiam ſolitudini meſte ac ſollicite ꝑferre nō metuaꝫ. Neqꝫ eni ſolitudinis ſolum nomē: ſed que in ſolitudine bona ſunt laudo. Nec me tam uacui receſſus ⁊ ſilētium delectāt: q̄ꝫ que in his habitant ocium ⁊ libertas. Neqꝫ adeo inhumanus ſum ut hoīes oderim quos edicto celeſti diligē iubeor ut meipſum: ſed peccata hoīum: ⁊ in primis mea: atqꝫ in ppl'is hitātes curas ⁊ ſollicitudines meſtas odi. De qbus oīb⁹ (ni fallor) ſignificātius aget̄: ſi non qcqd ad hāc aut ad illam ꝑtem dici poſſe videbit̄: ſeorſum explicuero: Sed utrūqꝫ miſcuero: nūc hoc: nūc illud attingēs: ut viciſſim huc illuc flectat̄ aīus: ⁊ alterno uelut oculoꝝ flexu: ad leuam dextrāqꝫ reſpiciēſ: facile iudicet: qd inter res diuerſiſſimas iuxta ſe poſitas interſit. Cōſulto aūt amariora ꝑmiſi: quo dulciora ſubnecterem: ⁊ ſuauior guſt⁹ extremus: ubi nam deſinēdum eēt: ipſum aīum admoneret.

¶ Tractat⁹ ſecūdus executiuus: De miſerijs hoīs occupati ⁊ infelicis hitatoris urbiū ac felicitate ſolitarij: ex actib⁹ utriuſqꝫ.

¶ De miſeria occupati: ac felicitate ſolitarij: in ſomno ⁊ ſurrectione eorum. Cap. I.

s Ed qd opus eſt multis? Agamus ipſam rem: ⁊ qd̄ ꝓmittimus ꝑſoluamus: Duos hoīes ꝯrijs moribus: quos tibi deſcribam: ante tue mētis oculos pone. Et qd̄ in illis vides: in cunctis exiſtima.

s Urgit occupatus infelix habitator urbiuꝫ nocte media: ſomno uel ſuis curis uel cliētium uocibus interrupto. Sepe etiaꝫ lucis De miſeria occupati

metu:ſepe nocturnis viſis exterritus:mox infelici
ſcāno corp⁹ applicat:aīum mēdacijs:in illis eſt to
tus:ſeu ille mercib⁹ p̄cium facē:ſeu ſocium:ſeu pu-
pillum fallere:ſeu vicini ꝯiugem pudicitia armatā
expugnare blādicijs:ſeu litigio iniuſto iuſtitie ue-
lum fando p̄tēdere:ſeu deniqꝫ publici p̄uatiqꝫ ali-
qd corrumpe meditaꝛ:Nūc ira p̄ceps:nūc ardens
deſiderio:nūc deſꝑatione gelat⁹. Jta peſſimus ar-
tifex ante lucem diurni telam negocij orditur:qua
ſeſe atqꝫ alios inuoluat.

de felicitate ſolitārij

Surgit ſolitarius atqꝫ ocioſus felix:modica
quete recreat⁹:ſomnoqꝫ breui:nō fracto ſed
expleto:ꝛ interdum ꝑnoctātis philomene
cantibus exprect⁹:thoroqꝫ vix dum leniter excuſ-
ſus:pulſiſqꝫ corꝑib⁹:qetis horis pſallē icipiēs:ia-
nitorē labioꝝ ſuoꝝ:ut egreſſuris ide matutinis lau
dib⁹ apiat deuotus expoſcit: ꝛ cordis ſui dn̄m in
adiutorium ſuum uocat:nihilqꝫ iam virib⁹ ſuis fi-
dēs:ꝛ iminētium cōſcius:metuēſqꝫ diſcriminum:
ut feſtinet obſecrat:Nullis texēdis fraudibus itē-
tus:ſed dei gl'iam ꝛ ſanctoꝝ laudes:nō indies tā-
tum:ſed in horas:ꝛ indefeſſo lingue famulatu: ꝛ
pio mētis obſequio repetēs:nequādo forſitā igrato
aīo diuinoꝝ munerum memoria euaneſcat. Et ſe-
pe interea(mirum dictu)ſecuri timoris ac trepide
ſpei plenus:memorqꝫ p̄teriti ac futuri ꝓuidēs:leto
dolore ꝛ felicib⁹ lachrymis abūdat. Quem ſtatū
nulla uoluptas occupatoꝝ:nulle vnq̄ꝫ urbane deli
tie:nulli regnoꝝ faſtus equerint. Jnde ſuſpiciens
celum ac ſtellas:ꝛ illic habitātem dn̄m deum ſuū
tota mēte ſuſpirās:ꝛ pr̄iam cogitās:de exilij ſui lo
co ꝓtinus ad honeſte cuiſpiam iucūdeqꝫ lectionis
ſtudium ꝯuertiꝛ:Atqꝫ ita cibis paſt⁹ ameniſſimis:
multa cū pace animi uēture lucis initium p̄ſtolaꝛ.

¶ De miſero occupato:ꝛ felice ſolitario cum diei iā lux aduenit. Cap.II.

Diuerſis uotis expectata lux adeſt. ¶ Jlle
uel hoſtib⁹ uel amicis limē obſeſſum hēt:ſa
lutaꝛ:poſciꝛ:attrahiꝛ:trudiꝛ:arguiꝛ:lacera
tur. ¶ Huic uacuū limē ꝛ libertas in limine:ma-
nēdi ſcilicet eūdiqꝫ quocūqꝫ fert aīus. ¶ Uadit il-
le meſtus in forum plenus querelarū:plenuſqꝫ ne-
gociorum:ꝛ imitis diei primordium alitibus au-
ſpicaꝛ. ¶ Uadit iſte alacer in vicinā ſiluā:plenus
ocij:plenuſqꝫ ſilētij:ꝛ cum gaudio fauſtū limen ſe-
rene lucis igrediꝛ. ¶ Jlle ut ad potētum ſuꝑba pa
lacia:ſiue ad formidata iudicum ſubſellia uētū eſt
ueris falſa ꝑmiſcēs:aut iuſticiam p̄mit iſontis:aut
nocētis rei paſcit audaciam:aut ꝓrſus aliqd ul' in
ꝓprium dedecus uel in alienam ꝑniciem molitur:
mordēte aīum ꝯſciētia:ſepe metu etiam v̄ba rūpen
te:ꝛ ſepe uera pro mēdacijs:v̄ba pro v̄bis referēs
plenuſqꝫ ruboris aut palloris:ſeqꝫ viciſſim increpi
tās ꝙ nō potius deſerti famem:q̄ꝫ diſerti famā cō
cupierit:ꝛ arator q̄ꝫ orator eē maluerit. Raptim i
fecto negocio domum redit:ꝛ turpib⁹ latebris nō
magis hoſtium q̄ꝫ cliētium ſuoꝝ ſe furaꝛ aſpectib⁹

B ¶ Jſte ubi p̄mum floreum ſedile:ſalubreqꝫ nactus
collem ꝯſtitit:iubare iāqꝫ ſolis exorto: in diurnas
dei laudes:pio letus ore ꝓrūpēs:eoqꝫ ſuauius ſi
deuotis forte ſuſpirijs lene murmur ꝓni gurgitis
aut dulces auium cōcināt querele:inocētiam imꝑ-
mis lingue frenum litis neſcium:viſus tegmen ua
nitatibus obiectū:puritatem cordis:uecordie ab
ſentiam:ꝛ domitricem carnis abſtinētiam depca

tur. Nec multo poſt:tertijs in laudibus:tertiā in
trinitate ꝑſonam ueneraꝛ:ꝛ ſancti ſpūs poſcit ad-
uētum:linguam quoqꝫ ꝛ mētem cōfeſſione pſonā
tem ſalutifera:ꝛ charitatem celico igne flāmātem
ac ꝓximos accēſuram. Que ſi deuote poſtulat:iā
habet multum hoc mētis ardore q̄ꝫ quolibet auri
ſeu gēmarum ſplēdore felicior. Jnde aūt pedeten-
tim ſua relegās ueſtigia:ſcādēte iam in altum:ꝛ q
mane nouum illuſtrauerat:meridiem accedēte ſo-
lis radio:nil potius q̄ꝫ extingui flāmas litiū:quas
certatim flatu ꝛ fomentis alter ſuſcitat:ꝛ quo ille
cupide peruriꝛ:hic oēm malarum cupidinum calo
rem noxium auferri flagitat. Deniqꝫ qd̄ vnum poe
ta Satyricus ſine ꝑiculo poſci docet:Jn corꝑe ſa-
no mētem ſanam orat. Quis horū oro hactenus
horas ſuas expendit honeſtius?

¶ De miſeria occupati:ac felicitate ſolitarij cum prā dij tempus inſtat. Cap.III.

A de miſeria occupati.

Uenit prādij tēpus:Jlle ſub ingēti ꝛ ruinā
minitāte aula componiꝛ puluinaribus ob
rutus ſepultuſqꝫ:reboant uarijs tecta cla-
moribus. Circūſtāt canes aulici mureſqꝫ domeſti
ci:Certatim adulatoꝝ circūfuſa acies obſequiꝛ:ꝛ
corroſoꝝ turba familiarium cōfuſo ſtrepitu mēſā
inſtruit. Uerriꝛ putre ſolum ꝛ fedo puluere cūcta
cōpleꝛ. Uolat atrijs argētum auro infectum:ꝛ po
cula cauis gēmis exp̄ſſa. Scānum ſerico ueſtitur:
oſtro paries:terra tapetibus:dum ſeruoꝝ nuda in
terim cohors tremit. Jnſtructa acie daꝛ tandem li
tuo ſignum pugne. Coque duces aule ducibus cō
currūt:Jngēs fragor exoriꝛ:Cōuehunꝛ terra ma-
riqꝫ cōquiſite epule:ꝛ viua priſcis calcata conſuli-
bus. Ardent rutilo in auro nr̄e graieqꝫ vindemie:
vno in ſcypho gnoſos ꝛ meroe:ueſuuius phaler-
nuſqꝫ miſcenꝛ:ſurrhentiniqꝫ colles ꝛ calabri. Nec
ſatis eſt niſi bacchus auſonius uel hybleo melle ul'
eoe ſucco medicatus arūdinis bacciſqꝫ nigrātib⁹
odoratus nām arte mutauerit. Parte alia par di-
uerſi generis pōpa ꝯſpiciꝛ:Fere horribiles:piſces

B

incogniti:uolucres inaudite puluere p̄cioſo oblite
ꝛ oblite ueteris patrie:quedam uoce teſtātes ori-
ginem nomēqꝫ iam ſolū de phaſide retinētes. Fu
mānt ipſis edētibus ſtupēda fercula:ꝛ omē coquo
rum paſſa ludibrium:que ſiqs ualde,lꝫ eſuriēs cer-
nat: q̄ꝫ fede quātoqꝫ ſint coagulata lenocinio:ſolo
ſpectaculo ſatur abſcedat. Jta mixta videbit inui-
cēqꝫ certātia nr̄a exteris:marina terreſtribus: ni-
gra cādidis:acria dulcibus:hirſuta pēnatis:man-
ſueta ferocibus:ꝛ quaſi Ouidianum chaos illud
antiquum renouatum atqꝫ in anguſtias ſit coactū
nō ſolum corꝑe in vno:ſed in vna parapſide. Frigi
da pugnabūꝛ calidis:humētia ſiccis:mollia cū du
ris:ſine pōdere hn̄tia pōdus. Sub hac tāta collu-

C

uie diuerſarum ſimul ꝛ aduerſarū rerum: ſub tot
croceis atqꝫ atris liuētibuſqꝫ pulmētis:ſuſpectum
nō imerito uenenum ſedulus p̄guſtator explorat:
qn ꝛ aduerſus cecas iſidias aliud remedij genus
inuētum eſt:Jnter vina dapeſqꝫ liuida ſerpētū cor
nua ꝓminēt:aureis inſita ſolerter arbuſtulis:ꝛ q̄ſi
uoluptaria ex arte contra mortem miſeri mira res
ipſa mors excubat. Jlle aūt ſedet obducta fronte:
grauibus oculis:ſupcilio vmbroſo:rugoſa nare:ge
niſqꝫ pallētibus:egre viſcoſa labra diglutinās:vix
caput attollēs fulgoribuſqꝫ ꝛ odoribus attonitus
ubi ſit neſcit:ueſꝑtina tumens crapula:ꝛ matutini

negocij cõfusus euectu: futurisq; in fallacijs inten-
tus: quo se uertat aut qd agat: sudet: olet: ructat:
oscitat: singula morsitãs: vniuersa fastidiens.

D i Ste uo uel paucis uel vno uel nullo famu-
lo cõtentus: hesterno sobrius uegetusq; ie
iunio. modesto sub lare mũdam mẽsam: nul
la re magis q̃ sua pñtia exornat: pro tumultu req-
em: pro strepitu silẽtium habet: pro multitudine se
ipsum: Ipse sibi comes: ipse sibi fabulator ac cõui-
ua est: Nec metuit solus esse dum secũ est: pro au
leis nudus paries ex agresti cemẽto: p solio ebur
neo quercus est sibi uel fagus pura uel abies. Ce
lum spectare nõ aurum: terram amat calcare non
purpuram. Fidicen gratus τ assidenti cõsurgenti
q; dulcissimus cantus est bñdictio τ grãrum actio.
Uillicus si res poscat: pincerna: coquus τ uerna
est: qcqd is apposuit: hic eq̃nimitate τ modestia p̃
ciosum facit. Cibum oẽm pegrinis siluis aut litto
ribus aduectum: oẽm potum ligurum atq; picen-
tium collibus expssũ dicas. Ea frons est: isq; ani-
mus utẽtis: sic in deum: inq; hoies gratus: sic cõ-
munibus inemptisq; letus dapibus: nõ tãtum ut
Maroneus ille seniculus regum opes equat aio:
E sed trãscẽdit. Nulli penitus inuidet: nullum odit:
sorte cõtẽtus sua: τ fortune iniurijs inaccessus: ni-
hil metuit: nihil cupit. Scit nõ spargi uenena ficti
libus: Scit vite hoium pauca sufficere: τ summas
uerasq; diuitias nil optare: summũ impium nil ti
mere: letum agit atq; tranqllum euum: placidas no
ctes: ociosos dies τ secura cõuiuia. It liber: sedet
intrepidus: nullas struit aut cauet isidias: Scit se
amari τ nõ sua: Scit mortem suam nulli utilem:
nulli dãnosam vitam. Neq; multum interesse arbi
trat q̃diu: sed q̃ bñ viuat: Nec ubi aut qñ moriat
magni extimat: sed qliter. In id vnum summo stu
dio intẽtus: ut bñ actam vite fabulam pulchro fine
concludat.

¶ De miseria occupati: ac felicitate solitarij cum fini-
tum est prandium. Cap. IIII.

A I Abit sensim dies τ fugiũt hore: ac iam prã
dio finis est: Turbãt illum familiaris exer-
citus hostesq; collaterales τ ruina mensa-
rum τ hoium uasorũq; collisio: Et ebrioꝝ iocis te
cta mugiũt τ querimonijs famescẽtum. Hẽt enim
nõ ultimum hoc malum mẽsa diuitum: iniquissima
est. Itaq; hic fames: hic nausea: temperies nusq̃:
Aule qdem insuauis odor: inamenus color: iter in
certum: solum omne salsamẽtis effusis late olidũ
cruẽtũq;. Idem τ vino lubricum τ fumo nubilũ
τ spumis horridum τ aspergine tepidum τ adipe
tabidum τ ossibus albicãs τ sanguine rutilũ. De-
niq;: ut uerbo utar Ambrosij: nõ cognam: sed car-
nificinam dicas. Et lz ut maioribus placet: a parã
do prãdium quasi parãdium dictum sit: qd bella
tores ad pliũ paret: non parari tñ aliqd sed fieri
uereq; pliũ ibi, gestum putes eẽ non prãdiũ. Ita
dux saucius ac tremẽs: ita mero pcussi omẽs nutã
tesq; abeũt: mẽsa pro acie fuerit: pro blãdo τ falla
ci hoste uoluptas: cubilia pro sepulchris: conscien
tia pro inferno.

B a Et huic nr̃o diuersa oia: Angeloꝝ aula con-
uiuijs q̃ hoium aptior: odor colorq; opti-
mus: index moꝝ testisq; modestie: Mensa
pacifica: luxus ac tumultus nescia: gule domitrix:
expers imũditie: ubi gaudia inhabitẽt: vnde nolu
ptas feda exulet: ubi sit regina sobrietas. Cubile
castum τ qetum: cõsciẽtia paradisus. ¶ Surgit il
le igit uel ebrius uel idignus: Iste trãquillus τ so
brius. ¶ Ille de morbo dubius ac pauẽs: Iste fru
galitatis sibi cõscius oiumq; qbus humanum cor
pus subiacet securus. ¶ Ille uel irascit uel ludit:
Hic utrũq; declinãs deo grãs agit. ¶ Tota debic
illi dies inter luxuriam somnũq; τ curas anxias
τ dura negocia dilabit: Huic inter laudes dei τ li
beralia studia τ nouarum inuẽtionem rerũ ac ue
terum memoriam τ necessariam qetem τ honesta
solatia nihil aut modicum perit.

¶ De exercitijs miseri occupati: τ felicis solitarij cũ
meridies adest. Cap. V.

i Am celi medium sol tenet: qñ ille estuat: an A
git: accelerat: oia fallaciarum machinamẽ
ta cõgeminat: ne qd ei per segnitiem illa lu
ce depereat: ne ue ullus torpor mali cõsilij fectidã
aiam optatis frustret effectibus: ut latẽtes doli an
te crepusculum erũpant: Est enim hoc fere malis
conatibus adiũctum: ut pcipites etiam sint: Iniq̃
mẽs impatiẽs est more: quicqd optauerit differri
uel momẽto tpis egre fert. Neq; soli auaritie con
uenit illud satyricum: Diues qui fieri vult τ cito
vult fieri: habet hoc cõmune cupiditas indiuisũq;
cum sororibus suis ira τ libidine: Que patre con
ceptuq; tartareo edite: cõfusionem τ pcipitium τ
horrorem τ nãm pprie originis nõ dedidicerũt. He
sunt enim furie: quas nõ imerito Acherõtis ac no
ctis filias poete dixerũt: q; ignorãtie tenebras pe
nitẽtieq; mãm secum ferãt. Et he qdem inferni vn
de ortas phibẽt: necnõ τ ciuitatum incole occupa
torũq; pedisseque stimulis semp ardẽtibus: cecũ
atq; trãsuersum aium exagitãt: ut qd pessimum in
stituit: pmum expleat: ne qd forte cũctando resipi-
scẽtie saneq; mẽtis obrepat. Nulli eqdem vitio fre
num placet: τ ut honestati grauitas atq; maturi-
tas: sic consilijs inhonestis incõsulta semper ami-
ca celeritas.

c Ontra aũt hic nr̃: nil pp̃ropere: sed fugien- B
tis tpis cursum vides: τ cupiens illic esse
ubi sine fluxu tempoꝝ ac sine metu mortis:
degit: Iterum uersus in pces: non vnius tm̃ lucis
sed totius eui claram uespam τ nunq̃ occidentis
vite gl'iam: eaq; non suo merito: sed sacre Christi
mortis poscit in pmium: sciẽs plus eẽ q̃ qd homi-
ni debeat: nisi tpalis illa mors peccatum habẽtis
tãte eẽt efficacie: ut de natura mortalibus peccato
q; iam mortuis facere posset eternos. Nec ita mul
to post: labẽtem celo diem seq; simul collabẽtẽ hu-
mi: cogitãs: tetrãq; caliginem illabẽtem terris p̃
uidẽs: supni luminis poscit auxiliũ. Et seu ne mẽs
suorum criminum pressa põderibus celo exulet: cũ
lachrymis pcat: seu fidei puram lucem: seu mentis
aduste refrigerium: abstersionem sordide: elise su-
stẽtaculũ: litigiose pacem flagitat: matutinoq; lau
dum carmini uespertinas pces: τ laudes dei ex hau
sto pietatis fonte continuat.

¶ De miseria occupati: ac felicitate solitarij cum ab-
eunte sole uesper accedit. Cap. VI.

c Ogit ille iterũ abeũte iam sole: tecto egre- A
di: urbem lustrare: cenum terere: cõcursare
obuijs: sudare: laborare: anhelare: estuare:
Cũq; in omnes sese formas fraudum uerterit: oẽs
laqueos ingenijq; nodos explicuerit: sero tandem

fessus rediēs: et multum de artificio suo questus: bone fame pureqȝ conscientie nihil oīno auri forte aliquid: plurimum sceleris atqȝ odij domū refert.

B Iste uel apricum fontem uel herbosam ripam: uel equoreū littus adit: gaudens diem illum sine dedecore transiuisse: et lucis ante terminum: aduersus secuture noctis pericula dolosqȝ et insidias ac rabiem leonino more rugiētis aduersarij: vigilem sobrietatem atqȝ orōnis et fidei clypeum: aduersus somnia pollutionemqȝ et nocturna fantasmata: excubare sibi solitam clemētiam sui creatoris implorat: atqȝ in manus eius cōmēdato spiritu: et angelis suis ad habitaculi proprij custodiam inuocatis: sese in domum suam recipit: ut nihil iniusti questus: sic nil male cupidinis multum vō decore laudis referēs: multumqȝ quotidie in melius mutati animi. ¶ Ad summam totis ille dieb⁹ viuos spoliat: Hic pro defūctis orat. ¶ Ille matrum ac virginum pudicitiam attentat: Hic virginem matrem officiosissime ueneratur. ¶ Deniqȝ ille martyres facit: Hic celebrat. ¶ Ille sanctos persequitur: Hic honorat.

¶ De misero occupato: et felice solitario cum redeūte nocte cenandum est. Cap. VII.

A Ecce redit nox: Ille redit ad crapulam: pōpa ingens: ante retroqȝ longum agmē. Uiui hoīs funus putes: Precedūt funeralia et tibie: ne quid desit exequijs: Et sumptuosissimū cadauer: perfusum charis odoribus: rursus inter puluinaria sepelitur: ad hec tepidū: ad hec spirās: Inde grauem cenam indigesto superaddens prandio: uenture luci nauseam parat: et alteri prandio precludit iter. ¶ Iste uel se cenasse persuadet sibi: uel ita cenat: ut Platonicum illud reprobet: Nullo modo mihi placet: inquit bis in die saturū fieri.

¶ De miseria occupati: ac felicitate solitarij dū eundem est cubitum. Cap. VIII.

A Post hec multum dissimili habitu corporis et animi cubitum uadunt. Ille plenus curis: plenus epulis: plenus mero: plen⁹ metu: plenus inuidia: deiectus: repulsus: superbia elatus: merore contractus: ira tumidus: impar sibi: impos animi: obsessus satellitibus: obseruat⁹ emulis: pulsatus clamoribus: sollicitatus litteris: interpellatus nuncijs: suspensus fama: rumoribus territus: stupefactus augurijs: elusus mendacijs: fessus querimonijs. Et ne noctu quidē litibus immunis: par vita demonib⁹: odiosus preterea vicinis: grauis ciuib⁹: uel formidatus uel irrisus suis: suspectus omnibus: fidus nulli: diu in somnis: purpureo inuoluitur grabato: omnesqȝ libidinum species expertus et ad fruendum presentibus: sollicitato īfelici corpusculo ad absentes: uago animo trāsmisso: vix tandem victus somnum oculis admittit. Sed vigilant cure: vigilat mens anxia: quam urit ignis inextinguibilis: et immortalis conscientie uermis rodit. Cum diurna negocia: deceptos clientes: oppressos pauperes: pulsos finibus agricolas: stupratas virgines: circūscriptos pupillos: spoliatas viduas: afflictos necatosqȝ inoxios. Cūqȝ his omnibus ultrices scelerū furias videt: Sepe itaqȝ dormiens exclamat: sepe cōqueritur: et sepe metu subito somnus abrumpitur.

B Iste autem plenus honesto gaudio: plen⁹ sancta spe: plenus amore pio: non furiali ut Nisus: sed ut Petrus christi plenus cōscientie integritate: securitate hominū: dei metu: nocituri cibi et inutilium uacuus curarum: solus: tacitus: tranquillus: angelo simillimus: deo charus: formidabilis nemini: cunctis amabilis: cubiculū somno non impudicitijs idoneum ingressus: dulcem et imperturbatam excipit quietem: et si quid consopitus videt: Plerunqȝ similia vigilantis operibus sunt somnia dormientis: et hac etiā vite parte felicior: meliores aspicit visiones. Necqȝ solum letiore animo: sed saniore etiam corpore membrorumqȝ ministerio promptiore utitur. Cōstat enim animi virtutes precipueqȝ modestiam sanitati multum conferre corporee: et frequenter qui plus corpori seruiunt plus obesse.

¶ Tractatus tertius: De diuersitate conditionum ipsorum occupatorum: et pariformiter solitariorum.

¶ De tractatorum epilogo ac transitu ad miseriā illorū qui alienis negocijs occupant. Cap. I.

A En pater vnius occupati: et vni⁹ ociosi hominis: vnū diem ante oculos tuos posui: omnium hominum dierūqȝ omniū vna ratio est: nisi ꝙ quotidie illius labor: tanto amarior: tātoqȝ huius quies est dulcior: quāto ualidior fit tractu temporis habitus animorum: quantoqȝ per temporales motus acceditur ad eternitatis statum: et viuēdo proximior efficitur. Illi quidem sine fine labor: huic requies. Nisi forte felicior est illorum conditio: qui alienis negocijs occupantur. Alieni nutus arbitrio regunt: et qd agere illos oporteat: in aliena fronte cōdiscunt: Oīa illis aliena sunt: alienū limē: alienū tectū: alienus somnus: alienus cibus: et quod est maximum aliena mens: aliena frons: non suo iudicio flent et rident: sed abiectis proprijs: alienos induunt affectus: deniqȝ alienum tractant: alienum cogitant: alieno viuunt. B De his poeta nobilissimus loquebatur ubi ait: Penetrant aulas et limina regum. Hos alter mordacius atqȝ liberius notabat in Satyra illa qua curialem vitam arguit et eum qui summa bona putet aliena viuere quadra. Equidem inter hos: et perpetuis dominorū ac regum carceribus addictos: quid intersit: nescio nisi ꝙ illi ferreis: isti aureis cōpedibus vincti sunt Speciosior catena: par fuit⁹: maior culpa. Sponte etenim sua faciunt ad quod alij vi cogunt. Ego vō istos: ut sententiam meam breuibus absoluam: occupatorum omnium extremos ac uere miserrimos miserorum uoco: quibus nec breuissimo saltem premio malarum artium uti licuit: viuere alieno imperio: suo periculo morituri: et alijs laborando peccauerunt: sibi felices si sine culpa et sine premio laborassent. Nunc crimen dūtaxat est proprium: que ex crimine uenit fallax licet et fugitiua delectatio aliena est. Atqui dure dicimus conditionis agricolam: qui cum labore serit arborem cuius

C fructum nunq̄ sit visurus. Quis enim ait Apostolus: plantat vineam et de fructu eius nō edit? Qui tamen sortem suam consolari potest: eo ꝙ alteri saltem seculo profuturus sit. Itaq̄ non modo dubitans quod agit ad se non pertinere: sed sciens etiā non omittet: Interrogantiq̄ cui serat: qđ est apud Ciceronem: dijs sit immortalibus respōsurus: seu rectius immortali deo: Quanto miseriores qui serunt vnde ipsi penas solas: alij vō penales voluptates legant? D Qui quod inutiliter agunt: sibi: alijs: imputare nō possunt: Non etati sue cui sepenumero laborando preceptam sibi libertatem eripiunt: Non posteritati cui seruitium parant: Non deo quem offendunt ut hominibus placeant. Deniq̄ non his ipsis quibus placendo nocuerunt: quibus q̄ perpetua morte sua breuem peccandi: hoc est in eternum quoq̄ moriendi licentiam pepererunt: ceci nimium dementesq̄: aduersisq̄ syderibus in lucem: immo in tenebras proiecti: qui cum alte alios extulerint: ipsi continuo iacuere: ab eisdē illis: qđ sepe iam vidimus forsitan opprimendi. Interim cum multa alijs quesierint: multa cupidinum instrumenta conflauerint: tantorum semper commodis caruere facinorum: hanc vnam ferialis industrie gloriam consecuti: principum auaritias: dominorūq̄ libidines cōsiliorū suorum pauisse successibus. E Quid vis amplius dicam? Non equidem minus mordax nostrorum mihi q̄ Cretensium videri solet imprecatio. Cum enim sono uerborum neutra terribilis sit: subest virus utriq̄ mortiferū: Illi hostibus suis optant ut mala consuetudine delectentur: nostri autem ut occupati atq̄ solliciti esse nunq̄ desinant. Quo si profundius: non uerba: sed ipsā rem inspicias: quid tristius dici possit vix inuenio. De his occupatis loquor: quos videmus: et quorum plena est vita vulgaris. Alij enī nulli uel tam rari sunt: ut nusq̄ appareant. Ubi sane ueritas queritur: ficta phantasmata loqui piget.

℃ Qđ q̄q̄ fere omnis occupatus sit miser: sint tamen aliqui lꝫ paucissimi qui laudabiliter occupentur. Cap. II.

i Taq̄ ut iam tandem semel expediam: parum abest quin meo certe iudicio: omnis occupatus miser: occupatusq̄ sub alio bis miser: ꝙ et miseriam suam habet: et ipso miserie fructu caret. Non ꝙ ignorem fuisse et fortassis eē occupatissimos quosdam simulq̄ sanctissimos viros qui seipsos et secum Christo deuias animas adducerent. Quod ubi accidit: ingens fateor et inextimabile bonum est: ac geminata felicitas: duplici de qua multa diximus obiecta miserie. Quid enī felicius: quid aut hoīe dignius aut similius deo est: q̄ seruare et adiuuare q̄plurimos? Quod qui potest et non facit: preclarum mihi quidem humanitatis officium abiecisse: et ob eam rem hominis nomen ac naturam amisisse videbitur. Itaq̄ ubi hoc posse datum sit: desiderium proprium utilitati publice sponte subijciam: desertaq̄ solitudine: vnde mihi soli obsequebar: ultro repetam vnde utilis mundo sim: Ciceronis nostri iudicium sequēs Magis est enim inquit s̄m naturam pro omnibus gentibus si fieri possit conseruandis aut iuuandis maximos labores molestiasq̄ suscipere: imitantes Herculem illum: quem hominum fama beneficiorum memor in consilio celestiū collocauit: q̄ viuere in solitudine: non modo sine ullis molestijs: sed etiam in maximis uoluptatibus: abundantem omnibus copijs: ut excellas etiam pulchritudine et viribus: quo circa optimo quisq̄ splendidissimoq̄ ingenio longe illam vitam huic anteponit. Hec Cicero. Cui sic se rebus habentibus haud coactus assentior. Sed de his omnibus iudicium meū habe: paucissimis quidem instantijs: vniuersale uerum dogma non quatitur. C Multi sunt qui occupationes in commune utiles: et sanctiones solitudine qualibet profitentur: Scio. Sed quot queso te vidimus qui quod profitebantur impleuerint? Sunt fortasse aliqui: sunt plurimi: ostēde mihi vnum et silebo. Non inficior doctos quosdam et facundos viros: et qui multa subtiliter aduersus hec disputent. Ceterum non de ingenio: sed de moribus est questio: Ambiunt ciuitates: declamant in populis: multa de vitijs: multa de virtutibus loquūtur: Uix temperare mihi potui: quominus vnum Satyrici dentis morsum huic loco ualde: nisi fallor: congruentem interponerē: Sed cogitans ad quem mihi sermo est: stilo potius aliquid q̄ uerecundie subtrahendum credidi. D Multa quidem inquies loquuntur utiliter: audiui: et sepe alijs prosunt: credo. Sed non statim sanus est medicus: qui consilio egrum iuuat: quin eodem sepe morbo quo multos liberauerat interijt. Uerba studio elaborata atq̄ arte composita pro multorū salute non respuo: et quicūq̄ sit opifex utile opus amplector. Uerum hec nobis non rhetorice schola sed vite est: nec inanem lingue gloriam: sed solidam quietem mentis intendimus. Neq̄ mihi excidit Seneca: cum dixisset: Omnia impedimenta dimitte et uaca bone menti: ꝓtinus addidisse: Nemo ad illam peruenit occupatus. Quam ego non prestare q̄dem solitudinem: sed conseruare et plurimum adiuuare contendo. Nam nec illud eiusdem auctoris oblitus sum: Non multum inquit ad trāquillitatem locus confert: ut sit ita: sine dubio tamen confert aliquid. Quod nisi sic esset: cur idem dixisset alibi: Non tm̄ corpori sed etiam moribus salubrem locum eligere debemus. Et idem alibi: Conspectum quoq̄ et viciniam fori procul fugiā. Nam ut loca grauia etiam firmissimam ualitudinem tendant: ita bone quoq̄ menti necdū adhuc perfecte et conualescenti: sunt aliqua parum salubria. Unde ergo hec morum mentisq̄ salubritas ac discrimen si nihil esset in locis? Est in locis aliquid pace Senece dixerim: Est multum: sed non totum fateor: illud quidem ut sibi videtur in animo est. Nam sic ait: Animus est qui sibi commendat omnia. Id enimuero suo more recte dicit. Unde autem animo lumen ueri: equitasq̄ iudicij? Aliunde proculdubio.

℃ De laude tranquille serenitatis animi: que largitur in solitudine constitutis: Et quomodo animus non possit in diuersas res esse intentus. Cap. III.

i Taq̄ quod de locis dixi: de animo repe-

tam: Esse in illo aliquid multum: esse totum minime: sed in eo tantum qui opportunitatem locis tribuit animo rationem. Magna enim et diuina quedam res est: animi tranquilla serenitas: et que non alterius donum sit quam solius dei: sed quam sepius ille largiri soleat in solitudine constitutis. Quod utrunque pro breuitate temporis: uel ratione uel contrariorum collatione monstratum est: et mox exemplis illustribus astruetur. Quod si forte datum sit ut aliquis ueri capax: non ad linguam sed ad corborum cuiuspiam quos credulum vulgus stupet penitus aurem cordis admoueat: puto sine contentione fatebitur: quod conscientiam nudam ingenue confitentem audierit: felicitatem non uerbis sonantibus sed rebus tacitis et ueritate intima: non externis plausibus aut fallacissima hominum opinione constare. Multa quidem illic audiet: multum his contraria que in pulpitis cum populo mirabatur: et intelliget quod inter cutim et precordia intersit. Et nimirum hec animi natura est: ut in vnam rem
B uehementer intentus: multas negligat. Hinc est ut eloquentie studiosi: sepe sint ad actum tardiores: et qui res magnas agunt: sunt incultiores eloquio Sic et modestie cultores uoluptatem fugiunt: et quibus uoluptas in precio est: modestiam aspernantur: Sic et quos augende rei familiaris studium tenet: sepe rempublicam atque amicitias contemnunt et illiberalius vitam ducunt. At qui liberalitati animum applicant: quique reipublice curam habent: sepe videas rei domestice negligentes. Non potest uentus idem ex equo placere his quorum nauigatio contrarios fines spectat. Que idcirco dixerim: ne mireris si in eo quoque quod nunc agimus idem cernas: et si sollicita vita strepitum amat: multiloquio delectatur: Contemplatio autem omnis amica silentio est: queque se finibus suis tenet: Et viceuersa illa silentium odit: hec strepitum.

¶ Quomodo ex periculo pastorum disci possit vitam sollicitam minus esse tutam: Et quod ea ratione auctor ipse vitam elegerit solitariam. Cap. IIII.

A Ue nam uero tutior via est: hoc est pater quod
q hodierno colloquio uestigamus. Dic igitur mihi ex hisipsis quorum mentio nobis oborta est: quotiens putas pastorem officio periisse: quotiens ouem et dum uagam alligat in laqueum incidisse: et dum profugam sequitur corruisse? Quotiens credis aut medicum bene ualentem: dum egros circumit egritudinem contraxisse: aut bust arium dum mortuos sepelit: causam mortis contagio repperisse? Nemo uero fallatur quasi minora sint animorum contagia quam corporum: Maiora sunt: grauius ledunt: altius descendunt: serpuntque latentius. Multis inquiunt prodesse meritorium: multis subuenisse: laudabile: quis negat? Sed ordinate charitatis initium scimus. Crede autem mihi: non est parue fiducie polliceri opem decertantibus: consilium dubiis: lumen cecis: leticiam mestis: securitatem metuentibus: spem deiectis: salutem egris: requiem fessis: refrigerium afflictis: monstrare iter errantibus: subiectare humeros cadentibus: dare dexteram prostratis. Magna quidem sunt hec si fiant: parua si promittantur. Neque enim magne quam parue rei promissio: sed exhibitio est maior. Uerum ego non tam aliis legem pono: quam legem tibi mee mentis expono: quam qui probat teneat: cui non placet abiiciat: et relicta nobis solitudine: sollicitudines suas sibi habeat: contemptorque ruris nostri: viuat contentus in urbibus. ¶ Optarem fateor talis esse qui prodesse possem quamplurimis: uel ut ait Naso: totique salutifer orbi: B
Sed primum paucorum hominum: proximum Christi solius est proprium. Et profecto quisquis in tuto est: ut uel tantisper diuersum sentientibus condescendas: peccat in legem nature: nisi quibus potest laborantibus opem fert. Mihi qui adhuc magno naufragio laboro: sufficit illius opem implorare: qui solus potens est prestare quod poscitur. Cuperem magna: sed modicis contentabor: Uellem cum omnibus saluus esse: si minus: cum multis. Ultimo quid expectas ut dicam: mihi si non pereo satis est: multum est abunde feliciter: Et heu quam uereor ne qui forsan ex his: qui se custodes infirmarum ouium dici uolunt: lupi sint: sanasque dilanient.

¶ Tractatus quartus: Que expediant eis qui vitam solitariam ingredi statuerunt.

¶ Quod vita solitaria precipue litterarum ignaris grauior morte: et mortem allatura videatur. Cap. I.

A Tne diutius me consideratione non mea implicem: de se illi: nos de nobis: libret vnusquisque quid preferat
a Impossibile est enim et si vnum omnes finem ultimum intendamus: ut vnam omnibus vite viam expediat sequi. Qua in re cuique acriter cogitandum erit: qualem eum natura: qualem ipse se fecerit. Sunt enim quibus solitaria vita morte grauior sit: et mortem allatura videatur: quod precipue litterarum ignaris euenire solet: Quibus si confabulator desit: quid secum: quidue cum libris loqui ualeant non habent. Itaque muti sunt: Equidem solitudo sine litteris exilium est: carcer: eculeus. Adhibe litteras: patria est: libertas: delectatio. Nam de ocio quidem illud Ciceronis notum: Quid dulcius ocio litterato? Contraque: non minus illud Senece vulgatum: Ocium sine litteris mors est: et viui hominis sepultura. Et si plane norim duo ista tam dul- B
cia philosophorum diuerticula: solitudinem atque ocium: ut incipiens dixi: interdum litteratis etiam hominibus permolesta: In promptu tamen est ratio. His enim hoc accidit qui uel uoluptate aliqua compediti: carcerem suum amant: uel vulgi commercia et vulgari negocio victum querunt: uel ad lubricos honorum gradus populorum uentosis suffragiis aspirant: Et quibus (que ingens his temporibus turba est) littere non animi lux atque oblectatio vite sunt: sed instrumenta diuitiarum. Ad quas hodie discendas: magno rei familiaris impendio: sed multo maxima lucri spe pueri a parentibus: non quasi ad liberale gymnasium: sed uelut ad uile mercimonium destinant: ut mirari nemo debeat eos

uenaliter ⁊ auare litteris uti:quas ut uenderent
quesierunt:E quibus improba ſpe:non ſibi cente
C ſimum fenus:ſed milleſimum ſtatuerūt:Que om-
nia diligenter in vite electione tractanda eſſent:
Neq; enim tales in ſolitudinem uoco:neq; ſi ue-
niant admitto libens.Q; multos igitur excludam:
hinc vides.Nam quid piſcis longe ab aquis:qd
hi procul ab urbibus acturi?Quod illi olim mol-
li ⁊ effeminato cauſidico ſepe dixi:qui hec loca nō
quietis amore quā non nouerat:non appetitu ocij
quod oderat:ſed neſcio quo nam imitandi ſtudio
frequentare ceperat:incertū an ſibiipſi moleſtior
an mihi.Uerum ille confeſtim tedio locorum ⁊
urbanorum deſiderio uoluptatum victus abijt.
Quod niſi ſic euenturum animo preuidiſſem:ul-
tro ipſe ceſſiſſem locis:tam nulla rerum opinionū-
ue proportio erat:q̃uis amicum ille ſe diceret:⁊
eſſemus eiſdem ſtudijs a pueritia uerſati:ſed ut
res docuit:ſtudiorum finibus longe diſparibus.
Redeo autem ad inceptum.

C Q; q̃q̃ optimum eſſet ut in iuuentute quiſq; ſibi aliquid recte vite genus apprehenderet:tamen ſi quis iuuenis neglexerit:conſultum eſt ut ſaltem ſenex hoc faciat.

Cap̄.II.

A O Ptimum quidem eſſet:niſi conſilij inopia
iugis adoleſcentie comes obſtaret:ut ab in
eunte etate circa vnum aliqđ vite gen⁹ ap-
prehendendum vnuſquiſq; noſtrum accuratiſſime
cogitaret:nec ab illo calle quem ſemel elegiſſet:ni
ſi magnis ex cauſis aut graui neceſſitate diuerte-
ret.Qđ initio pubertatis feciſſe Herculem auctor
Xenophon ille Socraticus teſtis eſt Cicero.Sed
q2 id non facimus:neq; enim noſtro iudicio pleri-
q; viuimus:ſed vulgi:atq; adeo per deuia rapta-
mur:⁊ quaſi per tenebras alienis ueſtigijs inſiſtē
tes:ſepe periculoſas ⁊ inexplicabiles igredimur
vias:⁊ eo uſq; prouehimur:ut ante ſimus neſcio
quid:q̃ quid eſſe uelimus:circumſpicere atq; exa
minare permiſſum ſit.Jdcirco quam ſibi perſonaʒ
uel natura uel fortuna uel error aliquis impoſuit:
ſi iuuenis non potuit:quiſq; ſecuʒ ſenex cogitet:⁊
quod ſolet errans viator:ante ueſperam q̃tum li-
cet ſaluti ſue conſulat:vnum ſciens:naturam totaʒ
B haud facile poſſe conuelli.Cui autem in ingreſſu
vie huius quando ut dixi ſcintilla noſtri conſilij
nulla erat:celeſte aliquod lumen affulſit:ut uel ſe-
curum uel periculi minoris:⁊ facile remediabile
iter arriperet:habet vnde ſemp deo gratias agat.
At cui ſiniſterior ſors fuit:plus negocij eſt:poſtq̃
tamen aperire oculos cepit ⁊ q̃ dubium iter agat
intelligere:omni ſtudio incumbat adoleſcentie de-
uium ⁊ errores uel in ſenectute corrigere:memi-
neritq; Terentiani ſenis in Adelphis:qui mutan
de ſub extremum vite:conſultor idoneus:ſimul ⁊
delectabit ⁊ proderit.Difficile negocium impri-
mis:ſed ⁊ imprimis utile ⁊ nequaq̃ impoſſibile.
Neq; ꝟo ſerū putet:quod ſalubre cognoſcit.Aſſūt
huius ſententie non ſpernendi auctores:Sapien-
tiſſimus principum princeps philoſophorum Au-
guſtus ceſar ait:Sat celeriter fieri quicquid fiat ſa
tis bene.Plato ait:beatum cui etiam in ſenectute
contigerit ut ſapientiam ueraſq; opiniōes aſſequi
poſſit.

C Que in ordiende mutandeq; vite tenenda ſit via.

Cap̄.III.

I N omni quidem ordiende mutandeq; vi- A
te conſilio:illud imprimis ante oculos ha
bendum:ut non concupiſcentia inani:ſed
natura duce freti:viam teneamus:non que ſpecio
ſiſſima videbitur:ſʒ que aptiſſima nobis erit:Ubi
maxime rectum ac ſeuerum ſuiipſius eſtimatoreʒ
ac cenſorem exigo:ne oculorum aut aurium uolu-
ptate deceptus aberret.Quod quibuſdaʒ accidiſ
ſe ſcio:qui dum mirantur alios:immemores ſui at
q; aliena tentantes:ridendi materiaʒ populo pre-
buerunt.Hoc vnum ſumptum a philoſophis con
ſilium eſt mihi:ſm quod uel ſolitariam uel urba-
nam vitam:ſiue aliam quamlibet nature moribuſ-
q; ſuis comparans:norit quiſq; quid ſuū ſit.Qđ
ſi ingredientibus eſt utile:q̃to progreſſis utilius:
quibus ſuper eligendi laborem:extirpande etiam
ueteris radicateq; ſententie labor eſt?Apud me ſa
ne cui nihil quod qdē noueriʒ cōmune cū populo:
⁊ cui litterularū tātū obuenit q̃tū nō inflet animū
ſʒ delectet ⁊ ſolitudinis amicū faciat:ubi illas ſine
loquaci doctore:ſed ⁊ ſine tenaci torpore:atq; uti
nam ſine ſeq̈ci liuore didici:quē nō amica:nō con-
iūx:non uadimonium:non uſura:non depoſitum:
non lucellum:non roſtra:non balneum:non taber-
na:non cena:non porticus in urbe deuinciūt.Apđ
me inquam cui ut uerum fatear:non tam proprio
ſtudio:alioue monitu ut ita ſentirem q̃ nature ip-
ſius perſuaſione cōſultuʒ eſt:vita proculdubio ſin
gularis ac ſolitaria:non modo tranquillior:ſed al-
tior eſt atq; ſecurior.Et ut extimare alios iubeo ſu
as res:⁊ ut ipſe res meas noui:ualde ſolitudineʒ
atq; ocium:de quibus multa hodie tecum ueluti
quaſdam ſcalas ad id quo mens noſtra ſuſpirat:
amplector ac teneo:turbas atq; ſollicitudines ceu
repagula uecteſq; permetuo.Sed ita ut ſi qua me
neceſſitas in urbem cogat:ſolitudinem in populo
atq; in medio tempeſtatis portum mihi conflare
didicerim:artificio non omnibus noto:ſenſib⁹ im- B
peritandi:ut quod ſentiunt non ſentiant.Qđ cum
per meipſum experientie creditum in conſuetudi
nem deduxiſſeʒ:multo poſt tempore acutiſſimi cu
iuſdam doctiſſimiq; viri conſiliū eſſe cognoui:me-
morieq; mandaui:eo quidem attentius:quo gau-
debam factum meum uetuſtatis auctoritate fulci-
ri.Nēpe Quintilian⁹ in eo libro ubi oratorē a Ci-
cerone armatum bullis ac phaleris curioſiſſime
perpoliuit:de hoc loquens:Eſt inquit lucubratio
quotiens ad eam integri ac refecti uenimus:opti-
mum ſecreti genus:Sed ſilentium ⁊ ſeceſſus:⁊
vndiq; liber animus:ut ſunt maxime optanda:ita
non ſemper poſſunt contingere:Jdeoq; non ſtatiʒ
ſi quid obſtrepet abijciēdi codices erunt ⁊ deplo
randus dies:uerum incommodis repugnandum:
⁊ hic faciendus uſus ut omnia que impedient vin
cat intentio:quam ſi tota mente in opus ipſum di-

rexeris:nihil eorum que oculis uel auribus incursant ad animuȝ peruenient. An ꝟo frequenter etiam fortuita hec cogitatio prestat ut obuios non videamus: ⁊ ita ne deerremus non consequemur idem: si ⁊ uoluerimus non est indulgendum causis desidie: Nam si non nisi refecti:nō nisi hilares:non nisi omnibus curis uacantes studēdum estimauerimus:semper erit propter quod nobis ignoscamus: Quare in turba:itinere: conuiuijs etiam sibi faciat ipsa cogitatio secretum. Hec Quintilianus. Que libentius inserui: quia secretior locus erat. Nam Senece de hoc ipso vulgatior epistola est: Ideoqȝ nihil apposuit preter finē solum. Cum enim multa tractasset:qualiter aduersus vulgi strepitum durandus est animus studiosi:tandē ad se uersus: Quid igitur inquit:non aliquādo commodius est carere conuitio? Et respōdens sibi: Fateor ait. Itaqȝ ego ex hoc loco migrabo:quasi quecunqȝ dixerat necessarie more solatia hoc ultimum uoluntarie profectionis consiliuȝ daret. Et profecto sic est: Nam ⁊ ego vnum hoc in necessitate remedium inueni: ut in ipsis urbium tumultibus imaginariam mihi solitudinem secessu aliquo q̃tum sinor ⁊ cogitatiōe conficiam:vincens ingenio fortunam. Quo remedij genere sepe quidē hactenus usus sum. Et quoniaȝ futuri semper incerta conditio est:an adhuc usurus sim nescio. Certe libera si contingat electio:solitudinem ueram proprijs in sedibus quesiturus.

¶ De commendatione solitudinis. Cap. IIII.

A Q[q]uod ⁊ dum licuit semper feci: ⁊ q̃ cupide nunc faciam vides. Solitudo equideȝ sancta:simplex:incorrupta uereqȝ purissima rerum est omnium humanarum: Cui etenim sese ostentet in siluis:cui se comat inter uepres? Quem preter pisces hamo:quem preter feras ac uolucres visco fallat aut laqueo? Quem cantu:quem gestu mulceat:quē coloribus delectet? Cui purpuram explicet:cui oleum uendicet:cui uerborum florida serta conterat? Cui demum sese approbet:cui placere studeat preter illum cui in intimas solitudines penetranti: solitarium nihil est? Neminem illa vult fallere:nihil simulat aut dissimulat:nihil ornat:nihil palliat:nihil fingit: Nuda prorsus ⁊ incompta est: Spectaculis enim caret ⁊ plausoribus ueneficis animarum vite rerumqȝ omnium:deum vnicum testem habet:nec vulgo ceco ⁊ mendaci:sed conscientie proprie de se credit.
B De quibusdam quoqȝ parum illi fidens dubitat: recolens scriptum esse: Delicta quis intelliget? Et illud etiam: Si simplex fuero hoc ipsum ignorabit anima mea: Nec tamen illud oblita:ꝙ suauis dominus vniuersis ⁊ miseratiōes eius super omnia opa eius: Q, alleuat dn̄s omnes qui corruūt: ⁊ erigit omens elisos: Q, prope est omnibus inuocantibus eum: Q, non ꝭm peccata nostra fecit nobis:neqȝ ꝭm iniquitates nostras retribuet nobis:quoniaȝ ꝭm altitudinē celi a terra corroborauit misericordiam suam super timentes se: Q, q̃tum distat ortus ab occidente:longe fecit a nobis iniquitates nostras. Deniqȝ non iudicialiter sed paterne nos aspiciens:quomodo miseretur pater filiorum:misertus est dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: ⁊ recordatur quoniam puluis sumus: ⁊ homo sicut fenum ⁊ flos agri egreditur ⁊ conteritur ⁊ fugit uelut vmbra: Misericordia autem domini ab eterno ⁊ usqȝ in eternum:quoniam ipse fecit nos: ⁊ nihil odit omnium que fecit. Atqȝ ita hinc minantibus scripturis:hinc spem dantibus de se incerta: ⁊ ne- C
sciens an amore an odio digna sit: trepidat sed ⁊ sperat:ac seipsam de certa ⁊ nota regis sui misericordia consolatur. Sic se:sic demonum vigil insidias inqȝ id solum occupata circūspicit ⁊ diuino presidio fulta contēnit. Sic vndiqȝ felix ac tranquilla: ⁊ ut proprie dicam:arx munita tempestatūqȝ omnium portus est: Quem qui fugit:quid sibi aliud preter:portu careat:uoluatur reum pelago:viuat in scopulis:moriatur in fluctibus? Nec tamen usqȝ adeo propositi improbus sententieqȝ tenax sim:ut desipere alios putem uel in uerba iurare cogam mea: Ad fatendum multi:ad credendum nemo cogitur. Nulla maior q̃ȝ iudicij libertas: hanc itaqȝ mihi uendico ut alijs non negem. Sit sane:potest eniȝ esse:sit honesta:sit sancta omnium intentio: Esse autem occultissime profundissimeqȝ rei humane cōscientie iudex nolim: Et possunt omnes deo largiente bene viuere: Nullum respuit infinita clementia:sed a multis ipsa respuit. Ipsa etiam humane philosophie institutio gradiaria est. Non possunt enim omnes summum locum prehendere: Alioquin ima omnia uacarent:tantū ut vitetur obscenitas ⁊ que in imis esse solent sordes. Id enim omnibus est necesse:qui quolibet in genere vitam agere:procul ab ifamia decreuerūt. Sic obscena vitare debitum:in altum niti virtus est:peruenire felicitas.

¶ De quadruplici distinctione virtutum:a Plotino inducta ⁊ a Macrobio comprobata. Cap. V.

N[n]on sum oblitus distinctionem illam qua- A
druplicē virtutum:a Plotino ingenti Platonico inductam:a Macrobio comprobatam: Sed in ea ipsa politice virtutes infimum gradum tenent:que occupatorum esse possunt:eorum qȝ non omnium:sed illorum quibus occupationuȝ finis virtus propria ⁊ multo maxima reipublice salus est. Cernis ad q̃ȝ paucos vno uerbo tota occupatorum innumerabilis acies sit redacta. Proximum ascendendo gradum possident purgatorie virtutes haud dubie linquentiuȝ urbes atqȝ ociosorum ⁊ uere philosophantiū ornamenta. Et passiones quidem animi:quas prime temperant:he conuellunt. Tertius gradus altior illarū est:quas purgati animi virtutes uocant: quarum munus est proprium:passiones quas politice molierint: purgatorie conuulserint obliuisci: Hec perfectorum sunt: qui ubi sint nescio: Sed ⁊ qui fuerint solitudinem amarunt. Et siquis usq̃ȝ superest q̃ȝuis hoc virtutum gubernaculo tutus in alto nauiget:puto tamen solitudinis portum amet.
Quartus ac supremus exemplariū est locus:que B
supra hominem sunt: ⁊ ut aiunt: in mente solius dei habitant: Unde qd̄ ipsum nomen indicat:tanq̃ȝ ab exēplari aliquo eterno: Siue ut Plato no-

cat:ab ideis quas in eadem dei mente: ut ceterarum rerum:sic virtutum posuit:tres alias humanarum virtutum species ortas uolunt. In his autem aduersus passiones: non modo non eosdem effectus esse quos in ceteris:sed ipsum passionis nomen audiri nefarium prorsus atq3 sacrilegum. De istis sane nil dicturus fueram: nihil enim ad id quod nunc agit:nisi quia cum de politicis purgatorijsq3 virtutibus loqui aliquid tempus admonuisset: Plotini quadrifidam catenam multa arte consertam:stilo soluere ac dissociare non libuit.

De delectatione ac dulcedine vite solitarie 7 spiritali pugna solitariorum. Cap.VI.

A Jdes ne q̃to uerborũ ambitu utcunq3 cũ occupatis in gratiã redire uoluerim:tempus est ut his iam digressionibus modus sit. Ad me igitur 7 ad solitudine3 reuertor: Cuius ego ueram intimãq3 dulcedinem utinam profundius hausissem:ut fidentius in hoc tecum sermone uersarer: Nunc de re sanctissima:prophanũ ingenium fari pudet. Quis enim fando equet quod vix percipit cogitando? Celestis 7 prorsus angelica vita est:de qua terrenus ne dicam terreus homũcio loqui vult:splendore nominis captus fama q3 rei optime: 7 ut uere dicam:odore magis q̃3 sapore delectatus: haud aliter q̃3 si natus in siluis pastor 7 in siluis educatus sitim fluuio:herbis famẽ sedare siluestribus:humi cibum sumere solit9 dumosoq3 requiem sub antro:casu aliquo ad amplissime cuiuspiam atq3 opulentissime urbis muros accesserit: Et dũ in uestibulo fessus sedet: oculosq3 auide circũflectit:inq3 urbem ipsam inijcit custodum domos aut coherens portis angiportum viderit: Exinde reuersus in siluas socijs narret: quid in ea urbe conspexerit:quid in atrijs:quid in vicis:qd in curia:quid in foro:quid in officijs artificu3:quid in thalamis procerum:quid in publicis priuatisq3 consilijs agatur. Aut si quia primu3 forte religiosissimi templi limẽ attigit: Idcirco qcquid amictuum seu uasorũ imis penetralibus abditum seruatur:cũctas librorum formas:singula sacer dotum officia:omnes sacrorum cerimonias nosse putat. Re enim uera q̃tum ego ab huiuscemodi pastore differo:nisi q2 is urbem semel adijt aut templum:ego sepe solitudinem. Is exterius substitit:ego introij. Ille mox abijt:ego permansi? Quid tamen ego certius noui:qualis solitarie vite status interior sit:antra: colles 7 nemora:eque omnibus patent: Nemo arcet intrãtes:nemo pellit ingressos:deserti nullus est ianitor:nullus custos. Sed quid locorum solus introitus:quid ambiti uehunt amnes:quid lustrate iuuãt silue:quid infessi prosunt mõtes:si quocũq3 iero:animus meus insequitur:talis in siluis qualis erat in urbibus? Ille ante omnia deponendus: Ille inquam: ille domi relinquendus erat:suppliciterq3 poscendum a domino:ut cor in me crearet mũdum: 7 spiritum rectum his in visceribus innouaret: Tũ demum vite solitarie abdita penetrassem: Nec enim quid alieno glorier? hec solitudo utiq3 non solitaria vita est:ea scilicet quam suspiro:q̃uis exterius simillima videatur:eque hominu3 turbis educta: sed non eque passionibus expedita. O si vidissem C
que nam dulcedo illa ineffabilis sanctarum animarum:quam de preteritorum commemoratione discriminum: 7 uenturi gaudij expectatione percipiũt:sine quibus triumphatus hostis:sine quibus sepe quidem victus:sed vincẽdus adhuc: 7 in acie nunc etiam standu3 est non sine spe certa victorie: militandumq3 non solis:sed suffultis angelico comitatu: Et quibus indutis armaturam dei loricãq3 iustitie:ut uerbo utar Apostoli:munitis scuto fidei:gladio spiritus 7 salutis galea aduersus principes 7 potestates:aduersus mundi rectores tenebrarum harum:iterum atq3 iterum nullo quidẽ spectante mortalium:sed celicolarum maximo cõsensu 7 eximio omnium fauore christoq3 Jesu spectaculis presidente pugnandum est. Que nam illa suspiriorum quies:de profundis ad excelsa tendẽtium:fatigato animo gratissima? Que nam suauitas lachrymarum de purissimo cordis fonte cadẽtium? Que nam militum christi vigilie excubieq3 psalmorum in turribus hierusalem 7 in propugnaculis sion aduersus exercitum babylonis:tota nocte canentium ualliũq3 7 castra seruãtium:loco arduo 7 munito:ubi nec pabulu3 desit nec aquatio: ubi fidant hostibus insidijs tẽtari se posse non obrui:eoq3 se gratie subuectos : ut ferocissimi hostis incursus ipsis obsequium:suppliciu3 illi sit:ut qui saluti iam amplius non obest:sepe prosit ad gloriam:exercendoq3 fiat cautior militia:fortior victoria:clarior triumphus:christi pugilum in vite huius agone certantium.

Q̃tum sit solatium q̃taue iucunditas pro breui solitudine hominum perpetuam sperare frequentiam angelorum. Cap.VII.

Uod illud solatium:q̃ta iucunditas:gaudere presentibus:sperare meliora:pro breui solitudine hominum perpetuam frequẽtiam angelorum 7 diuini vultus aspectũ? Ubi totius sacre concupiscentie 7 desideriorum omniu3 est finis:pro paucis lachrymis interminabilem risum:pro temporalibus ieiunijs eterna conuiuia: pro uoluntaria paupertate inestimabiles uerissimasq3 diuitias : pro incolatu siluarum ius ciuitatis etheree:pro fumoso tugurio stellãtia christi palatia:pro agresti silentio cantus angelicos : 7 celestis dulcedinem harmonie:queq3 omne melos excesserit:illam dei uocem:tot transactis laboribus: suos eternam in requiem euocantis:proq3 his omnibus sponsorem ueracissimu3 ac locupletissimum habere: Cogitare quotidie quid est quod reliqui: quid est qđ secutus su3:quale est qđ patior: quale qđ expecto:quantum est qđ seui:q̃tum est qđ metam. Extimare q̃3 breui temporis iactura: immo uero non iactura:sed lucro 7 innumerabilium tediorum fuga:felicitatem negocientur eternam: 7 dimissis hominu3 fastidijs urbiũq3 periculis: ubi uere est infernus ille viuentium: cuius meminit psalmista:ad supernam patriam properantes:iam hinc ceperint esse felices. Siquidem miserie finis felicitatis initium est natura contrariorũ exigente ut ubi hoc desinit:illud incipiat. Postremo 7 cogitatus altissimos: 7 collocutores spirit9 7 visiones beatificas habere: 7 sepe presentem christu3 fami-

liarius compellere. Semper enim presens est qui
ubiq; semper est. Quis est autem hic nisi de quo
scriptum est: Si ascēdero in celum tu illic es: ⁊ si
descēdero ad infernum ades: Si sumpsero pēnas
meas diluculo ⁊ habitauero in extremis maris?
Cui si facile fuit oculos nobis atq; aures itellectū
q; largiri: multo est pfecto facilius nos videre: au
dire ⁊ itelligere. Uidet ille igit̄ nos: auditq; pus
etiam q̄; loquamur. Ipse est enim igitur qui tacito
Moysi ait: Quid clamas ad me? Preuenit uota
nostra ⁊ affect⁹ anticipat. Cogitatiões nostras in
telligit de longinquo: hoc est multo anteq̄; fiant:
Preces nostras exaudit anteq̄; sonēt: necessitates
nostras aspicit anteq̄; ueniāt: exit⁹ nostros specu
laẗ anteq̄; nati sumus. Sed ita nos aspicit: ut indi
gnos licet inueniat: misereatur tamen: nisi forte qd̄
procul absit a nobis: contumacia pertinaci miseri
cordiam repellamus.

¶ Q; habentes uerum testem christum: teste imagi
nario non egeamus. Cap. VIII.

A H Abētes ergo testem patrem iudicem: teste
b illo imaginario non egemus: de quo alibi
scripsi: quem philosophorum quidam que
rendum nobis esse dixerunt. Epicurus qdem qui
busdam licet opinionibus infamatus: magnorum
tñ iudicio magnus vir amico scribēs: Sic fac inqt
omnia: tanq̄; spectet Epicurus. Marcus Cicero in
epistolis quas ad Quintū Ciceronē fratrez suum
scribit: post adhortationes magnificas ad virtutez
cōcludēs: Id inquit facillime facies si me cui sem
per vni magis q̄; vniuersis placere uoluisti tecum
semper esse putabis: ⁊ omnibus his rebus q̄s di
ces ⁊ facies interesse. Multum haud dubie confi
debat ueram p̄sentiam pfuturā esse germano: qui
memoriam sui solā efficacem adeo virtutis ad stu
B dium extimaret. Secutus hos Seneca: sed nō au
sus tantum sibi tribuere: Luciliuz suum monet ut
alicui⁹ clarioris viri p̄sentiam sibi fingat. Ait eniz:
Prodest sine dubio custodez sibi imposuisse ⁊ ha
bere quem respicias: quem interesse tuis cogitatio
nibus iudices. Nec multo post: Sic facies inquit
quecūq; facies tanq̄; spectet aliqs. Et post pauca:
Aliquorum te inquit auctoritate custodi: aut Ca
to ille sit: aut Scipio: aut Lelius: aut cuius inter
uentu pditi quoq; homines vitia supprimerēt. Et
ut intelligas hāc etiam esse Epicuream doctrinaz:
Seneca idē alibi: Aliqs inqt vir bonus nobis eli
gēdus est ac semp ante oculos habēdus: ut sic tan
q̄; illo spectāte viuamus: ⁊ omnia tanq̄; illo viden
te faciamus: hoc mi Lucili Epicurus p̄cepit custo
dem nobis ⁊ pedagogum dedit. Deinde quibus
dam iterpositis quibus hoc cōsilium annumerat:
adiecit: Et elige itaq; Catonem ait: Si hic tibi ni
mis videtur rigidus: elige remissioris animi viruz
Lelium: Elige eum cuius tibi placuit ⁊ vita ⁊ ora
tio: ⁊ ipse animum ante se ferēs vultus. Uides ut
aliquot enumeratis: utrobiq; nobis liberum linqt
eligere quem uelimus: modo aliquem eligam⁹: cu
ius nobis nō genus: nō potentia: non opes: sed vir
tus ⁊ conuersatio ⁊ testis animi frons ⁊ motura
C animum uerba placuerint. Et hoc quidem de ima
ginario teste vite philosophicum cōsilium: inter su
os nō inutile: nobis nō necessarium: hūc in his lit
terulis obtineat locum: ut qd̄ dixim⁹ appareat tali
teste christianum hominem nō egere: Cui nō Epi
curus aut Cicero: nō Cato: nō Scipio: nō Lelius
imaginatione fingēdus: sed angelus bonus vite cu
stos: comesq; datus homini: quo spectāte siqs est
pudor: audere nō debet: qd̄ coram homine nō au
deret. Et qd̄ summū ⁊ terribile dixerim: Christus
ipse locis omnibus atq; tēporibus est presens: nō
actuum: sed ⁊ cogitatuum omnium uerus testis:
quos ⁊ si uere afforet testis Epicureus non vide
ret. Figere hic animum libet ⁊ cogitare: Quis tā
impudēti rabie fuit vnq̄; tātaq; scelerum licentia:
qui nō dicam christum: sed amicorum christi ali
quem coram cernens non raptāti se p̄cipitātiq; li
bidini frena substringeret? Atqui christum ipsuz in
abditis etiaz anime penetrabilibus semper assiste
re: ⁊ quid illis geraẗ introspicere ⁊ aperta omnia
videre: nemo usq̄; christianus est quis dubitet:
nec ab omni dedecore tāti testis metu saltē ⁊ uene
ratione desistiẗ. Quod hic prestygij est: nisi q: quē
presentem corde credimus: oculis nō videmus: eo
q; relabimur in quo ueteres Cicero qui christum
certe nō nouerat: arguebat: ubi ait: Nihil animo vi
dere poterāt: ad oculos omnia referebant? Quod D
si ⁊ nobis accidit ⁊ cōsilium optamus: idem no
bis audiēdus est Cicero: nō q alij precipue ex no
stris desint: cuz Augustinus ex hoc maxime librū
uere religionis mihi texuisse videaẗ: sed iuuat in re
nostra peregrinum: ut ita dixerim: hominem audi
re: presertim cum vnus idemq; locus sit: ubi ⁊ vul
nus aperuit ⁊ medicamēta composuit. Ait enim:
Magni autem est ingenij reuocare mētem a sensi
bus ⁊ cogitationem a cōsuetudine abducere. In
hoc ergo summis ⁊ nos viribus enitamur: ut sen
sibus domitis ⁊ victa cōsuetudine aliquid animo
videamus: Aperiamus iam tādem atq; purgem⁹
oculos illos intrinsecos quibus inuisibilia cernen
tur: christum adesse videbimus. Et si de Marco
Catone scriptum est: quod puduit gementem illo
teste mori: q̄;tomagis pudebit christo spectāte ma
le viuere: male mori: aut omnino facinorosum aut
turpe aliquid tāto sub teste committere. Sane no
ster hic testis infallibilis atq; perpetuus: ut ad pro
positum sermo redeat: ⁊ si ubiq; presens sit: nusq̄;
tamē esse presentior: nusquāq; familiarius nos au
dire ⁊ nobiscum colloqui q̄; in solitudine dignaẗ.
Nimirum: Nam ⁊ nullus interstrepit: ⁊ qd̄ ab in E
tētiōe mētem distrahat nō est. Sic humanus ani
mus assuescit celestibus frequētiq; colloquio fidu
ciam salutarem concipit: ⁊ ex hospite atq; aduena
fit domesticus dei. Magno enim ex amore conti
nuoq; ⁊ fideli cultu inter deum ⁊ hominem fami
liaritas tāta est: q̄;ta inter hominem ⁊ hominē nō
est. Q; obrem ut laboriosos homines ⁊ mortalib⁹
semper rebus implicitos ac terrenis occupationi
bus tota intētione demersos: iam nunc occupatio
num immortalium ⁊ inferni laboris habere pri
mitias crediderim: sic simillimum ueri putem soli
tarios dei amicos: pijs assuetos curis: iaz hic eter
ne vite presentire delitias: Nec incredibile dixeriz
posse aliquem ex hoc numero cui secularis ceni ue
stigium nullum extet ad eum graduz misericordia
subleuante cōsurgere: ut adhuc terris inclusus: cō
cinentes in celis angelorum choros audiat: ⁊ vi
deat in excessu mētis: qd̄ ad se rediēs non possit ex
primere. Sed qd horuz omniū scire: qd ue de his
loq possuz peccator ifelix: ⁊ peccati mei pōdus ac

vincula circūferēs:qui uel amore litterarū amicuʒ ocio: ⁊ litteris locū amo:uel foꝛtaſſe odio quodam ex diſſimilitudine morū oꝛto:populuʒ fugio: ⁊ foꝛtaſſe cōſcientia vite mee multiloquum teſtem vito.

¶De Libertate ſolitarij: ⁊ ſtudio mētali. Cap.IX.

A b Js igitur p̄termiſſis:q̄ꝗ bone Jeſu ad hūc finem creati abs te ut in te requieſcamus:ad hoc nam ⁊ ſine hoc inutiliter atꝗ infeliciter nati ſumus.Quāti tādem pater eſtimeſ illa cōia:viuere ut uelis:ire quo uelis:ſtare ubi uelis:Uere iter purpureos florū thoros:Autumno caducarū inter frōdium aceruos acqeſcere:Apricatiōe hyemē:vmbꝛis eſtatem fallere:neutraʒ ſentire niſi quam uelis?Jn utraꝗ tuum eſſe: ⁊ ubicūꝗ fueris eſſe tecum:ꝓcul a malis:ꝓcul ab exēplis ſcelerum:nō impelli:nō collidi:nō affici:nō urgeri nōdum eſurire malis in cōuiuium trahi: dum tacere cupias ad loquēdum cogi:nō impoꝛtune ſalutari attrectariꝗ ac detineri in cōpitis ⁊ urbanitate incōdita ⁊ iſulſa:totos dies in eculeo pendere: obſeruare p̄tereūtes:Quis te ut mōſtrum aliqđ intueat̄ admirāſ:qs pedem figat occurſu:qs flex⁹ in tergum hereat: ⁊ aut neſcio qd raucum in aurē comitis inſuſurret:aut de te obuium iterroget:qs in turba uel moleſte urgeat:uel aliq̄ꝫto moleſti⁹loco cedat:qs manum poꝛrigat:qs ad caput illam referat:qs multa in anguſtijs loq paret:qs tacit⁹oculo ſignum det ⁊ ſtricto trāſeat labello: Demuʒ nō

B iter tedere ſeneſcere:iterꝗ ſaltātium greges ꝑmere ſemp ⁊ ꝑmi:Artari ſpiritum meſtiſꝗ uapoꝛib⁹ afflatum hyeme licet media ſudare:nō humanitatem iter homines dediſcere: affectumꝗ faſtidijs odiſſe res:odiſſe hoies:odiſſe negocia:odiſſe quoſ diligas:odiſſe teipſum:nō obliuiſci tuarum reruʒ: ut multis igratis uaceſ:Sine p̄iudicio tādem apoſtolice ſententie ad Romanos que eſt:ꝙ nemo noſtrum ſibi viuit: ⁊ nemo ſibi morit̄:Siue enim viuim⁹:dn̄o viuim⁹: ⁊ ſiue morimur:dn̄o morimur: Jta tibi viuere ⁊ mori:ut nō alijs q̄ꝫ dn̄o viuas ⁊ moriaris.Stare iterim uelut in ſpecula:res curaſꝗ hominum ſub pedibus ituētem:videre oia teꝗ ip̄ꝛimis:cū vniuerſitate trāſire:nec ſenectutem tacite ſubrepētem pri⁹moleſtam pati q̄ꝫ ꝓximam ſuſpicari:Qđ omnib⁹ ꝓpemodum occupatis accidit:Sed eam multo ante ꝓſpicere ⁊ p̄parare illi itegrum coꝛp⁹:equum animum:noſſe vite vmbꝛaʒ hāc nō vitam:diuerſorium nō domum: viam eſſe nō patriam:nō cubiculum ſʒ paleſtram:nō amare que fugiūt:optare que ꝑmanēt:hec ipſa duʒ aſſūt:

C ferre pacifice:Semp te meminiſſe moꝛtalem: ſed cui ſit imoꝛtalitas repꝛomiſſa:mittere retro memoriam:perꝗ oia ſecula ⁊ per oēs terras animo uagari:uerſari paſſim ⁊ colloq cum omnib⁹ qui fuerūt glorioſi viri:atꝗ ita p̄ſentes malorum omniuʒ opifices obliuiſci:nonnunq̄ꝫ ⁊ teipſum: ⁊ ſupꝛa ſe eleuatum animum iferre reb⁹ ethereis: meditari qd illic agit̄: ⁊ meditatiōe deſiderium inflāmare: teꝗ viciſſim cohoꝛtari: ⁊ ardētium q̄ſi verborum faculas calidis admonere p̄coꝛdijs: Qui qđ inexperti nō itelligūt:nō vltim⁹ſolitarie vite fruct⁹eſt. Jnter hec ut notiora nō ſileam: ⁊ lectiōi dare operam ⁊ ſcripture: ⁊ alternum laborem alterno ſolatio lenire:legere quod ſcripſerūt pꝛimi:ſcribere qđ legāt ultimi: ⁊ beneficij litterarū a maiorib⁹ accepti qua in illos nō poſſum⁹:in poſteros ſaltem gratum ac memorem animum habere: Jn eos quoꝗ qua poſſum⁹:nō igratū:ſʒ noia illorum uel ignota vulgare uel obſolefacta renouare:uel ſenio obruta eruere ⁊ ad ꝓnepotum populos uenerāda tranſmittere.Jllos ſub pectore: illos ut dulce aliqd in ore geſtare:Deniꝗ modis omnib⁹amādo:memorādo:celebꝛādo:ſi non parem:certe debitam meritis referre gratiam.

¶Quomodo quarundam artium inuētoribus diuini honores attributi ſint. Cap.X.

i Auctores artium q̄rundam poſt moꝛtem diuinitatis honore cultos audiuim⁹:grate qdem potius q̄ꝫ pie. Nulla eſt enim pietaſ hominis qua deus offendit̄:ſʒ erga memoriam de humano genere bene meritoruʒ incōſulta gratitudo moꝛtalium humanis honoꝛib⁹ nō cōtēta:uſꝗ ad ſacrilegas proceſſit ineptias:Hinc Apollinem cithara:hinc eundem ipſum atꝗ Eſculapiū medicina:Saturnum Liberūꝗ ⁊ Cererem agricultura:Uulcanum fabꝛica deos fecit:Hinc Egyptus: Oſirim:Athene docta urbs Mineruam coluere: ꝙ ille lini:hec olei uſum artemꝗ lanificij reperiſſe fert̄.Longum eſt ſingula ꝓſequi:qđ apud ueteres huiuſcemodi uanitatū nullus eſt modus:quas palam dānare nō auſus ille poetarum maxim⁹ atꝗ cautiſſimus: ut qui ꝟo paratum foꝛte ſupplicium uerebat̄:latēter utiꝗ nec min⁹elegāter irridere nō metuit:q̄nquidē animas eorum iuctas qui vitam excoluere per artes:quorum noia vulgus mendax ⁊ omnium fons errorum in celum:celi dn̄o idignāte locauerat:apud inferos ponit. Noiatim iſup ipſum medicine reptorem omnipotētis dei fulmine detractum:ad ſtygias vndas canit.Uerū hec queſtio iter eos maneat:Apud nos enim nulla de dijs eſt queſtio. Nec ꝟo mirari vnq̄ꝫ ſatis poſſum:viros in ceteris omnib⁹ tam ꝑfectos:in ſolis ſupſtitionibus tam delyros: ⁊ quaſi uelociſſimos curſores euntes in diuerſum ⁊ ante oculos metham poſitam nō vidētes:ut quorum ꝑnicitatem miroꝛ:miſerear cecitatem.Sane ſi talium rerum pꝛimis auctoribus honoꝛ aliquis debetur: quem deberi magnum modo humanum modeſtūꝗ nō inficioꝛ:qđ non litterarum artiumꝗ nobilium repertorib⁹ debeatur:qui nō uomerem ſulcis:nō telam lateri: nō fidium tinnitum auribus:nō oleuʒ aut vinum gutturi:q̄ꝫuis ⁊ auribus ⁊ gutturi ſuos ſonos ſuaſꝗ delitias:ſed feliciora quedam inſtrumenta ad cibum ⁊ oꝛnatum cultumꝗ ⁊ medelam animi peperere?Enimuero id debitum ubi queſo potiſſimum perſoluat̄:aut quis eſt qui dubitet hoc ipſuʒ litterarum negocium quo uel noſtrum uel alienuʒ cōſecremus nomen:quo multo pennius q̄ꝫ ere uel marmore virorum illuſtriuʒ imagines excidam⁹? Nuſꝗ̄ꝫ omnino melius:nuſq̄ꝫ liberius:q̄ꝫ in ſolitudine poſſe tractari:exptus hoc ſaltem loquoꝛ:Sētio quoſ animo ſtimulos:quas alas igenio:qđ illa operi uacuum tempus accommodat:que oia pꝛeter illam ubi q̄ram neſcio.Uacuitatem ꝟo ſeu uacationem dici inanis litterarum atꝗ artium fontem eſſe:ſi mihi foꝛte non credis: Ariſtoteli crede: qui pꝛimo metaphyſice ſue libꝛo:circa egyptuʒ cōſtitutas methematicas artes ait:rōnem aſſerēs:ꝙ ibi gēs ſacerdotum uacare dimiſſa eſt.Quod nec Plato ipſe tacuerat de eiſdem loquens in Timeo ; quod ſacerdotijs pꝛediti ſeparatim a cetero

populo manēt:ne cōtagione aliq̄ ꝓphana castitas polluat. De quoꝝ vita ut vnus e sacerdotibus nostris ait Cheremon Stoicus vir eloquētissim⁹ narrat:ꝙ oībus mūdi negocijs curisq̧ postpositis:sēper in tēplo fuerint:ꝛ rerum nāā causas ac rōnes syderum ɔtēplati sint:nunq̄ꝫ mulieribus se cōmiscuerint:nunq̄ꝫ agnatos nec ꝓpinquos nec liberos quidem viderint:ex eo tpe quo cepissent diuino cultui deseruire carnibus ꝛ vino se semp abstinuerit. Addit ad hec ꝙ biduana ac triduana iedia humores corꝑis ex ocio atq̧ imobilitate nascētes acerrime cōprimere ꝛ castigare sint soliti: Multa quoq̧ de cibo de potu de accubitu:qbus moribus diuinam ingenij ubertatem facile crediderim contigisse.

¶ Tractatus quintus: De vite solitarie impugnatoribus: quibusdāq̧ doctrinis ac consolationibus solitariorum.

¶ De rationibus quibus aliqui vitam solitariam reprehendunt. Cap. I.

A Nec sum nescius:ut hoc loco mihi violenter occurrit ab his qbus solitudo ꝛ lrīs inimica videt ꝛ ṽtutibus. Dicūt eniꝫ in primis carere solitudinem magrīs quibusdam q̄si lrarum dispēsatorib⁹:atq̧:ut ita dixerim:teneroꝝ altoribus aioꝝ:sine quoꝝ ope ɔtinua ꝑfecto rara nūq̄ꝫ igenia surrexere. Ita vō hoc dicūt:quasi ego pueris loq̄r:ꝛ nō his qui domiferulam pedagogūq̧ dimiserint. Instāt tñ acri⁹ ꝛ eruditis etiam viris distrahi ingenium huc illuc ꝓspectu uago ꝛ celo liberiore cōfirmāt. Quō qdem ubi grāde aliqd moliē rapidi more cornipedis:magno quem saltui ꝑpares frenādū colligēdūq̧:doctus nemo negauerit. Huius sentētie patronum Quintilianum hñt:qui libro oratoriarum institutionum nisi fallor nono:cum secretum ꝛ liberum arbitris locum:ꝛ q̄ꝫ altissimum silētium scribētibus maxime cōuenire:deq̧ hoc neminem dubitare dixisset:ꝓculdubio hac in pte mecum sentiēs:mox adiecit vñ dissentiēs videret: Et nō tñ inqt ɔtinuo audiēdi qui credūt aptissima in hoc nemora siluasq̧:ꝙ illa celi libertas locorūq̧ amenitas sublimē aium ꝛ beatiorem spūm parēt:mihi certe iucundus hic magis q̄ꝫ studioꝝ hortator videt eē secessus. Nāq̧ illa ipsa que delectāt necesse est auocēt ab itētione opis destinati. Neq̧ enim se bona fide in multa simul intēdere aius totum pōt:ꝛ quocūq̧ ipse respexit desinit intueri qō ꝓpositum erat. Satis utiq̧ dixerat:ꝛ tñ ut penitus ita sibi ꝑsuasum scias insistit ac repetit: Quare inqt siluarum amenitas ꝛ ꝑter labētia flumina:ꝛ inspirātes ramis arboꝝ aure:uolucrūq̧ cantus:ꝛ ipsa late circūspiciēdi libertas ad se trahūt:ut mihi remittere poti⁹ uoluptas ista videat cogitationem q̄ꝫ intēdere. Ecce igit ut aduersum me nō spernēdus testis in iudicium uenit:qui uelut auctoritati ꝓprie parum fisus Demosthenis haud vulgaris eqdē note viri:sꝫ absq̧ emulo graie facūdie pncipis factum ꝓfert opinioni sue consentaneum. Et Demosthenes qdem inqt: Melius qui se in locum ex quo nulla audiri uox ꝛ ex q̄ nihil ꝓspici posset recōdebat:ne aliud agere mēteꝫ cogerēt oculi: Habes o studiose siluarum sectator miratorq̧: Dicat aliqs qui siluas ꝛ colles ꝛ secessus auios:nō tātum inutiles studijs opinet sed dānosos: Quid hic dicam? Negem aut locutuꝫ uera Quintilianum:aut recte fecisse Demosthenem:immo vō uel in sñiam hoꝝ ibo:uel hos in sñiam meā traham? Cōuenire securius:q̄ꝫ luctari:poterā. nēpe ꝑfacile hos incursus auertere:ꝙ oratores ambo:hic qdem clarus:ille clarissimus: Nec dubium nulli studiosoꝝ gñi minus siluas ꝛ ea de qbus hic loquit atq̧ oīno solitudinem ɔuenire:qō expssius dicam cum ad exēpla puenero. Sed non hinc euadere est aīus:nec fuga nec bellum placet:ɔcordiaꝫ quero. Itaq̧ q̄uis ego nusq̄ꝫ felicius q̄ꝫ in siluis ac mōtibus ingenium expiar:nusq̄ꝫ mihi paratius ꝛ magnifici sensus occurrāt:sicubi tñ magnificū aliquid occurrit ꝛ equa cōceptibus vōa rñdeant:nolim tñ:qō mihi forsan singulare est: ad vniuersos trahēs dictum factūue tātoꝝ hoium dānare:quin utrūq̧ potius amplector ꝛ ꝓbo:neutrum nrō proposito aduersum. Neq̧ enim studiosis impo:ut in siluis aut mōtibus libros scribāt:sed pmitto ut tali spectaculo recreatum aium in angustias cogant tacitas atq̧ recōditas: quas tñ nullo loco aptius q̄ꝫ in solitudie posse cōtingere:quis est qui nō quālibet urbium amicus itelligat? Fuscum igit ac silētem locum qui ad scribēdum uenit eligat. Hoc eni iubētibus nō obsisto. Quō diurno scriptori dictuꝫ: nocturnus nō respuat lucubrator. Qua in re ipsius Quintiliani cōsilium nō inefficax exptus:tecū studiosissime pū:ꝛ cum lectore coico. Ille eniꝫ laudās Demosthenis hūc morem:ad extremum ait: Ideo lucubrātes silētium noctis ꝛ clausum cubiculum ꝛ lumē vnum uelut rectos teneat: Nihil horum ut arbitror solitudini obstare:sed fauere cuncta fateberis. Itaq̧ si iter tātas uoces audior:ɔsiliūq̧ nouum nō despicit:ꝛ hos sequor ꝛ lōgi⁹ euectus si loci optio integra est:scripturum noui aliqd admoneo:quotiēs se exēplo Demosthenis icludet

¶ Quod siluae:loca virentia ꝛ amnes plurimum conferunt solitarijs. Cap. II.

ris:q̄ copiosa tamen a τ uaria τ penetrabilis atqꝫ ignea lectio est: τ que preciose materie filum habens ac magnis texta ingenijs natura pariter atqꝫ arte delectet: aliquot exempla minus trita per secretiores scripturarum recessus sparsa recolligaꝫ.

¶De solitudine parentis humani generis Adam. Cap.II.

A e Et ut a primis ordiar: Adam publicus ille parens generis humani: q̄ꝫdiu solus fuit nemo felicior: mox ut comitatus: nemo miserior. Solus stetit: comitatus ruit. Solus beate ciuis patrie: comitatus infelicis exilij peregrinus Solus in requie τ gaudio: comitatus in laboribꝰ τ doloribus multis. Deniqꝫ solus immortalis fuerat: iunge sociam: mortalis efficitur. Jam tūc clarum τ insigne presagium quid de societate feminea sperare posteritas deberet.

¶De Cultu solitudinis Abrahe. Cap.III.

A f Sed ne in limine hereā: magnus ille multarumqꝫ gentium pater Abraham non in palatijs iterqꝫ delitias urbanas: sed in tabernaculis inqꝫ conuallibus collocutorem deum meruit: τ ꝓmissa illa magnifica: que iugiter in nobis extremis utinamqꝫ non pessimis hominum implētur. Idem non in aula cortinis obsita τ villis istrata crispantibus: sed in solo herbido τ agresti: utqꝫ Geneseos textus habet: in conualle ut Josephus: ad ilicem mambre sedebat: quando dignus est habitus dei angelos habere conuiuas. Ne ue quid forte aliud q̄ꝫ quod uerba sonant suspicemur: non equidem sub auratis laquearibus tectorum sed sub quercus vmbra glandifere: rurale conuiuium

B celebratum est. Et ille certe sanctissimus atqꝫ omni diuino fauore dignissimus vir: fuit tāte obediētie: ut dum dei iussis obsequitur vnigenito filio nō parceret: ut reliqua laudum eius sileam: de qbꝰ dicēdi tempus forte aliud: alterqꝫ locus opportunior dabitur. Ex quibus omnibus minime mirū sit: si talem virum artius est amplexa diuinitas. Illō magnum q̄ꝫ suo merito ancilla eius egyptia fugiens ab angelo reuocata: τ iterum in extremis posita atqꝫ desperans rursus ab angelo recreata est. Et ut ad propositum spectet: alterum iuxta fonteꝫ aque: alterum subter vnam arborem: utrunqꝫ certe in solitudine gestum est: ut ne id mirum sit ifantem suum quem fuge comitem gestabat: in solitudine seruatum celestisqꝫ beneficij memorem: τ ipsum post solitarium euasisse.

¶De solitudine Isaac. Cap.IIII.

A q Quid hoc patre satus Isaac: qū sibi de terra longinqua fecunda uxor aduecta est: qd putas agebat? Erat forsan in foro: perorabat causas: exercebat iudicia: emebat aliquid: aut uendebat: dabat mutuū uel poscebat uel datū exigebat acceptūqꝫ soluebat? Nihil horum omnino. Quid igitur? Deambulabat inquit eo tēpore per viam que ducit ad puteū: cuius nomen est viuentis τ videntis. Uere autem viuens τ videns: hoc est in eternum viuens τ videns omnia. Nō sol ut Ouidius τ Apuleius dixerunt: sed creator solis τ syderum rerumqꝫ omnium omnipotens deus: apud quem puteus: siue ut psalmista loquit. Fōs vite est: quo nō dormiendo nec per inuia gradiēdo sed per viam deambulando peruenitur. Et sequitur: Habitabat enim in terra australi: τ egressus fuerat ad meditandum in agro inclinata iam die: Ubi similiter nihil est quod mysterio uacare putem. Habitabat enim in terra australi terra humili τ deuexa τ clara τ etherei solis vicinitate preferuida. Et egressuꝫ erat: Unde reriꝫ nisi extra corporis sui domū? egressus inqꝫ extra seipsum: τ miserie mortalis ergastuluꝫ: nō ad infame ocium sed ad meditandum. Nam que oro alia hominis vita est: aut quid aliud agēs ab animalibus brutis differt? Preclare Cicero docto viro iquit viuere: est cogitare. In hanc rem: non urbem aliquā: non theatrum: sed agrum locum prorsus idoneum: insup τ inclinate diei cōmodissimum tempus elegerat. Nullus enim locus: nulla pars etatiꝫ aptior meditanti q̄ꝫ τ agrestis solitudo: τ iuuenili feruore preterito relictisqꝫ: ut ita dixerim: meridianis horis a tergo placatioris vite tranqllitas iaꝫ uergētis ad uesperam.

¶De Solitudine Jacob. Cap.V.

q Quid huius etiam natus magniqꝫ nepos Abrae patriarcharum maximus Jacob: quando scalam illam celotenus erectam: ascendentes descendentesqꝫ angelos τ innixū scale dominum vidit? Ubi fuisse illum opinamur: q̄ꝫ magna in urbe q̄ꝫ pulchra i domo: q̄ꝫ locuplete cubiculo? Erat ille non modo procul ab urbibus: sed etiam procul domo: Ut enim ipsius Josephi uerba non muteꝫ: propter odium prouincialiuꝫ apud nullum quidem succedere uoluit: sed sub diuo iacebat: caput suum lapidibus subditis supponens. Eidem gemina coniuge: τ natorum turba seruisqꝫ τ ancillis: omnigenumqꝫ greguꝫ possessione aucto: in patriam remeanti occursus affuit angelorum. Sed ubi nam queso? Nunquid in urbibus quiescenti? Non uerum cepto itinere abeunti: quo nondum peracto eideꝫ luctator ille nocturnus nomen vnde nouum sibi inditum clarum mansit in posteris: non in urbis amphitheatro: neqꝫ inter turbas hominum: sed cuꝫ remansisset solus in trāsitu torrentis apparuit.

¶De solitudine Moysi. Cap.VI.

v Ubi erat ille familiarissimus deo vir Moyses: quando legem colloquiūqꝫ dei: quando salutem populi memorabilemqꝫ victoriam: absens solus τ solis precum armis obtinuit? Nempe non in aliqua ciuitatuꝫ Syrie uel egypti; sed in siluis τ altissimi montis in uertice. In

solitudine erat dum aquas amarissimas coegit li gni vnius immissione dulcescere: dum prodigia il la fecit que vix perlegere ne dicam recensere suffi- cimus. Idem certe immenso exercitui in quo tam multi iniusti atq; in deum ⁊ in homines ingrati erant non de solio aureo: sed de solitudine horri- da prouidit: ⁊ in summa inopia miram necessaria rum rerum abundantiam procurauit: quādo in ca stris conturnices ortigias affatim celo lapsas po- pulus legit esuriens: ⁊ de rupe pcussa dulcis aque copiam sitiens bibit: quando diuinum illum atq; incredibilem: ⁊ neq; cupiditati neq; parsimonie subiacentem cibum: non quidem in urbibus nec e foro cupidinario petitum: sed celitus destinatum
B quadraginta annis habuit in deserto. Uides ut so litudo diuinis beneficijs atq; colloquijs ⁊ angeli cis sit amica congressibus. Quo minus miror ut preclare vite viri illius: sic ⁊ gloriose morti solitu dinem deputatam: duz ex hominibus migraturo: quod fratri eius iam antea acciderat: loquens de us: non in hanc aut illaz urbem: sed ascende in mō tem inquit ⁊ morere. Quō nobis in omni vite mor tisq; cōsilio nisi fallor summopere trutinandū est.

De solitudine Helie. Cap.VII.

A Quid singula replicem? Plena exemplorū sunt omnia. Ubi erat Helias quando cla- rioribus portentis emicuit? quando popu lis intra urbes fame pereuntibus illum iussu dei in solitudine latitantē corui pauere solliciti? Quā do e summo carmeli montis pronus humi trien- nem siccitatem terras ac populos affligentem in- sperato imbre leniuit? Quando octingētos ⁊ qn- quaginta falsos prophetas in eodem monte car- meli: deo iudice: sacrificio teste: superatos in torrē te Cyson populo fauente mactauit: Quam ob cau sam irate regine minis ac furori cedens: cū deser ti latebram petijsset sub vmbra iuniperi consopitū excitauit angelus ⁊ ut manducaret admonuit: nō magni precij cibum: sed tante virtutis ut in fortitu dine illius quadraginta dierum iter ac totidez no ctium ieiunando perficeret. Quo peracto inde ut in spelunca manens dominico visitatus alloquio reges inungere mittitur ac prophetas: ut in cacu mine montis sedens imperat inopinabili fiducia ut ignis e celo descendat super quinquagenarios regios ⁊ paretur statim: ut scisso amne tactu pallij iordanem sicco pede pertransit solitarium sanctū virum uenerantibus elementis. Ubi inq; erat He
B lias duz hec ageret? Profecto in solitudine: vnde tandem ad celum flammante uehiculo raptus est. Ubi erat Heliseus quando geminum rapti ducis consecutus est spiritum? quando ferruz contra na turam ⁊ consuetudinem suam natans flenti resti- tuit amico? quando tribus regibus: totidemq; re gijs exercitibus ne periret siti repleto sine ullis im- bribus torrente subuenit? Priora quidem ad ior- danis ripam: tertiuz in deserto idumee cōtigit. Il lud quesisse superuacuum: ubi erat duz pallio ma- gistri diuisis aquis per arentem iordanis alueum solus transijt qui transierat comitatus? Ubi erant deniq; tot prophete: quando tam certis: ⁊ tā pre- sagis visionibus illustrati sunt? De quibus singil- latim nunc agere longum est. Neq; soli prophete: sed filij etiam prophetarum: quos monachos ut Hieronymus ait in ueteri legimus testamēto edi ficabant sibi casulas prope fluenta iordanis: ⁊ tur bis ⁊ urbibus derelictis polenta ⁊ herbis agre- stibus victitabant.

De solitudine Hieremie. Cap.VIII.

Ipse quidem Hieremias silentio supprimē dus non videtur: qui uerbo etiam huic vi te testimonium manifestum prebuit: ubi ait: Bonum est cum silentio prestolari salutare do mini. Bonum est viro cū portauerit iugum ab ado lescentia sua. Et quasi hec nisi in solitudine fieri nō posse diffiniens: cum hec dixisset: adiecit: Sede- bit solitarius ⁊ tacebit: quia leuauit se super se. En audio felicem patientiam expectantis: audio liber tate qualibet meliorem dominici iugi tolerantiā: audio eleuationem animi: audio quietem sessionis ⁊ non semel sed in principio positum ⁊ in fine silē tium: cuncta tamen audio intra vnam solitudinez contineri. A

De cōmendatione vite solitarie: icidēs Cap.IX.

Uere vita pacifica celestiq; simillima. O vita melior super vitas: vita laborum ua- cua bonorumq; tantorum capax: ubi expe ctatur salus: suaue iugum domini portatur: tace- tur ⁊ sedetur ⁊ sedendo consurgitur. Uita saluta ris: hominibus formidabilis: ⁊ inuisa demonibus: quod nisi ita esset: haud q̄q; id vite genus ingres- sos tam multis ⁊ tam uarijs temptationum gene ribus infestarent. Uita reformatrix anime: repara trix morum: innouatrix affectuū: lotrix sordium: purgatrix scelerum: conciliatrix dei ⁊ hominum: ruinarum innumerabilium instauratrix. Uita con temptrix corporum: cultrix ingeniorum: modera- trix precipitum: torpentium excitatrix appetituū: genitrix nobilium: alma virtutum nutrix: vitioruz domitrix peremptrixq;: palestra luctantium: are- na currentium: campus pugnantiuz: arcus trium phantium: bibliotheca legentium: cella meditan- tium: penetrale orantium: mons contemplantiuz: Et quid dicam nisi simul omnia: vita felix ⁊ ad om ne bonum opus aptissima: vita philosophica: poe- tica: sancta: prophetica: Uita non immerito singu laris dicta: ⁊ si dicere audeaz: quod sentio: vita tā singularis ut ea sola uera vita sit: reliquis omnibus conueniat quod ait Cicero: ⁊ Ciceronem secutus Augustinus: quod hec nostra que dicitur vita mors est. Uita demum nisi expertis incognita: ⁊ ut ha- B benti peramabilis: sic superoptabilis non haben- ti. Quod non ignorabat Hieremias idez: quo du ce ad hec eiusdez vite preconia premissis accumu landa peruenimus: dum in illa calamitate publi- ca: pias simul lachrymas: ⁊ lachrymis opportunā solitudinem exoptabat: Quis dabit inquit capiti meo aquam: ⁊ oculis meis fontem lachrymaruz? Sciensq; fontē hunc non in urbibus aut in turbis nitidum scaturire: subsecutus adiunxit: Quis da bit mihi in solitudine diuersorium viatorum? Cogitatu

pfacile est qd nobis expediat qn̄ vir ubilibet deo
proximus:deo plenus:ad honestum illud seqꝫ di
gnū officiū:hoc est ad lugēdum interfectos popu
li sui quasi vnam sine altera non speraret: simul
utranqꝫ poscebat solitudinem ⁊ pietatem. Ubi il-
lud minime negligendum rear: ꝙ cum in solitudi
ne diuersorium optasset: addidit: Et derelinquaꝫ
inquit populum meum ⁊ recedam ab eis: quia om
nes adulteri sunt: cetus preuaricatorum: ⁊ reliqua
deinceps: que cogitare ne dicam loqui horret ani
mus: tam proprie nostris hodie conueniunt popu
lis: tam parum immo vͦo tam nihil est fidei: nihil
ueri uspiam: nihil tuti: nihil deniqꝫ uel hūani hi cū
dicantur homines ⁊ effigie sint humana: ut ea mi
hi uel sola certe uel maxima atqꝫ iustissima pcolen
de solitudinis ⁊ declinandarum urbium causa sit.

¶ Tractatus tertius: De exemplis multorum sanctorum patrum Noui testamenti: vitam solitariam agentiū.

¶ De Solitudine sancti Siluestri pape. Cap. I.

A n E forte autem uetustatis reuerentia
uel immemor recentium uel contem
ptor appareā: latuit in Soractis mō
te: Siluester diuitum primus ille pō
tificum ⁊ locum moribus ⁊ loco consonum nomē
habens: Atqui nisi audire uerum pudet e solitudi
ne humili ⁊ inculta opes iste: bone utinam quas
modo vix urbes capiunt fluxere: Hinc calceus au
ratus: hinc eburneus scipio pastoralis in morem
baculi recuruꝰ: suburbano cultu rustice memor
originis: hinc chlamys coloribus inardescēs: hic
stellatum diadema carbunculis: hinc niueus soni
pes: thronus aureus purpureumqꝫ uerendi capi
tis vmbraculum: hinc deniqꝫ totus habitus tri-
umphalis: totus hic ut dicitur militantis: sed ⁊ la
te iam regnantis ecclesie status: queꝫ e siluis egres-
sum stupent reges: ⁊ quem qui diligenter inspexe
rit: nescio an solitudinem tante uenerationis initi
um uenerabilem negaturus sit. Sed progredior.

¶ De Solitudine sancti Ambrosij. Cap. II.

A a Mbrosius apud Mediolanum magni po
puli curam deo uolente ac cogente sorti-
tus: ⁊ si tam necessarij debiti tantiqꝫ sibi
conscius officij: continue solitariam vitam degere
non auderet: quotiens tamen ⁊ quibus potuit mo
dis quid optaret ostendit: Habitauit ut nunc est
ambitus murorum: in extremo ciuitatis angulo:
ubi adhuc sacrum corpus habitat: ⁊ ab eodem
fundata sacra domus stat summa deuotione per-
celebris: ⁊ magnis populi frequentata concursi-
bus: tunc q̄ꝫtum certis indicijs intelligi datur lon
ge semotus penitusqꝫ solitarius locus erat. Ad
hec quotiens episcopalibꝰ curis liber ac laboribꝰ
relaxatus: quos impellendis Arrianis ab ecclesia
graues diuturnosqꝫ pertulit: aliq̄ꝫtisper se negoci
is subtrahere furariqꝫ poterat: in secretiorem so-
litudinem se conferre sanctissimus vir solebat: Sil
ua erat q̄ꝫuis proxima cōtemplationi tamen ido
nea: In medio parua domus: ingentis certe sed
humilis viri capax: que multo dignius q̄ꝫ domus
olim Metapontina Pythagore in templi licet exi
gui speciem uersa est. Nunc silua conuulsa est mu
tatoqꝫ loci habitu manet nomen Ambrosij: nemꝰ
vulgo dicitur sinistrorsus ad orthoum latus. Quō
amnis hic vndiqꝫ magnis motibus ⁊ multa rerū B
collisione memorabilis intra urbem ipsam: ⁊ ex-
trema rapto molimine aucti ambitus septa con-
clusit. Illic ut audio ⁊ ut auguror librorum melli
fluos flores sparsit: quorum hodie per omnes tra
ctus ecclesie gustus suauissimꝰ ⁊ fragrātissimꝰ est
odor. Ut vͦo non actuū modo sed uerborꝫ vnū qdē
ex omnibus testimonium viri huius proferam.
In epistola quadam ad Sabinum: Pergaꝫ iquit
frequentius te in meis scriptis ⁊ cum sim solus al
loqui. Deinde suum faciens Scipionis uerbum:
de quo post dicam: Nunq̄ꝫ enim inquit minus so-
lus sum: q̄ꝫ cum solus esse videor: nec minus ocio-
sus: q̄ꝫ cū ociosus. Certe pro arbitrio arcesso quos
uolo atqꝫ adiūgo mihi quos magis diligo ⁊ quos
aptiores arbitror. Nemo interpellat: nemo inter-
polat. Tunc ergo te magis teneo ⁊ de scripturis
confero ⁊ proliriorem simul sermonem cedimus.
Sola erat Maria ⁊ loquebatur cum angelo. So
la erat quando superuenit in eam spiritus sanctꝰ:
⁊ virtus altissimi obumbrauit eam. Sola erat ⁊
operata est mundi salutem ⁊ concepit redempto-
rem vniuersorū. Solus erat Petrus: ⁊ totū per
orbem consecrandarum gentium cognouit myste-
ria. Solus erat Adam ⁊ non est preuaricatus: qr
mens eius adherebat deo: Postq̄ꝫ vͦo ei mulier ad
iuncta est: non potuit adherere mādatis celestibꝰ.

¶ Quod nullum virus adeo pestiferum ⁊ vite solitarie ꝯtriū sit sicut muliebre cōsortiū: icidēs. Cap. III.

v Si ut me Ambrosij dicto parūper imisce- A
am: illud non siluerim: quod omnibus no-
tum multi dissimulant: Nullū virus adeo
pestiferuꝫ vitam hanc sectantibus ut muliebre cō
sortium. Femineus enim decor: eo formidolosior
funestiorqꝫ quo blandior: Ut sileam mores qui-
bus omnino nihil instabilius: nihil studio quietis
infestius. Quisquis requiem queris feminā caue:
perpetuam officinam litium ac laborū. Raro sub
eodem tecto habitant quies ⁊ mulier. Satyrici
uerbum est: Semper habet lites alternaqꝫ iurgia
lectus: In quo nupta iacet minimū dormit in illo:
Nisi forte tranquillor est concubine accubitus: cu
ius ⁊ fides minor ⁊ maior infamia litigium par.
Scitum est ⁊ illud clari oratoris dictum: Qui nō
litigat celebs est: Quid vͦo melius q̄ꝫ nō litigare?
Aut quid per Jesum christum oro te: quid inq̄ꝫ so
litudine presertim nocturna ac silentio ⁊ quiete: ⁊
lectuli libertate felicius? Nil ergo felicius celiba-
tu. nil vͦo celibatui aptius q̄ꝫ solitudo. Quisqs er-
go litem fugis: ⁊ feminam fuge: vix alteram sine
altera effugies. Femine ⁊ si quod rarum est: mitis
simi mores sint: ipsa pn̄tia: utqꝫ ita dixeriꝫ: vmbra
nocēs est. Cuiꝰ siqdeꝫ fidei mereor: vultꝰ ac vͦba cū
ctis qui solitariā pacē q̄rūt: nō aliter vitandi sunt:
nō dico q̄ꝫ coluber: sed q̄ꝫ basilisci ꝯspectꝰ ac sibila.
Nam nec aliter oculis q̄ꝫ basiliscꝰ iterficit: ⁊ ante

B contactum inficit. De quibus autem potius quam de nobis dici estimes: quod in longinqua materia uere ne magis an proprie ait Maro: Carpit enim vires paulatim uritque videndo Femina: nec nemorum patitur meminisse nec herbe. Sane quod visu solo corporis atque animi vires carpantur uranturque: tangere poterat vniuersos quos ea pestis extenuat et accendit. At quod nemorum herbeque memoriam eadem pestis eripiat: si ut de equis ac bobus dixit: sic de hominibus dixisset: quos alios quam nos intellexisse videretur: quibus precipua nemorum et herbarum oblectatio est. Proinde muliebres illecebras: tum omnibus quibus suum uas sancte et honorifice custodire propositum est: tum nobis maxime fugiendas vitandasque denuncio. Quod qui neglexerit: norit se non aliam ob causam e paradiso solitudinis pellendum: quam e paradiso
C uoluptatis primus hominum pulsus fuit. Hec interfatus ad ambrosium reuertor: qui illam ad Sabinum epistolam concludens: Liquet inquit ex his: quia soli cum sumus tunc nos offerimus deo: tunc mentem ei nostram aperimus: tunc amictum fraudis exuimus. Quibus dictis primo iterum parente ad memoriam reuerso: Solus inquit erat Adam quando in paradiso est constitutus: sed non erat solus quando de paradiso eiectus est. Solus erat dominus iesus quando mundum redemit: non enim legatus neque nuncius: sed ipse dominus saluum fecit populum suum: Et si nunquam solus est: in quo pater est semper? Ad postremum cum consilio clausurus epistolam: Unde et nos inquit soli sumus ut dominus nobiscum sit. Quod consilium ne soli Sabino datum sit: ut ad nos trahamus nostrumque faciamus obsecro.

De solitudine sancti Martini. Cap. IIII.

A Hunc solitarie vite statum et ab infantia quodammodo concupisse Martinum: et cum primum per etatem perque necessarie militie occupationem licuit apprehendisse nouimus tanto ardore animi: ut in vita priuata ceptum morem nec presul factus omitteret: Auctor est Seuerus qui res eius quibus interfuit viteque seriem scripsit. Quo tempore queri solitum accepimus: ante episcopalem curam se maioris fuisse virtutis: Mirum: quamuis enim nihil illi viro nisi summum semper atque perfectum fuisse credendum sit: tamen pontificali fasce curuatus nescio quid in se dum esset expeditior altius atque perfectius recolebat: temporis illius memor quo liberius solus erat: ne quis forte miretur eundem antea liberum frequentasse solitudines quas et duri seruus officii dum licuit frequentauit. Ne enim cuncta uestigem: quod longum atque difficile est: In ipsa prius urbe Mediolano: ubi quod constat primum ex multis: que
B diuersis in locis ab eo fundata sunt: monasterium extruxit: aliquantum tempus exegisse fertur: vicino quodam Ambrosiane domui: ac menibus urbis habitaculo loco etiam nunc solitario ac reposito. Ad quem iam presul Ambrosius tanto letus hospite: clam solus exire consueuerat: secumque dum posset auidius immorari. Bone Jesu quale hominum par: que suspiria: qui sermones? Quicquid principes imperant: quicquid consules deliberant: quicquid pretores edicunt: quicquid statuunt legiferi: quicquid fabulantur populi: quicquid philosophi disputant: quicquid rhetores declamant: quicquid sophiste cauillantur: sacro illi tranquilloque colloquio admotum: meras nugas dixisse non uerear. Sinuesse quidem erat Horatius poeta: dum sibi Plotius et Uarrus et Uirgilius occurrerunt: pulchra nempe societas doctissimorum hominum: inuicemque familiarium amicorum. Itaque ait: O qui complexus et gaudia quanta fuerunt. Credo edepol et multa ibi pro tempore facetissime inter tales viros ac disertissime dicta non dubitem: Sed dulciores amplexus et sanctius gaudium fuisse crediderim Mediolani inter Ambrosium et Martinum: locus ostenditur: ubi congredi et colloqui solitos fama est. Quibus ego congressibus atque colloquiis: si datum esset: interfuisse maluerim: quam regum omnium consiliis: quecunque vino uel auaritia uel feritate ebrii: cum purpuratis suis agitant. Felix ergo et quamquam minus adusta: minus horrida: non minus forte gloriosa: quam Thebaidis solitudo que tales duos accolas vno tempore meruisti.

De solitudine sancti Augustini. Cap. V.

A Mondum nos Mediolano egredi: magnus alter eiusdem urbis habitator sinit Augustinus quem de Ambrosio maliis erroribus ifectum: quasi egrotum filium docto medico pius pater dedit: ut is eum vndis salubribus ablutum curatumque deo redderet. Ille ergo cum ignarus diu que erga se clam diuina pietas ageret: Mediolanum ueniens ubi tunc sacer florebat Ambrosius: vitam tandem mutare decreuisset: ciuitate relicta: solitudinem ruris appetiit: ut qui cum multis insanierat: solus resipisceret: Caseatum uocat ipse et id manet hactenus ruri nomen: Quinetiam ipso die quo primum hoc sancto desiderio exarsit in ciuitate positus inter illas fluctuantis animi procellas per quas consilii nauigium regente deo ad terram viuentium: et ad portum salutis applicuit: quid egerit qualiterue se gesserit: eodem ipso narrante cognouimus. Certe non processit in publicum: neque populi concionem classico aduocans quid acturus esset exposuit: sed dimisso socio fidissimo: consurgens: eo quod ut ipse ait: solitudo sibi ad negocium flendi aptior suggereretur: et secedens remotius quam ut posset ei onerosa esse etiam talis amici presentia: quod vnum loci qualitas ac temporis permittebat: secretum horti angulum pro solitudine habuit: Ubi amarissime secum loquens inter singultus et lachrymas: inter vulsum capillum percussamque frontem et consertis digitis amplexum genu et quecunque magnus ac sanctus dolor elicit: tandem semel de se statuit vnde in perpetuum exultaret: Denique per omnem vitam solitariis et quietis locis atque inter cetera Pisani montis ocio delectatus: et illic heremitico habitu traxisse moras creditur: et ad loci illius heremitas liber suo quidem prescriptus est nomine. Ceterum
B de hac re quia non uacat infinita nunc hominis illius scripta reuoluere vnico eius quod occurrit breui utique sed aperto testimonio contentus ero. Is ergo euangelium Joannis exponens. Difficile est inquit in turba videre Jesum: solitudo quedam necessaria est menti nostre: quadam solitudine intentionis videtur deus: turba strepitum

habet:visio ista secretum desiderat. Audis ut caute videndo deo necessariam: non q;libet sed solitudinem dixit intentionis: intelligi uolens dum suas intus turbas tumultusq; suos humana mens habeat: acuendis ad tantum lumen: purgandisq; oculis solitudinem corpoream nil prodesse. Jam v̄o proximis tribus explicitis: non Mediolano tm̄: sed Jtalia digredi stiluz finam.

¶ De sancto Hieronymo: mirifico solitudinis ueneratore. Cap. VI.

A s Ileo nūc preconem vite huius Basilium: Sileo magnū virum Gregorium naçiançenuz: Preclarum huius viri discipulum non silebo: Hieronymus urbe romana dimissa romanisq; opibus contemptis: eterne patrie spe ac desiderio illectus: ⁊ ut ipse fatetur: ob gehēne metum. Jn illam primo uastam solitudinē horridum monachis habitaculum prestantem: quam de virginitate ad Eustochium scribēs: Salustiano uerbo usus: solis ab ardoribus exustā dicit sese abdidit: Ubi aliquot annis aduersus indomite carnis insultus: ⁊ conspirantis anime consensuz: laboriosa militia exactis: q;uis victor non ex acie Romā quasi iam securus ad triūphū redijt: sed in Bethleemiticas letebras festinabundus aufugit.

¶ De sancta Paula q̄busdamq; alijs matronis deuotissimis solitarie vite cultricibus. Cap. VII.

A l Atuit ibidem Paula sancta ⁊ pia ⁊ illustris: ⁊ ut multa breuiter dicam: uere Romana mulier: summumq; suis temporib[9] feminee specimen virtutis: ⁊ ut ad presepe dominicum mori posset: ubi ⁊ qualiter orta esset: oblita est. Cuius etiam preclaram vitam ⁊ felicem exitum Hieronymus ipse tam fulgido pinxit epigrāmate: ut post eum mihi modesti[9] sit tacere. Quid enim dignum sim dicturus in transitu: inq; angusta opusculi mei parte clausurus: ubi ille tanto vir ingenio hesit: ⁊ amore ac dolore dictantibus modum iusti uoluminis impleuit? Q;uis non defuisse sciā quod Hieronymus ipe nec ignorat nec dissimlat: qui utriusq; ociuz liuido dente momorderint: nec morsuz scriptis mādare timuerit. Jta vix ulla virtus uel alta uel abdita est ut inuidie iaculis nō tangat: sed solidā ueritatē vulgaris aura nō cōcutit. Sane q̄cq̄d de sua alijs visum sit: solitudinem sapiētis: idez ipse Hieronymus ꝯtra Jouinianum scribēs cōmendat his v̄bis: Sapiens nunq̄ solus esse pōt: habet enim secum omnes qui sunt: ⁊ qui fuerunt boni: ⁊ animum liberum quocunq; vult profert ⁊ transfert: ⁊ quod corpore non potest: cogitatione complectitur. Et si hominum inopia fuerit: loquimur cū deo: nunq̄ minus solus. Quo nam v̄o nunc uertar: Confundor multitudine ⁊ acie occurrentiū in diuersum uocor: sed Paule nomen admonuit: ut ante omnia eidem ⁊ genti ⁊ sexui solitarie glorie partem darem: Pauca igitur ex multis excerpaz: nec uerebor ne Romanarum in laudibus matronarum nimius dicar: quibus par esse non spero.

B Pretereo Eustochiū Paule filiam: precone Hieronymo insignem ⁊ Marcellam ⁊ Asellaz ⁊ Fabiolā ⁊ Blesillam: aliasq; clari nominis virgines aut viduas. Quid aūt de te dicam feminarum optima ⁊ gloriosa Melania? Non ego tantas concines ac vicinas: quas etas: patria: christi fides: animi pietas virtusq; coniungunt: stilo segregez: iuxta Paulā sedebis. Tu quidem Romani filia cōsulis: Romani pretoris mater: genus: opes ⁊ paternum decus virtutibus supergressa: viduitatis statū tanto pudicitie studio tātisq; misericordie operibus honestati: ut virginitatis laudem ꝑpe transcenderes: oblita sanguinis: oblita pignoꝝ: oblita potētie soliusq; memor christi: utq; illū indueres: exuta soli natalis affectum: exuta nataliū respectum ⁊ amorē tuoꝝ ⁊ corpis tui curam exosa. Deniq; christi ꝯsilio aiam tuaz in hoc mūdo: ut in vitam eternam custodires eā: mira sollicitudine sanctos patres in desertis solitudinibus q̄siuisti: eosq; ēt ad exiliuz ꝑsecuta: de labore tuo sanctū illis obsequiū: de facultatibus piam alimoniā ꝓbuisti. Honoratrix sanctoꝝ: reuocatrix errātiū: ꝑegrinorum mater: tuoꝝ in christo tutrix atq; ꝯsultrix. Cum igētes enim opes īmensūq; patrimoniū in egētiuz alimenta felicissima libertate dispergeres: ⁊ q̄si q̄dam īexhaustus fons bonorum nulla largitionū exundatione deficeres: inq; aliō nihil intēta: septē ⁊ triginta annos īdeficiēte rerū facultate ⁊ indefessa charitate animi peregisses: Jam sexagenariā tuoꝝ reuisendorum: non carnale sed diuinū ⁊ spiritale desideriū cepit. Jtaq; Romā rediēs natum: nuꝝ: neptem: ut noīs heredē: sic animi ꝓpositiq; tui: Ac ne longum faciā: tuos oēs tua per uestigia: distractis pr̄imonijs in viam chr̄i ⁊ amorē vite solitarie direxisti. Stupor est meminisse: qd̄ aurum qd̄ ue argētum: q̄s sericas uestes: quātas pecuniarum sūmas tua illa quoq; neptis egregia ⁊ sedula tuaꝝ viaꝝ obseruatrix: ecclesijs ac religiosis egētibus toto orbe diffuderit: qd̄ pro christi seruitio: suoꝝ milia seruorū libertate donauerit: q̄s possessiones nō modo Rome sed in Aquitania ēt ⁊ Gallijs Hispanijsq; uēdiderit: precio in misericordiam uerso: ⁊ his tm̄ agris quos intra Cāpaniam: Siciliā atq; aphricaz possidebat: tam late se fortuna muliebris extēderat: nō ad aliud q̄z ad usum pauperū ⁊ inge pietatis exercitiuz reseruatis. Qua preterea etate hec ageret: cum vigesimo scilicet etatis anno: tuis accensa monitis ⁊ exemplo seculoq; renuncians: ipsum (ut ita dicam) purpureū vite florem ⁊ ꝑclarum coniugium: ⁊ tātas diuitias ac delitias neglexisset. Quarum sanctas intentiones adiutus celitus uel hinc patet: q illa iunior Melania: ita illud ingēs ꝑcium e tātis possessionibus redactum thesaurūq; suum omnez opportuno tempore dispersit deditq; pauperib[9]: ut si paululum distulisset: ad Alarici manus ilico Romam italiāq; uastātis uentuꝝ omnē fuerit: qd̄ illa iam tunc in meliores usus magnis opum pōderibus expedita ꝯuerterat: quasi teipsam suasq; res prereptas lupi faucibus: christo libēs sub multiplici fenore largiretur: Tu autem felix anus omnibus tandem que iter ad celum pandunt: non feminea leuitate transactis ⁊ q̄si iam temporis tui cursu ac laborum agone plausibiliter cōsūmato: nil in terris agendū supesset: ante duos mēses ex quo Hierosolymā redieras: relicto sibi mōasterio finē reꝝ trāseūtiū ⁊ beatū vite laudabilis exitū inuenisti: Eumq; tibi honorē christus exhibuit: ut ꝓpter feminā vnaz tot viroꝝ ac feminaꝝ milibus pepercisse: ⁊ decretū seu ꝓmissum suppliciū distu

lisse videretur. Siquidem mox ut patria ⁊ rebus humanis excesseras: urbem Romam irruptio illa barbarica ⁊ horrenda uastatio cōsecuta est. O ingens ⁊ pia mulier insignis exilio: ⁊ nescio quidem an tali vita an morte felicior: Multo certe clarior iaces solitario in puluē: q̃ si Rome carēs his meritis: ianib⁹ titulis: in sculpto sepulchro marmoreo iacuisses: multoq; ibi gloriosius edes christi tuis manibus fundata conspicitur pauperibus seruitura: q̃ Rome palatium auitum: aut barbaricis flāmis arsurum: aut senio ruiturum. Sed diu fateor me tue virtutis admiratio in hoc sermone detinuit. Etiam satis multa de feminis deq; transmarinis rebus: ad viros ⁊ ad patriam redeat stilus.

A

De sancto Gregorio papa magno solitudinis amatore. Cap. VIII.

q Uid ergo Gregorius hic noster Romane sedis magnus antistes? Nonne magnificas ac frequentes domos in solitaria templa conuertit: antiquasq; possessiones sibi preripiens: christo dedit? Ita sibi q̃tum licuit in maxima plenissimaq; omnium urbe solitudinē fecit: ut ubi auos attauosq; suos creber obsequētis populi cōcursus ornauerat: illic ipse suo domino solus obsequeretur: ⁊ si fame illum splendor eductum latebris magno curarum in pelago supremaq; tandem dignitatis arce locauerit: Quem suum ascensum: cum sepe alibi: tum super Ezechielem scribēs: mesta commemoratione conqueritur. Et quidem inquit in monasterio positus ualebam: ⁊ ab ociosis linguam restringere: ⁊ in intentione orationis pene continue mentem tenere: At postq̃ cordis humerum sarcine pontificali supposui: colligere se ad semetipsum assidue nō potest animus: qui ad multa spargitur. Alia ibi deinceps contra se presentē q; tunc statum suum loquitur. Sed multo plura in prohemio dialogi: quem librum incepturus: secretum locum amicum merori se petijsse testatur: ubi uel modicum a rerum secularium tempestate quiesceret. Illic ergo dilectissimo filio ⁊ familiarissimo amico respondens: Infelix inquit animus meus: occupationis sue pulsatus vulnere meminit qualis aliquādo in monasterio fuit: quomodo ei labētia cuncta subtererant: q̃tum rebus omnibus que uoluuntur eminebat: ꝙ nulla nisi celestia cogitare consueuerat: ꝙ etiam retentus corpore: ipsa iam carnis claustra contemplatione transibat: ꝙ mortem quoq; que pene cunctis pena est: videlicet ut ingressum vite ⁊ laboris sui premiū amabat. Quibus commemoratis: ad contraria tristior se conuertens: At nunc inquit ex occasione cure pastoralis sclariū hoīum negocia patitur: ⁊ post tam pulchram quietis sue speciem: terreni actus puluere fedatur. Que sequuntur: attexere longum est: ⁊ minime necessarium: Finis est: ut ⁊ se recordatione vite preterite torqueri acrius: ⁊ in comparatione quiete viuentium miserum fateatur: quorum plurimos in hac de qua loquimur vita secretiore placuisse diffinit. Nec minus ⁊ illa superuacuum sequi: que in eo libro scripsit: ubi Job afflictum afflictus exposuit: Propterea ꝙ ⁊ uterq; peruulgatus est liber: ⁊ hec in utriusq; uestibulo scripta sunt: mitto alia prope flebiliora: ubi ob hunc ipsum suum ascensum ⁊ incessanter se ait flere: ⁊ amicos orat ut si eum diligant secum fleant: ac pro se deum

B

rogēt: ut intelligas suū illum intellexisse periculū: qui quasi genus mortis existimās solitarie viuere desijsse: amicorum auxiliū in eo statu tam suppliciter imploraret. In epistola autem ad Narsetem Patritiū de hocipso loquēs: tanto se merore percussum dicit: ut vix loqui sufficiat. Ex quibus apparet: ⁊ pontificatus ꝑmolestā illi sarcinā: sicut est omnibus profecto qui illesam immaculatamq; custodiunt: ⁊ solitarie vite dulcem fuisse memoriam: nisi collatione disparium mutati status amaritudinem acerbasset.

De sancto Benedicto singulari ac deuotissimo solitudinis habitatore. Cap. IX.

f Ed ubi iam dux occidentalium monachorum Benedictus remanet? At quis eum christi fidelium non nouit: quis sanctum iuuenile consiliū nō audiuit? Qui q̃uis a prima etate virtutū hospes: uoluptatū hostis: arduam celi viam esset ingressus: ut compendiosius tamen ac tutius pergeret Romam Nursiamq; dimisit: quarum in altera educatus: ortus ex altera: utriusq; amorem usu ac natura contraxerat. Uicit tamen carnales affectus anime cura: petijtq; felix puer nō modo solitudinem: sed desertum ⁊ illud imane: sed deuotum specus: quod qui viderunt: vidisse quodammodo paradisi limē credunt: Ubi qualiter vixerit sciens sileo: cum ⁊ cuncta nobilium scriptorum fides lateq; loquax fama vulgauerit: ⁊ iacta illic ingentia preclarissime religionis fundamenta testentur. Id nunc mihi suffecerit: ⁊ solitudines nostras honestasse commemoratione tanti incole: ⁊ propositum meum presens tali teste firmasse. Lōgum est enumerare: qui deinceps viri: ⁊ quales huius uestigia secuti: ⁊ uel claritate ducis ⁊ exempli stimulis: uel inclinatione nature: uel diuinis oraculis admoniti: Religionum uenerabilium fundatores: uarias solitudines petiere: Indicio nunc etiā sunt sacra cenobia ⁊ inter spelea siluestria deuotissime domus christi: Cistertium: Maiella: Cartusia: Uallis vmbrosa: Camaldulum: innumerabilesq; alie. Quarum religionum riui: ⁊ si celesti deuotionis augmento postmodum longe lateq; diffusi sint: ⁊ plana compleuerint: si tamen ut magnorum fluminum fontes: sic harum queris origines ex asperrimis montibus emanasse cōperies. Clarum quidem ex omnibus ⁊ famosum Benedicti nomen: Cuius historiam viteq; modum quisquis nosse cupit: non scrutari abdita iubeo: Gregoriani dialogi cuius supra mentio est habita: secundum librum perlegat: qui ex illius actib⁹ est totus: ⁊ ubi rerum claritas stilo etiam illustratur.

A

B

De solitudine sancti Florentij. Cap. X.

o In oculus serie rerum ductus: intra libri tertij methas excesserit: videbit illa solitudinis italie congesta miracula. Occurret ei Florentius: qui in monasterio solus agens: dum a deo cui cum iugis oratio ⁊ multa simplicitas familiarissimum fecerant: aliquod solitarie vite solatium postulasset: protinus eidem ursus astitit: quo deinde feritate deposita ceu pastore aliquo paucarum ad custodiā pecudū usus est: deq; eiusdem ultione: quē quorūdam fratrū liuor occiderat imprecatio irati: dicto citi⁹ ad celū uenit: ut illis mox horrēdo supplicio affectis: obstupuerit: seq; perpetuo sontē uocās: ⁊ tā celerit̃ exauditū gemēs: oīa reliq̃

A

vita sine lamentis ⁊ dolore non fuerit. Rogo que
legiones aut qui reges ad hanc potētiam laborā
do perueniunt: ad quā solitaria humilitas quie-
scēdo? Occurret idē Martinus ille Marsici mō
tis accola: cui de rupe solida fluens pennis aque
tenuis stilla: dure rupis stillantis olim in deserto
prodigium renouauit: Quiqꝫ cum serpente terri
fico: sub cuius specie uetus serpens terribilior la
tebat: vno eodemqꝫ specu cōtinue sine offensa to-
to triennio uersatus: Illo demum mira patientia
procul pulso ipse victor solus substitit. Occurreret
alter sine nomine: sed cuius nomen in celo est: Ar-
gentarij montis inhabitator: qui cum defuncti fa
ciem puluere fricuisset: incredibile ac stupendum:
nisi quia credenti nihil impossibile est: exangue ca
dauer ⁊ mox futurum puluerem puluere suscita-
uit. Occurret solitarius Menas: tante vir innocē
tie tanteqꝫ fiducie: ut non solum barbaros tunc vi
cinia uexantes reuerentia sui nominis famaqꝫ cō
pesceret: sed maximos atqꝫ immanes ursos e sil-
ua proxima sancti viri aluearibus insultantes: fe-
rula quam de more gestabat quasi domesticos ca
tulos castigaret trepidantesqꝫ depelleret.

¶De solitudine sancti Frācisci. Cap. XI.

A Perosum fateor cuncta complecti: nec ea
o mihi nunc cura est: neqꝫ enim scriptur⁹ hi-
storiam: ad calamum ueni: sed vndiqꝫ de-
cerpturus illustria: nec ea quidem omnia: sed que
cepti operis seruato calle preteriens possem: an vo
uel horum aliquem in patria sua uel Benedictum
Nursie vnqꝫ ad id glorie uenturū: uel Franciscū
seu uolucrum audientiam: seu seraphicum rapte
mentis ardorem: stupendumqꝫ illud insigne sacro
rum christi stigmatum ⁊ vulnus animi membra
testantia tantumqꝫ tam breui de paupertatis con
iugio genite sobolis incrementum habiturum cre
dimus si mansisset Assisij. Qui licet: ut aiunt: diui
nitate consulta ⁊ reuelatione celitus accepta: pro
salute multorum inter vite hominum bella: pericu
losas non tam sibi ꝙ militibus suis excubias ele-
gisset: ipse tamen magnus amator solitudinis he-
remiqꝫ sectator fuit.

¶De triplici solitudine: Capitulum incidens: Et de
solitudine blasij ⁊ aliorum. XII.

A Ripler nempe si rite complector solitudo
t est: Loci scilicet de qua maxime mihi nūc
sermo susceptus est. Temporis: qualis est
noctium quando etiam in rostris solitudo silentiū
ꝙ est. Animi: qualis est eorum qui in profundissi-
me contemplationis abstracti luce media ⁊ fre-
quenti foro qnid illic geratur nesciunt: qui quotiēs
⁊ ubicunqꝫ uoluerint soli sunt. Has quidē simul
omnes solitudinū species: nulli ꝙ Francisco ma
gis frequentatas video. Lustrabat heremos in tē
plis sepe semirutis pernoctabat. Sepe per diem
inter turbas a presentium rerum sensu rapiebat:
Et pulso huc illuc corpusculo collisione hominū:
celestibus mens affixa erat. Hinc illa securitas in
ꝙtalibet hominum frequentia: quam sibi feruen-
tissimus christi amor: ⁊ caro mirum in modū spi
ritui subiecta prestabat: vnde arbitror effectum: ut
sibi ⁊ suis stationem in populis acceptaret: ratus
facile futurum omnibus quod possibile sibi esset:
quia enim anima illa sese deijciendo sublimis ⁊ il
limis: ac defecata ab omni colluuione terrestriū:
nullis tumultibus a christo separi poterat: quod
in se experiebatur: id uel multo facilius in alijs ꝑ-
sumebat: sic illū in iudicio ceterorum propria fal
lebat humilitas. Quod ut sic opiner: opinio illa
me cogit quam de se vir sanctus habuit: peccato-
rem se maximum ex omnibus: quod cuidam e fra
tribus percontanti: quid de se ille sentiret: respon-
disse legitur. Et ꝙuis hec ita sint: sepe tamen au-
diui religione scientiaqꝫ preditos successores su-
os si patris scita permitterent solitariā vitam exi
mijs precordijs suspirantes. Ipse etiam ut diri:
ꝙtum solitudinem semper amauerit: testis est vi-
ta eius litteris edita: testis vite regula: quam sibi
primum ⁊ posteris in monte dictauit: mox perdi-
tam: non nisi in solitudine reformauit. Testis de-
mum sua peculiaris habitatio. Nam ut Benedi-
cti: sic huius quoqꝫ locus ostenditur vnus ex mul
tis: quo non alius fere uspiam remotior Aluerna
loco nomen. Utriqꝫ igitur solitudo calcar incus-
sit acutissimum ⁊ ad alta dispositos sollicitauit
animos: Itaqꝫ dum latitant: mundiqꝫ gloriam
spernunt: toto illos orbe notissimos atqꝫ clarissi-
mos fecit. Inter eos sane quos nobilitauit here- B
mus nec silendus est Blasius martyr quem spe-
luncis abditum: ⁊ visitatū a feris ⁊ ab auibus pa
stum ferunt. Nec Leonardus ⁊ Liffardus fra-
tres: ambo monachi: ambo solitarij. Nec Ueridi
mius heremita clarissimus: Nec comes eius pre
tereundus Egidius qui Athenis regio genere or
tus: ut perhibent: ⁊ genus ⁊ patriam: ⁊ opes ⁊
litteras grecas quibus abunde pollebat: gallica
ne post habuit paupertati: studio solitudinis vni-
uersa contemnens: ubi ⁊ miraculis emicuit: ⁊ in
ter cetera blandientis cerue lacte nutritus: alum-
nam suam uenatorum canibus inuiolabilem pre-
stitit: Ita ut miraculo rei tactus galliarum Rex ad
speluncam viri sentibus obsitam penetraret: non
sine multo militum labore: ferro aditum pandē-
tium. Ueneranda deniqꝫ visi senis effigie: ⁊ iux-
ta senem accubantis spectaculo permotus altri-
cis: submotis omnibus ad eum solo quodam cū
presule Rex accessit: ⁊ talem virum repperit: ut
magnis ei muneribus oblatis magnificeqꝫ con-
temptis inqꝫ usus alios uerti iussit: tandem ⁊ ce-
nobium consilio eius extrueret illis in locis usqꝫ
nunc celebre: ⁊ deinceps ad eum visitandum se-
pe submisso fastu regio ueniret: quem sibi homi-
nem nō originis splendor ac paritas: sed solitarie
vite decor ac sanctitas peperere.

¶De solitudine sancti Remigij. Cap. XIII.

A Uid Remigium loquar? qui ad illam fa-
q me claritatem que immaturo eui pontifi-
cale pondus imposuit: quod amplius ꝙ
septuaginta annos summa virtute ⁊ industria ges
sisse traditur: Qua francorum ⁊ regem ⁊ gentē
ad christi fidem primus iste conuertit: ⁊ celit⁹: ut
aiunt misso chrismate regē vnxit: vnde in vngen-
dorum illic regum nata solennitas in seculum no
strum durat. Ad hec inꝙ: ⁊ ad hanc altitudinem:
vnde oro: nisi ab ipsis humilibus vite solitarie ru-
dimentis ascenderat? Quid Narcissum Hieroso- B
lymorū epꝫ virū clarū atqꝫ mirabilē: quē ⁊ psecutio
nis idignitas: ⁊ secrete vite desideriū in solitudi-
nē egere ubi mltos annos desertis in locis degēs

non modo ꝑsecutoꝝ calūnias declinauit: sed ueri philosophi summū munus impleuit? Quid Guilhelmum deniq̧ viruȝ fortem: ꝛ uetuste prosapie: qui etatis florem ipsum cum terrene militie dedicasset: in deserto senescere maluit: ꝛ mori ultimis vite fructibus celesti militie consecratis? Quid alium eiusdem ꝛ propositi ꝛ status ꝛ nominis Guilhelmum: seculari primum fastu: post autem monastica humilitate conspicuum: qui derelicto spretoq̧ opulento opido: solitudinem: paupertatē ꝛ silentiuȝ exoptauit? Montis eniȝ pessulani dominus cum esset: grandis silue monachus factus est: Inq̧ illo cenobio tanq̄ portu iecit ancoraȝ: vite tempestatibus ereptus vir magnificus in seculo: ut uere de illo qdā scribit: sed magnificētior in seculi fuga.

¶ De solitudine beati Bernardi. Cap̄.XIIII.

Quid Bernardum cuius ꝛ recētiora ꝛ notiora sūt omnia: qui ꝛ forma corporis clarus ꝛ genere: in ipso adolescētie flore: fructum anime sue cogitans: solitudineȝ adijt: sed nō solus: Siquidem quinq̧ germanos in eiusdē propositi viam traxit: ubi illa relatu digna narrantur: Nam ꝛ cum Gerardus vnus fratrum: sed armate studio militie: a fraternis consilijs abhorrens: melioribus ceptis ꝛ illuderet ꝛ obstaret: Ille celesti zelo concitus predixit fore: ut post non longū tempus predurum illud ꝛ diuinis monitis inperuium latus hostilis hasta perstringeret: admoto insuper ad locum digito ubi vulnus instaret: hic hic inquiens herieris: ꝛ cum dolore saltem corporis subintrabit salus aīe. Qđ ut uaticinat⁹ est accidit: ꝛ intellectu malis exercito: militaris asperitas in monachaleȝ māsuetudinē flexa est: ut mox ultro qđ antea irridebat appeteret. Et fratrū alter natu minimus: cū fratres oēs in solitudinē pergētes cerneret: forte tunc puerilibus intētus ludis: eiq̧ ꝑmogenit⁹ ualefaciēs iter blāditias diceret: Ad te lunarde frater: Id enim erat puero nomen: totius terre que oium fuerat puētura possessio est. Ille supra etatē: Mime inqt: equa diuisio: uos celuȝ habebitis oēs ego terraȝ? Qđ respōsum breui rebus ipsis īpleuit: ꝛ ipse nouissimus fratrum iter gradiens ꝛ tellure dimissa per solitudinē celum petēs: Ita nullus oium penitus terris hesit. Quorum ꝑfectuī pia mater haud dubie pticeps videri debet: que ab infātia sic natos instituit: ut victu tenuissimo ꝯtētos ꝛ solitarie religioseq̧ vite: quam urbanis uoluptatibus aptiores virilis etas exciperet: His moribus: his domesticis istitutis creuit simillima mr̄i ꝑles: uere nobilis ac sancta familia: ꝛ fecūde vitis generosi palmites: ēt si alibi q̄ iter Allobroges germinassent. Sane cum omnes feruidi promptiq̧ omnes ad ꝑīe celestis ascēsū: vnus tamen omniū dux Bernardus: qui nascēdi ordine tertius in renascēdi ꝓposito prim⁹ fuit: ad postremum ꝛ annosum patrē ꝛ sororeȝ vnicam post se trahens. Huius ego facūdie abstinentieq̧ omissis laudibus: qm̄ omibus note sunt: Illud egregium ac preclarum dictum ꝛ his que inter manus habeo ualde ꝯsentaneū nō silebo. Solebat enim dicere: oēs se quas sciret litteras: quarum nescio an alius sua etate copiosior fuerit: in siluis ꝛ in agris didicisse: nō hominum disciplinis: sed meditādo ꝛ orādo: nec se ullos vnq̄ magistros habuisse p̄ter quercus ꝛ fagos. Qđ ideo libenter refero: qa si qd ꝛ mihi nosse datum esset: ideȝ de me uere dicere uellē: ꝛ nisi fallor possem. Iure: vt arbitror: hūc locum occupauerit Arnulphus territorij Metensis: heremicola nobilis atq̧ eiusdeȝ urbis episcopus: Nec min⁹ Eucherus qui ꝑmum claritate sanguinis ꝛ senatorij ordinis dignitate ꝯspicuus: multuȝ postea religione ac solitudine clarior: spelūce horride ꝑseuerātissim⁹ incola fuit in territorio Lugdunēsi: Ad cuius urbis episcopatum ꝛ hic demum non suo ambitu neq̧ humano suffragio: sed cogentibus meritis ꝛ angelica gloriose admodum reuelatiōe cōscēdit: Utq̧ ueracem sanctarum solitudinum terram scias: ijsdem in finibus ꝛ Romanus ꝛ Domitianus primum solitarij heremite post abbates celeberrimi clarūe: atq̧ ut trāsmarinas solitudies trāsalpinis misceam: Ursacius seculari ꝑmū cognit⁹ militia: illa post reiecta: notior Christi miles apđ Nicheam bithynie solitariam vitam: non sanctitate tantū: sȝ miraculis claraȝ egit. Sȝ iā satis exteras solitudines circūiuimus: ad Italicas redeūduȝ est. B C

¶ De Solitudine Carlomani. Cap̄.XV.

Quis non eius quem magnum uocāt Caroli patruū Carlomanū memoret? qui cū Pipino fratre regni particeps: ꝛ regno simul ꝛ regijs curis cedens: Romam adijt ociandi ꝓposito: Atq̧ ibi monastico habitu assumpto: Siluestri latibulum Soractis mōtem petijt: ubi cum uotiua requie biennium exegisset: Tandem quia crebro ꝛ nimis honorifico peregrinoruȝ sue patrie concursu: locus is ut qui Romam petentibus secus iter longeq̧ notus atq̧ conspectus est: minus indies solitarius uotoq̧ suo conueniens visus erat: ad secretiorem atq̧ semotiorem Benedicti domum Cassinense cenobium commigrauit Ibiq̧ quod optabat ꝛ querebat: fratre iterim ac nepote pro caduca sede laborātibus: ꝛ quietas latebras ꝛ tranquillum vite finem habuit. A

¶ De Solitudine Romualdi. Cap̄.XVI.

Sequitur hunc alius etate posterior: merito autem prior Romualdus Rauennatium urbis nobilissimus incola: ꝛ illustri ducum stirpe progenitus. Hic ab adolescentia q̄uis opum ꝛ etatis ꝛ generis insolentia tumidus ꝛ deuinctus illecebris: animo tamen assurgens: inter illius temporis uoluptates: ꝛ iuuenilia studia: sanctam semper solitudineȝ suspirabat. Itaq̧ dum uenanti sepe taciti nemorum recessus occurrerent: celesti mox desiderio percussus herebat: atque ad se uersus aiebat: O q̄ delectabilis: q̄ tranquillus: ꝛ q̄ deo seruire uolentibus opportunus locus: q̄to melius hic amici dei q̄ in urbibus habitarent. Itaq̧ generose indolis adolescens ad captandas feras profectus in siluam: captādarū ꝯbro negociū aiarum: iam floreti necdū matura pietate cogitabat: neq̧ vo diu inefficax cogitat⁹ esse potuit: ut quē sp̄us sanct⁹ aleret: assidue ꝛ augeret. In ipso igit̄ etatis flore: q̄liam: A

uoluptates opes:patrem:patriam:mūdum deni-
ꝙ ⁊ seipsum talem fugiēs:ut se alium iueniret to-
tum ad heremitice solitarieꝙ vite studium se con
uertit. Et primus illi qdem e seculo exeūti: haud
ꝓcul a patrie menibus ad Classense cenobiū sal
B tus fuit. Inde aūt exacto ferme triennio: fratrū vi
tijs offensus abscessit: ⁊ ad marinum quēdam so-
litarium degētem in regione Uenetorū: sanctū
utiꝙ simplicēꝙ hoiem quē per famam nouerat:
deuotissima raptim hūilitate prexit:eūꝙ p̄cepto-
rem ac magistrum fidelem potius ꝙ̃ discretum pa
tientissime ꝑtulit:eiusꝙ non solum v̓ba:sed v̓bera
tam eq̃nimis ac submissis excepit:ut eūipsum me
ritum in stuporem cogeret:qui deinde secum ma-
gnis ⁊ honestis ex causis pro salute aīe scilicet Pe
tri ursioli Uenetorum ducis: ⁊ ducatum ⁊ seculū
his comitibus relinquētis:trāsgressus in gallias:
breuiꝙ post tp̄e in Romualdo spiritaliū virtutū
incrementa cōspiciēs:discipuli tādem sui discipu-
lus fieri nō erubuit: ⁊ cui pauloante p̄ceperat obe
dire. Inde aūt multo cum dolore gētium illarum
īter quas aliq̃tum tp̄s exegerat: usꝙ adeo:ut de
eius etiam cede cogitarēt:quatenus quem viuen
tem tenere non poterāt:mortui saltem corpus the
sauri instar ingētis ad p̄sidium sue patrie retine-
rēt:simulata demētia elapsus: ⁊ sic in Italiam nō
minus iustis reuersus ex causis:ꝙ̃ abierat:sed ali
q̃to etiam iustioribus: ut videlicet patrem suum
Sergium iminenti aīe piculo:tempestiuus eripe
ret. Ipsum qdem qui in monasterio sancti Seueri
prope Rauēnam susceptus in monachum fuerat:
religioso iugo colla subducere meditātem: ut nū-
ciatum illi erat: ⁊ ad seculum redire ꝓperātem rep
perit:cūꝙ nil uerbis ac p̄cibus ageretur: non pa-
trem cui subesset:sed monachum cui spiritali pre-
esset auctoritate ↄsiderās: salubribus vinculis pe
stiferum coercuit appetitum:pie seuerus in parē-
tem:vt eum patris eterni seueritate liberaret suc-
cessitꝙ feliciter. Nā Sergius malis admonitus:
ad cor redijt: ⁊ castigationem non ut filij:sed ut pa
tris amplexus mira cōpunctiōe ꝓpositum imuta-
uit:atꝙ ita in virum alterum uersus est:ut mox ⁊
lachrymis peccata dilueret ⁊ beatifica visione re-
creatus:amatum simul pondus corporis: ⁊ opta-
C tos mundi laqueos uotiua morte desereret. Lon
gum est deinceps laboriosam viri militiā sub ser-
uitio Iesu christi deuotosꝙ discursus:nō italicos
modo uel trāsalpinos:sed etiam trāsmarinos uer
bis amplecti:qui tam crebri ac difficiles fuerunt:
ut ab illo qui vitam eius descripsit: meruerint ex-
cusari:q2 scilicet ad hunc virum ne quicq̃ latitare
cupientem:ubicunꝙ terrarū esset:innumerabilis
deo seruire cupientium turba conflueret:nō humi
lium modo:sed illustrium:ut quotiens locum vnū
suis monitis Christo quesita familia implesset:re-
ctore illis imposito:necesse haberet:oīs expers de
sidie: ⁊ quietis inscius:in locum alterum cōmigra
re:sanctissimus animarū pastor:nouum dn̄o suo
gregem nouis in pascuis quesiturus. Lōgum pre
terea nominatim exequi:quot q̃ claros christo ser
uos sibi discipulos ambiendo quesierit:in quibus
⁊ duces ⁊ comites ⁊ filij comitum fuerunt: quin
⁊ ipse Romanus imperator Ottho:licet is diffe-
rens atꝙ ꝓcrastinans:uotū in sancti manibus vi-
ri factū:implere preuētus morte nequiuerit. Lō

gum deniꝙ quibus locis habitauerit: quas here D
mos discipulis sanctis impleuerit:que deserta fre
quentauerit:que templa cōstruxerit:in qbus p̄cla
rissimum nomen habet heremus Camaldulensis
Aretinis in finibus:cuius ille ⁊ loci ⁊ ordinis in-
stitutor ac princeps fuit:tanta deuotiōe singula fa
ciens:tātis ieiunijs:tantaꝙ cibi lautioris abstinē
tia ipse gule sue illudens:tātis suspirijs tātisꝙ cū
lachrymis:eoꝙ impetu ⁊ ardore animi:quem nul
lus vnq̃ stilus equauerit. Ea demum sollicitudi-
ne tam iugi tāꝙ anxia ⁊ usꝙ ad ultimū indefessa:
ut more Cesareo sed intentione alia:nil actum cre
dens:dum qd superesset agēdū:his sacris edificijs
ad exitum vix ꝑductis:semper incipiens ac festi-
nans noua iaceret fundamenta: Prorsus quasi to
tum orbē vnam heremum:oēs hoies monachos
facere decreuisset: Et hec inter quas ꝑsecutionū
molestias:non demonum modo sed hoium: ⁊ pre
sertim suoꝝ q̃ patiēter tulit ac fortiter. Quāta illi
in aduersis alacritas atꝙ letitia:magnum solide
mentis indiciū ⁊ in statu quolibet frons vna per-
petua serenitate notabilis:qd̓ imprimis Socrati
Lelioꝙ tribuitur:quibus hic sanctus de quo loq
mur:vniformitate par fuit:pietate aūt ac religiōe
superior. Quāta v̓o huic oris hilaritate iuncta eēt E
auctoritas: ⁊ nescio quid diuinū in illius vultu ue
nerabile pariter ac tremēdū:quo ⁊ boni illū cole-
rēt ⁊ timerent mali:magni licet ac potētes ⁊ tan-
q̃ coram deo positi contremiscerēt: usꝙ adeo ut
⁊ impator Romanus Ottho iunior eum familia
riter ac reuerenter inuiseret:inꝙ illius lectulo per
noctē conquiesceret: Et impator alter Henricus
cum vir sanctus ad eum ⁊ illius ⁊ discipuloꝝ suo
rum p̄cibus expugnatus:vix uenisset:sibi letus ac
uenerabundus assurgens:pio suspirio in hec v̓ba
ꝓrūperet: O utinam esset aīa mea in corpore tuo:
⁊ impialium comitum viro dei circūfusa acies at
ꝙ humiliter accliuis:pellicie qua tūc ille erat idu
tus:villos pro charis ac sanctis reliquijs in patri-
am relatura:non sine ipsius graui merore:deuota
vndiꝙ certatim iportunitate decerperet: opinatis
sima sanctitate barbaricos etiam sp̄us molliente.
Ad hec ⁊ Raynerius Tuscie Marchio:neꝙ ipe F
ratoris neꝙ cuiusq̃ mortalium:q̃tum Romual-
di solius aspectum se metuere fateretur: neꝙ illo
p̄nte sibi oīno linguam aut ingeniū ↄstare. Postre
mo que per illum seu viuētem seu defunctum diui
nitus sint gesta miracula: que p̄ntis dei potentia
ac virtute geri multis ⁊ claris inotuit argumētis:
Illis duobus inter plurima:ꝙ ⁊ Gregorij cuius-
dam fratris intolerabilem capitis dolorē solo sa
nauit anhelitu: Et alterius non dolorem: sed insa-
niam vno pepulit osculo:qui curatus se mox qdē:
vt sacra viri labia contigisset:uehementioris aure
sp̄ūm sensisse:illius ex ore ꝓdeūtem asserebat:quo
afflatus subito salutem pristinam recepisset. Id sa
ne quid aliud fuisse crediderim:q̃ spiritum illum
qui vbi vult spirat:quo profecto vir deo acceptis-
simus plenus erat. Longa inq̃ hec relatu ⁊ mi- G
nime necessaria:cū ab illo ipso quem prediximus
eius historico contemporaneo ⁊ conciue suo san-
ctitate ac scientia viro insigni: ⁊ ipso quoꝙ solita-
rio:de quo sine medio post hunc dicā:de his edi
tus liber extet: Summa igitur rem comprehēdat:
Siquidem centū viginti annis quos habuit vite:

viginti primi in seculo acti sunt:tres in monasterio
cuius regimen coactus accepit uolensq; deposuit:
Reliquis omnibus septem ꝛ nonaginta heremiti
cam vitaȝ duxit semper vigilantissimus nunq; ces
sans:ubiq; fructificans: ꝛ ut de illo scribitur:steri
litatis impatiens:ac propterea omnibus locis ꝛ
tēporib⁹ toto corpore totaq; anima ad nihil aliud
h q̄ ad lucrum sollicitus animarum. Ad extremum
ꝟo morbo victus ac senio:ad Italie notā partem
uel Piceni uel Umbrie regionem: ꝛ ad monaste
rium uallis que de castro dicitur qđ ipse constru
xerat: ꝛ ubi ante viginti annos moriturum se pre
dixerat:ceu ad hospitium fessus viator ad uespe
ram properauit: Atq; ibi tandem post longissimos
labores exactos:feliciter requieuit: ꝛ qđ nescio an
de alio q̄ de paulo primo heremita legerim:solita
riam vitam solitario fine cōclusit. Ultimam enim
ꝛ diei illius ꝛ vite sue horam sentiens adesse:fra
tribus qui aderāt egredi iussis: ꝛ mane primo re
uerti: pia illos fraude decipiens:ut qui solitarie
Christo seruierat:solitarius ad Christum ꝛ merce
dem sui seruitij reposcendam iret:sese ꝛ beatū spi
ritum languidūq; corpusculum recollegit:atq; ita
incomitatus hominibus:comitatus angelis hinc
abijt ad eternam vitam.

¶ De solitudine Petri Damiani. Cap. XVII.

A P Etrus nunc occurrit ille qui Damiani co
gnomē habet:q̄uis ꝛ de hoc ipso ꝛ de vi
ta rebusq; viri huius agentium discordia
multa sit:q eum alij e solitudinis ocio ad ecclesia
stici negocij curas: Cōtra alij ex ipsa curarū area
strepituq; negociorū:ad ociosi silentij pacē tra
hūt: Utraq; vite huius cōmendatio:seu tanto illū
officio dignū fecit:seu ipsa digna visa est que tā
to fastigio preferretur. Alij rem permiscent: Nam
cum exactius uerū querens:usq; ad cenobiū ubi
is floruit misissē qui mihi cōperta oia reportarēt
religiosorum loci illius assertione didici:fuisse euȝ
primo qdem solitariū:inde altius euectū:demum
ultro ad solitudinē redijsse. Qđ si ita est: ꝛ indi
cium eius extremū patet: ꝛ in vnū exemplū so
B litudinis geminum decus coit:que tales viros se
culo cōmodat eosdemq; sic recipit. Ita ꝟo esse ut
credam:epistole quedam eius hortanť:quas nūc
maxime bis auditis ad memoriam reuoco:diuer
sis ille quidem temporibus ꝛ alio atq; alio vite
statu adite:quarum in alijs:ut mihi videtur occu
patus amissi ocij requiē suspirat:in alijs ociosus
transacti negocij inquietudinem recordatur. Hu
ius mihi nunc certior memoria est. Ceteris igitur
extra propositum sunt omissis:utiq; inq̄ Petrus
hic:q̄tum ex nouissimis eius scriptis elicio: Ro
manū cardinē non sine laude possederat:vir haud
dignitate clarior q̄ lingua: Quid tamē ꝛ hic con
silij ceperit iam audies: Siquidem statum illum
pompasq; seculi contribulibus suis linquens:ipse
Italie medio ad sinistrum Apenini latus:quietissi
mam solitudinem:de qua multa conscripsit: ꝛ que
uetus adhuc fontis auellane nomen seruat:peritu
ris honoribus preferendam duxit:ubi non minus
gloriose postmodum latuit:q̄ innotuerat primū
Rome:nec dedecori illi fuit alti uerticis rutilum
decus:squalenti cilicio permutasse.

¶ De solitudine Celestini pape qui Petrus ante pa
patum dictus fuit. Cap. XVIII.

Uius Petri clarissimū facceret raritas ip A
b sa contemptum:nisi eum Petri alterius
Romani pontificis:quem Celestinum di
xerūt:recentior contemptus ꝛ clarior obscurasset:
qui pontificatu maximo uelut mortifero fasce de
posito:in antiquā solitudinē tā cupide repedauit:
ut hostili compede liberatum crederes. Qđ factū
solitarij sanctiq; patris vilitati animi quisquis uo
let attribuat: Licet enim in eadem re pro uarieta
te ingeniorum:non diuersa tantū:sed aduersa sen
tire: Ego imprimis ꝛ sibi utile arbitror ꝛ mundo:
utriq; enim propter inexperientiam rerum huma
narum:quas multa diuinarum contemplatiōe ne
glexerat:longumq; solitudinis amorem:periculo
sa esse:anceps ꝛ turbida poterat altitudo. Nā qd
christo visum sit miraculū:qđ per eum deus ostē
dit die qui post renunciationem primus illuxit in
dicio est:qđ profecto non fieret:si qđ gestum erat
diuinitas non probaret. Ego prorsus altissimi cuius
dam ꝛ liberrimi ꝛ iugum nescientis uereq; cele
stis animi factum reor:atq; ita sentio non potuisse
id ab homine fieri:nisi qui res humanas iusto pre
cio estimasset:quiq; tumidum fortune caput pedi B
bus subiecisset. Ambrosij patrocinio locus eget:
ex eo presertim libro:quo ad uere humilitatis ob
seruantiam sacram virginem Demetriadē cohor
tatur: Non ut dilectores inquit huius seculi pu
tāt pui cordis aut segnis est animi:terrenas opes
spernere:honores occiduos fastidire:nec ibi glo
riam querere ubi laudatur peccator in desiderijs
anime sue: ꝛ qui iniqua gerit benedicitur. Unde si
uere intelligatur contemptus iste rerum presentiū
ad que tendat: ꝛ qualia cōcupiscat:nihil huiusmo
di mētibus rectius:nihil inuenietur erectius:que
sacratissimis desiderijs vniuersa transcendunt:ne
q; ad ullam creaturam:q̄uis potentem atq; mira
bilem:sed ad ipsum omnium visibilium atq; inuisi
bilium ambiunt creatorem:cui appropinquare cla
rescere est:quem timere gaudere est:cui seruire re
gnare est. Huius preconio laudis quis usqnā que
so:seu quis vnq̄ dignior Celestino? Relique
rūt alij nauiculas suas ac retia:alij possessiūculas:
alij teloneum:alij etiam regna uel regnorum speȝ:
secutiq; Christum dominum:facti sunt apostoli:fa
cti sunt sancti ꝛ amici dei: Papatum ꝟo quo ni
hil est altius:rem tam exoptatam tamq; mirabi
lem:ut ab admiratione ac stupore dictum ferant:
Quis ulla etate:presertim ex quo tanto in precio
esse cepit:tam mirabili ꝛ excelso animo contēpsit:
q̄ Celestinus iste:pristinum ꝛ nomen ꝛ locum ꝛ
amicam bonis moribus egestatem appetens:atq;
dum celum suspicit:terre immemor? Quē in sta
tu quolibet eque deo placitum:quis non videt qui
mira eius opera:sed alio digna stilo:trifariam di
stincta perlegerit:que gessit:aut anteq̄ ascende
ret:aut postq̄ descendit:aut dum sedit? Quid mi
ri autem:si virtus operum non defuit:cui⁹ ꝛ ani
mi tenor vn⁹: ꝛ qua licuit vite mutatio nulla fuit?
Siquidem in supremo rerum culmine: ꝛ intra au
gustissimum ac papalem thalamum:angustam si
bi heremiticāq; cauernulam meditatus: In alto C
humilis:inter turbas solitarius:inter diuitias pau
per vixit. Adde qđ ꝛ statim ab initio tentauit fu
gam cum discipulo quodam suo Roberto Salen
tino tūc iuuene:sȝ inopinata ꝛ subita populi mul

titudine circūuentus:cum euadendi nulla ſpes eſ-
ſet:in diſcipulum uerſus queſiuit:an ſe ad excelſa
tractum ⁊ coactum ſequi uellet? Ille autem qui a
magiſtro didiciſſet mundū ſpernere:Chriſtū v̾o
⁊ quibus ad Chriſtum itur virtutem:pacem:ſilē-
tium ⁊ ſolitudinem amare : queſo ait:ut ⁊ labori
⁊ periculo meo parcas:neq̄ʒ potius celle inopis
⁊ tuti ocij ſucceſſorē:q̄ʒ diuitis ac ſollicite glorie
participem uelis:quod ⁊ factū eſt.Subſtitit enī
patre Romam abeunte:cuius non multo poſt ani-
mam e carcere gemino ad ſydereas ſcandentē ſe-
des conſpexiſſe dicitur:ignarus rerum ⁊ miracu-
lo ſtupens atq̄ʒ interrogās:an ſe tunc etiam ſequi:
an quid aliud agere iuberet.Quē ille ut in ſolitu
dine perſtaret admonuit:⁊ ſic celum petens inter
uerba diſparuit.Diſcipulus autem ille conſilij me
mor:uſq̄ʒ ad tempora noſtra perueniens:⁊ dierū
plenus ante hos paucos annos:poſt magiſtrum
abijt:magna quidē apud ſuos ſanctitatis opinio
D ne ⁊ mirabiliumfama operū relicta.Sed ad Ce
leſtinum redeo:cuius aſcenſus q̄ʒ meſtus:q̄ʒq̄ʒ cō
tra animū ſuū eſſet:deſcenſus letus ⁊ ſpontaneus
declarauit:Audiui narrātes qui viderūt tāto illū
fugiſſe cū gaudio:eaq̄ʒ ſigna letitie ſpiritalis ocu-
lis ac frōte geſtantem:dū a conſpectu concilij:iā
tandem ſibi redditus ac liber abſcederet:quaſi nō
humerū blando oneri:ſed collū diris ſecurib⁹ ſub
duxiſſet:utq̄ʒ eius in vultu neſcio quid angelicum
reluceret.Nec immerito:Norat enim quid repe-
teret:nec quid dimitteret ignorabat.Certe a labo-
ribus ad requiē:ab inſanis diſceptationibus ad di
uina colloquia remeabat:Linquebat urbem:ibat
animo:⁊ niſi ſucceſſoris faſtus obſtaret:pedibus
ibat in montem hiſpidum fateor ac preruptum:ſʒ
vnde ſibi planum iter eſſet ad ſupos:Cum quo uti
nā viximemus.Quod idcirco p̄cipue de hoc vno
inter tot ſolitarios optauerim:quia nuſq̄ʒ rei opta
te propinquius uotū erat.Neq̄ʒ enim magno diſ-
iungimur interuallo:modicūq̄ʒ uel cūctandū illis:
uel nobis accelerandum fuit:ut iter hoc vite pari-
ter ageremus:qđ ille cū patribus noſtris egit.Et
q̄ʒ breui ſpatio temporis:per omnē Italie tractum
uſq̄ʒ ad Alpes quot ab eodem inſtituti ordinis cō-
uentus ſacri:Iamq̄ʒ ut audio Alpes ipſas deuo-
tio propagata tranſcēdit:durat religioſa ſucceſſio:
durabitq̄ʒ:⁊ quos in ſolitudine genuit viuūt nati
cum in palatio geniti quoſq̄ʒ uel ad eccleſie cardi-
nem uel ad alios gradus extulit iam pridem om-
nes obierunt:tāto ſtabiliora ſunt ſacre ſolitudinis
fundamenta q̄ʒ ſeculi.Irrideant licet igitur qui vi
derunt:quibus pre fulgore auri ⁊ purpure ſquali-
dus opum ſpretor ⁊ paupertas ſancta ſordebat:
Nos hominem hunc miremur:interq̄ʒ rariſſimos
numeremus:damnūq̄ʒ uocemus non vidiſſe:cui⁹
viſio lucrum ingens:exemplumq̄ʒ clariſſimū pre
ſtare poterat:altioris vite confragoſa tentantib⁹.
Ceterum preſens fama conſecratūq̄ʒ viri nomē:⁊
laudatoribus ſuis fauent ⁊ arguunt inſultantes.
Gratias autē deo:tam magnanimes facti ſumus:
ut hos duos petros emulis carituros:⁊ puſillani
mitatem huiuſcemodi ſine exemplo noſtri tempo-
ris futuram ſperemus.

Tractatus quartus digreſſiuus querulans ⁊ deflens amiſſionem terre ſancte:negligentiamq̄ʒ torporem ⁊ ignauiā p̄ncipū atq̄ʒ pontificum noſtrorum.

De petro heremita precipuo ſolitudinis cultore:
occaſione cuius commemorate querele introdu-
cuntur. Cap.I.

Ed ecce qđ non putabam:rurſum uo A
cor in Gallias:dumq̄ʒ inter ſolitarios
claros viros tranſeo:tertium quendā
Petrum ſe preteriri nō debere:uelut
a tergo uociferantem eminus audire
mihi videor:cogorq̄ʒ ſubſiſtere.Is eſt Petrus he-
remita:qui olim in territorio Ambianēſi ſolitariā
vitam duxit:qualē ſane non latuit:dum enim indi-
gnari ⁊ iraſci iam Chriſtus inciperet:hereditatē
propriam tamdiu ſuis ⁊ noſtris ab hoſtibus con-
culcari:non ulli regum chriſtianorū pingues ſom-
no in plumis purpuraq̄ʒ captantium:non Roma-
no pontifici Urbano : graui licet ornatoq̄ʒ viro:
occupato tamen:ſed Petro inopi ocioſo ſolitario
⁊ humiliore grabatulo quieſcenti:quid fieri uellet
aperuit.Primo quidem inſpirans:ut tranſmarine
peregrinationi ſe feſtinus accingeret preſenti miſe
riarum ſpectaculo pio ꝓmptior negocio futurus:
deinde dum quo iuſſus fuerat perueniſſet:⁊ Sy-
meonis qui tunc patriarcha Hieroſolymitan⁹ erat
ceterorūq̄ʒ fidelium miſerando ſeruitio:ac ſacrorū
triſti ludibrio locorū:concuſſus ac gemens:⁊ ora
tiones vigiliaſq̄ʒ nocturnas agens : tandem ſupra
nudum eccleſie pauimentum ſomno ſuccubuiſſet:
conſopito iterum Chriſtus apparuit:iubens ut ad
vindictā ſui nominis paſtores ac principes catho B
licos excitaret.Tantam v̾o legationē tanq̄ʒ ſupra
vires ſuaſ:q̄ʒ deuote ſuſceperit:q̄ʒ ipigre:q̄ʒq̄ʒ fide
liter execut⁹ ſit:Chriſtoq̄ʒ pijs conatib⁹ aſpirate q̄ʒ
uotiue ſucceſſerit:non eſt huius temporibus expo
nere : preſertim cum ⁊ ſtilo tolerabili ⁊ ſermo-
ne vulgari duobus non paruis uoluminibus ea
res in populis etiā nota ſit.Et ſi de hoc quoq̄ʒ ſcri
bentium uarie affectos animos videā:ſed ſequor
in dubijs quibus potius credendū cenſeo:⁊ quos
rerum non hoīum ſtudio agi reor:Atq̄ʒ utinā qua
lis exitus:talis euentus:⁊ ut felix Chriſti ultio ſic
perpetua fuiſſet:neq̄ʒ peccatis hominum e tanto
victorie ſucceſſu ad antiquas miſerias reditū eēt:
eo fedius:quo iterum amiſiſſe qđ noſtrum erat:q̄ʒ
non recuperaſſe deformius nobis hoſtibuſq̄ʒ for-
moſius:⁊ nobis ſpei minoris illiſq̄ʒ maioris aduer
ſum nos uel cuſtodie in poſterum uel crudelitatis
occaſio eſt.Nunc v̾o quid deficam:aut quid que-
rar preſepe:caluariam:buſti ſaxum:oliueti montē:
uallēq̄ʒ iudicij:⁊ reliqua dilecta ſingulariter chri-
ſti loca:ubi homo factus eſt ⁊ in lucē editus:ubi
natus uagijt : ubi infans reptauit:ubi puer luſit:
ubi vir docuit:ubi viuificum nobis ſpiritum exha
lauit:ubi exanimis iacuit ſurrexitq̄ʒ:vnde ad infe-
ros deſcēdit:vnde cōſcēdit ad ſuperos:ubi poſtre
mo viuoſ ac mortuoſ irretractabili ſnīa iudicabit:
Terrā maiorib⁹ noſtris ꝓmiſſam:nobis ereptā:
nobis debitam ſi viri eſſemus:ſpei noſtre ſedē:ar-
rā patrie eterne nunc egyptiacuſ canis tenet.Heu
quid preter gemitum ⁊ querelas relictum eſt mi-
ſero:quando ⁊ noſtri reges nil niſi delitias:⁊ no-
ſtri pontifices nil niſi diuitias amant:Populi v̾o
uel ſerui flent:uel inſaniūt liberi:⁊ omnes que ſua

sunt querunt:que Christi autem nullus:cuius peculiare patrimonium nobis spectantibus ociosisq sedentibus laceratur? Quid loquor:aut quid omnium occupatissimos ociosos voco: Immo vo dū fremimus ⁊ meditamur inania:dum ceno voluimur ac libidinibus exercemur ⁊ nitimur pfugas retinere:duz nūmos pauperum numeramus atq abdimus:dum superuacuas ⁊ ineptas turres in nouissima Babylone cōstruimus ut celotenus scādat ruitura superbia:humillimam Christi sedem non est qui tueat aut vindicet? Deniq dum fratribus nostris insidiamur:impijs hostibus incustoditum ⁊ inerme latus obtulimus aditūq prebuim9 in thalamum regis nostri:crimen ingens ⁊ nostrarum frontium pudor eternus:quibus Christi vexillū impudenter affigimus:ut tā magnifice Christi iniurias ulciscamur:quas ipse nutu qdez posset ulcisci: ⁊ fortassis ulciscit secretiore iustitia:ex alto tamen interea prospiciens fidem nostram.

¶ De reprehensione regum ⁊ principum nostroruz: qui somno:voluptatibus:turpibus lucris:subditorum spoliationibus ac ceteris vitijs incumbunt: ⁊ nullus eorum terre sancte dispendio mouetur. Cap.II.

A Nos aūt ul' torpemus uel ardemus animorum estibus:ecce nunc ut inexpleta cupidine ⁊ flāmante odio:de prophane seu barbarice telluris angustijs altercantur reges ⁊ pncipes terre: ⁊ esto conueniant in vnuz:quid inde publicum bonum speres? Nunq Herodes ⁊ Pilatus:nisi aduersus dominum ⁊ aduersus Christuz eius atq illius iussu conuenient: Quiescent forte somnoq ⁊ voluptatibus incumbent:turpia lucra captabunt: ⁊ subiectos quos armati spoliāt:togati spoliabunt:dumq necessitas belli est licentia pacis erit. Coniugem ac sobolem omnes diligent:deum nullus ac proximum:par corporum cura erit ⁊ incuriositas animarum. Aurum:gemmas preciosamq supellectilem aggregabunt:virtutuz ornamenta despicient:amabunt proprios agellos: pro his pugnare ⁊ digladiari ⁊ perire nō metuēt: nemo erit qui terre sancte vniuersali dispendio moueatur: Cur queso nisi quia verissimuz est qd dixi: hec singulorum videntur esse:illa autem Christi? Ita creatoris ac liberatoris nostri gloriam spernētes:nostram querimus. Hec redit in mentem:his olim moribus celo cecidisse Luciferum:qbus nos celum hodie speramus ascendere. Qd si ad credēduz verbis es tardior:utiq rebus credes:que mētiri ut dicitur non solent: Circumspice oro ⁊ pcurre prouincias: ⁊ quere qd agatur apud nos: Gal-
B lus ⁊ Britannus litigant. Quinq iam lustra voluūtur:ex quo non Christus ⁊ Maria:sed Mars ⁊ Bellona inter illos reges regnant: Cunq iam ferrum utrinq lentescat:nihil ferrei animi molliūtur:necdum imber sanguineus tantas iraruz lenit ardores. Itaq tametsi qd inopinabile apud nos: apud auos ac proauos inauditum erat:hunc modo longe nostrorum regum maximum multo impar hostis in vincula traxerit:nec fortuna amplius tanti regni pondus ferri potuerit: Nullus tamen ideo rerum finis primogenito capti regis arma retentante. Unde ut vides nunc maxime bellum tonat:nunc ex integro regij coeūt exercitus: ⁊ Christo refundendus sanguis inuidie consecratur. Hispanus ille maior heres: ⁊ per ignauiam sinit itra suos fines fratres prohpudor angusto in scopulo maiestatem Christi nefarie blasphemari. Hic vo qui littora nostri maris incolit:nil preter aurū Uenetorum:ac sanguinem Ianuensiuz sitit ⁊ cogitat Auaritie imperio illorum satelles:horum hostis. Ab illis auro vinctus:ab his ferro victus. Ille autem extremus regū sonoris ac refluis Oceani fluctibus obsorduit:ut de tam longinquo suspiria nostra non audiat: ⁊ in occidēte ultimo sepultus:qd agat oriens non curat.

¶ De romanorum Cesaris ⁊ pontificis accusatiōe: germanos ⁊ grecos adijciendo. Cap.III.

A Cesar hic noster:rapto diademate:in Germaniam abijt:patrijs latebris ⁊ nomine cōtentus imperij:cuius extrema membra complectitur:caput spernens:quem recuperaturū perdita sperabamus:suum seruare non audet:nulloq fugiens persequente:sponse sacros amplexus ⁊ pulchre faciē horret Italie:tanq sub celo aliqd sit pulchrius. Arguit eum:fateor:illa callens ⁊ temeraria fides mea:que summa etiam perflare nō metuit: Excusat se ⁊ ecclesie iurasse:se iurat ne amplius q vnum diem Rome ageret: O infamē diē: O pudendum fedus: O superi: En iusiurandum. En religio: En pietas: Romanus pontifex ita Romam suam deseruit:ut eam nolit ab alio frequentari: ⁊ de hoc cum Romano imperatore paciscitur. Quid hic loquar:nescio: ⁊ si scirem:tacere consilium est: Unum est qd me tacito res loquat: Quoniam qui habitatorem urbi eripit:aratorem si pos-
B set induceret:qd q iuste uelit viderit. Germania nil aliud studet q stipendiarios latrones in reipublice exitium armare: ⁊ e suis nubibus in nostras terras ingem ferreum imbrem pluit:dignum non inficior:quia volentibus accidit. Italia suis ipsa se iuribus conficit: ⁊ si quando respirat:auri amor: Christi amore potentior animos occupat: ⁊ per omnes terras ac maria distrahit. Grecia uel suis erroribus uel nostris auersa superbijs:ouile pristinum ⁊ pascua nostra contemnit.

¶ Qualiter fides catholica fuerit olim quasi per vniuersum mundum dilatata:sed nunc negligentia superiorum multum minorata. Cap.IIII.

A Iam de regibus alijs ac terrarū dominis: deq pontificibus nostris loqui:superuacuus labor:vulgata sunt omnia. Et hic quidem Europe status:piget hinc longius proficisci: Sed attingēda sunt vulnera:que qq procul a capite ⁊ vitalibus membris:situ tamen ⁊ longa segnitie putruerunt. Augustinus quidem oriundus ex Aphrica:in confessionibus suis: Homeri libruz sibi difficilem dicit:qd externis Uirgilij facilem: qd suis hoc est latinis litteris scriptus est: Atq nūc Aphricam metire: ⁊ a Nili alueo:ad Atlanticum oceanum:volucri meditatione perambula: Puto nullum ibi reperies:qui litteras nostras norit aut diligat:nisi peregrinus forte uel mercator uel captiu9 sit. Hieronymus ad Euandruz scribēs:post Gallias atq Britannias prouincias nostri orbis Aphricam ⁊ Persidem ⁊ orientem ⁊ Indiā:omneq barbariem vnum Christum adorare confirmat:vnam seruare regulam veritatis: Id q veruz hodie sit:ne dici quidem expedit. Sed ut recenti9 testimonium nostri dedecoris attingam: Nonne

Gregorius quodam loco gratulatur ⁊ exultat:ꝙ
sua etate Asia tota iam crederet? Nunc heu ut a le
ua Tanais usqꝫ ad dexteram Nili ripam:per Eoi
littoris amplissimos flexus ambiendo peruenias:
⁊ quicquid illos longe distantes mundi terminos
nostriqꝫ maris equor interiacet:siue terrarum siue
hominum excutias:q̃uis adhuc forte ibi aliquis
sit qui Christi nomen in ore habeat:qui tamen ue-
ram Christi fidem habeat in corde:nisi ex eodem
genere qui peregrinatiõe:merce uel carcere teneã
tur:nullus ut arbitror est ibi. Sed ut notissime ue-
B ritati quartus nunc etiam testis accedat:Certe in
hanc ueram Christi religionem suis temporibus
concordasse omnes ecclesias:non solum in Hispa-
nia ⁊ Britannia:ut incipiamus ab ultimis:necnõ
Gallijs:Italia : Sardina : Cypro:Creta ⁊ Dal-
macijs cõstitutas:sed in Cappadocia etiã ⁊ My-
sia ⁊ Macedonia:⁊ vniuersa simul Helladia:In
super ⁊ vniuersa Aphrica:Pãphylia:Lycia:Isau
ria:⁊ in omni Egypto:⁊ Libya ⁊ Ponto:totoqꝫ
oriente:preter paucos Arrij sectatores ad Ioui-
nianum Augustum missa:fidelis Athanasij testa-
tur epistola:non famam sequẽtis:sed comperta re-
ferentis:⁊ ut ipse ait:experimento sententiam om
nium cognoscentis:⁊ litterarum pignus hominũ
q̃ notitiam habentis. Sin forte pluribus testib᷒
res eget:Ambrosius secundo Uocationis omniũ
A gentium libro:⁊ post euz Augustinus ipse in psal-
mo quito ⁊ nonagesimo:Christiane fidei latiores
q̃ Romani imperij fines ponũt:nec peruenire po
tuisse iugum populi ferro regnantis:quo regnan-
tis a ligno peruenerit fides Christi. Id si de uero im
perio loqui eos constat:non de isto q̃d iam nõ im-
perium:sed imago quedam ⁊ imperij vmbra est:
utinam nostris quoqꝫ temporibus uerũ esset:Pro
C fecto non tota insaniret Aphrica:non Persis:non
Syria:non Egyptus:non Asia fere omnis:nõ de-
niqꝫ q̃d est grauius maxima pars Europe. Roma
no enim imperio illi antiquo:ut preclari testantur
auctores:nihil omnium defuit nisi modicum oriẽ-
tis:Nobis heu prope omnia desunt:nisi modicuz
occidentis:Quibus cuz per se singulis:tum simul
omnibus in hac ipsa querimonia:q̃ta insit aucto-
ritas ac fides:neminem tam infidelem tanqꝫ hebe
tem puto esse qui non sentiat. Quicquid tñ hi om-
nes dicunt:⁊ plus aliquid paucissimis uerbis am
plectitur Augustinus libro Uere religionis:haud
procul a principio:Per omnes inquit terrarũ par-
tes quas homines incolunt:sacra christiana tradũ
tur. Dictum breue:sed flebile nobis:⁊ quo facile
damni toti᷒ cumulum metiare:Dñq̃ quid testimo
nijs singulorum nitor:ecclesiastice relegantur hi-
storie:quot ibi ante annos mille catholicorum no-
mina presulum:a septentrione ultimo uel oriente
uel austro:ad roborandum vulgandumqꝫ sacrum
Christi dogma coeuntiuz occurrent:ubi hodie nõ
dicam nullus episcopus:sed ne christianus quidẽ
vir inhabitat. Et ut leuiora preterea͂ sileãqꝫ alias:
D quibus idem principium par exitus ipsa uenerabi
lis urbs Nicea:ubi apostolicum fidei fundamen-
tum ab illis ueri opificibus tot taz sacris senib᷒ tan
ta rationum calce compactum atqꝫ uallatum est:
simul ⁊ tota Bithynia:cuius illa pars est:ab hosti
bus fidei possidentur. Ita regimur:ea nostris prin
cipibus reipublice cura est:sic aliena concupiscim᷒
ut nostra perdamus. Sed in alijs quidẽ facile me
ipsum silentio aut obliuione consoler:tibi quid di-
cam prodita ac deserta hierusalem:hoc vuln᷒ assi
due recens in oculis ⁊ in fronte gestamus:hoc te-
gi dissimulariqꝫ nullatenus potest:aliquantoqꝫ fa-
cilius damni sarcinam ferimus q̃ pudoris. Cete-
rum hec salutis spes:hoc studium glorie:sic calcã-
tur sacra:membrisqꝫ languentibus nostrum caput
impune nunc ab Egyptiaco cane discerpitur:⁊ in-
sultant pedes impij sanctuario Iesu Christi:eodẽ
ipso ꝓpter nostrũ dedecus:uel suas iniurias:patiẽ
te:uel ut dictũ est forsan occultius vindicante. Et
est in tot tam publicis malis quisq̃ qui ueterũ Ro
manorum glorie detrahere : talibusqꝫ mendacijs
suum os inquinare audeat . O nos prorsus indi-
gnos quibus tanto celi fauore tam nullis omnino
meritis sit consultum:O uere gratuita dei dona:
Dic enim quando ⁊ estu doloris ⁊ feruore animi
rapior:⁊ audax dolor:⁊ indignatio loquax est:⁊
opima materia querularum incidit.

¶ De excellenti virtute antiquorum Romanorum
in comparatione regum modernorũ. Cap.V.

d Ic pater:libet equidem percunctari:si ho- A
die Iulius Cesar ab inferis remearet:ani-
mum illum potentiamqꝫ suam referens:⁊
Rome:hoc est in patria sua viuens:ut haud dubie
faceret:Christi nomen agnosceret:diutius ne pas-
surum credimus ꝙ Egyptius latro:⁊ Pelusiaci
tam mollis turba canopi:ut ait ille:non dicã Hie-
rosolymam ⁊ Iudeam ⁊ Syriam:sed ipsam Egy
ptum atqꝫ Alexandriam possideret:dum meminis
set olim se:non tyrãno impio:sed legitimo quidem
regi:regnum simul ⁊ coniugem ⁊ vitam abstulis-
set:terrasqꝫ illas ut Cleopatre dono daret:suo pe
riculo domuisse. Non quero q̃ id iuste egerit:sed B
animi vim ⁊ acrimoniã illã miror ac necessariã tẽ
poribus nostris dico:q̃ facile enim fidelis effect᷒:
Christo suum restitueret:a quo se spiritum accepis
se ⁊ eternam gloriam accepturum crederet:qui il
lud adulterij precium donauerat concubine. An si
Cesar Augustus:si uterqꝫ Scipio Aphricanus:si
magnus Pompeius:ut mille alios taceam:eiusdẽ
christiane fidei sacris initiati:⁊ in eadem urbe re-
uiuiscerent:pati possent:aut primus in Hispania:
quam multis ante seculis fluctuantez:nominis sui
maiestate composuit:aut secũdus in Aphrica:quã
tributariaz alter fecit:alter euertit:aut tertius sub
arcto ⁊ per orientem:ubi tot colla regum vinculis
innexuit:Christi sui nomen esse conceptui? Si eni
pro terrena patria uere fidei luce carẽtes tanta sũt
ausi:quid non ausuros Christo duce feliciter cre-
diderim pro eterna?

¶ Qualiter nostri principis comparantur Mabo-
metho. Cap.VI.

n Ostri autem principes ac duces elatissimi A
hominum:in thalamo leonibus fortiores:
in cãpo ceruis timidiores:ora virilia mu-
liebrib᷒ animis dehonestãt:ad nocturna bella ꝓm
ptissimi:imbelles ad reliqua:⁊ ad nil aliud animo
si q̃ ad luxurie studium virtutisqꝫ odiũ:quos imi-
tari nequiunt quosqꝫ uel uenerari uel mirari saltez
taciti debuerant:insectantur ac spernũt. Nihil au-
tem insoliti est:si virtutis exempla virtutis hosti-
bus sunt molesta:Aut si Mahomethi fautores:ut
in multis in hoc quoqꝫ secum sentiunt. Ille quidez

ut scriptum teneo: Mecham ex urbibus ac Hiero
solymam benedicens: Romam & Antiochiam ma
ledixit. Et quoniam iuuat impietatum suarum co
gitando causas querere. In Mecha equidem &
Roma nihil est quo mouear. Quid enim noui est:
si Mecham urbem: mechus & impurus homo di
lexit: prophanum omnis impietatis habitacu-
lum: dignumqꝫ commaculati & incesti sui corporis
hospitium: Ibi enim sceleratius & infamis predo
sepultus est: luporum coruorumqꝫ visceribus di
gnior: Et iacet ille carnifex in medio gentis sue: sũ
mo cultu ac reuerentia prorsus indigna: cum tamẽ
heu dolor: Christi tumulus irreuerenter ab hoste
possessus: non sine graui periculo & infami pensita
tione tributi: raro furtiz a fidelibus adeatur. Rur
B sum vero quid miri est si nefande superstitionis arti
fex: suis artibus infestam almam urbem aspersam
sacro sanguine martyrum: eminentissimamqꝫ arcẽ
religionis ac fidei oderit: precipue metuens vnde
potissimum uenato dogmati suo posse uerisimili-
ter excidium prouenire: simul id recolens tot inde
ruinas & graues casus: diuersis iam temporibus
Persis: Medis: Egyptijs & Chaldeis: ac maiori
bus suis Arabibus prouenisse iustum pene odiuz
sibi conflauerant metus & dolor: Miror magis si
non & Niliacas solitudines odio habuit: in quib⁹
audierat Antonios atqꝫ Macharios tot miracu-
la: tot virtutes: solo Christi nomine peregisse. Nec
dubito & illas odisse eum: magistrum uoluptatuz:
& totius obscene libidinis incentorem. Illud ani-
mum tangit: vnde uel amor Hierosolyme uel An-
tiochie odium. Sed inducor ut suspicer ciuitatem
ubi aduersarium eius Christum: aduersarium pla
ne: quis forte de ipso propter maiestatem & glori
am nominis eius palam obloqui non auderet: tot
contumelias: tot flagella: tam crudelem mortẽ per
tulisse meminerat: & gaudebat amasse illum quasi
locum odij sui in Christum inuidieqꝫ participem:
& si amorem quez ferino in corde pepererat: Chri
C sti mors: eiusdem resurrectio extinxisse debuerit:
Sed illam homo insensatus & impius & cecus re
gnandi cupidine nõ videbat. Antiochiam vero odis
se: qꝫ illic primo cognomen christianitatis exortuz
esset: qd apostolorũ actus indicãt: & Petrus apo-
stolus Christi amic⁹: & christiane dux ac signifer
cohortis: illic primam pontificij cathedram cõscẽ
disset: quasi harum altera qꝫtũ in ea fuit & Christũ
& chri nomẽ oppressit: altera Christi & nomẽ & vi
carium celebri ueneratione sustulerit. Nullum sa
ne locum odiosiorem illi qꝫ Bethleem fuisse con-
iecto: Tacuisse autem nomen illud hominem licet
indoctum: natiua tamen ingenij calliditate uersu
tum: ne nimis apertas odiorum causas exprimere
uideretur. Hactenus gratum mihi & lectori nõ in
gratum puto diuerticulum prebuerim.

¶ De detestatione catholicorum principũ eo qꝫ pre
A cipuam curam patrie negligant. Cap. VII.

Tempus est ut vnde discessimus reuerta-
mur. Ego itaqꝫ mestitie stimulis impulsus
qd solum potui candenti & ignita littera-
rum acie: indelibilez hanc infamie notam populis
atqꝫ principibus nostris incusserim: qui tot inutili
bus: immo damnosis & impijs curis impliciti: ho
nestam hanc & debitam precipuamqꝫ curaz patrie
negligunt: patrie inqꝫ eterne nostreqꝫ Hierusalez:
non huius que in terris: sed que sursum est in celis
matris nostre: vnde nunc exulamus: cuius imagi-
nem hec importat: que si per seipsam extimet: nec
patria est nostra: & meritum casum passa & grauio
re odio digna est: quippe que deum suum qui sub
ueste humili eam saluare descenderat: multis licet
& magnis de nube carnis miraculorum fulgorib⁹
coruscantem: ausu sacrilego & cõsensu nefario cru
cifixit. Ea qꝫuis impietas sibi pestilens: mũdo uti
lis foret: dum in crucem actum quasi de loco alto
ri adorandum gentibus demonstrauit.

¶ Qꝫ non pro omni sed pro qua patria sit merito pu
gnandum. Cap. VIII.

Non pro patria qualibet audenda sunt om
nia: qꝫqꝫ qui ausi sunt: multis ad celuz lau- A
dibus efferatur. Laudatur ex nostris Bru
tus: laudatur Mutius: laudatur Curtius: laudan
tur Decij: Fabij: Cornelij: qꝫ sanguinẽ suuz pro pa
tria effuderint. Laudantur & exteri. Similis eniz
virtus: non dissimilẽ laudẽ meret. Codrũ ac The-
mistoclen Athene laudant. Lacedemon Leonidẽ:
Epaminũdã Thebe: Carthago Philenos fratres
Alieqꝫ urbes ciues alios: de quibus omnib⁹ si qd
sentiã queris. Celestis amanda respublica est: quã
non tumultus tribunitij: non cessiones plebis: non
senatus insolentia: non inuidia simultatum: nõ bel
la ciuilia: non externa perturbant: pro qua qsquis
sanguinem suuz dedit: bonus ciuis & premij cert⁹
est. Non qꝫ ideo temporalem hanc terrenamqꝫ pa
triam deserendam rear: pro qua si res exigat pu
gnare etiam iubemur: Sed ita demum: si iustitia
regitur & legibus equis viuit: qualem aliquo tem
pore fuisse rempublicam Romanorum: Salusti⁹
ac Liuius multiqꝫ alij scripsere. De quo in primis
acrit copioseqꝫ disputat Cicero in his libris quos
de re publica scripsit: quibus facile consentirem:
ut tunc etiam dum toti orbi vim faceret: & violen-
tissima videretur iusta esset: qd his ipsis qui coge-
bantur expediret cogi: & vnum idqꝫ non nisi opti-
mum & excellens rerum caput esse mũdo: licet gu
stu asperum certe necessarium foret: nisi qd dicaz
huic sententie uehementer obstaret: qꝫ scilicet &
si inter homines iustitiam seruarent: cuiqꝫ ius su-
um tribuendo: & illis Romanis artibus a poeta
descriptis: paci morẽ imponẽdo: pcẽdo subiectis
& superbos debellando: qꝫuis ut preclare ait Cice
ro idem alibi: Imperium populi Romani benefi-
cijs teneretur: nõ iniurijs: bella aut pro socijs: aut
de imperio gererent: exitus bellorũ essent: aut mi-
tes aut necessarij regum: populorum: nationũ: por
tus esset & refugium senatus. Nostri autem magi
strat⁹ Imperatoresqꝫ ex hac vna re maximã lau B
dem capere studerent: si prouincias: si socios equi
tate & fide defendissent: essetqꝫ uerissimũ qd illud
patrocinium orbis terre uerius qꝫ imperium pote
rat nominari: quis hec inquam sic erga homines
summa iustitia & innocentia Romanorum illi⁹ tẽ
poris acta consenserim: iniustos tamen in deũ fuis
se non ambigitur: cui non leue aliquid: sed seipsos
abstulerant fugitiuorum more seruorum sui furtũ
domino facientes: quodqꝫ grauissimum furti ge-
nus cultum illi debitum eius hostibus exhibetes
que nimirum iniustitia multo est maior: qꝫ si vici
no fundus auitus aut mancipium raperetur. Qui
loc⁹ ab Augustino in sue celestis reipublice libro

excussus curioseqꝫ tractatus est. Quid ꝟo siquis nascendo patriam nactus iniustam malis morib⁹ quales fere nūc omnes vides: num pro tali sanguinem fudisse laudabitur? Nihil minus quippe qui malis viris: improbis ciuibus impunitatem publicam facinorum: propria morte quesierit: Hunc tu mihi laude dignum ac memoria ꝙ̄ multis ob hāc causam contigisse quidem legimus: hunc tu mihi per gloriam viuere dixeris: Ego ⁊ vite prodigum ⁊ bis mortuum dicam: qui simul corpus atqꝫ animam: simul hanc vitam proiecerit ⁊ eternam. Cō-
C tra autem ne longius uager: pro celesti hierusalez pro patria illa perpetua que beatum nobis spōdet habitaculum sine fine: sine labore: sine sollicitudine: sine metu: sine ulla deniqꝫ molestia: In qua nil turpe: nil impium: nil iniustum habitat: quid non uel audere uel aggredi iustuz esset: si quid pietatis aut iustitie esset in nobis? Iaz uere ut Petrus a patria: sic ego longius ab incepto peregrinatus sum: hosqꝫ mihi animos vnius solitarij senis occursus dedit: ut orientale nostrum obprobrium: occidentis principibus ac populis exprobrarem. Qua in re tam efficax utinam dextera mea sit ꝙ̄ illius lingua fuit: qđ frustra me optare certe nescio: uereor magis ne importune nimium ⁊ audacter hec locutus videar inter illos quibus libertas animi temeritas: ⁊ ueritas furor: ⁊ admonitio omnis iniuria est: Utcunqꝫ res accepta erit: ego his uerbis ⁊ digressione hac leuatus graui ⁊ molesto fasce querelarum ad suscepte narrationis iter alacrior redeo.

Tractatus quint⁹ regressiuus ad alia altioraqꝫ soltiariorum exempla.

De solitudine sanctissimi Joannis baptiste: atqꝫ beate Marir magdalene: que ex hoc sorori prefertur. Cap.I.

A Quid ꝟo nunc minoribus immorer: Ille inter natos mulierū maximus Joannes: sanctus ab utero: quem e summo celi fastigio uenturus ad terraz Christus: ut rex nuncium: ut preconez iudex: auroram dies ⁊ luciferū sol premisit: non se tutum credidit nisi deserti antra tenera etate subijsset. Fecit idem Maria post peccatū:
B non in populis longum conspici aut habitare in palatijs elegit: sed patriam fugiens in has terras uelut in orbem alterum delata: perseueranter latuit hic in finem: ⁊ pro domo habuit nudam ⁊ concauam illam rupem quam vidisse te arbitror: Neqꝫ enim procul hinc abest ⁊ locus est sacer quodam horrore uenerabilis: ac visitari de longinquo etiā non indignus: ubi ⁊ sepe me fuisse ⁊ tres olim noctes totidemqꝫ dies non sine uoluptate alia ꝙ̄ que in urbibus capi solet: exegisse memini. Illic dulcis ac felix Christi hospita: non ornaticū seruitio puellarum: sed obsequentium ministerio angelorum viuens ac moriens usa est. At nil tale fecit Martha soror: dicat aliquis: ⁊ tamen sancta est? Non inficior id quidem: sed certe multo sanctior Maria que id fecit: Jure igitur ab illo summo ⁊ infallibili rerum extimatore de optime partis electione laudata est: ut si uerum est quod doctorum hominuz habet assertio: sub duarum sororum integumēto: preter historie ueritatem duplicis etiam vite mysterium contineri: nullus dubio relinquatur locus quin contemplatiua sollicite actuoseqꝫ vite ⁊ christi iudicio prelata sit: ⁊ electione presertim Christi fidelium preferenda.

De solitudine Jesu Christi domini ⁊ saluatoris nostri. Cap.II.

Quis ergo miretur si peccator tot circūsessus ab hostibus: tutas cupide fugit in latebras: ⁊ imbecillitatis sue memor: ⁊ tot exēplis admonituſ nō humanis tātū: sed diuinis? Cū enī ualida oia: tū illđ īexpugnabile qđ ip̄e saluatō fons oium salutariū exēplorū: q̄; ꝙ̄ nec egēs solitudinis: nec frequentie metuens: ut doctrinam tamē suam factis astrueret: in montem oraturus ascendit: solus orauit. In solitudine ieiunauit. In solitudine tētātē vicit aduersariuz: Post in multitudine lz uolēs ab aduersarijs perimēdus. In solitudine bis paruo conuiuio ⁊ pauculis panibus paucioribusqꝫ pisciculis inextimabilem ac famelicam turbam pauit: cuz saturitate mirabili: tum ingenti miraculo fragmentorum. In solitudinem tanq̄; locū cōsolationis ⁊ pacis: audita Joannis morte se cōtulit. Deniqꝫ in loco cāpestri turbas docuit: In excelso monte transfiguratus est: ubi supra eum uox eterni patris intonuit. In monte etiam pernoctauit orans. Et rursus in montem oraturus ac moriturus ascendit: non contentus nisi parumper auulsus a suis: orationi prope nouissime magis magisqꝫ solitarium locum quereret: facto docens ut ⁊ nos artis in rebus solitudinem quereremus. Idez
B ⁊ offerendum regni pondus respuēs: solus in mōtem fugit: etiam nondum tempestiue mortis periculum in solitudinem declinauit: ut nos ⁊ fortune blanditias ⁊ minas in solitudinem fugere ⁊ ex alto contēnere doceremur. Que si uera omnia: si testimonijs euāgelicis nota sunt: dubitamus adhuc christiani homines quid nobiſ de solitudine sentiendum sit: de qua ita sensisse magistrum ⁊ ducem ⁊ dominum nostrum scimus? Cuius ut dictuz est precursor ab ipso p̄mordio in solitudine vitā egit: Cuius tot amici idem vite genus ⁊ prius elegerāt ⁊ postmodum elegerunt: Cuius postremo mater virgo: deo grauida: confestim in montana prexit: in solitudinem anteqꝫ nasceretur: sacri uteri beatissimum pondus ferens: cui profectioni spiritūsanctum ducem fuisse fidelium nullus hesitauerit.

Ex epilogatione dictorum vitam solitariam commendans. Cap.III.

A His autem ⁊ si qua sunt eiusmodi: nā neqꝫ cuncta cōcludere uel necessarium fuit uel tam parua licuit papyro: ingens ⁊ solitudinis laus est: ⁊ ad imitandum stimulus exemplum qꝫ. Profecto enim quisqꝫ hec audiet: si eadem aspirat idem faciet: nec ad vnum terminum diuersa feretur via: presertim cum neqꝫ rectior neqꝫ compendiosior ulla sit. Et nimiruz a populis ꝓposito atqꝫ opione distantes: haud absonuz videri debet: si ut studiorum: sic locorum quoqꝫ distantia uel dissimi

litudine separemur: diuersos animos diuersi habitus decent distincteq; mansiones: plerūq; contraria infeliciter miscentur: amanda nobis & in familiaritatem admittenda solitudo est. Idq; non honestatis tantum: sed securitatis causa: Ut enim rarus luxus in siluis: sic in urbibꝰ perrara modestia

B est. Quisnam vero rationi aut virtuti locus esse potest: ubi & exemplis & consilijs malis est imperiū: ubi opinionibus falsis occupata omnia: & consuetudini datum regnum ac prescriptus error: quasi quicquid delectat & deceat? Ubi non queritur qd in re sit: sed quid agi soleat aut quid plurimis videatur: quo fallacius testimonium nullū est: Crede igitur mihi qsqs aut virtutē sequeris: aut vitium fugis: ut hanc teneas: neue ab illo tenearis: anceps tibi in populis est mora. Quid enim ibi vides nisi contentiones: adulteria: fraudes: iniurias: furta: rapinas: homicidia? He te artes excipient primo urbis in limine: he rerum imagines circūuolabūt: hec exempla circumstrepent: difficillimū erit quin & si alius fueris quales cunctos inuenerís: talis fias.

C De Dauid rege quibusdamq; patriarchis solitarie vite cultoribus. Cap. IIII.

A Eu tibi nunc forte spes melior blandiatur: quasi uel aliud auditurus visurusue uel inter lubrica constantiore uestigio mansurus sis: innocentioris eui & altioris viri exemplo disce quid speres. Dauid certe rex erat & sanctus & sapiens & propheta: & tamen contristatus & conturbatꝰ & formidine mortis & timore ac tremore obrutus tenebrisq; contectus: qd aliud vidit nisi iniquitatem & contradictionē in ciuitate: ut suis utar uerbis: & super muros eius iniquitatem & laborē in medio eius & iniustitiam: & non deficientes de plateis eius usuras & dolū? Propter qd ipse quoq; tātorū rector ac debitor populorum: pro salute ꝓpria elōgauit fugiēs & māsit in solitudine: expectās dn̄m qui eū a tēpestate animi saluū fecit. Nēpe meminerat sibi in solitudine diuinitus oblatū regnū: seq; nō fratribꝰ tātū suis qui in ciuitate erāt maioribus natu: sed regi etiam Israel qui erat in regia diuino iudicio prelatum: eumq; ipsum regē sibi implacabiliter aduersantē: in solitudine ac speluncis bis in manus suas traditum ac dimissum: tā manifestis indicijs innocentie sue ut ora chlamydis hastaq; regia procul ostensis: immitē licet animum beneficio victum flere compelleret: Re-

B putabat tamen inde secum ut bis in solitudine magni hostis: & qua nulla clarior victoria bis animi sui victor: in Hierusalem vero victus libidine: indignum maiestate regis scelus: turpi adulterio degenerem fraudem & homicidium crudele coniunxerat. Conferebat cū Isaac solitudine: fortē suā urbanam cogitans: ut illi post diei medium meditandi gratia in agrum egresso & per viam deambulanti: felix castūq; coniugium: sic sibi post meridianum somnum uoluptuose deambulanti in solario regie domus: aliena coniugia fedandi uoluntatem impiam ac superbam & occasionem penitendam ac miseram contigisse. Iure ergo periculosā & infaustam urbem fugiens: tutam ac felicē in solitudinem ꝓperabat. Quod si de christo dictum accipimus: ut quidam uolunt: eo maius ad id de quo agitur argumentum est: quo non modo Dauid: sed omnium maior est christus. Non sine cau-

C sa equidem ut sermonis illius extrema cū primis iungam: de ipso Abraham scriptum opinari licet: ꝙ eduxit eum dominus foras: & ait illi: Suspice celum: Meo nanq; iudicio qui celum vult suspicere: quiq; celestia contemplari: educēdus est foras: eo ꝙ in urbibus obiectu multarū & malarum rerum mortalis obtunditur ac prepeditur obtuitus. Ita dico educendus foras: sed educēdus a domino: alioquin nusq̄ tutus piaculis nostris in media nos deserta sequentibus & maria alta tranantibꝰ: Unde est ꝙ non ducem deū sed concupiscentias suas secuti qdā in solitudine corruerūt. Nec ignotum habeo ut Loth iustus in Sodomis in monte peccauit: q̄q̄ enim qd fecerit ignorauit: ut ait Hieronymus: Et q̄q̄ uoluntas non sit in crimine: tamen error in culpa est: Hoc est ergo in quo excusari vir in ceteris iustus & integer non possit: ꝙ ita se vino obrui passus est: ut uel ignorans probrum illud admitteret: quod cogitare sciēs ac sobrius horruisset: Leuo pede igitur ascendit in montem: melius forte mansurus in Segor quam imbecillitati sue sedē sponte delegerat. Sane clarior testatior ꝙ res est: q̄ ut tot opem exemplorum flagitet: eos qui celo inhiant: non sonores urbium conuentus: sed tacitas ac tranquillas solitudines optare: ubi deus illis assidue supra uerticē est: mundus atq; humana sub pedibus.

C Tractatus sextus: De exemplis quorūdam a christiana religione alienorū: qui vitam solitariam sectati sunt.

C De vita: moribus ac ritu Brachmanarū: & solitudine famosi viri Calani. Cap. I.

A Empus erat ut finem facerem: Nam & destinatꝰ operi modus exceditur: & me alie uocant cure. Tu vero iam nimium sermone hoc: ab officij maioris intentione distraheris: Sed temperare mihi nequeo: quo minꝰ aliquot exempla ex alio genere hominum attingam: eorū qui aliquam rarioris fame materiam ingenio moliuntur. Sileo autem Gymnosophistas quos per ultimas & vmbrosas Indie solitudines nudos: quod ipsum nomen indicat: ac uagos philosophari solitos ferunt. Preterea Brachmanas: de quibus Ambrosij nomine prenotatus liber a nonnullis ostenditur: qui trans Gangen in orientis extremo: saluberrimis auris & solitaria regione habitant: que q̄tum opinione assequor haud longe semota ab illis est locis ubi terrestris paradisus esse creditur: & ipsi per siluas uagi & nudi: quos dicerem a Gymnosophistis nec secta nec moribus differentes nec re ulla nisi loco forsan aut nomine: ni-

B si Bardasanes vir Babylonius: & ob id saltem vi-

cinitate plagarum fidem meritus: Gymnosophi-
stas apud Indos in duo dogmata diuisisset: quo-
rum vnum appellat Brachmanas: alterum Sa-
maricos. Cuius contra Jouinianuꝫ meminit Hie
ronymus: ut appareat generis nomen esse Gym-
nosophistas: Brachmanas speciei: q̃uis non me
lateat ex his que in prohemio diuinarum scriptu-
rarum Hieronymus idem narrat: longe aliam sen
tentiam nasci posse. Sed ne hic scrupulus ceptum
opus impediat: p̄teruehar ⁊ id potius sequar qđ
B institui. Est itaqꝫ Brachmanarum gens: ut aiunt:
⁊ continentia ⁊ puritate mentis eximia ⁊ contem
ptu diuitiarū ⁊ graui multū uenerāda silētio: In
quo illis nō in fabellis anilibꝰ: ut multis: summa
auriuꝫ uoluptas: id nō boium clamor: aut Sym-
phoniacū carmē obrūpit: sꝫ uel cantꝰ auiū uel hym
noruꝫ sonus: qđ vnū lingue exercitium habēt: om
ne illis desiderium: omnis spes non nisi in futuri
seculi vita est: Cibus ex herbis aut arborum bac-
cis: uestis ex frondibꝰ si qua tamen est uestis: Po
stremo tectum ex ramis: lectus ex floribus: potus
ex fontibus: Horuꝫ vnus Calanus ille fuit cuius
ad Alexandrum Macedonem fertur epistola: cui
etiam instantem vite exitum iocando predixit: cuꝫ
ipse succensa lignorum strue more gentis ad uolū
tariam morteꝫ iret: Cuius ⁊ greci ⁊ nostri scripto
res meminerunt. Uir apud nos famosus: infamis
inter suos: qđ quasi discipline seuerioris ⁊ moris
patrij desertor: ad uerbosam grecie philosophiam
⁊ delitiosam molliciē transfugisset: In quem acri-
ter quidem omnes: sed acrius cunctis inuehitur il
le uenerabilior nudus senex Dādamus coetaneus
suus: sed nec externis moribus nec dogmatibꝰ pe-
regrinis infectus: Cuius quoqꝫ epistolā nescio ani
mosam magis an uerbosam: ad eundem regem in
aliorum scriptis inuenio. Nam Calani epistolam
quaꝫ dixi: ne quis dubitet: ipse Ambrosius episto-
lis suis immiscuit: huius vero nō epistola: sed cum
ipso rege colloquium extat. Longum quidem ⁊
ab omni parte liberrimum: in eo libro quē de Bra
chmanarum vita suo nomine scriptum: supra retu
li: qui licet non plene mihi redoleat Ambrosij sti-
lum: inter Ambrosij tn̄ libros medius est: ingenti
quodam ⁊ uenerabili ⁊ uetusto uolumine librorū
eius: qđ in Archiuo Ambrosiane Mediolanēsis
ecclesie custoditur. Optum sane haud fortuitis su-
spitionibus auguror: non Ambrosij: sed Palladij
B liber est. Quisquis autem sit Auctor: narrat certe
qđ auditu forsitan non fuerit iniucundum: detulis
se illi regem munera: aurum: argentum: uestes: pa
nes: oleum. Illum omnia preter ultimum contem
psisse: ꝙ aurum ⁊ argentum diceret: usqꝫ adeo nul
lius esse momenti: ut nedum viri animum capere:
sed nec ullam quālibet circūuolitantium auicula-
rum ad canendum dulcius possent inducere. Ue-
stes nō ut superuacuas modo respueret: sed ut im
pedimentum libertatis ac vinculum abhorreret.
Panem ignis quasdam quasi reliquias irrideret.
Sed ne ad vnum regalium munerum contēptor
existeret: sumpsisse oleum refert: ⁊ mox magna li-
gnoruꝫ congerie succensa: superfudisse: flammaqꝫ
clarissima erumpente: perbreuiter quidē ut in om-
nibus omnipotenti deo gratias egisse: quasi hoc
illi sacrificij genus esset. Et de hoc quidem soli-
C tario sene hactenus: de quo rursum deqꝫ omni ri-
tu gentis illius: quid in totum pronunciem igno-
ro. Nuditas nanqꝫ illa non placet: q̃ꝫ talibet elemē
toruꝫ clementia: Neqꝫ enim tantū frigoribus: sed
pudori modesti amictus honestate consulit: Quā
uis ut scriptum est: Genitalia uelare soleant: cete-
ra nudi: Non placet icuriositas beluina: somni ci-
biqꝫ ne dum extremuꝫ curiose vite fugimus: in cō
trarium relabamur: Placet hac in re ut in multis
Ciceroniana temperies: Adhibenda inquit est mū
dicia non odiosa: neqꝫ exquisita nimis: tantūqꝫ fu-
giat agrestem ⁊ inhumanam negligentiam: Eadē
ratio est habenda uestitus: in quo sicut in plerisqꝫ
rebus: mediocritas est optima: Hinc inquam mi-
hi vite modus placet: Sit somnus breuis: cibus le
uis: potus facilis: humilis toga: modo aliquid in-
ter habitum ac thorum mensamqꝫ hominis ⁊ pe-
cudis intersit. Non quero tectoruꝫ diuites casus:
atqꝫ aureas ruinas: non q̄ro celato argento ⁊ estu
antibus epulis graues mensas. Nō imemor adeo
mei sum: sed in omnibus modum quero: non prohi
beo interdum humi discūbere aut sopiri: ne fami-
liarem meum improbasse videar: qui ait in episto-
lis: Cena breuis iuuat ⁊ prope riuum somnus in
herba. Totū vero sub diuo tēpus agere: nō tā homi
nū q̃ꝫ ursorū iudico: q̃ꝫuis ille se celū pro tecto ter-
rā totā pro lecto habere glorietur: uerū hec in cō-
paratiōe grauiorū leuissima dixeris. Ille puersus
mos mortis anticipāde: ut q̄si vita eorū nō ab alio
q̃ꝫ ab eis sit: e statione corporis iniussu dei abire
liceat: cum uelint qđ non solum fides christi dete-
statur: sed philosophoruꝫ quoqꝫ clarissimi. Ut vero
dementie hoc: sic illud importune superbie est: qđ
se peccatum non habere confirmant: seducentes se
⁊ mendacem facientes spiritūsanctum: qui per os
Joannis apostoli insolentiam hanc retūdit: ad cō-
fessionem ⁊ penitētiaꝫ nos inuitās. Hec sunt que D
me ostendunt in hac secta. Et si nescius non sim: se
nem ipsum qui Alexandro in frontem multa cū li-
bertate restiterit: ⁊ mihi si adsit pro sua heresi ma
gnifice responsurum. Ex diuerso autem placet ille
contēptus mundi: qui iusto maior esse nō pōt: pla
cet solitudo: placet libertas que nulli gētiū tāta est
placet silētiū: placet ociū: placet qes placet itēta co
gitatio placet itegritas atqꝫ securitas: mō temeri
tas absit. placet animorū equabilitas vnaqꝫ semp
frons ⁊ nullius rei timor aut cupiditas: placet sil-
uestris habitatio fontisqꝫ vicinitas: quem ut in eo
libro scriptum est: quasi uber terre matris incorru
ptum atqꝫ integrum in os suum mulgere consueue
rat. Mouetqꝫ me fateor collocutio illa grauissima
cum Brachmanorum omnium: tum precipue Dā
dami: de qua pauloante dicebam: cum Alexādro
habita: In qua non illi vni: sed vniuerso propemo
dum generi humano exprobrantur scelerum innu
merabilium aceruí: nominatim inexplebilis auri
sitis: inhumana feritas: odium omnium contēptusqꝫ
dei: puerilis diuitiarum admiratio: femineusqꝫ
marium ornatus: tumor animi: tremor mortis: in
consultus appetitus glorie: ad hec lingue lapsus:
multiloquium inane: ⁊ loquenti sepe noxium: phi
losophia omnis in uerbis: sensus in labijs: vite ser
mo contrarius: inconsideratio actionum penitētie
proxima: infinita rerum indigentia per auaritiam
inuecta: affectuum intestina discordia: ⁊ exterior
membrorum multa rebellio: multa moruꝫ peruer-

sitas: atqꝫ ante alia cedis amor ac bellorum studium: domestici quoqꝫ victus enormitas: preceps ebrietas: ⁊ gula sui hostis ac pernities aluni: ridicula ciborum conquisitio: ⁊ in primis esus carniū: ubi premordaciter nos non bobus equisqꝫ uel ceruis: sed lupis ac leonibus pares dicit: atqꝫ ardentiore conuitio mortuorum etiam corporum sepulchra viuentia. In hoc quoqꝫ te sermonis diuersorium chare animo meo pater non inuitus adduxerim: qm̄ licet ut audisti: nō omnes Brachmanicos mores probem: solitudinem tamen ac solitariam vitā probo: de qua scribens: pretereundos non credidi quos hac vita singulariter preqꝫ omnibus gloriari solitos accepissem: Trāsco tamen hinc uelut e regione suspecta: ne diutius insistens tam longinqs in rebus ueris forte falsa permisceam.

¶ De quodam solitario apud Indos. Cap. II.

A Quamuis nunc etiam dum hec scribo: non desint aliqui ex nostris: quib9 nulla natio orbem lustrare curiosior: qui afferāt apud Indos esse hominem his moribus incredibili innocentia ac doctrina: ad quem visendū populi ac reges Indorum plus q̄ dici possit humiliter atqꝫ suppliciter accedant: Intercessionē eius apud deū ⁊ responsa in dubijs ac vite consilia poscentes: ⁊ quem per omnia prope diuinis uenerentur honoribus. Cum ille grādeuus: nudus: humi recubās: nec ipsis assurgens regibus: vix motis labijs pauca respondeat: Cuius uoces pro oraculis excepte magnum omnis casus sint solamen: ⁊ longissimarum refrigerium viarum. B Reges ipsos perhibēt quod cum his que fecisse Alexādrum legimus satis conuenit cum ad eam quā is inhabitat siluam uenerit: solitos ex equis desilire: purpuream chlamydem exuere: diademata ⁊ anulos ⁊ armillas ⁊ sceptra depōere: dimissisqꝫ satellitib9: solos aut cum paucissimis electis viris ad eum: non sine stupore quodam ingredi: atqꝫ ad pedes eius procubuisse uel semel colloquioqꝫ dignatum esse: eterne glorie haberi: Qd penit9 fabulosum suspicari possem: nisi Bardasenes ille cuius paulo supra memini: Hieronymusqꝫ post eum dicerent: qd ab his nisi quia dicitur breuius non abhorret esse ibi hosce homines: ad quos cum rex uenerit adorare illos solitus sit: pacemqꝫ prouincie in illorum precibus arbitratur sitam. Qui si olim plures fuerant: qd uetat vnum esse hodie? Multa preterea de his dici poterant: que persequi longum est.

¶ De solitarijs trans aquilonem montesqꝫ Rhipheos ac gentem Hyperboreā ⁊ ceteras insulas existentes. Cap. III.

A Sed qm̄ iuuat inter singulares solitudinis amicos: solitarias etiam: ut ita dicam: gentes attingere: longe alio mundi tractu trās Aquilonem montesqꝫ Rhipheos: ubi exigēte celi ratione: non nisi vnam toto anno diem atqꝫ vnam noctem ferunt: ⁊ utranqꝫ semestrem: Hyperboreā gentem esse: ijsdem prope morib9 fama est: nisi qd de nuditate nihil credo propter immitius celum: Eadem tamen uoluntarie mortis cōsuetudine pessima: sed alio genere moriendi. Sicut enim Indi in flammas eunt: sic hi ubi: ut aiunt: non tedium: sed satietas vite ⁊ desiderium mortis incesserit: sertis ornati: letum uelut ad festum ac solenne pergentes se in proximos fluct9 maris ab altissima rupe precipitāt: Hic percelebris vite finis: hoc sepulchri genus eximium. Gentem sane in reliquis certe innocentissimam esse iustissimamqꝫ mortalium: ⁊ longioris ⁊ beatioris vite bellorum expertē: ac nesciam iurgiorum: ocioqꝫ semper pacifico fruentem: ⁊ inter lucos ac solitudines habitantem: Cuius gentis ⁊ Pomponi9 Melas in Cosmographie libris: ⁊ multi alij meminere. Addunt Plinius secūdus ⁊ Solinus curiosissimi talium scrutatores: gentis alterius: sed vicine ⁊ huic persimilis mentionem: B Arimpheos uocant: quibus sedes nemora: alimēta sint bacce: Eam gentem seriam ⁊ clementem dicunt: habitare autem ubi Rhipheorum montium iuga deficiunt: gentem sacram haberi: cuius auctoritas tanta sit: ut inter tot ferocissimas nationes: non ipsi solum: sed quicunqꝫ ad eos confugerint: quasi ad templū aliqd salui inuiolatiqꝫ sint: Apud hos coma probrum: sexus uterqꝫ tondetur. Hinc ad occasum uersus transeo philosophos Gallorum: quorum inter scriptores crebra mentio druydas dixere: solitos in specubus ac remotis in saltibus docere nobilissimos gentis sapientiam atqꝫ facundiam ⁊ naturas rerum ⁊ syderum motus ⁊ deorum arcana: ⁊ immortalitatem animarum ⁊ alterius vite statum. Transeo Thilen ⁊ Hybernē: quarum altera scribentium uarietate famosissima sed ignota est: altera xp̄o notissima. Cuius gentem: opum rerūqꝫ ciuilium contemptricem: Insuper ⁊ agriculture negligentem: pascua ⁊ siluas incolere compertum habeo. Cui pro delitijs ociū: pro summis opibus sit libertas. Felicem gentem dicerē: nisi alia si modo uera est infamia ⁊ morum malignitate retraberer. C Pretereo fortunatas insulas: que extremo sub occidēte: ut nobis ⁊ viciniores ⁊ notiores: sic q̄ longissime uel ab Indis absunt uel ab arcto terra multorum: sed in primis Flacci lyrico carmine Nobilis cuius peruetusta fama est ⁊ recens: Eo siquidem ⁊ patrum memoria Ianuensium armata classis penetrauit: Et nuper Clemens sextus illi patrie principem dedit: quem vidimus Hispanorum ⁊ Gallorum regum mixto sanguine: generosum quendam virum: Qui meministi enim dum eo die corona ac sceptro per urbem spectādus incederet: repente tantus celo imber effluxit: atqꝫ ita domum madidus redijt: ut omen esset incubuisse illi uere pluuialis ⁊ aquose patrie principatum. Cui quidem in dominio extra orbem sito: qualiter successerit non noui: Scio tamen q̄ multa scribunt ⁊ feruntur propter que non plene fortunatarum cognomini terrarum fortuna conueniat. Ceterum gētem illam pre cunctis ferme mortalibus solitudine gaudere: moribus tamen incultam: adeoqꝫ nō absimilem beluis: ut nature magis instinctu: q̄ electione sic agentem: non tam solitarie viuere: q̄ in solitudinibus errare: seu cum feris seu cum gregibus suis dicas. Sed iam satis curiositate hac longe lateqꝫ disiūctos mundi angulos peruagatus sum: Quorum omnium non apud me: qui lecta uel audita refero: sed apud auctores rerum primarios fides erit. Ego autem his decursis ad clariora ⁊ nobis notiora progredior.

Tractatus septimus: de exemplis philosophorum ac poetarum: quibus vita solitaria placuit.

De quibus philosophis τ poetis auctor dicere uelit: cum commemoratione clarorum philosophorum ad solitudinem cõfugientium. Cap. I.

A q Uid ergo philosophi: qd poete? Philosophos autem dico: nõ istos quos qui cathedrarios primum dixit: ille mihi ꝓprium rei nomen iposuisse visus est. In cathedris eni philosophãtur: in actionib⁹ insaniũt: precipiunt alijs: preceptisqꝫ suis primi obstant: primi legibus a se latis derogant: τ signiferos se ꝓfessi: primi ordines deserũt: primi virtutis imperio rebellãt: Non hos igit̃ dico: sed illos ueros: qui semper pauci: nũc nescio an penitus nulli sint: qui qđ ꝓfitentur exhibeant amorem studiumqꝫ sapientie. Rursum τ poetas intelligo: nõ hos quibus cõtexere uersus sit satis: τ ut ait Flaccus: Uersus inopes rerum nugasqꝫ canoras: quibus usqꝫ ad fastidiuz abũdamus: sed eos: qui: si quid Ciceroni credimus: fuerũt semper ipsis quoqꝫ philosophis rariores. Poetas inquã ueros quibus ingenium sit: ut Flaccus idez ait: τ mens diuinior atqꝫ os magna sonaturum: τ qbus ex merito huius honor nominis debeatur. Hi tales uel philosophi uel poete: qualem nec vnuz digito mõstrare: τ si multos possiz cogitatione mihi fingere: Si quos tamen uel nostra habet etas uel posteritas habitura est: nõne τ urbes fugient: τ solitudines sectabunt̃? De his eniz qui fuerũt: cõstat. B Platonem interroga: credo Academiam suam multuz laudatis preferet Athenis. Interroga Plotinum inter philosophie ꝓfessores: Cum Platone principem: ut Macrobius ait: respondebit Campanum sibi ocium de toto orbe sufficere: Cuius τ si miserabilis finis: tñ electio gloriosa est. Percunctare Pythagoram: dicet se non modo solitudines amenas: sed uastas etiam τ horrẽdas τ sepe laboriosissimas peregrinatiões: desertis regionib⁹: uestigãde ueritatis studio q̃siuisse: Naz doctrine eius ac nois successores Pythagoreos: uoluptatũ procellis expositam frequẽtiam declinãtes: in solitudine desertisqꝫ locis habitare solitos: teste quoqꝫ C Hieronymo certum est. Quere a Democrito: fatebitur se sibi oculos eruisse: ut τ videret uerum: τ ueri hostem populum nõ videret. Sciscitare Parmenidem τ Atlanta: inuenies eos noia ꝓpria his in qb⁹ habitarũt mõtib⁹ reliq̃sse. Ipse Prometheus si ueritas reqritur: nõ negabit hinc fuisse locuz fabule: qua in Caucaso religat⁹ edacissimo vulturi rodẽdus exponit̃: ꝙ magna cum intẽtiõe animi incũbẽs: tot⁹ indagini reruz archanarum: que haud dubie studiosum extenuat: mõtis illius solitudinẽ usurpasset: Sepe locus igenio stimulos admouet: Ideo aptus τ liber optãdus est his qui animũ rebus altis applicuere: quem in populis inumere uanitatum forme deprimũt atqꝫ discerpunt: τ mille vias per fenestras igressura mors iuenit. Quibus ratiõibus inuitatos multos philosophorum: non modo frequẽtias urbium reliq̃sse: apud Hieronymum ipsum lego: q̃si p̃mas ingetudinis ac laborũ sedes: sed hortulos etiam suburbanos quos suspectos scilicet uel eorũ nimis culta mollities uel tumultuosarũ urbiuz vicinitas faciebat. D Quãobrez idez quoqꝫ de Socrate deqꝫ Aristotele atqꝫ alijs ut opiner multa me iducũt: nisi q̃ tñ forte uel discipulorũ maiestas τ iperium: uel rerũ publicarum iussus aut necessitas uel casus aliquis solitarijs utcunqꝫ uotis obstitit. Iũgam tot ueterib⁹ recẽtiorẽ vnum: nec ualde semotũ ab etate nr̃a: q̃ recte nescio: sz apud quosdã ut audio suspecte fidei at ꝓfecto nõ humilis igenij: Petrũ illum cui Abaelardi cognomẽ est: qui ut in historia suaruz calamitatuz longa narratiõe idẽ ipse meminit: Inuidie cedẽs: solitudinis Trecẽsis abdita penetrauit: τ si nõ sine magno vndiqꝫ studiosorũ cõuentu: quos e multis urbib⁹ illi solitario discipulos doctrine celebris fama cõtraxerat: sine rege tñ optata: quã sibi radicitus tenax liuor odiũqꝫ cõuulserãt. Hinc ad antiquiora rerũ studiorũqꝫ genus aliud redeũdũ: quibus idipsum quoqꝫ quod intendimus roboretur.

De antiquioribus poetis solitudinem eligentib⁹: cum reprehensiua exceptione Ouidij Nasonis τ eorũ quos uel ipse aut quẽ illi sequũtur. Cap. II.

A q Uid loquar Homerũ poetarũ patrẽ: quãdo supiorũ Orphei scilicet τ Lini τ Musei: siue hos poetas: siue musicos: siue propter artiũ cognationẽ: qđ qbusdam placet: τ musicos credim⁹ τ poetas: ad nos vix noia nuda peruenerũt: Hic ꝟo non tñ grecas solitudines: sz Italicas sic descripsit: ut que ipe nõ viderit: sicut ait Cicero: cecus eni tradit̃ fuisse: nos ut viderem⁹ effecerit: utqꝫ illius igenij nõ poesiz: sz picturã quodãmodo videam⁹. An putam⁹ id euz facere potuisse: nisi eadẽ loca sollicite ante cecitatẽ: ac memoriter obseruasset? Quid Uirgiliũ nostrũ loquar: qui fugiẽs urbẽ Romã: ubi τ igenij laude τ toto urbe regnãtis p̃ncipis amicitia florebat: ac solitariaz libertatẽ petẽs: mortẽ qdẽ imaturaz obuiã habuit: que omnib⁹ eũ talib⁹ curis absolueret? Ille tñ sic cẽsebat ope solitudinis opus esse: ut diuinũ illđ suuz opus posset absolui: latinis igenijs mors iuuidit: nocitura ãplius nisi pietas metissimi τ litterarum B amãtissimi p̃ncipis obstitisset. Horati⁹ Flaccus nõ iã sibi regiã Romã placere palã p̃dicat: sz uacuuz Tybur: aut imbelle Tarẽtũ: qb⁹ in ꝟbis qd itelligi vult aliud q̃ solitudinẽ τ qetẽ: utriusqꝫ ꝯriũ expt⁹ Rome: cui⁹ urbis tedia ex populi cõcursatiõe nascẽtia: sic diligẽter enumerat: ut facile videas affectũ loq: Epistolarũ eius ultĩa est ad Florũ scripta: quẽ nõ semel iterrogat de re certa ut expssior fiat. Ait eni: Rome ne poemata censes Scribere posse iter tot curas atqꝫ labores. Deinde aũt elegãti tediorũ narratiõe iterposita: Ironice cõcludẽs ait: I nũc τ ꝟsus tecũ meditare canoros. Neqꝫ his cõtẽt⁹: iterũ q̃rit: Tu me iter strepit⁹ nocturnos atqꝫ diurnos Uis canere: τ cõtacta seq uestigia uatũ. Necdũ satis est nisi rursus iterroget: Hic ego rex fluctib⁹ in medijs τ tẽpestatib⁹ urbis: Uerba lyre motura sonũ cõnectere digner. Ne ꝟo iratis ꝑcõtatiõib⁹ ironicisqꝫ sentẽtijs: ꝯtẽtũ credas: clare de populo nihil loq: breuẽ qdẽ sz vniuersalez tibi dat regulã: que est ꝙ Scriptorꝝ chor⁹ ois amat nem⁹ τ fugit urbes. Quẽ secut⁹ ego i ep̃la q̃dã: eadẽqꝫ restrigẽs ad poetas dixi: Silua placet musis: urbs est inimica poetis. Idẽ Flaccus τ Baiani sinus tepore captus τ siluas suas atqꝫ agellũ quoqꝫ focis habitatum: multis laudibus accumulans: amati-

qꝫ ruris aspectum iter grauia ⁊ inuisa negocia spi
rās:urbanam ꝑfecto damnat ac despicit statione̅.
De hoc cum amico:de hoc ita cum villico seruoqꝫ
suo litigat:ut ex omnib⁹ his nulli sit dubium quid
sentiret. In quodaꝫ v̊o sermone sui domestici ocij
mentione facta. Hec est inquit Uita solutorum:mi
sera ambitione grauiqꝫ. Quam quanti faceret: in
epistolis expressit. Hec enim inquit Ocia diuitijs
Arabum liberrima muto. Laudat igit̄ solitudineꝫ
ocium p̄fert magnis opibus:Atqꝫ ⁊ ocij eius opa
extāt: ⁊ solitudinis memoriam locus seruat:Cam
C pus Horatij dicit̄: ⁊ tot possessoribus mutatis:ad
huc famosioris domini nomen tenet. Cui quidem
hoc in genere vir quempiam aduersantem inueni-
re posse arbitror. Quippe cum fere nullis homini-
bus taꝫ uel necessaria uel amica solitudo sit:preter
vnum Ouidium Nasonem:seu qui forte illum se-
quunt̄:uel quos ille sequit̄. Ille mihi q̄dem magni
vir ingenij videt̄:sed lasciui ⁊ lubrici ⁊ ꝓrsus mu
lierosi animi fuisse:quem ꝯuētus feminei delecta-
rēt:usqꝫ adeo:ut in illis felicitatis sue apicem sum
mamqꝫ reponeret. Itaqꝫ amatoriam arteꝫ scribēs
insanum opus ⁊ meritam:nisi fallor:exilij sui cau-
sam:nō mō urbem Romam ceu matronaruꝫ puel
larumqꝫ prefertilem querēdam docet: ab his qui
ad illam insaniam preter naturalem stimulum:ar-
tis quoqꝫ cuiusdam calcar adijciūt:sed loca etiam
urbis ⁊ festa distinguit:q̄bus uberior materia sit
furori:ut sileam uotum illud īfame ⁊ relatu etiam
fedum: ex ore licet desperati cuiuslibet perditiqꝫ
hoīs qḋ eum stilo quoqꝫ nō puduit:ad oīs eui no-
titiam preferre:quo.s.in actu uenereo resolutuꝫ fe
licem diffinire: ⁊ in eo statu morteꝫ laudare ausus
in quo maxime turpis ⁊ inutilis vita est:hanc ean
dem sibi a dijs optat leti causaꝫ: ⁊ hoc utiqꝫ ut idē
ait:sibi sueqꝫ vite conueniens:in se v̊o miserrimum
genus mortis ⁊ ip̄a ꝓculdubio peius morte. Qui
nisi his moribus ⁊ hoc animo fuisset: ⁊ clarius no
men haberet apud graues viros: ⁊ Ponticum il-
lud exilium atqꝫ Istri solitudines uel non adijsset
uel equanimius tolerasset. Sed ad rigidioris inge
nij exemplum transeo.

Tractatus octauus: De exemplis Oratorum vitam solitariam amantium.

De solitudine Senece Cordubensis ciuis ac senatoris romani. Cap. I.

A Seneca ex ciue Cordubēsi Roman⁹ iā
ciuis ac senator: ⁊ rome clarior q̄ꝫ sa-
lutis rō latēdiqꝫ securitas postulabat
in q̄dā tragedia cū animi nō ꝑua dul
cedine solitudinē Corsicā recordat̄: ⁊
illā ociosi exilij ignominiam p̄nti occupate gl'ie ha
ud imerito an̄ponit. Lege locū illum: itelliges ex
ꝯrioꝝ collatione q̄d tu quoqꝫ p̄ferēdū censeas. De
hoc p̄terea:q̄d eidē videret̄:sat cōsilium illud Lu-
cillo datū indicat:cuius supra memini. In hanc oī
no s̄niam tam p̄ceps ut mihi etiā cui solitudo semꝑ
B placuit:solitudinis ꝯsiliū nō placeret. Et q̄ꝫq̄ꝫ viri
huius exitus in re dubiū eē nō sinat: hēt t̄n is quē
dixi locus tragicus etiā stuporē:ꝙ ille cui deserta
in solitudine libertas integra: ⁊ imꝑturbatū phie
studiū:in urbe aūt regia:ne vita q̄dē ab inclemētia
hoīum salua fuit:casum ipse suū ⁊ ruinā grauē tā-
to an̄ ꝓuiderit litterisqꝫ mandauerit.

De solitudine Tullij Ciceronis. Cap. II.

Num hoc in gn̄e Ciceroneꝫ video:non sat A
V equo aīo ferre solitudinē:qḋ cōtigisse arbi
tror:nō tam ideo q: rē ipsam quā q: rei cāꝫ
odisset:legū ac iustitie interitū:qḋ ipse querelaruꝫ
suarū tenor indicat:accedit ꝙ p̄ter ph̄iam oratorū
maximus:q̄dqꝫ nec ipse dissimulat:de hac studio-
rū ꝑte p̄cipue gl'iam querēs:nusq̄ꝫ ꝑfecto illam ni
si in turbis ⁊ magno in populo videbat. Itaqꝫ co-
rā Julio Cesare Deiotarū regē defensurus:querit̄
ꝙ itra domesticos parietes ⁊ nō corā populo Ro
mano cām illam agat. Est illud oratorib⁹ singula-
re ⁊ ꝓpriū:ut pro magnitudine igenij:magnis ur
bib⁹ ac populoꝝ frequentia delectent̄:solitudines
execrent̄:iudiciorūqꝫ silētiū auersent̄ atqꝫ oderint
Ut ergo minores alij suā q̄sqꝫ:sic Cicero urbē Ro
mam:nō solū ut suā p̄riam:eo sibi chariorē:quo in
eam ꝯseruādā atqꝫ ornādā cure plus ac laboris i-
pēderat:sed ut patriā ingenio suo parē exoptabat.
In quo q̄dē teste Seneca uterer:qui solam Cicero
nis uocē uere viuā dicere:q̄ꝫq̄ꝫ id errore sermonis
publici multis attribuat̄:solū Ciceronis ingeniuꝫ
romani populi impio par affirmare nō timuit: nisi
quolibet teste uerācior:euidētissima rerū fides oñ-
deret fuisse:ut populo Romano impij ⁊ glorie:sic
Ciceroni igenij ⁊ eloquētie monarchiā. Ceterum B
q̄d eidē lꝫ iuito Ciceroni solitudo illa cōtulerit no-
tum est. Fecit enim magnū de sūmo oratore philo-
sophū:ex quo quātū studijs latinis accreuerit: ne
mo studiosus est qui nesciat. Certe idē de se loq̄ns
cū dixisset: Nā ⁊ a republica forēsibusqꝫ negocijs
armis ipijs viqꝫ ꝓhibiti:ociū ꝑseq̄mur: ⁊ ob eam
cām urbe relicta:rura ꝑagrantes:sepe soli sumus.
Querelā suā tali fine solat⁹ est:Plura eni inq̄t bre
ui tp̄e euersa:q̄ꝫ multis annis stante republica scri
psim⁹. Eq̄dē nec fefellit: Nā q̄s p̄clara ocia viri hu
ius: ⁊ solitudines gl'iosas explicet atqꝫ estimet:Ar
pinatē:Cumanā:Pōpeianā:Formianā:Tuscula-
nā? Ibi fundauit leges:ibi fallauit Academiaꝫ:ibi
armauit oratorē:ibi descripsit officia:ibi deoꝝ for
mas ac nāās pinxit:ibi diuiationē radicē erroꝝ mul
tiplicium cōuulsit:ibi bonoꝝ ac maloꝝ fines statuit:
ibi ad ph̄iam magnificētissime cohortat⁹ est:Quē
librū ad vite imitationē ⁊ ad studiū ueri ducē fuis
se sibi tāt⁹ fidei nr̄e pugil Augustin⁹ igenue ꝓfitet̄.
Postremo ne de multis agēs:post vnū amore ca- C
pt⁹ aberrasse videar. Ibidē mortē spernē:dolorem
corꝑis patiētia vincē:egritudinē mestitiāqꝫ animi
rōne depellē:extirpare morbos ⁊ morboꝝ cās: ⁊
qḋ maxime ph̄iam totā:ut v̊bo ei⁹ utar:illustrat:v̊-
tutē ad bn̄ beateqꝫ viuēdū nullis adminiculis egē
sed sese eē ꝯtētā:docuit ꝯtra s̄niaꝫ maximoꝝ hoīuꝫ
Et qḋ alij aride ieiuneqꝫ garriūt:id ille copiosissi-
me florētissimeqꝫ disseruit:ut ⁊ utilitati delectatio
⁊ maiestati rerū:v̊boꝝ splēdor ac dignitas nō dees
sent. Accēdit ergo viri illi⁹ igeniū solitudo: ⁊ qḋ mi
raberis odiosa: Quid putas factura eēt optata:aut
quātū putas optāda est:que uel nolētibus tantum
ꝓdest? Quodlibet t̄n ipse sibi vite genus optaret.
Certe q̄d ph̄is sit optādū in eo libro quo oīs gn̄is
hoīum officia explicat:exequit̄. Ait eniꝫ: Multos
tranq̄llitatem appetētes:dimissis publicis negoci
is ad ociū ꝓfugisse: ⁊ in his fuisse nobilissimos phi
losophoꝝ lōgeqꝫ principes:necnō ⁊ quosdā homi
nes seueros ⁊ graues:ferre populi mores ac prin-

cipum non ualentes:quorum aliquos in agris vixisse ait:sua re familiari delectatus:atq; vnu3 idēq; propositum habuisse quod reges: licet non iisdem artibus:ne cuius rei egentes:ne cui hominu3 subiecti in libertate viuerent. Deinde collatione facta: ꝛ si actuosam vitam reipublice fructuosiorem dicat:quod nos in parte etiam non negamus:ocio
D sam tamen ꝛ faciliorem ꝛ tutiorem ꝛ minus alijs grauem aut molestam confitetur. Unde ꝛ eam cū omnibus quib9 aliqua iusta causa est:tu3 his precipue permittit qui excellunt ingenio ꝛ doctrina. Quis Cicero idem primo vite huius impatiens ut dixi: eandem multis tandem doloribus: ꝛ in primis amantissime filie morte deiectus optauerit ꝛ sibi Attico suo scribens. Nunc inquit omnia respuo:nec quicq; habeo tolerabilius q̄ solitudinē. Et iteru3. Mihi inquit solitudo ꝛ recessus prouincia est:ualde urbem fugio:multas ob causas. Ite3 nec enim esse in turba possu3. Et rursus: Nihil hac solitudine iucundius:in qua inquit careo omnium colloquio cumq; mane in siluam me obstrusi densam ꝛ asperam non exeo inde ante uesperum. Quod uerbum quotiens lego:sic assentior ut a meipso nō ab alio dictum putem:ita mihi sepe idem accidit. Demu3 ut iam Ciceroni ualedicā. Idem ipse mox dulci blandiens amico. Secundum te ait:nihil est mihi amiciu3 solitudine. Et adiecit: In ea mihi omnis sermo est cu3 litteris. Non colligo singula. Ex his enim vides ut amator ille urbis ꝛ fori: ꝛ amata oderit: ꝛ litteratam solitudinem rebus omnibus anteponat.

De Solitudine Demosthenis. Cap.III.

A Qua in re vnanimē cum Cicerone Demosthenem fuisse auguror: ꝛ nisi forte aliqua mutandi quoq; ɔsilij ratio incesserit:quod non legi:idem sensisse illum semper quod hic noster aliquando senserit. Nam ꝛ professio eadem amborum: ꝛ est ille leuiculus:quod Cicero idem ait:qui delectaretur illo muliercularum susurro ut sit a tergo insibilantiū. Hic est ille Demosthenes ꝛ si constet eum oratoriam illam vim quam in urbibus tam potenter exercuit: maxime in solitudine didicisse. De quo Quintilianus. Idem inquit ille tantus amator secreti Demosthenes in littore in quo se marimo cum sono fluctus illideret: meditans consuescebat concionum fremitus non expauescere. Nec te moueat quod supra dictu3 est:hūc
B ipsum Demosthenem locum tacitum atq; vndiq; abditum eligere solitum:hic vndisonum patentem q;: Ibi enim ingenium acuebat:hic uocem exercebat:utrunq; tamen in solitudine faciebat. Discebāt soli quod in populis uenderent: meditabantur in siluis:quod in urbibus ostentarent: excusabatq; professio:quibus intentio vna esset uel loquendo uel tacendo rem augere:quod de Cicerone nō memini: Demosthenem constat:q; in noctibus atticis scriptu3 est:precium quoq; silentij pepigisse:nobis quibus uenale nihil penitus:nihil ostentui esse debet:sed omnia ad salutem viteq; legem temporalis: ꝛ eterne spem in solitudine discendu3 est:quod restat in solitudine exercendum:in solitudine viuēdum:in solitudine moriendum. Quod cupio quidem ualde: ꝛ si deus pie nos aspicit spero etiam.

De Anaxagora alijsq; clarissimis viris vitam solitariam amantibus. Cap.IIII.

A Ut tamen ab oratoribus diuersum semper sensisse philosophos credam: ꝛ diuersitas morum facit: ꝛ omnino alius intentionum finis. Illis enim plausum populi captare animus: horum labor:ni falsa professio est:circa notitia3 sui reflectendumq; ad se animum: ꝛ circa contēptum inanis glorie uersatur. Nam qualem fuisse arbitramur Anaxagoram:uel qualem constantia illa abstinentiaq; sua Xenocratem seuerissimum philosophorum:ut ait Cicero: uel zenonem Stoicorum patrem:uel laboriosissimum ex omnibus Carneadem? Cuius exactissimam illam studiose mentis intentionem que ut legimus discumbētem sepe tibi fecit immemorem. An putamus usq; post nonagesimum vite annum:tam fixam tanq; continuam inter tumultus ꝛ tedia hominum peruenturam fuisse: ꝛ non potius in solitudine ubi animum a ꝑposito nullus auerteret? Mihi quidem haud facile persuaderetur: ꝛ si preter coniecturas nihil ha-
E beam:aut horum cuiuspiam: aut Chrysippi domum:aut dolium Diogenis in plateis urbium fuisse:cum ꝛ illum salutatio hominum: ꝛ hunc vmbra etiam summi regis offenderet:nisi Hieronymus illorum propinquior etati:habitasse Diogenem diceret in portarum uestibulis ꝛ porticibus ciuitatum. Quod non cuilibet crediturus:ut credam sibi ꝛ sua cogit auctoritas:ac uaria ꝛ multiplex lectio. Tale enim aliquid profecto non scriberet:nisi apud idoneum legisset auctorem. Et de his quidē satis est dictum. Ipse autem Solon cuius inter illos septem grecie sapientes preclarissimum est nomen: ꝛ si primum legifer sueq; rei publice dux moderatorq; etate:tamen ultima:ut Timeus indicat Platonis: ꝛ alijs se studijs dedit: ꝛ inter solitarios deputandus est:quando ꝛ patriam liquit legibus ornatam suis: ꝛ cupiditate descendi ignotas terras adijt peregrinatione delectatus egyptiaca.

Tractatus nonus:De exemplis Imperatorum ac belloru3 ducibus:quibus solitudines placuerunt.

De Julio atq; Augusto cesaribus:qui solitudine3 optabant ꝛ amabant. Cap.I.

A Quis nam vo mirabitur studiosis hominibus solitudine3 placuisse:que q̄d admiratione non uacat: Imperatoribus ac bellorum ducibus placuerūt? Transeo Julium Cesarem: qui licet admodum iuuenis dum e procellis forensibus in ocium Rhodium secedere decreuisset:atq; ibi litteris operam dare:prohibitus tamen tunc incursibus piratarum: ꝛ postea hinc ciuilium:hinc externoꝝ estibus bellorum:implere non potuit q̄d optabat. Augustū Cesarē penes quē potētie mortalis ꝛ humani fastigij summa est: ꝛ si interdum habitantem rure atq; in siluis spatiari solitum inueniā3 quia raram tamen:ut auguror:priuati ocij licentiam publici negocij moles dabat:ut solitarijs inseruisse non ausim:sic solitarie vite miratoribus an-

numerare non uerear: Huius enim vite requiem semper optauit. Quicquid cogitabat: quicquid loquebatur: in ocium desinebat: hoc solamen presentium laborum: hec preteritorum merces: hec uenturi temporis spes erat: Omnis huic statui collatus diuitiarum honos: omne onus imperij seu graue sibi aliquid ac vile sordebat. Deniq; in summa
B omnium que fortunatissimo homini cõtingere possunt: bonorum copia defessus: in solo huius vite nomine respirabat. Cuius rei et scriptores aliqui meminere: et que in manus meas uenit quedam eius ad senatum epistola est testis. Quanta cum uoluptate igitur eo peruenturum fuisse estimamus: quo tam dulciter oculos mentis intenderat: Nec vero senatum modo per litteras orauit: ut sibi iam tãdem viuere patiente republica priuatamq; senectutem agere liceret: sed aliquando etiam presens senatu et magistratibus domum accitis rationarium imperij tradidit: ut Tranquillus ait: Siue autem reputans et se priuatum non sine periculo fore et rempublicam plurium arbitrio temere committi in retinenda perseuerauit: ut eidem placet historico: atq; ita proprie simul et publice saluti modestissima uota habuit: Siue ut opinari licet: senatus ac populi precibus id tribuit: quorum quod constat nemo principum fuit amantior: siue nullis omnino precibus motum: nullo publico priuatoq; metu ipsa eum rerum natura turbabat: Ab altissimo enim fortune culmine cui mundi dominus ac rector insederat: ad illud humile submissumq; desiderium preruptus: forte cogitanti animo descensus videbatur: et ut dici solet quedam cerebri uertigo altitudinem tãtam metientis incesserat. Itaq; et deliberans et circunspiciẽs herebat: nec vnq̃ nisi morte descẽdit. Quocirca licet ut dictum est: inter solitarios atq; ocio fruentes: nullus huic occupato magnoq; principi locus esset: quia tamen boni huius quanta dulcedo est: non alio clarius teste cognoscitur: non fuit ista tractantibus pretermittendus Cesar: Qui cum oia dare posset: hoc sibi vnum dari optabat: Cũq; omnibus precesset: solum hoc solio suo altius videbat.

¶ De Diocletiano atq; Antonio Pio vitam solitariam colentibus. Cap. II.

A Et quod Augustus optauerat: Diocletianus impleuit. Ille qui primus ex nostris imperatoribus adorari se ut deum iusserat. Quiq; calciamentis ac uestibus inserens margaritas: et onustus gemmis incedens: habitum Cesareum ex romano atq; humano Persicum seu diuinum fecisse videbatur: qui captiuis insignibus ante currum actis: prelataq; Parthorum preda: paulo ante triumphabat: Postq̃ frementis aule precio seq; sarcine ac satellitum aciei et seruitutis publice pertesum est: mutauit repente animum: ut solus et pauper et liber esse concupisceret: interq; fluctus imperialium curarum: in portum vite humilioris: quasi gubernator nudus e magno naufragio enataret. Et miramur Celestinum: cum tamen quod propter eternam sanctus ille vir fecit: tantus ille peccator propter breuissimas et incertas senectutis reliquias iam fecisset: Qui quietis extreme desiderio priuate fortune redditus: non sibi mutate sedẽ vite Romam statuit ne quis nouam requiem dimissi funus aut odor imperij turbaret: sed anteq̃ patriam Salonas Dalmatie repetijt: Illic quoq; nõ intra: sed prope muros patrios in villa propa moriens: quam idipsum precogitans forte construxerat: ut multum tranquillitatis senio additum: sic supremis honoribus nil detractum: per solitariam atq; humilem vitam sensit: Solus omnium priuatus Eutropio atq; Eusebio testibus: relatus in numerum deorum. Sane quod post imperium Diocletianus fecit: id ante imperium Antonius Pius fecerat: quem Julius Capitolinus historicus omni priuata vita in agris frequẽtissime vixisse: clarũq; locis omnibus fuisse commemorat. B

¶ De solitudine Nume Pompilij secundi imperatoris romani. Cap. III.

Sed nimium propero: retrocedendum est: omitto autem Quintios Curios Fabricios Serranos: aliosq; quorum magna pars vite in agris acta est. Hanc ego vitam iam inde ab initio et ante initium Romane reipublice prudentissimo ac optimo regum placuisse monstrabo. Numa Pompilius illius ordinis: si attendas numerum secundus: si iustitiam primus peregrinus insperatum ad imperium accitus: cum ad ciuilium ac sacrarum curam legum totum intendisset animum ut ardentem et ferocia primi regis imbutum populum ingenio regeret leniretq;: pro re sepe solitariũ et opacum locum: quem his oculis ipse cõspexi: quindecim aut non multo amplius milibus passuum ab urbe distantem: fertur petere solitus. Est illic aricino sub colle cauus et vmbrosus lapis: vnde perpetuus fons emanat: circũmigrantibus ilicibus: dẽsum nemus altumq; silentium. Ibi ergo leges hominum ac cerimonias deorum: rex ea tempestate doctissimus inuenire: seu alibi forsan inuentis auctoritatem dare: artem fecerat. Ibi diu tacitus solus sedens: atq; inde post longum tempus solus ac meditabundus egrediẽs: scriptas leges efferebat quibus adhuc rudis et insolens sed mox futurus dominator gentium populus teneretur: q̃uis ut nouos et idomitos animos religionis laqueo quodam et freno metus obstringeret: imitatus: ut aiũt Minois Cretensium regis exemplum: et calidissimo commento nocturnis se deorum congressibus alloquioq; frui simulans consilio fidem quereret. Quam fictionem vna cum sacris a se reptis in morte dãnauit: libris grecis latinisq; editis: per quos utriusq; lingue doctoribus ut poterat indicaret: se pro tempore ad auxilium ueri uel patrocinio falsitatis usum esse. Cum vero iam fundamentis suis legum a se latarum auctoritas staret: non placere ut populus superuacuis implicaretur erroribus: licet nescio an quia libros uere religionis aduersus crederet: quam facto causam pretendisse dicitur: an in quod pronior sum: quesito colore: hoc uere autẽ ne populus metu liber: iugum nobilitatis excuteret: multis post seculis iuxta sepulchrum regis inuentos libros exurendos pretor romanus senatu consentiente decreuerit: Quanta uel uanitate uel impietate pretereo: Illud enim nunc innotuisse suffecerit: multarum optimarum rerum solitudinem fontem esse: ex qua romanarum quoq; legum fluxere primordia.

¶ De romulo: achille atqꝫ hercule: qui ſolitudinē diligebant. Cap. IIII.

A a Rdentior atqꝫ acrior ſucceſſore ſuo romulus: ⁊ ipſe tamen in ſiluis inqꝫ paſtorali caſa tantis aſſueſecit animum rebus: ut ſummi imperij fundamento non niſi ſolitarius architector idoneus haberetur. Cogitatu arduum: ſolitudo omnium aſperrima: Regine urbium ⁊ materiam ⁊ nomen ⁊ aream prebuit ⁊ auctorem. Achillem in ſolitudine didiciſſe legimus: quod eū mox ⁊ urbibus aſie terribilem ⁊ grecie clarū fecit. B Ipſe hercules in ſolitudine ſanum illud cōſilium vite cepit: cuius libro priore mentionem feci: quando uelut in biuio diu multumqꝫ heſitans: ad poſtremū ſpreta uoluptatis via: ſemitam virtutis arripuit: quam indefeſſe gradiens: non ad humane mō glorie uerticem: ſed ad opinionem diuinitatis euect⁹ eſt: quamlibet alte lateqꝫ ramos porrigat viri fama ſi radicem queras ad ſolitudinē erit animo recurrendum.

¶ De ſcipionibus africanis ſingularibus ſolitudinis amatoribus: tractationeqꝫ illius uerbiqꝫ magnifici ab altero eorum prolati: nunq̄ ſe minus ocioſum q̄ cum ocioſus: nec minus ſolū q̄ cum ſolus eſſet: cum reprehenſione Ambroſij: dictū illud ad prophetas transferentis. Cap. V.

A d Uos autem illos longe ducum maximos ubi dimittimus africanos? Uere duo fulmina belli: ut Maro ait: quod a quibuſdā de alijs intellectum miror. Quorū primus ex quo virilem togam ſumpſit: ut eſt apud Liuium: nullo die prius ullam publicam priuatamqꝫ rem egit q̄ in capitolium iret. Ingreſſuſqꝫ edem conſederet: ⁊ plerūqꝫ tempus ſolus in ſecretum ibi tereret: Hic mos per omnem vitam ſeruabatur. Ita vir ille vnicus: neqꝫ grecorū fabulis ac ſuperſtitionibus ſed romanis iudicijs celebratus: ⁊ ipſe quoqꝫ virtutis admiratione diuine ſtirpis opinionē cōſecutus: pͥncipia gerendarum rerum a religione poſcebat: religioni ſedem optimam ſolitudinem deputabat. Inde quicquid id eſſet aggredi conſuetus: pluſq̄ humana fiducia ⁊ proſperrimos ſibi ac ſuis ceptorū exitus polliceri: ita ut nunq̄ falleret. Ceterum ne tam iunctos ⁊ tam pares ſeparem: hos eoſdē duos ſuis quiqꝫ temporibus: ut virtutis: ſic ſolitudinis amatores fuiſſe nota res eſt. Et poſt ſudores bellicos: poſt victorias: poſt triumphos uel Liternum uel Formias uel Caietam ſolitos commigrare: ibiqꝫ cum ſingulis amicis ſolos cōquieſcere. O B preclarum ſpectaculum: quodqꝫ omnium regū pōpas ⁊ ſceptra tranſcēderet: cernere tales viros ſeruatores reipublice: liberatores ciuiū: defenſores Italie: domitores gentium: feliciter rebus geſtis dimiſſo in libertate ⁊ letitia populo victore: relictis rome ſtipatoribus laterum ſuorum: depoſito habitu triumphali: ac precupide reſtitutis inſignibus dignitatum: ſolos: ocioſos ⁊ humilium neſcios curarum: per colles ⁊ littora uagari ⁊ ſepe conchulas littoreoſqꝫ lapillos inter legere uarios: cādidulos ac nigellos. Deniqꝫ quod uerecunde admodum reuerenterqꝫ ſcriptum apud Ciceronē video. incredibiliter repueriſcere ſolitos: cum rus ab urbe tanq̄ e vinculis euolaſſent. Sed illam profecto ſolitudinem cogitationes pulcherrime ſequebātur: ⁊ in illo ocio ſemper grande aliquid gerebatur. Itaqꝫ Cicero ipſe: ubi ſuam luget: ibidē africani ſuperioris ſolitudinē admiratur: uocemqꝫ illius: ut ipſe ait: magnificam: ⁊ magno ac ſapiente viro dignā ponit: Catone coetaneo illius atqꝫ emulo teſte fretus: Nunq̄ ſe minus ocioſū q̄ cū ocioſus: nec minus ſolum q̄ cum ſolus eſſet. Cuius rei gloriam Ambroſius: mirum dictu: conciuiqꝫ ſuo tētat eripere: nec ubi vnq̄ romanum genus ciuilibus bellis uacet: ipſis in libris pugnant. Ecce enī Cicero officiorum tertio hanc africano laudem tribuit: Ambroſius in officijs ſuis: ubi cum in multis tum in nomine ac numero librorum Ciceronem ſequitur: ut aperte obuiet eodem libro eademqꝫ libri parte: hoc eſt in ipſo principio libri tertij: eam laudem Scipioni africano ereptā: ad prophetas domini Moyſen ⁊ Heliam atqꝫ Heliſeum: operoſa nititur diſputatione transferre: quos fuiſſe vult ante Africanum diu: ⁊ in ocio negocioſos: ⁊ in ſolitudine comitatos. Non oblucto Ambroſio: Nā ⁊ uera loqui illum ſcio: ⁊ ſi neſcirem: multo ille potentius q̄ Ciceronem Plato ipſa auctoritate me frangeret. Magna eſt enim apud me: nec immerito eius auctoritas: cuius ore loqui ſpiritum ſanctū credo. Quomodo ego Moyſen vnq̄ fuiſſe ſolum ſuſpicari auſim: qui non ipſe ſecum tm̄ quod ipſū ſapiētis doctiqꝫ viri eſt: ſed cum quo deus facie ad faciem loquebatur quaſi amicus cū amico? Quomodo ocioſum: qui tacitus ⁊ inermis ſedens ⁊ clamabat ad dominum: ⁊ uſqꝫ in celum audiebatur: alteriuſqꝫ vix auxilio feſſas manus attollēs vnus tot preualidas manus hoſtium vincebat: quod ſine eo armate non poterat legiones? Quomodo ſolum putem Heliam cum quo deus itidem ⁊ angeli loquebantur? Aut quomodo ocioſum: qui pluuie imperat: ⁊ mulieri hoſpite famis interitum metuenti indeficientem farine hydriam ⁊ inexhauſtū olei uaſculum uerbo facit: ingentiqꝫ niſu fidei defūctum illi filium viuum reddit? Quomodo ſolū dicam diſcipulum eius Heliſeum: qui pauenti hoſtē puero miniſtro inuiſibiles alijs auxiliares currus ⁊ equos atqꝫ acies oſtendit angelicas? Quomodo ocioſum qui filium hoſpite ſunamiti ex marito ſene pollicitus ⁊ dedit ⁊ reddidit: natum ſcilicet ⁊ primis annis extinctum ſuſcitans: ut puer vnus prophetice uel fidei uel potentie argumentum eēt? Quid magni autem ſi viuens ſuſcitat: qui ſolo contactu ſacri corporis mortu⁹ mortuos ſuſcitaſſe noſcitur? Quis preterea hūc eſtimet ocioſum: qui in ipſo ſedens ocio: conatus omnes abſentium ⁊ cogitatus atqꝫ conſilia hoſtium: quaſi preſens nouerat: ſuis cuncta denuncians? Quo cognito iuſſu regis Syrie toto circumuallatus exercitu: legiones obſidentium ſe lingue ſolius imperio in cecitatem captiuitatemqꝫ perductas: uerbo etiam liberauit. Imperioſi ocij ſunt hec ⁊ ſolitudinis prepotentis. Sed ſit ſane penes prophetas antiquior rerum gloria: quos uel etate uel merito primos conſtat: An ideo minor africani laus eſt q͂ eum aliquis eodem in genere laudis anteceſſerit: preſertim cum ut mihi certus video: nulla prorſus interueniente notitia: omnis ceſſet imitatio quam de rebus humanis laudū fameqꝫ particulam delibare atqꝫ decerpere ſolitam non nego. Profecto autem quiſquis in partem rerū uenerit: dictū illud vnde poſt tātum interuallū ad hec prophe-

tarum nomina redij: quod ipse mihi nõ neget Ambrosius unius est primum ac proprium Africani.

¶ Ex sententia dicti superioris Africani declarans de quali solitudine quoue ocio auctor loqui intendat. Cap.VI.

Uius dicti sentẽtia: quid tot uelim uerbis admonet: Uolo solitudinem non solam ocium: non iners nec inutile: sed quod e solitudine prosit multis. Qui enim ociosi prorsus lãguidi ⁊ segnes ⁊ soli sunt: eos mestos semper miserosq; consentio: Quibus nec honesti actus exercitiũ nec nobilium studiorum illustriumq; nominũ possit esse commercium. Hec igitur summa est. Admitto ad ocium: non hec uento mobiliora sed mansura negocia: quorum finis est non labor: non questus ⁊ dedecus sed delectatio ⁊ virtus ⁊ gloria. Corpori non animo ferias indico: ueto in ocio ingenium quiescere: nisi ut assurgat ⁊ intermissione fecundius fiat: Solet enim ut aruis: sic ingenijs intermissio prodesse. Rursus ⁊ generosas curas in solitudinem non tantum recipio sed arcesso: quarum comitatu nullus omnino facilior: nullus amenior fingi potest: ⁊ sine quo misera vita est eque uel in urbibus uel in siluis. Libros preterea diuersi generis ⁊ simul per quos aut de quibus scripti sunt comites gratos ⁊ assiduos ⁊ promptos uel in publicum prodire uel ad arculam redire cum iusseris paratosq; semper uel tacere uel loqui: ⁊ esse domi ⁊ communicari in nemora ⁊ peregrinari ⁊ rusticari ⁊ confabulari ⁊ iocari ⁊ hortari ⁊ solare ⁊ monere ⁊ arguere ⁊ consulere ⁊ docere secreta rerũ monimenta gestorum: vite regulam mortisq; cõtẽptum: modestiam in prosperis: fortitudinẽ in aduersis: equabilitatem in actionibus atq; constantiã. Comites letos: doctos: humiles ac facundos: sine tedio: sine impendio: sine querela: sine murmure: sine inuidia: sine dolo: Inter que tot commoda: nullo cibo interim: nullo potu ⁊ ueste inopi ⁊ angusta domus parte contentos: cum ipsi potius hostibus suis inestimabiles animi diuitias: amplas domos: fulgidas uestes: ⁊ iocũda conuiuia ac suauissimos cibos parent. Admitto ⁊ in solitudinem amicos: dulce genus: de quo multa premisimus: sine quibus truncam ac debilitatam vitam ⁊ quasi luminibus captam puto. Quotiensq; sub noctem: ut assolet: fores nostras amica manus impulit: Ac mihi seu longum post tempus uenerit hospes: Siue opum uacuo gratus ꝯuiua per imbrem (Quos mihi uersiculos e profunda grati conuictus experientia: ⁊ ex ipso nature gremio videtur Flaccus elicuisse) Quotiens ergo tale aliquid ⁊ mihi accidit hospes: sed post longum tempus gratus conuiua: sed uacuo operum: ne me forte uel frequẽtibus conuiuijs uel impedimentis operum delectari credas: tunc ego non alium inuenisse: sed meipm̃ quodammodo geminatum censeo: Non penitus duo sunt quorum vnus est animus. Nouit amor e duobus vnum facere: Alioquin impossibilem rem iuberet Pythagoras: ut in amicitia scilicet vnus fiat ex pluribus. Quod cum ita sit: sequitur ut quisqs vnius: idem ⁊ duorum capax amicorum locus sit. Nulla igitur solitudo tam profunda: nulla tã parua domus: nullum tam obstrusum limen: ut nõ pateat amico.

¶ Tractatus decimus: Exhortatiuus eius ad quem auctor scribit: ut vitam solitariã amplectetur remouensq; impedimenta ac repellens argumenta eorum qui huic vite aduersantur: cum preclara solitudinis commendatione.

¶ Tam ob virtutes eius ad quem scribit: q̃ ob comites quos illi ad solitarie vite solatium sors dedit: ad solitudinem suadens. Cap.I.

Ibi pater: si teipsum: si tua bona nõ ueris: nihil deest quod gratam solitudinem ⁊ dulce ocium possit efficere. Adest animus bonus ⁊ adeo bene institutus etate: non negligenter excultus multarumq; artiũ ac rerum notitia instructus: animus humanorũ actuum dux ac rector: totiusq; vite nostre gubernaculũ tenens: ut iam tali gubernatione nauigatio nisi felix esse non debeat: viros claros ⁊ insignes qui fuerunt nosti: uellem dicere posse qui sunt: sed ut res eunt vides. Si qui tamen uspiam supersunt: haud ignoti nunc etiam sunt tibi: cum quibus non potes aliter animo uersare quod genus tibi nõ maria nec montes eripient: cũ quibus potes ⁊ corpore abũdas pluribus fortasse: q̃q̃ huiuscemodi rei nunq̃ magna copia fuit: nunc inopia summa est: sed vnũ nomen honoris causa huic loco inserendum credidi: Eorum quos tibi ad solitarie vite solatiũ sors dedit: Pontius Samsonis est: q̃d a te sc̃dm ornamentum habet ecclesia tua. De hoc enim ut quem a prima etate familiarissime cognitum: nũc quoq; certius nosse mihi videar: fidentius loquar. Huic ego non temere: sed e re natum Samsonis cognomen obtigisse crediderim: ꝙ quantus hebreus ille corporeis: tantus iste sit animi viribus: humanitate: prudentia: Ad hec ⁊ litterarum nõ mediocri notitia: eaq; morum suauitate: que facile si quid habet solitudo asperum lenire queat. Illum ut facis: tota mente complectere: Illum in ocij solitarij partem uoca: Nisi enim fallor augurio sequetur uolẽs ⁊ fessus urbanarum rerum: fugam urbium nõ horrebit. Sed o ubi Socratem nostrum linquo? Fallor ne? Hunc linquo eqdem: Nam cum reliqui comites: ille pars nostri est. Itaq; cum ceteri euocandi sint: hunc nobis inseparabilem amor p̃stat. Nosti hominem quem ⁊ stabilis amicitie fides earum ⁊ musarum multa familiaritas clarum facit: Cum quo ita gaudium viteq; iucũditas aderit: ut consiliũ non absit: Ita ut vis ingenij vigorq; animi: ut qui his nonnunq̃ iungi solet: mestitie nulla nubes interueniat: sed ea semper lete frõtis vniformitas: quam in Socrate illo sene ⁊ mirari solemus ⁊ laudare: In hoc ⁊ conspicimus ⁊ amamus. Proinde nec nostrũ sileo Guidonem: cuius animo nihil est purius nihilq; candidius: nihil ingenio acrius: nihil iudicio grauius: nihil conuersatione suauius: Qui si nõ septimus ut cognomẽ eius spõdet: sed quartus accesserit: nõ itelligo qd h̃ dulcius comitatu. Oĩq; nec alij qdẽ desint ⁊ uoto pares ⁊ studio: nisi illos

nobis aut ſtat⁹ imparitas aut omnino difficultas
quedam: ⁊ inenodabilis humanarum rerum per-
C plexitas inuideret. Sed ⁊ hi ſatis multi ſunt ⁊ il-
lis animo frui nec ipſa uetuerit foꝛtuna. Hi igitur
tales viri aderunt: ut neqꝫ ualitudo aſpera neqꝫ ur
gens occupatio neqꝫ commigrandi incidens ne-
ceſſitas ita nos diſtrahat: quin vnius noſtrum aſſi
due tecum ſit. Et quid ſingula enumerem? Nihil
deerit omnium uoluntas vna non deſit. Aſſunt q̄-
dem minime graues: ſed agiles expediteqꝫ diui-
tie. Siue ut aliter idem dicam: Adeſt paupꝫtas non
meſta nec ſoꝛdida: ſed honeſta ⁊ leta: etſi uerū fa-
teri uolumus multis inuidioſa: Adeſt libꝛoꝛū bo
na copia legendi dulcis ardoꝛ intelligendi memo-
randiqꝫ facultas data celitus ⁊ ſtudio aucta per-
uigili. Quod ſequitur ſiluiſſem (Sic enim pudoꝛ
hoꝛtabatur ni ſcirem pꝛo utentis affectu pꝛecium
rebus accedere) Et ipſe igitur adero: ⁊ mea quam
diligis nunq̄ꝫ aberit papyrus: noui aliquid afferēs
indies: cuius eſtimationem tu mihi fateoꝛ ante ali
os inexplebili illo tuo legendi deſiderio geminaſ-
ſes: niſi quod a pꝛincipio dixeram ⁊ uetus eſt uer-
bum: Judicio fauoꝛ officeret. Repeto enim quoti-
ens illam: ne dicam alijs: ſed certe Platonicis ac
D Ciceronianis codicibus pꝛetuliſti: dum tibi biblio
thece mee limen ingreſſoꝛ qui ſepe non ut epiſcop⁹:
ſed ut amicus facis legendiqꝫ auido: que nunq̄ꝫ in
te ſitis extinguitur. Ego diuina illa opera celeſtiū
ingeniorum obtuliſſem: Tu autem manu obiecta
frontem auertens tātum noſtra depoſceres. In q̄ꝺ
ne quid tuum ratione careat: inclinaſſe te potuit: ul'
ueterum perfecta cognitio repetite lectionis iā nō
egens: uel hinc noſtrorum amoꝛ: hinc nouitas: ⁊ ſi
enim in ſcriptis uetuſtatis auctoritas maioꝛ: ⁊ il-
lud Flacci uerum ſit: ꝙ meliora dies ut vina poe-
mata reddit: habet tamen ⁊ nouitas gratiam ſuā
⁊ foꝛte iuuat experiri quantum viuendo pꝛofece-
rim: Nil enim impigrius: nil experientius eſt amā
te. Quicquid autem cauſe eſt: tuum fateoꝛ: hūc ar-
dorem ipſe coram ſepe miratus ſum: ſepe abſens
villici mei uerbis agnoui qui aſſidue redeūtē his
me lamentis aggreditur: Cur neſcio quam papy-
rum: quam tu hanc inuiſeris domū ſolam petere
ſoleas: abſtulerim. Rideo ⁊ miroꝛ uel patris affe-
ctionem uel cuſtodis fidem: uel villici puritatem.
Itaqꝫ aliquando abiens: ⁊ cum ſene meo ludens:
papyrum illi uacuam dedi: quaſi illa eſſet quā que
ſiſſes. Quo facto ſe illuſum reuertenti: iterum gra
uiter queſtus totaqꝫ demum res in iocos ⁊ in ri-
ſum deſijt.

De illis que ſolitarius debeat ſemper deſiderare: ⁊ de loco habitationis eiuſdem. Cap. II.

A S Ed redeo ad oꝛdinem. Adeſt ergo tibi pꝛe
B terea ſine quo vita: ne dicam felix: ſed ne vi
ta q̄dem eſt: malarum rerum naturale odi-
um ⁊ bonarum amoꝛ: virtutum cultus: bone fame
pulchꝛa cupiditas: honeſti ſtudium: contēptus ſu-
peruacui. Q̄ꝺ ſi vnum e ſolitarie vite fundamētis
dixero: uerum dixiſſe me dicam. Adeſt coꝛpus la-
boribus obeūdis idoneum: nōdum fragile iā ma-
turum. Adeſt etas adhuc virēs: ſed iam adoleſcen
tie malis explicita: que optima vite pars: nec exps
actuum: nec cōſilij inops eſt: ⁊ ad magnas res au-
dēdas aggrediēdaſqꝫ ſufficiens. Adeſt deniqꝫ pa-
tria: ubi ciuis ac ꝑſul hinc amoris in populo: hinc
reuerētie arcem tenes. Illud tibi natura ꝑſtat: hoc
dignitas: utrūqꝫ virtus ac meritū. Eam quoqꝫ ſoꝛ
titus es patriam: quam lꝫ epiſcopatus tuus ciuita
tis appellatione nobilitet: ea tamen pꝛeter uetuſta-
tem ⁊ nomen de ciuitate nihil habet: non luxū: nō
frequētiam: non tumultum: ſingula ad eam vitam
de qua loquoꝛ aptiſſima. Cuius ego ſi rite cōputo
annis circiter q̄nquaginta ante dn̄i aduentum Ju
lio Ceſare Bꝛitāniam oppugnāte in autēticis ſcri-
ptis: inter antiquas iam tunc urbes memoriam in
uenio. Aſpectus loci talis eſt: ut non inelegāter idē
ipſe Socrates noſter: quotiēs illic ad te viſendum
conuenimus dicere ſoleat: En ciuitas illa parua q̄
dem ſed honeſta: quam Abagarus rex Jeſu ſalua-
tori obtuliſſe legitur in eccleſiaſticis hiſtorijs. Illi
us in medio tibi ſolitudinem facere ſi uelis potes:
non eges ad hanc rem peregrinatione longinqua:
ad quam multi eorum confugerunt quos ſupꝛa cō
memoraui: ea locorum cōditio eſt: ut in patria tua
inqꝫ tuorū gremio ſolitarius eſſe poſſis: haud ſper
nenda quidem oppoꝛtunitas: domi habes q̄ꝺ mul
ti trans maria queſiere. Sin autem tibi nidus tuus
ſoꝛdet: aut quid foꝛte liberius petis: euolare licet
in pꝛopinquum ramum: ⁊ ſupꝛa vicinū fontē ame
niſſima ⁊ quietiſſima ſtatione conſiſtere. Adeſt ti-
bi tuus Soꝛgia rex fontiū: ad cuius tibi murmur
hec ſcribo. Adeſt liberrimum gratiſſimūqꝫ perfu-
gium clauſe uallis. Sic enim uocant incole: ſic uo-
cari uoluit natura: quando illam circūductis colli
bus abdidit extra omne iter: omnemqꝫ concurſū:
videriqꝫ niſi ab incolis non permiſit. Hic tu quoqꝫ
quod rarum ⁊ liber ⁊ dominus ⁊ pꝛeſul ⁊ ſolita-
rius eſſe potes. Poteris ne tuum locum ſpernere:
qui aduenis ⁊ reuerentiam inijcit ⁊ ſtuporem? Si
quis ſpecus inquit Seneca ſaxis penitus exeſis
montem ſuſpenderit: non manu factis ſed natura-
libus cauſis in tantam laxitatem excauatus: aiūm
tuum quadam religionis ſuſpitione percutiet. Si
hoc uerū eſt: ubi queſo religioſioꝛ uſq̄ꝫ ſpecus? Et
ſi quod ſequitur eſt uerum: Magnorum enim in-
quit fluminum capita ueneramur: ubi maioꝛ uene-
ratio? Flumina quidem maiora longe vie ſpatio ⁊
congeſtu aquarum multarum nouimus: fontē nul
lum. Rurſus ſi tertium eſt uerum: ſubita inquit ex
abdito uaſti amnis eruptio aras habet: ubi oro di
gnius are fuerint? Quas ego iam pꝛidem Chꝛiſtū
teſtoꝛ: ſi qua uoto facultas affulſerit: illic in hoꝛtu-
lo meo qui fontibus imminet ac rupibus ſubiacet:
erigere meditoꝛ: non nymphis: ut Seneca ſentie-
bat: neqꝫ ullis fontiū fluminumqꝫ numinibus: ſed
Marie cuius partus ineffabilis ⁊ fecunda virgi-
nitas: omneſqꝫ deorum aras ac templa ſubuertit.
Aderit ipſa foꝛtaſſis: ut quod diu iam ⁊ niſi falloꝛ
pie cupio: aliquando perficiam. Nunc ceptum ſe-
quoꝛ: Poteris ne igitur tuum locum ſpernere quē
alienigene uenerantur? Locum libertati ⁊ quieti
⁊ ocio ⁊ ſcientie ⁊ virtuti: ac ne in ſingulis immo-
rer: ad ſummam omnibus quibus ſtudes amiciſſi-
mum locum: ut cetera ſileam: tanto olim ⁊ tibi tā
culto habitatore dignatū. Scis ꝙ ueranus tuus
Chꝛiſti ꝯfeſſoꝛ eximius: qui ſedē tuā nūc ſolito du
riorē: neſcio quotus an̄ te tenuit: querēs locū pacis
hic demum ſubſtitit pulſoqꝫ hinc dꝛacone terribili

sanctam ac solitariam vitam his duxit in locis. Cuius nomen inter famose solitudinis amicos:nō preteritum sed dilatum est:ut in extremo positum tenacius hereret memorie:non tam tue:vnde illud auelli cōmemoratio quotidiana nō sinit: ꝛ p̄sens semꝑ uana sub oculis fidei tue testis in quā p̄ciosis sancti viri reliquijs exequēdā:oē tum studiū:oēs opes ut dici solet uētre fraudato:oē deniq; qḋ tibi usq; erat argētum atq; aurum virū optime ꝯtulisti q̄ ceteroꝝ qui fortassis hec legēt. Hic eqdē habitauit ille dum vixit ꝑusq; ad statum cure pōtificalis inuitum spectata virtus attolleret:hic uelut in terra hostili:sed a se ꝑdomita ac pacata ꝛ cultui hominum acqsita Christo cuius auspicijs signoq; vicerat:Tropheum erexit titulo virginis genitricis insigne tēplum exiguum:sed decorum ꝛ ualiduz. Hūc ipse mōtem ꝑuium fecit: ꝛ hāc montanam ꝑ duraq; silicem ꝑforauit suis:ut aiūt:manib⁹:opus feruoris atq; ocij ingētis:hic in ripa cellam habuit:Christo diues atq; hortulo cōtētus ꝛ flumine. Postremo ꝑcul hinc moriēs:huc referri:atq; hic sepeliri uoluit:ut nosti:tam claro stupendoq; miraculo:ut qḋ oliz in trāsitu maris rubri vinctis moyseos virga potuerat:hoc si qua fides in transitu fluminum ueram pallium posset extincti. Hec hactenus: Nam de religs ruris tui laudibus multa dici possunt:sed ꝛ multa sepe diximus: ꝛ hodierno colloquio dandus est finis.

¶ Q; qui deo seruire uelit:siue artibus bonis ingenium excolere:siue aliqd aliud boni facere:fugiat ne dum opem ferre alijs videat̄ ipse obruat̄:Et qḋ in alio reprehendat ipse ne committat. Cap.III.

s Iue itaq; deo seruire uolumus:que vna libertas est atq; vna felicitas:siue artib⁹ bonis ingenium excolere:qui ꝓximus egregius labor est:siue aliqd meditādo ꝛ scribēdo nr̄i memoriam posteris relinquere:atq; ita dierum fugam sistere ꝛ hoc breuissimum qdem vite tempus extēdere:siue simul hec oīa p̄stare ꝓpositū est nobis:fugiamus oro iam tādem ꝛ id quātulūcunq; qḋ supest in solitudine trāsigam⁹: omni studio cauētes nedum opem ferre naufragis videmur: ipsi rerum humanarū fluctibus obruamur:rerum humanaruz scopulis allidamur. Deniq; qḋ ꝓbamus id agamus:ne qui morbus est publicus:quodq; in alijs sepe rep̄hēdimus:cōmittamus: ꝛ iudicia sermonesq; nr̄i ab actionibus discrepent.

¶ Q; non debeamus amplas opes expetere:nō eniz adiuuant sed impediunt. Cap.IIII.

n Emo v̄o nos fallat: nemo nobis p̄suadeat in hoc amplas opes expetēdas: Nō adiuuāt sed impediūt:premūtq;:nō subleuant. Ad hāc vitam ascēsus est: Nemo in altum ascensurus supuacuis sp̄ōte pōderibus aut laqueis implicat̄: Nihil auro grauı⁹ nihilq; tenacius:id nisi quo ad necessitati subuenit:nec optādum nec amādum qdem. Ubi enim auaritie obsequit̄:nihil est qḋ ferētem magis incuruet ac deijciat ꝛ in terraz cogat Neq; id mirum:si a terra ortum ad eādem suo pōdere fert̄. Non cōuenit aīam celestis originis terrestrium cauernularum sarcinis obrui:fecibus ingnari. Prefert qdem splēdorem ꝛ lenitatem sensib⁹ illudētem:animo aut affert tenebras ꝛ spinas ꝛ tribulos curarum tristium ac pungētium: ꝛ quo purgatius videt̄:eo abditis malis infecti⁹ est. Nunq̄ sole uenīūt diuitie:multa ꝛ uaria mala secū uehūt ꝛ innumeros labores causasq; discriminū. Si mihi nō satis est fidei:quere ab his quos felices uocāt: ꝛ adiura ut ueri nihil occultēt:inuenies eoruz vitam supplicijs plenam suis:ut quam mirabaris exhorreas aut contēnas: ꝛ intelligas huic vite ad quam te hortor:magnas diuitias nil ꝑdesse: sepe aūt obesse q̄plurimum:ut nedum nō tanto studio cōquirēde sint:sed abijciēde potius si ultro adeēnt donec ad eum quem natura ꝛ virtus statuunt modum:more nautarum graui tēpestate laborantiū: iactu dānoq; rerum salua puppe:ꝑuētum eēt. Mira res nūc aīum subit:ut te pater meq; tecum rogē ꝛ obtester:ut vnius pueri cōsilium vni datuz seni duobus eē utile patiamur. Is puer Alcibiades fuit postea vir ꝛ forma notus ꝛ ingenio alternantis q; fortune clarissimum exēplum: Huic auunculus Pericles fuit:vir ꝛ ipse raris annumerandus: In ꝑmis eloqo potēs: ꝛ cui ad magnum impium fuerat lingua pro gladio: Ad hūc ergo cum puer Alcibiades ex more ueniēs:senem solito tristiorem offendisset:motus q; nō solitis forte blāditijs exceptus eēt:ꝑconatus fert̄ que causa tristitie seu qd icidisset noui: ꝛ cum senex puerili reor ingenio delectatus:ueram rei cām nō celasset:dixissetq; se immēsam pecuniam expēdisse in usus reipublice: cuius impēse rōnem qualiter redderet nō posset apō se cogitādo repire: Tum puer supra etatem: Tu v̄o ingt cogita potius q̄liter nō reddas. Callidum nē pe cōsilium:uel si a sene datum eēt magnūq; ꝛ euidēs plenum p̄sagium etatis. Quo fretus auunculus:cōcitatoq; externo bello ciuilem difficultatem reddēde rōnis euasit. Sed ad cōsilium reuertor:in quo laudare soleo:nō facti iniustitiaz: sed acumen ingenij ꝛ celeritatem:hoc est illud pueri senile cōsilium:qḋ in usos nr̄os uertere moneo: sed in alios terminos aīi uersum. Ecce enim ueniēt qui viā nobis ad magnas diuitias ostēdāt:qḋ nihil est aliud q̄ auaritiam docere: Pestilēs sane schola ꝛ oposa admodum difficilisq; doctrina multo vigiliarū ac laboꝝ impēdio discēda: ꝛ uel effectu caritura uel nocitura successibus. In his cogitationibus occupato aīo dicamus: Cogita potius qualiter ista nō cupias: Ea enim utilior ꝛ certe facilior ars est:ad quam si adhuc lentus ꝛ indocilis est aīus additis urgēdus est stimulis: Ostēdamus ei p̄ter mala diuitiarum de qbus ꝛ a nobis modo aliqd: ꝛ multa quotidie dicunt̄ a multis:esse artem hāc in manibus nr̄is:illam alteram in arbitrio fortune. Spernere opes pōt qsq;:cōsequi nō ita:scitūq; est illud amici: Quare ingt potius a fortuna impetrem: ut det q̄ a me ne petam? Itaq; rem difficilem ꝛ euētus ambigui:puto p̄stat intētatam linquere:que ꝛ si certe utilis foret:esset tn̄ intēpestiua ꝛ sera. Ecce enim sudabimus:anhelabimus: torquebimur ne desint vite breuis ac fragilis alimēta:que ut dixi: iam pridem cumulate ꝛ usq; ad inuidiam ac delitias assunt: Uerum esto:desit aliqd: Quis est eniz regum cui non aliqd desit? Hic magno nisu assurgendum dicet aliquis:ut omnem prorsus indigentiam futuri dijs similes: ꝑpellamus:que nec penitus pelli potest: ꝛ ad tēpus pulsa redit acrior.

¶ Q; anxia vita que in crastinum prominens non est vita:sed vite meditatio: Et q; auaritia sit vincēda: ꝛ iter ad ueras diuitias cōdiscenda. Cap.V.

B

C

D

A Icero qdem ad Germanum scribens: Quod
c me inqt sicut sepe antea cohortaris ad am-
bitionem et laborem: faciam eqdez sed qñ
viuemus. O breuis questio: sed efficax: Hic vo qs
quis erit hortatori nro apte ne satis et grauius re-
spõderi põt: Placet amice qd suggeris si mõ possi
bile est: sed quãdo viuere icipiemus. Oro te quos
scilicet nõ modo viuere sed vixisse iaz deceat? Nã
hec semp anxia atqz in crastinum pminẽs: non est
vita: sed vite meditatio nunqz forte uenture: et qd
cõstat ambigue. Inter multa qdem hoc a plebeio
poeta nõ ignorabiliter dictum tenes: Crede mihi
nõ est sapiẽtis dicere: Uiuam: Sera nimis vita est
crastina: viue hodie. Est vo cõsilium illud Alcibia
dis late patẽs et ad multa vsabile: Ultio stimulat:
gula sollicitat: suspẽdit ambitio: incẽdit amor dif-
ficillima exequẽdo cõtenẽdoqz facillima. Hec ani
mum doceamus: ut anceps et piculosa ad nocẽdũ
via: itaqz sepe dum ulcisci uolẽs iniuriam acerua-
bis: ut vilis gule seruitus et solliciti apparatus tur
pissimus exitus: ut uẽtosa semp ambitio supplicã-
dum populo: quo nihil est durius: ut improbus su
perbusqz amor seruiẽdum mulierculis: quo nihil i
dignius viro forti: ridẽdum inaniter lugẽdũqz: et
sepe nõ minus letis qz mestis euẽtibus: tãta uani
B tas rei est: hoz oium vna est regula. Siqdem his
implẽdis cogitatio impedit: nunqz deerunt mesti-
tie mortales et maloz cause: ut euadas hinc et ut le
tus ac liber sis: contemptus ipse pstabit. Hoc poti
us cogitãdum est igit qualiter difficultates has ef
fugias: qz qualiter explices: Uide in qz viriles sen-
tẽtiam: puerile dictum trahi põt. Sed omissis ali-
is: qd nũc vnum agit auaritiam hoc artificio vin-
camus: necessarias nobis ad hoc ocium magnas
opes ostẽtãtem: et spernẽdo mortalia frenandoqz
cupidines: et nature modestiam estimãdo: compẽ
diarium iter ad ueras diuitias condiscamus. Re
enim uera cum oibus ad virtutem nitẽtibus: tum
uel maxime pposito nostro inimica cupiditas est.
Nam nec finem habet ullum: et cumulãdo supua-
cua: impedimẽtum querit huic vite: cui psidiũ pol
C licet: quam nõ onustam sed expeditam atqz agilez
esse oportet. Nempe cum cõstat multis qui omnia
posse videbant: ne hoc vnum possent: opum poten
tieqz magnitudinem obstitisse. Tibi nil obstat nisi
qd minime suspicor: ipse tibi obstes: potes eqdez:
potes modo nõ singulos nodos soluere: qz simul
oẽs amputare malueris: Aduersus hydraz res est
nobis: nullus erit finis nisi repullulãtia capita in-
genio pcidamus herculeo. Ego solus eẽ non tãtuz
possum: sed iam cepi facile pseueraturus: si tantus
mihi vie solitarie dux et comes accesserit. Nõ mo-
do enim mee qetis adiutor: sed ut qd in animo est
quomõlibet enũciem: Ipse qes mea: nec tm̃ solitu-
dinis solamen: sed ipse quodãmodo solitudo mea
eris: tũc uere plerũqz solitarius videbor dum tecũ
ero. Precessi ego te: tẽtauiqz uadum: sequere saltẽ
qui pcedere debuisti. En quasi dubio torrente trãs
misso ripa clamãs ad aduersa ut intrepide trãseas
edico: Nihil oino piculi est: et ubi primo pedes te
nui strupea oia atqz suspecta: hic amena oia et secu
ra denũcio. Si dubitas: si cũctaris ipse retranseo
et uestigia retro obseruata sequor: ut Uirgilius ait:
ut scilicet manu prehẽsum ad hec te loca pducam:
qbus cum assueueris: regum thalamos põtificũqz
aulas carceres et molestos laqueos ducas.

¶ De remedijs cõ pigrũ pgressũ ad solitudinẽ. C. VI

Uod si forte oia que aios tenent abdicare A
q nõdum possumus. Id enim vnũ est ex eoz
qñe que prius incipiũt hoies docere qz di
scere: at saltem amicam nobis solitudinẽ faciamus
qd nullo uetãte pmittimus: inqz illam cum oibus
fortunarum nrarum sarcinulis cõmigremus: qbus
cum fortiter carere posse cepimus: tũ demum ple-
na libertas erit et securum gaudiũ. Interea ut res
sunt: nusqz certe qetius victuri sumus: Neqz enim
uel qr diffidam tam obnixe ago uel tãto uerboruz
nisu qcqz tibi durum aut graue suadeo: cum et alti
tudinem animi tui norim: et siue huius siue artio-
ris vie clarissimi tibiqz notissimi duces sint. Nam
et Martinus cui multum fidis: et cui qd pegrinati
ones sermonesqz tui indicãt: inter Christi amicos
amicissimũ te notaui: hũc vite modũ: ut ex supiori
bus liquet ipleuit: simul et solitarij regem amplexus
et episcopi dignitatẽ retinẽs: ut iure suo Genadius B
et monachũ et epm illum uocet. Nẽpe qui pus añ
baptismuz: qd difficilius est iplesset in adolescẽtia:
inqz ipsa militia utraqz religiosis aduersa cõsilijs
sic viuẽs: ut iam tũc sicut in vita eius scriptum est:
nõ miles sed monachus putaret. Et alter Menas
cui natalis idem qui Martino est: terrenaz celesti
militia: nõ in urbe sed i heremo pmutauit. Et huc
quoqz de idustria dilatus Gregorius nazianzenus:
ut Hieronymus testat: Immo se epm in loco suo or
dinãs ruri vitã monachi exercuit: Cuius vite quã
tus illi semp amor fuerit: hinc elicis: qr iam añ sub
recẽtem ex atheniẽsi auditorio digressum: Basiliũ
Cesariẽsem famosum cõpatriotã et collegam: atqz
ut famaz secutus: Augustinus ait: etiã carne germa
num suũ e cathedra magisterij detractum: ubi ille
rhetoricam florẽtissime docebat: iniecta manu ad
solitudinẽ et ad meliora studia insigni quadã amo
ris fiducia et auctoritate deduxerat.

¶ De repulsione argumentoz illorum qui vite solita
rie aduersantur. Cap. VII.

Udio aũt e trãsuerso qd aduersus hec rur- A
a sum obstrepi soleat. Nam pmo de scriptu-
ris sacris nobis facẽ nitunt inuidiã. Ue so
li qr cum ceciderit nõ habet subleuãtem se. Et me-
lius est duos simul eẽ qz vnum: hñt enim emolimẽ
tum societatis sue. Et que sunt id genus plurima.
Quod oino nõ dicerẽt si qd ego sentiã et qd loqr attẽ
derẽt. Deinde Aristotelicũ illud obijciunt: ubi ait:
uel qz naliter sociale aial est hõ: uel qz qui alijs non
coicat: aut bestia est aut deus: qsi ego uel odiũ idi-
cam uel societatẽ oium hoium interdicam: uel an-
ceps sit electio qd eẽ malim: an bestia an deus: hoc
est bestialis hõ an diuinus vir. Ciceronianuz pte-
rea illud nobis imurmurãt: ubi nõ a necessitate qd
qbusdam visum eẽt: sed a nã pfectam hoium socie
tatem: nõ semel deseruisse ptẽtus: rei huius argu-
mẽtum attulit optimum: quẽqz lz oibus copijs suf
fultum et ois necessitatis exptem: tñ et solitudinez
fugiturum et socium studij quesiturum. Quibus sa-
tis ut arbitror libro supiore rñsum est: Nã nec ego
nisi in hoc mihi plene cum Tullio conueniret: solitu-
dinis ac studij socium: immo uel socios et queren-
dos dicerem et colẽdos. Et hec igit et que ad obui
andum nobis similia trahi solent teneo: et deserta
solitudine Aphraten cuius supra meminimus: et

Julianum illum famosissimū heremitā antiochiā: ꝛ famosiorem Antonium Alexādriam urbesq̄ȝ alias petijsse nō sum nescius: uerum id non motu proprio seu leui qualibet ex causa: sed pro graui necessitate summoq̄ȝ fidei discrimine gestum noui. Sic enim scriptum est: Sciebāt illi sacratissimi viri qd tempori vnicuiq̄ȝ cōgrueret: ꝛ quando esset opus frui qete: ꝛ quādo necessarium solitudini p̄ponere ciuitates. Jam id ꝑpe ridiculum qđ p̄missis accumulāt: quodq̄ȝ p̄senti mihi sepius obiectum scio. Quid eniȝ fiet inqunt: si passim oibus persuadere potueris qđ intendis? aut quis tādem in urbibus residebit? Uide ergo ne cōtra rempublicam loquaris. Quibus plane res ipsa respōdeat. Siquidem omnes inde migrauerint: certam esse mutande sententie rōnem solitudines deserendas: que iam solitudines non erunt: eoq̄ȝ ꝑtinus redeūdum: vnde omnis tedij pater inges popellus abscesserit. Sed bene habet: non hi sunt hoium mores: neq̄ȝ taȝ patulas vulgus aut tam faciles honestis consilijs aures prebet: paucis utinam p̄suaserim. Nec ꝟo par est omnibus vnam vitam ꝛ p̄sertim solitariam suadere: nec ego loquor omnibus: sed tibi: sed mihi: ꝛ his paucis qbus hec rara conueniunt. Nobis certe si nō vulgi uoces: sed naturaȝ nostram seqmur: nihil est aptius.

De hortatione ad solitudinem: Et q̄ urbes relinquendi sint occupatis in seculo. Cap. VIII.

l Linquamus urbem non redeūdi animo: ne posita ad aratrum manu respiciamus retro: sed p̄cemur potius: ne vnq̄ȝ ad ingratū deq̄ȝ omnibus bonis male merituȝ populuȝ reuertamur. Qđ fecisse Lentulus tradit: is qui sub obtentu ꝑfectionis honeste: eternum exilium elegit: quem ut imitari uellemus: ꝛ si non qetis amor ac saltem turbe odium p̄suasisse debuerat. Quāq̄ȝ non desit exēplum minus notum sed deuotum magis Chronij phenicis monachi: qui solitudinem ingressus orauit ne vnq̄ȝ inde discederet: multaq̄ȝ p̄seuerantia sibi p̄stitit ne irrite preces eēnt. Extirpande sollicitudinum cāe sunt: frangēdiq̄ȝ qui nos tenent vnci: rūpēdusq̄ȝ pons a tergo ne qua fuge uel reditus spes supsit. Dicam enim tibi: nō qđ Palladius exēplorum talium historicus dixisse sibi Joānem scribit egyptium heremitam illum cuius supra mētio est habita: Episcopus enim inqt es futurus: plurimūq̄ȝ tribulationum habiturus es ac laboruȝ. Si igit ista vis fugere: noli relinquere solitudines nostras: Nullus enim te in desertis degētē locis episcopum faciet. Hec Palladio Joānes. Ego aūt tibi de ep̄atu nihil. Jam enim es qui ille cauēduȝ p̄monebat: nec iam tibi possibile est episcopū nō fuisse: ad quem statum añ annos matura te virtus erexit. Sed qd huic ꝑximum est dicam: Ep̄atus eniȝ tuus talis est: in quo ꝛ honore summis: in libertate mediocribus atq̄ȝ infimis par sis. Qđ si maioris episcopij pōdus times: solitudines nr̄as ama: Et si laborum imortalium nexibus vis absolui: hanc regem quere: Ut enim a militie labore rediens: ait Romanus ille Cēturio: hic optime manebimus: qđ si fortuitu ꝓlatum: ad oēm tāti impij tractuȝ est: ex ꝓposito dictum nō spernat. Surge: ueni: propera linquamus urbem mercatoribus: aduocatis: p̄senetis: feneratoribus: publicanis: tabellionibus: medicis: vnguētarijs: lanionibus: cocis: pistoribus atq̄ȝ sartoribus: alchimistis: fullonibus: fabris: textoribus: architectis: statuarijs: pictoribus: mimis: saltatoribus: citharedis: circulatoribus: lenonibus: furibus: maleficis: adulteris: parasitis: hospitibus: circūscriptoribus ac scurris: edacibus odorem fori vigili nare captātibus: qbus ea felicitas vna est: illi inhiāt: Nullus aūt nidor in mōtibus ꝛ solitis ac placitis caruisse supplicium. Sine illos: non sunt nr̄i generis: Permitte diuitibus nūmos suos numerare: ꝛ in hoc arithmetice p̄sidio uti: nos diuitias nr̄as: sine studio: sine arte numerabimus. Nihil est qđ illis inuideamus: nisi nūc etiam: qđ absit: pueri simus: quos ficta adūbrata suspēdāt. Demi phaleras eqs uenalibus uetus est cautela. Nemo sanus puellam deformem q̄ bñ uestita esset in cōiugiuȝ optauit. Nos si phaleras: immo laruas his purpuratis felicibus detrahamus: clare videbimus esse miserrimos: Suas sibi diuitias habeāt: suos mores: suas uoluptates. Nēpe quas eternas uellēt diuitie abibūt: ꝛ quas manu retrahūt uoluptates fugiēt: At qbus caruisse cupiēt mores stabūt ꝛ comitabunt inuitos. Cūcta hec que illos vulgo mirabiles ostēdūt: momēto tp̄is euanescēt. Sub imperio fortune viuūt: si illa pepcerit: morȝ nō parcet. Qui p̄ciosissima rerum habēt: si tñ dicēdi sunt habere qbus seruiūt: ipsi mox a vilissimis habebunt. Et a qbus inqes habebit diuitias ingratus heres ꝛ forsan hostis inuisus? Corpa uermes ꝛ upupe: Tartarus aias: Nomē: obliuio sempiterna. Cōtra q̄uis pauper hic fuerit: Jn memoria eterna erit iustus. Non nos igit ad emulationem ꝓuocet falsa ꝓspe- C
ritas uera miseria: sequestrentur a nobis molles ꝛ eneruati diuites. Jllis therme: fornices: atria: popine: nobis silue: mōtes: prata: fontes placeāt. Jlli carnis desideria ꝛ lucrum vndecūq̄ȝ ueniens: nos studia liberalia ꝛ honesta sectemur: ꝛ siqd mechanicum miscere iuuat: sit agricultura uenatioq̄ȝ: Cui q̄uis inesse clamosum aliqd ꝛ nr̄o ꝓposito dissonum videat: de uenatione uetusq̄ȝ sit uerbū: Jn uenādo multam uerborum esse iacturam: uenationeȝ tñ ꝛ meditationi ꝛ studijs opportunam: magnis qbusdam ingenijs visam scio: ꝓpter solitudinem scilicet ꝛ nemorum latebras silētiūq̄ȝ retia ipsa seruātium. Qđ tum maxime uerum fiet: dum p̄ter numerum: hoc est nō uenator sed spectator in siluam eas abiturus ex cōmodo sine ullo uenātium commeatu: ea forte uel clericis p̄cipue inter siluas agētibus p̄missa licētia est: nec huius gñis interdicta uenatio: rara qdem ꝛ modesta ꝛ exercitio corpis indulta nō luxui: queq̄ȝ illi cognate sunt piscatio aucupiūq̄ȝ: he sunt ruris artes. Deniq̄ȝ illi semp pēdeant ac uoluant: nos ad petram pressis uestigijs insistamus. Jlli semp hereāt: nos aliqñ ꝓgrediamur Jlli semp dubij cōsultēt: nos iam tandem salutare cōsilium exequamur. Postremo illi mūdum fugiētem amplexētur teneātq̄ȝ si possint: nos dñȝ ꝛ queramus dum inueniri pōt: ꝛ inuocemus dum ꝓpe est: qn ꝛ duȝ corpora nr̄a peregrinant ab urbibus: peregrinent a corporibus animi: p̄mittamus illos ad celum cum tēpus aduenerit (qđ philosophi nō sperarunt) ꝛ corporibus secuturi.

De preclara solitudinis commēdatione. Cap. IX.

e Nquo impetus calamuȝ tulit: q̄ȝ multa diximus de re parua: ut vulgus existimat: ut ego sentio p̄maxima: ꝛ mihi eqdem tam iu A

cũda:ut cum in hoc corporeo carcere diu vinctum me fuisse meminerim:vixisse nõ amplius mihi videar nisi q̃diu solus τ ociosus vixi.Quinimmo si usurpare audeam p̄clarum illud singularis τ egregij ducis dictum:ne importune detur insolentie gloriandi par in tanta imparitate licentia: Ego quoq3 non modo nunq̃ minus ociosus q̃ cum ociosus: minus ue solus q̃ cu3 solus:sed semper ociosus nisi dum ociosus:semper solus nisi du3 solus fui.Et si non sim dubius:quod sepe iam dixi:magno strepitu populum his omnibus occursurum:Sed ueritas intrepida τ inuicta est: Nec nanos horret strepitus : ut descriptor generosi cornipedis Maro ait:Illi ardua ceruix argutumq3 caput : Cuius quidem non assertor:adhuc magis audax q̃ sollicitus inquisitor sum.Ad quam l3 enim studio semper aspirem:ueteor tamen nequando mihi uel illius latebre uel mee cure uel tarditas quedam obstet ingenij:ut sepe res querens opinionibus implicer.

B Hec ergo non diffinitor sed scrutator uestigatorq3 tractauerim:Nam τ diffinire sapientis est proprium:τ ego nec sapiens nec proximus sapiẽti:sed ut Ciceronis uerbo utar:magnus sum opinator.Cõtra autem paucos quibus loquor:affuturos scio p̄ter numerum superiores rebus omnibus atq3 victores:Ego iam hinc iudicij tui arram teneo:satis est quid alij iudicent:pro se quisq3 viderit dum uagas fluctuãtesq3 sententias nulla necessitas ad uerum cogit.Certe cu3 euenerit ineuitabilis dies: τ urgere animam hinc ceperit ineluctabilis mortis hora:quando non in porticibus aut compitis populi digito monstratum esse:non regem aut pontificem fuisse:non pecunia:non gratia:nõ delitijs affluxisse:sed caste:sed pie:sed innocenter vixisse profuerit:Tunc ut spero fatebitur qui nunc negat trãquillum hoc saltem fuisse consilium.

C Itaq3 tantus ardor:tantus materie amor est:ut cum multa dixerim plura se offerant:sed studio consulendum est. Putabam enim epistolam scribere:librum scripsi quem diuisurus non fueram : quo scilicet solitarie vite solitarius liber esset:nisi quia in mentem rediit eam me solitudinem laudasse:non que vnum etiam:sed que turbas fugit:Simul illa me cogitatio proposito emouit:ut onustum fessumq3 vie medio lectorem partitio releuaret:Unum igitur in duos secui.Dulce autem mihi fuit preter morem ueterũ quos in multis sequi soleo his qualibuscũq3 litterulis meis sepe sacrum τ gloriosum Christi nomẽ inserere:quod si fecissent prisci illi nostrorum ingeniorum duces: τ eloquio humano vim scintillarũ celestium miscuissent:Delectant fateor:sed multo amplius delectarent:Nunc mulcet eloquentie prima frons clara uerboꝝ luce:sed sentẽtiarum ueris orba luminibus:cum diu aures delinierit neq3 getat animum nec perducit ad illam supremam stabilẽq3 dulcedinem ac pacem intellectus:Ad quã qđ insensati τ superbi hoies contẽnunt:nisi per ipsam Christi humilitatem,nõ est aditus.Hec tibi autem sic affecto animo dictaui:ut omnis impulsaru3 uẽto frondium fragor: τ ois circa nascẽtium sonitus aquarum hoc vnu3 dicere viderent:Bene suades Recte consulis:Uerum dicis.

¶ Francisci Petrarche poete laureati:de vita solitaria:Secundus liber explicit.

¶ Insignis ac plurimum cõsolatiui opis Frãcisci Petrarche poete atq; oratoris Clarissimi: de remedijs utriusq; fortune ad Azonē: duos libros dialogis ducentis quinquagintaquor distinctos cõtinētis: Dialogorum libri primi de remedijs prospere fortune: collecta: ordiata: enumerataq; annotatio

Finis.

¶ Francisci Petrarche poete oratorisqꝫ clarissimi:in operis sui de remedijs utriusqꝫ fortune librum primum:quo de ꝓspera disputat fortuna:Epistolaris prefatio.

A Um res fortunasqꝫ hoium cogito: incertosqꝫ ⁊ subitos rerum motus: nihil ferme fragilius mortalium vita:nihil ingetius inuenio. Ita cūctis c aiantibus naturam miro remedij genere cōsuluisse video:ignorantia quadam sui:nobis solis memoriam:intellectuꝫ:ꝓuidētiaꝫ:diuinas ac ꝓclaras animi nostri dotes in pnitiem ⁊ laborem uersas. Tam supuacuis enim semper nec iutilibus modo:sed dānosis atqꝫ pestiferis curis obnoxij ⁊ ꝓsenti torquemur ⁊ ꝓterito futuroqꝫ angimur : ut nil magis metuē videamur q̄ȝ ne quādo forte parum miseri simus: Tanto studio miseriarum causas ⁊ doloꝝ alimenta conquirimus:quibus vitam:que si rite agereť felicissima prorsus ac iucūdissima rerum erat:miserādum ac triste negocium efficimus:cuius initium cecitas ⁊ obliuio possidet:ꝓgressum labor:dolor exitum:error omnia. Q ð ita esse qsquis vite sue cursum acri iudicio remetieť : intelliget. Quem getum queso: quem trangllum:quem non laboriosum magis atqꝫ anxium diem egimus? Q ð vnqꝫ tam securum: aut tam letum mane vidimus:ut nō ante crepusculum sollicitudo meroꝛqꝫ surripet? Cuius mali ⁊ si ipsis in rebus multa insit occasio:nisi tñ nos fallat amor:nri causa maior:siue ut igenue fateamur:culpa omnis in nobis est. Ut vo sileam reliqua quib⁹ vndiqꝫ trudimur:qð illud est bellum q̄ȝ ꝑpetuū qð cuꝫ fortuna gerimus:cuius nos facere poterat

B virtus sola victores: Nos ab illa uolētes sciētesqꝫ desiuimuſ. Soli igiť imbecilles exarmati nō equo marte cum implacabili hoste cōgredimur:quos illa vicissim ceu leue aliqd attollit ac deijcit ⁊ in gyrum rotat:ac de nobis ludit:vinci tolerabilius foret:nunc ludibrio etiam habemur. Id vo qd aliud q̄ȝ leuitas ac mollities nra fecit: Idonei visi sumuſ qui pile in morem huc illuc tam facile iactaremur: aialia cui breuissimi:sollicitudinis infinite:quibus inscijs:cui puppim littori:cui aium cōsilio applicemus:pro cōsilio interim sit pēdere:ac ꝓter presens malum ⁊ a tergo qð doleat ⁊ ante oculos semper habere qð terreat: Q ð ꝓter hoiem aiantium nulli accidit:qbus pñtia euasisse plenissimam securitatē tribuit: Nobis ob ingenium ⁊ acumen animi semper quasi cum Cerbero tricipiti hoste luctāduꝫ est: ut rōne caruisse ꝓpe melius in nosmetipsos:etherea nature ꝓstantioris arma uertētibus huic malo obstare subdifficile est:uetustate iam ⁊ cōsuetudine radicato. Enitēdum tamē in quam rem ꝓter generosi animi conatum:cui nihil est arduum:nihil inexpugnabile: ⁊ sapiētum hoium crebra colloquia: q̄ȝuis id genus iam rarescat: ⁊ multo maxime iugis lectio ac puigil scriptorūqꝫ nobilium monumēta ꝓfuerūt:modo salubribus monitis ꝯsensus animi nō desit:quem vnum in terris sani cōsilij viuuꝫ

C fontem asseuerare nō uerear. Q̄obrem si uel plebeis scriptoribus pro affectu nudo grām aliquando habitam scimus:siue pro eo q̄ iter aperuisse sequētibus visi erāt:quāta:oro te:gratia claris ac probatis scriptoribus est habenda:qui multis ante nos seculis in terraꝫ uersi:diuinis ingenijs institutisqꝫ sanctissimis nobiscum viuūt:cohabitant:colloquūtur: Interqꝫ ꝑpetuos animorum fluctus:ceu totidem lucida sydera ⁊ firmamento ueritatis affixa: ceu totidem suaues ac felices aure:totidem industres ac experti naute ⁊ portum nobis quietis ostendunt: ⁊ eo uolūtatum nostraruꝫ lenta carbasa promouent: ⁊ fluitantis anime gubernaculum regunt quoad tantis procellis agitata consilia tandem sistat ac temperet? Hec est enim uera philosophia: non que fallacibus alis attollitur ⁊ sterilium disputationum uentosa iactantia per inane circūuoluiť: sed que certis ⁊ modestis gradibus compēdio ad salutem pergit. In hoc te studium hortari:amicuꝫ forte:sed profecto necessariuꝫ nō est. Natura te uarie lectionis multiplicisqꝫ notitie auidum fecerat: fortuna que:ut aiunt:magne rerum partis imperium tenet:turbido quodam ac profundo negociorū ⁊ curarum pelago iactandum dedit. Ceterum nō D ut legendi ocium:sic noscendi desiderium eripuit: quo minus semp litteratoꝝ hoiuꝫ delectatus amicitia ⁊ cōuictu: ⁊ occupatissimis diebus ociosas horas quotiens licuit furatus:quotidie instructior quotidie rerum memorabiliū doctior fieri uelles: Ubi illa qua nulli cedis memoria:sepe te ꝓ libris uti solitum:ipse tibi sum testis. In quod si ab ineunte etate pronus eras:eo nunc putandus est pronior:quo serotinus matutino viatore feruentior atqꝫ animo saltem ꝓmptior esse solet:quandoqdeꝫ hec vulgaris est querela: Crescere iter dieqꝫ decrescere: Quod utiqꝫ nobis in hoc vite tramite accidit: ad uesperam propinquantibus: ⁊ vie multum supesse cernentibus. Non mihi igitur es hortandus ut facias quod semper auidissime fecisti:admonuisse suffecerit:ut intendas animum ne qua te hinc humanarum rerum cura dimoueat : que plerosqꝫ mortalium post egregios labores in ipsa consummatione maximorum operuꝫ auertit: Hoc adiecto:ut quia simul omnia uel legere uel audire ⁊ meminisse non potes:utilissimis quidem: ⁊ quoniam breuitas est amica memorie:breuissimis quoqꝫ te fulcias. Non q̄ ego suadeam operosiora illa ⁊ maiora sapientie consulta negligere ; quibus te in ordinario:ut ita dicam:fortune certamine tueare : sed ut his interim breuibus ac precisis sententijs quasi quibusdam expeditis atqꝫ continuis armis:cōtra omnes insultus omnemqꝫ repētinum impetū hinc E illinc iugiter sis instructus. Duplex enim nobis est duellum cum fortuna : ⁊ utrobiqꝫ quodammodo par discrimen: Cuius non nisi partem vnicam vulgus nouit:eā scilicet que uocatur aduersitas: Philosophi ⁊ si utrāqꝫ nouerint:hanc tamen ipsam difficiliorem arbitrantur. Itaqꝫ notum illud Aristotelis in ethicis suo iure diffinientis: Difficilius eē tristia sustinere:q̄ȝ delectabilibus abstinere . Quem secutus Seneca ad Lucilluꝫ scribens: Maius est ingt difficilia perstringere:q̄ȝ leta moderari. Quid dicam? Ausim ne tantos inter viros discere? Duruꝫ quidem ⁊ temeritatis parata suspitio nouo homini uetusta tangenti. Hinc auctoritate igiť : hinc etate permoueor : Sed alterius magni cuiusdam ⁊ antiqui viri succurrit auctoritas: Neqꝫ enim impetrari potest:quin quale quidqꝫ videatur ei taleꝫ quisqꝫ de illo opinioneꝫ habeat: Marci Bruti uer

ba sunt scribentis ad Atticum:quibus vix aliquid uerius dici reor. Quid enim de re qualibet iudicare possum nisi quod sentio? Nisi forte compellar ut iudicio iudicem alieno:quod qui facit:iam non ipse
F iudicat sed iudicata commemorat. Ego itaq; reuerenter tantorum hominum omniumq; sic sentientium iudicia preteruectus:si de proprio loqui uelim: Scio quidem al's uarie de virtutibus disputatum:neq; semper difficilioribus principatuȝ dari:neq; fortuito ultimum inter virtutes locum obtinuisse modestiam:siue eam temperantiam dici malis: Quantum tamen ad id de quo agitur attinet: difficilius prospere fortune regimē existimo q̄ aduerse:aliquantoq; fateor apud me formidolosior: et quod constat insidiosior est fortuna blāda q̄ minax. Quod ut sic opiner:non me scribentiuȝ fama: non uerborum laquei nodiq; sophismatum:sed rerum experimenta viteq; huius adigunt exempla: et magnum difficultatis argumentuȝ raritas: Nā qui damna:qui pauperiem:qui exilium:qui carcerem:qui supplicium:qui mortem et peiores morte graues morbos equo animo tulerint:multos vidi qui diuitias:qui honores:qui potentiam:nullum. Ita sepenumero me spectante contra omnem aduerse fortune violentiam inuictos ludo facili prosperior strauit:humaniq; robur animi quod mine non fregerāt:inflexere blanditie. Nescio eniȝ quomō mox ut mitior ceperit esse fortuna:incipit mēs emollita tumidior fieri et sue sortis obliuionem adiuncta prosperitate concipere. Neq; de nihilo dictum est:iamq; apud nostros homines in prouerbium uenit: Magni laboris esse:ferre prosperitatem. Neq; casu Flaccus ait: Bene ferre magnam
G disce fortunam: Difficilem nempe censebat artem que nisi studio adhibito nesciretur. Ceterum Seneca ipse fortune partem illam que sibi difficilior visa erat: et est haud dubie prima fronte rigidior: breui admodum sermone perstrinxerat. Is libellus passim in manibus est vulgi: Cui ego nil addere nil detrahere meditor:quod et magno ingenio conflatum opus nostram dedignatur limam: et mihi meis rebus intento nec comere aliena nec carpere est animus. Sed quoniam et virtus et ueritas publice sunt:neq; studium antiquitatis obesse debet posteritatis industrie:cui excitande atq; adiuuande noscitur institutum. De hocipso loqui tecuȝ aliquid:quodq; ille tunc Gallioni suo prestitit: id Azoni meo nunc quantum hoc defesso iam et occupato semper ingenio dabitur prestare propositum est mihi: Insuper et partem alteraȝ ab illo seu obliuione seu iudicio pretermissam attingere. Utriq; autem sciens pauca permiscui:non fortune cuiuspiam:sed virtutis aut vitij excellentie aut defectus: Quod et si extra propositum ipsa quidem effectu tamen haud dissimili: et letos quoq; mestosq; animos factura viderētur: Quibus in rebus quo me gesserim ingenio:tu censebis:occupationū memor ac temporis:qui paucissimis diebus ceptum perfectumq; opus admirās videris. Ego solius fidei iudex sum: Studui hercle non ut vnumquodq; mihi speciosius:sed ut tibi atq; alijs:si tamē alius q̄s
q̄ hec attigerit:utilius visum est conquirere. Deni
) q; finis meus is qui semper in hoc genere studioꝝ fuit:non tam scribentis laus q̄ legentis utilitas:si qua ex me percipi aut sperari potest:ad id maxime respexi:ne armariuȝ euoluere ad omnem hostis suspitioneȝ ac strepitum sit necesse:quin mali omnis et nocentis boni:atq; utriusq; fortune remediū breue:sed amica confectuȝ manu:quasi duplicis morbi:ut non inefficax antidotum in exigua pixide oibus locis atq; temporibus ad manum:ut aiunt: et in promptu habeas. Nam ut dixi utraq; fortune facies metuenda:uerūtamen utraq; toleranda est: et hec quidem freno indiget:illa solatio: hic animi elatio reprimenda:illic refouenda ac subleuāda fa
tigatio. Hanc ergo uarietatem cogitanti mihi:non modo cuȝ de hoc uellem aliquid scribere:tu occurrebas dignus eo munere:quo uterq; nostrum communiter uteretur:ut ait Cicero:sed etiam tu me solus ut scriberem excitabas:non quidem uerbo: ut qui ceptorum mihi conscius sis tantorum: sed rebus ipsis: et in utrāq; partem abundante materia multos in eculeo fortune habitos:multos in delitijs scimus:multos magno impetu rotatos:nec scādentium desunt exempla:nec ruentium:nec suȝ nescius quosdaȝ ex altiore fastigio prolapsos. Quot Romani imperatores:quot externi reges uel hostium uel suorum manibus e summo solio detracti:vitam simul et imperiuȝ amisere? An ne omnia a uetustate mutuemur: et exules nuper et captiuos et in acie cesos et domi capite truncos:quodq; durissimum relatu est: et laqueo enectos fedeq; laniatos reges nouimus? Tibi cui cor regiuȝ natura dederat:nec dedit regnum fortuna:nec abstulit. At quem in ceteris illa tam uarie egerit:vix quod sciam nostra etas inueniet. Iam in primis ualitudine prosperrima et corporis viribus dudū fretus:usq; ad stuporem omnium qui te norant:intra non multos annos ter desperatus a medicis:ter vitaȝ ac salutem tuam in solo medici celestis auxilio posuisti: Sic ab illo tandem sanitati redditus:ut penitus tuum illud pristinum robur amiseris: non inferiore miraculo dexteritatis eximie atq; insolite grauitatis:ut qui olim pene eripes fueris:nūc accliuis aut seruorum manibus equi tergo impositus:aut humeris nixus lentis terram passibus metiaris. Patria tua vno prope tempore te dominuȝ vidit atq; exulem: Ita tamen ut nihil obscurior exilio videre
re. Nulli fere nostrorum hominum par principum fauor:nulli par fuit iniuria:ut cum pauloante certatim in amicitiam tuam niterentur. Ideȝ ipsi de nulla alia re concordes in tuum mox exitium quasi cōmunicato consilio conspirarent. Et pars quideȝ tuum caput insidijs peteret:auro prius ac gēmis largifluisq; muneribus tot per annos propitie ac fauentis fortune: et que his omnibus grauior iactura est:amicis atq; cliētibus:vniuersaq; familia duris quidem sed diuersis tormentorum ac mortiuȝ generibus spoliatum. Pars que clementior fuit:illud ingens patrimoniuȝ:terras:homines:domos oppida inuaderet:ut qui modo te viderant:mox e summis opibus ad inopiam redactum: ceu aliqd fortune prodigium mirarentur. Amicorum:ut dixi:pars perijt. In superstitib' perijt fides:fugitq;: quod assolet:cum prosperitate fauor hominum:ut dubitare posses an amicorum prius an fidei fleres interitum. Accessit in medio rerum estu egritudo
pene ultima: et tam morti proxima:ut quem viuere amplius non posse persuasum esset:extinctuȝ fama vulgaret. Et hic morbus:hec paupertas:hic la

borum cumulus: pulsum patria: procul domo: in alienis terris ac laribus circumtonante bello semi obsessum oppresserant: ne quid omnino interim tibi cum his amicis si quos aut virtus fecerat: aut fortuna dimiserat: seu colloquij: seu litterarum posset esse commercium. Nihil omnium preter carcerem defuit ac mortem: quamuis nec carcer defuerit: dum fidissima coniunx: et pars tuorum viscerum nati omnes nateque ab hostibus capti essent: nullo prorsus tibi relicto solatio tante prolis. Nec mors quidem: dum et tu secum assidue luctareris: et vnus ex filijs iam tunc teneram et insontem animam in carcere posuisset. Quid multa? Impletum in te vno vidimus: quod de duobus summis viris Caio Mario: magnoque Pompeio legimus: quid boni scilicet et quid mali possit: haud vnquam leta tristibus miscentem in te tuisque pignoribus secretim explicuisse fortunam: Cuius olim cum blanditias non tam insolenter ut plerique felicium: tum vero minas nuper atque impetum: tam forti: tamque inuicto animo tulisti ut uel ob hoc vnum multis qui antea tuum nomen oderant: te amandum mirandumque prebueris. Habet enim hoc proprium virtus: ut in amorem sui bonos erigat: in stuporem malos. Idque cum omnis virtus habeat: tum precipue fortitudo: cuius inter fortune turbines ac tenebras rerum terribilium: et tranquillitas gratior: et lux ipsa conspectior est. Mihi
M vero non solum ad antiquum tui amorem: quod impossibile factu rebar: multum noue beniuolentie adieceris: sed alio festinantem calamum ad hec non suo tempore scribenda deflexeris: ut et in scriptis meis animi tui vultum tuum uelut in speculo contempleris: Et siquid ibi minus excultum apparuerit: quod bona fide displiceat: ad hunc modum formes: atque ita te instituas: ut seu solitis: seu nouis artibus: que innumerabiles ei sunt tecum posthac fortuna uariauerit: nulla te species rerum turbet: sed paratus ad omnia: promptus ad singula: dulcia pariter et amara despicias: Fidentissime ab aduerso Maronianum illud exclamans: Non ulla laborum O virgo noua mi facies inopina ue surgit: Omnia percepi: atque animo mecum ante peregi. Nec me fallit: ut in corporibus hominum: sic in animis multiplici passione affectis: medicamenta uerborum multis inefficacia visum iri. Sed nec illud quoque me preterit: ut inuisibiles animorum morbos: sic inuisibilia esse remedia falsis opinionibus circumuenti: ueris sententijs liberandi sunt: ut qui audiendo ceciderant: audiendo consurgant. Ad hec qui quod habuit egenti libens obtulit amico: quantulumcunque est pleno amicitie functus est munere: Animum enim spectat amicitia non rem que
N parua licet magni amoris inditium esse potest. Ego quidem: ut magnificum quodque tibi opto: sic quid aptius hoc tempore largiar: non habeo. Quod si ualidum senseris: ipsa que precium rebus facit utilitas commendabit. Sin inualidum: excusabit amor nostri. Sic autem ad legendum uenies: quasi quatuor ille famosiores et consanguinee passiones animi: Spes seu cupiditas et gaudium: metus et dolor: quas due sorores equis partibus prosperitas et aduersitas peperere: hinc illinc humano animo insultent: Que vero arci presidet ratio: his omnibus vna respondeat: clypeoque et galea: suisque artibus et propria vi: sed celesti magis auxilio circumfrementia hostium tela discutiat: Ea mihi de tuo ingenio spes est: ut vnde victoria stet facile iudices. Non te diutius traham: sed ut propositum meum noscas: index operis epistola premittenda erat: Quam si ascribendam duxeris: utrunque metiens videto: ne longior prefatio libellum breuem non aliter quam pregrande caput exiguum corpus premat: Nihil est enim sine mensura ac partium proportione formosum.

¶ Explicit Epistolaris prefatio.

¶ Francisci Petrarche Poete oratorisq̃ Clarissimi: ꝯsolatini operis sui ad Azonem de Remedijs utriusqꝫ fortune liber primus de Fortuna prospera disputans: feliciter incipit.

¶ De etate florida ⁊ spe vite longioris. Dialogus primus. ¶ Gaudium: Spes: ⁊ Ratio.

Etas florida est: multum superest vite. ¶ Rō. En prima mortaliuꝫ uana spes que multa hominum milia ⁊ fefellit: ⁊ fallet. ¶ Gaudium ⁊ Spes. Florida est etas. ¶ Ratio. Inane gaudium ⁊ breue: flos iste dum loquimur arescit. ¶ Gaudium ⁊ Spes. Etas integra est. ¶ Rō. Quis integrum uocet cui multum deest ⁊ quantulum sit qd̄ restat incertuꝫ est. ¶ Gau. ⁊ Spes. Atqui lex est certa viuendi. ¶ Ratio. Quis hanc legem tulit: aut quod istud legitimuꝫ tempus est vite. Iniquissima v̄o lex: que nō omnibus vna est: Immo tam uaria ut nihil incertius in hominū vita: q̃ȝ ipsius vite modus sit. ¶ Gau. ⁊ Spes. Est tamen ⁊ modus aliquis ⁊ vite metha quam sapientes statuerunt viri. ¶ Rō. Metham vite statuere: non qui accipit: sed qui dat illam deus potest. Intelligo autem septuagesimum: aut si natura potentior est: octogesimum cogitatis annum: atqꝫ ibi metham figitis: quo ꝓuectos maneat labor ⁊ dolor: nisi forte lōgius spem ꝓmouit is qui ait: Numerus dieꝝ hominum ut multum centū anni: Quo q̃ȝ rari ueniāt: videmus: Sed ut sit diuꝫ qd̄ paucoꝝ est: quātulum tn̄ nunc etiam si id est? ¶ Gau. ⁊ Spes. Multum sane: Est eniꝫ iuuenum vita securior: ⁊ a senectute remotior ⁊ a morte. ¶ Rō. Falleris. Et si nil tutum hoi: illa tn̄ periculosior vite ps: quaꝫ securitas nimia reddit icautā. Nil est alteri vicinius q̃ȝ mors vite: Cuꝫ distātissime videant̄: cōtigue sunt. Semper illa p̄terlabit̄: Semp hec instat. Quocunqꝫ fugieritis p̄sto est ⁊ ceruicibus iminet. ¶ Gau. ⁊ Spes. Iuuēta nunc saltēꝫ p̄ns est ⁊ senectus absens. ¶ Rō. Nihil mobilius iuuēta: nihil insidiosius senectute. Illa non stat mulcēdoqꝫ fugiēs abit: ista per tenebras atqꝫ silētium pedetētim subiēs improuidos ferit: ⁊ duꝫ longinqua fingit̄: in foribus est. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas in ascēsu est. ¶ Rō. Insidiosissime rei fidis. Ascēsus iste descēsus est: vita breuis: tēpus instabile: furtim nullo pedum strepitu inter somnuꝫ ⁊ iocos effluit: Et o si hec tēpoꝝ celeritas viteqꝫ breuitas: ut in fine: sic in principio nota eēt: Nūc intrantibus infinitum qddam: exeūtibus nihil ⁊ quot secula videbant̄: vix totidem sunt momēta. Sic tuꝫ demum fraus noscit̄ dum vitari neqt. Vn̄ est: ꝙ sepe frustra huic cōsulit̄ etati: incredula simul ⁊ iexperta est: ⁊ cōtēptrix alieni cōsilij: inops sui. Itaqꝫ iuueniles errores lꝫ innumerabiles ⁊ imēsos his ipsis tn̄ occultos ⁊ incognitos quoꝝ sunt: nil melius q̃ȝ senectus detegit: ⁊ dissimulātium cōniuentiumqꝫ luminibus ingerit: nec p̄us qd̄ esse debuistis aduertitis: q̃ȝ qd̄ eē uoluistis effecti estis fieriqꝫ iā aliud nō potestis. Qd̄ siqs in tp̄e aut per semetipsum intelligere posset aut docēti credere: ille mihi vnus ex milib⁹ p̄clarus ac felix surgeret adolescēs nec tam multis anfractibus ageret vitā: cuius vnica: tuta ⁊ recta per virtutē via est. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas indecerpta est. ¶ Rō. Quomō idecerpta est que ex quo eē cepit: assidue carpit̄: ⁊ que minutissimis porticūculis dum dat̄ eripit̄? Siqdem motu ꝑpetuo celum rotat: momēta horas: hore diem rapiunt: Is alium diem trudit: isqꝫ alium: ⁊ nunq̃ȝ qes. Sic mēses p̄tereūt: sic anni: sic ⁊ etas currit ⁊ ꝓperat: ⁊ ut Cicero ait: uolat. Quodqꝫ ait Maro: Celeres neqꝫ cōmouet alas. Ita ceu naui iter agentibus nec sentiētibus qui uehunt̄: sepe nec cogitantibus finis adest. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas incipiēs ab extremo ꝓcul abest. ¶ Rō. Intra breuis vite spatium nihil est ꝓcul. ¶ Gau. ⁊ Spes. At nulla ps a fine distātior q̃ȝ p̄ncipium. ¶ Rō. Nulla qdem. Sed tūc recte diceret̄: qn̄ oēs eqs spatijs viuerēt: nūc pluribus vijs ⁊ sepius p̄ma etas in morteꝫ incidit: Quo fit ut plerunqꝫ vicinior sit extremo: qui remotior videbat̄. ¶ Gau. ⁊ Spes. Certe florentissima est etas. ¶ Rō. Et si ad hoc pauci aium aduertāt: tn̄ ex quo loqui cepimus: mutatio aliq̄lis icessit: ⁊ modo per singulos sillabarum tractus vite aliqd excidit: aliqd de caduco etatis flore subtrahit̄. Quid aūt queso plus habet hic mollis ⁊ nitidus adolescēs: q̃ȝ ille durus ⁊ squamosus senex: ꝓter hūc quem loqmur etatis breuem ⁊ caducum: īmo assidue cadētem florem? Ubi qd tam dulce: tā iucūdum nō intelligo: cuꝫ sciat dicto citius se futurum qd̄ ille nūc est: uel si nescit insaniat: Nisi forte e duobus capitali simul supplicio addictis: ille felicior est hn̄dus qui nouissime iussus est dare colla securibus: qui mihi quodāmō ipsa dilatione miserior videat̄: q̃ȝ q̃ȝ nō est par hoꝝ cōditio ⁊ illoꝝ: huic enim interuenire aliqd pōt vn̄ college suppliciū euadat ⁊ viuat. Iuueneꝫ senio eripe sola mors potest. Ad sūmaꝫ paruo tp̄is in spatio nō stat magna felicitas: ⁊ ingētibus aīs breue nihil optabile est. Exꝑgiscimini cōsopiti: tempus est: caligātesqꝫ oculos apite. Assuescite iam tādem eterna cogitare ⁊ amare ⁊ optare: simul aūt pitura cōtēnere. Condiscite ab his spōte discedere que uobiscum diu esse nō pn̄t: ⁊ aio illa relinquere anteq̃ȝ relinquamini. ¶ Gau. ⁊ Spes. Etas est stabilis virēsqꝫ. ¶ Rō. Mētiunt̄ qui nescio quam etatem stabilem dicūt: Nil uolubilius tp̄e: tēpus v̄o uehiculum est etatuꝫ oium: hoc stabile fingitis? O uanitas: nihil est stabile: nunc maxime raperis.

¶ De forma corporis eximia. Dia.II. ¶ Gau.

Forma corpis eximia est. ¶ Rō. Nihilo firmior est illa q̃ȝ tēpus: cum eo ueniēs cuꝫ eodem fugit. Siste si potes tēpus: poterit forsan ⁊ forma cōsistere. ¶ Gau. Forma corporis egregia est. ¶ Rō. Fragili niteris fūdamēto. Corpus ipsum vmbre in morem p̄terit: tu momētaneū corpis accidēs tibi mā surum spōdes? Ruere que unt accidētia stāte subiecto: nequeūt illo ruēte non ruere. Atqui cūctis ex q̄litatibus que mortali cuꝫ corpe fugiūt: nulla uelocior q̃ȝ forma: que mox ut amenum flosculum ostēderit: ipsos iter oculos mirātium atqꝫ laudātium euanescit: breuis hūc pruina pusserit: leuis hūc aura decusserit: subito ul' inimice manus vngue decerpit̄: uel p̄tereūtis morbi calce deprimit̄. Deniqꝫ gl'iare ⁊ exulta ut libet: uenit certe magnis passibus que te uelo tenui latēteꝫ detegat: Quāti eēt forma viui hois mors ostēdit:

nec mors sola sed senectus ⁊ paucorꝝ spatium annorꝝ:immo uel vnius lucis repētina febricula. Po stremo ut nihil externum incidat:per sese stādo durādoqꝫ cōsumit ⁊ in nihilum redit:neqꝫ tātū gaudij ueniēs tulit:quātum fugiēs fert doloris. Hec ni fallor expertus erat aliqñ formosus ille Romanus pnceps Domitianus qui amico scribēs:Scias inquit nec gratius qcqꝫ decore nec breuius:q̄uis etiam si durabile ppetuūqꝫ nāe donum eēt:nō intelligo qd tātope expetēdum hēat iste non solidus nec in ipso hoie nisi supficietenus fulgens decor:multaqꝫ feda cōtegēs ⁊ horrēda leuissimoqꝫ cutis obtētu sensibus blādiēs ⁊ illudēs. Ueris igit ac mā

B suris bonis delectari puenit: nō falsis atqꝫ labētibus. ℭ Gau. Forma corpis elegātissima est. ℭ Rō. Habes uelum oculis:laqueum pedibus:alis viscū: haud facile seu uera discernere:seu vtutem seq po teris:seu in altum euolare aio:multos eni ad honesta pgētes forma detinuit detorsitqꝫ ptrariam in ptē. ℭ Gau. Forma corpis mira est. ℭ Rō. Bñ ais mira. Nam qd hac uanitate mirabilius? Quot delectabilibus abstinent formosi iuuenes. Quos suscipiūt labores. Quāta sibi iferūt supplicia ut formosiores nō sint qdem sed apparcāt:vnius forme studio ⁊ ualitudis ⁊ uoluptatis imemores? Q̄tum vo inter cōmodum tēpus effundit:quot honesta iterim:quot utilia:quot postremo necessaria negligunt. Tuum igit breue caducūqꝫ bonum ⁊ inane gaudium:sine iuidia tibi habeto. Habes hostem tuum domi:qꝺqꝫ est peius delectabilem ac blandum:habes raptorem getis ac tēporis ppetuūqꝫ tortorem: habes ⁊ materiam laboris uberrimam:discriminum cās:formēta libidinum: nec minorem querendi odij q̄ amoris aditum. Fies mulierculis forsā amabilis: odiosus viris aut forma corpea cōiugalis çelus accēdit. Nulla eni res ardēti⁹ appetit q̄ forma: Nulla animum mouere

C potētior:atqꝫ ideo nulla suspectior. ℭ Gau. Forma corporis magna est. ℭ Rō. Solet hec stultos adolescētes quo nō expedit urgere:dum bono suo ut libitum:sic licitum frui putāt:neqꝫ qd deceat attēdūt:que sepe iam multis acerbi ac turpis iterit⁹ causa fuit. ℭ Gau. Forma corpis rara est. ℭ Rō. At breuissimum tēpus erit qñ oris habit⁹ hic coloqꝫ mutabit. Cadet flaua cesaries: relīqe albescēt:teneras genas ⁊ serenam frōtē squallētes arabūt ruge:letas oclorꝝ faces ⁊ lucida sydera mesta teget nubes:leue dētium ebur ac cādidum scaber situs obducet atqꝫ atteret ut nō colore tm̄:sed tenore alio sint:recta ceruix atqꝫ agiles humeri curuescēt:guttur lene crispabit:aridas man⁹ ⁊ recurnos pedes suspiceris tuos non fuisse. Quid multa? Ueniet dies quo te in speculo nō agnoscas: ⁊ hec oīa que obesse multum extimas:ne qd impro uisis mōstris attonit⁹:nō pdictum dicas:hic iam tibi si viuis dicto citi⁹ euētura denūcio: q si mihi nūc credis:tūc te parti⁹ miraberis trāsformatum. ℭ Gau. Forma iterim clara est. ℭ Rō. Quid hic

D dicā breuius q̄ illō Apuleij madaurēsi. Expecta paulisp ⁊ nō erit. ℭ Gau. Forma corpis hactenus excellēs est. ℭ Rō. Q̄ mallem formā aie excellentem. Est enim ⁊ sua aie pulchritudo mlto suauior certiorqꝫ q̄ corpis: ⁊ ipsa quoqꝫ suis legib⁹ decore ordinis atqꝫ apta suarum ptium dispōne subsistēs Illam optare:illi opam ipēdere dignum erat:quā nec dies lōga deterreret:nec morbus extingueret: nec mors ipsa: Nūc caduca miramini. ℭ Gau. Certe nūc saltem isolita forma est. ℭ Rō. In hac ut in alijs multis optāda mediocritas: Sin hac tali forma nec tibi placueris:nec nisi qua decet alijs placē curaueris:usuqꝫ fueris caste:sobrie:modeste:non exigua tue laudis accessio est futura. ℭ Gaudius.

Preclara facies animum honestat. ℭ Rō. Immo E
qdem exprobrat: ⁊ sepi⁹ in piculum trahit. Quid vo attinet gloriari eo qꝺ neqꝫ tuum sit neqꝫ diutius seruare possis:qꝺ habuisse nulli: pieisse multis gloriosum fuit. Mitto alios:spurinā non naturalis forma nobilitat: sed accersita deformitas. ℭ Gau. Ut virt⁹ animi:corpis forme iūcta sit studeo. ℭ Rō. Si id effeceris:tum demum ꝓ e mihi tūc vndiqꝫ fortunat⁹ fueris formaqꝫ clarior uidebit ⁊ virt⁹ gratior. Q̄uis eni errare sibi visum eē: qui ait Gratior est pulchro ueniēs e corpe virt⁹: scribat Seneca:mihi tñ iure reprehēsus uideret si dixisset maior aut pfectior aut altior: nūc quia dicēdo gratior nō rem ipsaꝫ sed spectātiū iudicia respicit: nō mihi visus est errare Uirgili⁹ q hoc ait: Et ad sūmam ut nihil in se solidum habet forme gra:nihil optabile:sic si ultro obuenerit ꝓ tuti ad dita neqꝫ utriusqꝫ de precio error sit:hāc illius ornamētum dici patiar non inanemum visui breue tamen ac fragile:solaꝫ vo pondus anime dixerim atqꝫ infaustum tristis insigne ludibrij.

ℭ De Ualitudine prospera. Dia.III. ℭ Gau.

Uid q̄ ualitudo prospa est. ℭ Rō. Quic A
qd de forma mō diximus:repetitum puta.
quisqꝫ de l̄ris aliqd in mediū pferat: nō sophisma
lubricū ut illi: sed solidū pro ingenio proferētis ad
virtutē aut beatā vitā ptinens. Dehinc collatione
facta: sine inuidia: sine ira: qui iferiores doctioruꝫ
iudicio visi erunt: facili qdem mulctētur pecunia:
Hec in philosophicas uertant̄ cenas. Sic res vna
ꝯuiuio: sumptū exercitiū studio: calcar ingenio mi
nistrabit: quod hinc victos excitet: hinc victores.
Hoc alee genere quo antiq saturnalia: uos pia fe-
sta: ⁊ quo illi Athicas: uos Romanas noctes in-
struite. Habes luduꝫ quo ⁊ ludere iuuet ⁊ lusisse
non pudeat.

¶ De Ludo Taxilloꝝ pspero. Dia. XXVII. ¶ Ga.

Uuat ad taxillos ludere. ¶ Rō. O uora
i go ingens inexplebilis: O patrimonioruꝫ
fluxus tristis ac subitus: O animi tempe-
stas ⁊ fame nubes ⁊ scelerū stimulus ⁊ ad despe
rādū via. Superiores utcunqꝫ ludi sunt: hic merꝰ
est dolor. ¶ Gau. At mihi psper ludi huius euen
tus fuit. ¶ Rō. Taxillorū nullus euentus prosp:
mali oēs ⁊ miseri: Nā ⁊ qui perdit affligit̄: ⁊ qui
vincit illicit̄: inqꝫ insidias ptrahit̄. ¶ Gau. Pro-
spere lusi. ¶ Rō. Presens sepe prosperitas future
calamitatis auspicium fuit. Et suas hec pestis ha
bet illecebras: Si qui tales ludunt oēs perderent:
nemo vnq̄ꝫ luderet: nūc lucrant̄ aliq: sed lucꝝ illud
arra est dāni. ¶ Gau. Lusi ⁊ vici. ¶ Rō. Bene ni
si in campū redis: Aliogn nullus cāpus planior:
nullo in campo uolubilior est fortuna. ¶ Gau. Lu
si ⁊ vici. ¶ Rō. Ludes iterū ⁊ perdes. Qꝺ vici-
sti aūt hinc atqꝫ illinc mille diripiēt: qꝺ perdideris
nemo restituet. Adde quod siqd est iustitie: quod
vincis non fit tuuꝫ: at qꝺ perdis etsi nō fiat alteriꝰ
tuū tamen esse desinit. Multa sunt vndiqꝫ que ab
hac insania bonā mentē dehortent̄ ac retrahant:
nisi uos impetꝰ quidam auaritia pulsus urgeret.
¶ Gau. Uici in ludo taxilloꝝ. ¶ Rō. Scito auteꝫ
te ab exactore impio fenus cētesimuꝫ accepisse: re
stitues qꝺ vicisti: ⁊ de tuo adijcies ut nō sit qui re
petat: per seipsum euanuerit: tuqꝫ in somnis felix
esse desieris. ¶ Ga. Uici ⁊ ditior factꝰ suꝫ. ¶ Rō.
Cū nulla sit stabilis pecunia: sed sua potius rotun
ditate uersatilis: tuꝫ precipue que taxillis querit̄:
Taxillorū ludus nihil ulli donat: eoꝝ maxime qui
familiariꝰ illū colūt. sed mutuat aliquid: ⁊ extor-
quet: eo semp imitior: quo blādior visus erat: nul-
la enim amarior est iactura q̄ꝫ lucri dulcedinē de-
gustare orso. ¶ Gau. Lusi ⁊ lucratus sum. ¶ Rō
Gaudere lucro taxillorū tale est: ac si dulci gaude
as ueneno. Utrūqꝫ mox per uenas erūpet. ¶ Ga.
Ludo psperο delectatus suꝫ. ¶ Rō. Peior est de
lectatio peccati q̄ꝫ pctūm ip̄m. Sunt qui mala cō-
suetudine pene coacti peccāt: neqꝫ post pctūꝫ gau
dent sed tristant̄: ⁊ si fieri possit: nō peccasse malue
rint. Quosdā vidimꝰ iter ipsas libidinū flammas:
quādā uelut glaciē doloris ac penitētie sentire: ⁊
si dici liceat: uelle simul ac nolle: peiorē licet in par
tē mali usus q̈dā vi detortos: quos haud iprobe
quis speret usu excusso ad meliorē semitā posse cō
uerti: At q de pctō exultant: qd de his oro reliquū
spei est? ¶ Gaud. Delector taxilloꝝ ludo. ¶ Rō.
Spero fore ne semper neu diu etiā delecteris: uol
uitur assidue fundataꝝ status urbiuꝫ. Tu stabiles
taxillos putas: Crede mihi uoluentur: ⁊ secū in la
chrymas gaudiū tuū uoluēt: Neqꝫ eniꝫ sic uoluē
tur ut vidisti: tūc inane tibi gaudiū: nūc ueros ge-
mitus parabunt. ¶ Gau. Delectat ludere. ¶ Rō.
Delectatio funesta ⁊ turpis corruptiqꝫ animi: ira
enim ⁊ ꝯuitio dignus es. Nāqꝫ q̄so ingenuꝰ: seu
quis hō ⁊ nō potiꝰ trux belua delectari queat lu-
di nomine abūdāte neqtia atqꝫ impietate fedissi-
ma? Ubi preter hominū vultꝰ nil humanū sit: vul-
tusqꝫ ipsi iracūdia ac merore obsiti confusisqꝫ cla-
moribꝰ efferati: nec iam sint humani: Ubi non de-
cor morū: nō modestia sit uerborū: nec amor erga
homines: nō erga deū reuerētia: sed iurgia: ⁊ ran-
cores ⁊ doli: ⁊ periuria: ⁊ rapine vulnera ad ex-
tremū ⁊ homicidia. quoqꝫ nil in deū seuiꝰ pōt hu-

mana temeritas diuini nominis blasphemie qbus añ oēs scelerū officinas ille ludus infelix scatet: Ubi si quos forte tacitos pudor tenet: crebro tamē suspectātes: quid labijs cordis agant: sciunt ipsi. Quis hūc ludū uerus homo: nō dicā tractare manibus: sed spectare oculis possit & non angi ꝑsus fugariqꝫ scelesti spectaculi feditate. ℭ Gau. Delector tamen hoc ludo. ℭ Rō. Uide ne Cretensium imprecatio in tuū caput inciderit: Mala consuetudine delectari: quo nil dictu leuius: nil euentu grauius propiusqꝫ exitio est. ℭ Gau. Delector taxillorū ludo. ℭ Rō. Abijcienda est delectatio inhonesta: & si non virtutis: at saltem fame studio & pudoris cura: Nam vix aliud in actibus hominū inuenias: ubi tam clare mores ac vitia detegant̄. Uidi sti alacriter in prelīū descensuros: in hoc ludo tremere atqꝫ orare flebiliter & suū numerū inuocare. Quosdā alibi magnanimos ac trāquillos: illic pro parua pecunia & precari & irasci & in finē furere. Q̄ multa pro paucis nummis sepe ibi fecerūt viri fortes: que pro ingenti thesauro alibi nō fecissent. Ibi enim vitiorū oīum: sed in primis ire atqꝫ auaritie regnū est. Meministi ut Naso in eo libro quo inhonestam qdem ac superuacuā artē docet: utile tamē interdum aliqd interserit: Amatrices monet ut ob animi vitia celāda: ludo hoc aut simili abstineāt: ne cōspecte ira tumide: aut auaritia exhauste amatoribus displiceant suis: Quanto id viris dignius precipit: ne nō modo hominū sed dei oculos oīa videntis & bonos animos moresqꝫ igenuos amātis offendāt. ℭ Gaud. Lusi vici: gaudeo. ℭ Rō. Ludus turpis: dānosa victoria: gaudium inane. ℭ Ga. Uici: gaudeo. ℭ Rō. Omne de suo malo gaudiū stultū est. Proinde tartareus qspiā ludi huius inuētor fuit: Cuius inscij ludibrio ac noxe: scientes vo miraculo subiaceāt ac stupori. Nā quid mirabilius q̄ꝫ ꝙ ueteri prouerbio vulgatum uerūqꝫ iugi experientia deprehenditur: Oēs huiusce ludi magros nudos eē atqꝫ inopes & egenos.

ℭ De Histrionū iocis. Dialo.XXVIII. ℭ Ga.

D Elector histrionū iocis. ℭ Rō. Nobilior multo delectatio illa est que de modulatione musica: liberali. s. quadā arte percipit̄: hec solius uanitatis & īpudentie plena est. ℭ Ga. Histrionib⁹ delector. ℭ Rō. Malis pauperib⁹ malis amicis humilib⁹ malis: tādē solitudine delecteris. ℭ Gau. Histriones mihi risū mouēt. ℭ Rō. Quid tu illis? quotiens de se dñm ridentē risit histrio. quotiens se mirantis amentiā admirat⁹ finxit aliqd: quo falso illū ve se aūt delectaret. ℭ Ga. Histriones doctos habeo. ℭ Rō. Habes de qb⁹ rideas: quiqꝫ te rideant & te rodant. Pestis diuitū peruetusta: que ab Ethruscis orta Rome creuit: adeo eoqꝫ fiducie est euecta: ut Esopus hinc questū patrimoniū incredibile atqꝫ imēsum filio dimiserit: & Roscius uagam sparsamqꝫ rē arte collegerit: de histrionica librū scribens: in quo artem sue oratorie: seqꝫ perinde Ciceroni equare nō erubuit eā scilꝫ ob causā ꝙ affect⁹ animi cōceptusqꝫ abditos: quos Cicero uerbis ornatis uarie ꝓnūciaret: ipse alio modo sed effectu pari gestibus aptis exprimeret. Et sane fuit ille mir⁹ artifex: nec scio qd tam durū esse uel tā triste potuerit: quod nō facile lenisset nō dico qui facillimi atqꝫ mitissimi Ciceronis amicitiā igenio meruit: dignusqꝫ pro quo tantus orator uerba faceret: & de quo scriptū op⁹ memorie posterorū traderet: est habitus: sed qui tetricum ac superbū Sylle animū inflexit: & ab illo omniū contēptore admissus in gratiā: anuloqꝫ aureo donatus est: qui tot graues ac seueros senes senatūqꝫ illū per quē frena orbis agebant̄: quoticꝫ uoluit ad risum ac letitiā coegit. Qui populū Romanū tantū & tam uariū sic illexit: ut diurnū salariū de publico mille denarios sine gregalibus ac ministris solus ipse perciperet: Magna merces: q̄uis exigua fingat̄ moneta: non sine mira quadā & insolita agilitate animi hoc fieri posse consenserim ut siquis usqꝫ Roscius affuerit non tibi forte sit uetitū qđ Ciceroni licitū fuit: non solū ludis interdū sed familiaritate eius & ingenio uti. Est enim ingenijs inter se q̄ꝫq̄ꝫ studio & ꝓfessione distantibus multa cognatio: ubi vo hunc q̄rimus: multum breui tempore nobilissime artiū retro cessere: ne dicā histrioniā: que eo redijt ut nūc illi deditos corrupto gustu falsoqꝫ iudicio esse nō sit dubiū. Profecto enim ꝯsequens est: ut qbus mala bñ sapiunt bona illis ignota sint: & curis nobilibus insuetos esse: qui vilib⁹ delectant̄. ℭ Gau. Multi quotidie me frequētāt histriones. ℭ Rō. Frequētare te desinent: cum tu diues aut largus: dicā rectius: cum tu stultus & prodigus esse desieris. ℭ Gau. Magna mihi acies histrionū est. ℭ Rō. Immo muscarum que te vnctum comitent̄ siccūqꝫ destituāt: nec destituisse suffecerit nisi hunc plausum par sequat̄ infamia. Sunt lingue quibus quies ac silentiū pena est: nunq̄ꝫ vo nisi de alijs loqui iuuat aut falso laudant: aut liuide detrahunt. Et quorū nequeūt mordere diuitias: famā mordēt. Una est histrionū atqꝫ parasitorū lex: utriqꝫ blāditijs armati post fortunā eunt. Uerum illis uentrem implesse satis est: his alia fames cibi mētio iniurie genus est implenda cupiditas fundo carēs.

ℭ De ludis palestricis. Dial.XXIX. ℭ Gau.

P Alestricis delector ludis. ℭ Rō. Si spectator uanus: si luctator insanus. ℭ Gau. Palestris exercitijs uaco. ℭ Rō. In singulis uerbis cuius dñi mancipiū sis apparet. Nēpe hec ut superiora corpori seruiūt: quod ut paulo ante cōmemini & aliquāto honestius sine impetu & sine strepitu fieri potest. Et est agitatio quedam animi nobilior: quā si nosces hos corporeos conatus & spneres & odisses: sed uos animū quasi hospitē degenerem atqꝫ inuisum: corpus ut dñm generosum ac dilectū colitis: illi seritis: illi metitis: illi aratis. Iure id quidē: illud iniustus qđ eo omnia refertis: curaqꝫ animi posthabita noctes illi insomnes agitis illi suspiratis: uota illi facitis ingenuasqꝫ artes illi discitis: illi demū obsequimini ac seruitis sumptuosissimo dñorum oīum atqꝫ ingratissimo: cui nec vnq̄ꝫ satis aliqd: nec siqd aliqñ defuerit: ulla vnq̄ꝫ memoria sit accepti: huic tamen tali dño quicquid iusserit paretis: atqꝫ esuriente animo huic vni non tm̄ necessaria: sed superuacua vndiqꝫ ac nocitura conuehitis: Neqꝫ ea solū que ad victum pertinēt ac uestitum: de quibus suo egimus loco: sed que ad ludos etiam uariamqꝫ libidinem: non videntes q̄ꝫ uestris aduersa cōsilijs ipsa sit ueritas: que disertissimo Ciceronis ore loqtur: vnde appeat: ꝙ qui corpus negligit: nō se ille: sed fragile caducūqꝫ domiciliū: atqui animū: ille sese

nere negligit: Neqꝫ enim ait: Tu is es quez fortu-
na iſta declarat: ſed mens cuiuſqꝫ is eſt quiſqꝫ non
ea figura que digito demōſtrari pōt. ¶ Gau. Pa
B leſtre delector exercitio. ¶ Rō. Quadrigarū fer-
uor: ⁊ equorū ſtrepit⁹: ⁊ ardētes rote p anguſtias
inoffenſe ⁊ luctantiū plauſus atqꝫ colliſio: oleum:
ſudor: puluis mirabilis: ſeu illa quidē oculoꝝ ſeu
auriū ſeu nariū uoluptas hebetatiqꝫ ſenſus: indici
um ingens: qui ſi ſanus integerqꝫ eſſet: non clamo
rum atqꝫ tumultuū officine quas paleſtras uocāt
ſed obſeruatio diligēs paleſtre huius: quā naſcen
tes ingrediuntur: quā viuētes atterūt: vnde digre
diunt̃ obeūtes atqꝫ utilior quedā honeſtiorqꝫ ſua-
C uitas delectaret. ¶ Gau. Studio deditus ſum pa
leſtrico. ¶ Rō. Fuit hec quidem apud ueteres nō
ultima gloria: ſed tam magna ut ſeni illi Rhodio
Diagore: qui ⁊ ipſe paleſtrita inſignis fuerat: cuz
duos vno die filios paleſtricis inſignitos victori-
is cōſpexiſſet: quaſi nihil clarius iam reſtaret quo
aſpirare poſſet in vita: Amicus alter Lacedemoni
us ſenex diceret: morere Diagora. Nō enim in ce
lum aſcēſurus es: Tā magnū tanqꝫ altū cenſebat:
tres ſimul vnius familie paleſtritas eſſe. Leuicu-
la prorſus ⁊ grecula ve laudis extimatio: ſed com
munis adeo ut magna etiam turbaret ingenia.
Unde ⁊ Plato tantus philoſophus Olympio-
nices clarus fuit: inqꝫ hac parte multis notus euē
tib⁹: adoleſcens tamē. Amplitudo quidē: vnū Pla-
tonis nomē ortū putant: roburqꝫ corporis ⁊ eta-
tis feruor: iuuenilem animū impulerant ad experi
mentū virium ubi cum ſummis quoqꝫ par eēt: ac-
ceſſu temporis cognito quid ageret ad meliora ſe
tranſtulit Socratiqꝫ ſimilis fieri maluit: q̄ꝫ Milo
ni: Et ſane multa etas excuſat. Facile teneris an-
nis ignoſcitur: uanitatis excuſatio nulla eſt viro.
¶ Gau. Paleſtre ſtudiū delectat. ¶ Rō. In hoc ſe
D pe viliſſimus omniū ſuperior fuit: ⁊ corporea mo
le animi virtus eſt oppreſſa. Quem tu mihi ducū
uel heroum proferes: quem Milo ille nō ſuperet:
qui ad ſtadium bouem viuū geſtans humeris cu-
currit: eūdemqꝫ nude ictu manus occiſuz vno die
ſolus haud grauatus integrū comedit. Mira res
dictu: ſed apud hiſtoricos vulgata. Quis huic igi
tur in paleſtre ſue regno par occurrerit. Atq nihil
indigni⁹ q̄ꝫ generoſos ſpiritus tali belue ſuccūbē-
tes cernere: ⁊ idcirco nobilibus animis bene ſibi
fidentibus ſummopere ꝓuidendū eſt ne ſua ſpon-
te deſcēdāt ubi ab ignauiſſimis vici queant: Qui
tu ſi cōtentionibus gaudeas: id tibi ſume certamē
in quo ſemper fere ſuperior qui melior: non de cor
porū viribus aut omnino de re ulla ubi peior idez
eſſe poſſit ⁊ victor: Nō de opibus ergo: nō de di-
gnitate: non de potentia: ſed de ſcientia ac virtute
ꝯtende: Idqꝫ eo animo: nō ut cuiuſq̄ꝫ fame obſtre
pas: ſed ut aliene laudis emulatio tibi ſit calcar ad
gloriam: Nulle ibi ſint penitus partes īuidie: ſed
uirtutis. Habes ⁊ hic exemplum Catonis huius
ultimi de quo Criſpus: Non diuitijs inquit cū di-
vite: neqꝫ factione cum factioſo: ſed cū ſtrenuo vir
tute: cum modeſto pudore: cum innocente abſtinē
tia certabat. Honeſtiſſimū hoc paleſtre genus quo
te exerceas: nō tantū olympie ſed ubiqꝫ: non min⁹
in thalamo q̄ꝫ in foro: nec minus in ocio q̄ꝫ in actu
neqꝫ cum preſentibus modo ſed cum abſentibus
quoqꝫ cūqꝫ etatum omnium ac terrarum viris illu
ſtrib⁹. Semp eniz memorabile ac magnificū illud
Scipionis apud Liuiuz iudicaui: Maximo inqt
cuiqꝫ id accidere aio certū habeo: ut ſe nō cū pſen-
tibus modo: ſed cum omnis eui claris viris cōpa-
ret. Tu quoqꝫ uel de grege preſentium ſi occurrat
qd vix ſpero: uel ex oī memoria uetuſtatis quēlibz
tibi parez delige: cū quo nō ulnis aut ceſtibus: ſed
igenio ac virture luctabere ſine metu periculi: ſed
immarceſſibilis ſpe corone. Hoc de paleſtris con-
ſilium: hec ſententia mea eſt.

¶ De uarijs Spectaculis. Dial. XXX. ¶ Gau.

Elector uarijs ſpectaculis. ¶ Rō. Circo
d forſan ac theatro: que duo loca bonis ſem
per aduerſa moribus fuiſſe notiſſimū: quo
quiſquis malus ierit: redibit peſſimus. Nā bonis
iter illud ignotū eſt: qui ſi cāu aliquo ignari adeāt
ꝯtagio nō carebūt. ¶ Gau. Circo delector atqꝫ ha
rena. ¶ Rō. Atq delectationes alie: uanū ſeu libi
dinoſuz aliquid habuere: hec utrumqꝫ ſuperaddi
tamqꝫ ſeuitiam ⁊ inhumanitatez habet bonis ani
mis rem indignam. Neqꝫ excuſat ꝙ hiſipſis Ro-
mani olim: flos hominum delectati ſunt: Recto
namqꝫ iudicio urbs illa alioquin abundantiſſima
bonorum omnium atqꝫ illuſtrium exemplorum:
nihil omnino reprehenſibilius habuit reliquiſqꝫ
deformius ſibiqꝫ inuicem: q̄ꝫ hinc diſcordiarum
ciuiliū: hinc ludoꝝ ſtudiū imodicū: quaſi nō ſuffi-
ceret belloꝝ cruor: domi militieqꝫ: niſi cruenta pax
eſſet crueteqꝫ ēt uoluptates: Niſi circo fortaſſis
honeſtius quis theatrū dixerit cui pariter inhian
tes videas nō mō ppl'm ſed ſenatū atqꝫ ipſos mū
di dños iperatores romanoꝝ: ſic ſpectaculis capie
bant̃ illi etiā qui humano generi ſpectaculū facti
erant. Rē mirabilē dicā: ſed cognitā vulgatamqꝫ.
Sic cunctorum animos theatralis furor ille per-
uaſerat: ut non modo cōiuges Ceſaruz aut filias:
ſed virgines quoqꝫ ueſtales in publicum atqꝫ in
turbas educeret: quarum pudicitia nihil exactius
nihil fama tenerius: nihil cōuerſatione ſecretius:
uſqꝫ adeo ut in eis omnis motus: omnis cultus:
omnis ſermo laſciuior nota digni⁹ ac ſupplicio ha-
beretur: ⁊ tamē hiſipſis in theatro locū aſſignaſſe
legitur: non quicūqꝫ ſed ſummus atqꝫ optimus pn
cipum Auguſtus Ceſar. Neqꝫ minor eſt ideo er-
roris quo magni errant: ſed maior potius atqꝫ cō-
ſpectior. ¶ Gau. Libēter ſcenicos ludos ſpecto.
¶ Rō. Rez que nec honeſte gerit̃ nec honeſte cer-
nitur: nec facile dictu eſt an luſor infamior: an ſpe-
ctator: ⁊ an ſcena ſit turpior: an orcheſtra: niſi ꝙ
in illam ſepe quidem paupertas: in hanc vo ſem-
per uanitas trahit. In omni ſane delicto plurimuz
intereſt: utrum inopia an libidine ſeu ſuperbia qs
delinquat. ¶ Gaudiū. Amphitheatri ſpectaculis
oblector. ¶ Ratio. Damnoſa vndiqꝫ ⁊ publice
priuatimqꝫ nocens delectatio: Quod facile colli-
ges ſi in animum redeat ex hiſtorijs rei huius
initium progreſſuſqꝫ. Quanto publici cenſus im-
pendio: quantaqꝫ inſanie proxima ducum cura:
quāto demuz populi ſtudio ac labore conſtiterit:
Equidem ⁊ tot uana dinumerare difficile eſt: ⁊
tam vulgata: ſuperfluum: mille ſimul gladiatoruz
patria non ludo tm̄ ſatis multa ſed prelio elephan
torum Tigridumqꝫ ⁊ leonum ac pardorum gre-
ges: onagrorum quoqꝫ equoruz ferociuz atqꝫ ani

malium diuersissimi generis e toto orbe transmis-
sos: omniũ terrarum siluis oiumq; gentiũ uenati
bus romano famulãtib⁹ theatro: Adde illã edifi-
candi luxuriẽ exẽplo carẽtem: non imitatione cari
turam: conuectas terra pelagoq; marmoreas co-
lumnas in ludorum usum: ⁊ artificum summis in
genij expolitas ⁊ uerticibus superbas: auro ruti-
lante frondentibus: Cuius princeps insanie nomi
nandus est Scaurus: is qui edilis in theatri sce-
nam opus dierum paucorũ: ⁊ quod paucis lignis
ac funibus attolli poterat: suffecturum oculis po
puli talibus gaudentis trecentarum sexaginta ta
lium columnarum monstra intulit: Fecitq; opus:
ut scriptum tenes: maximum omniũ que unq̃ fue
re humana manufacta: non temporanea mora: ue
rumetiã eternitatis destinatione: quo promeruit
ut uerissime diceretur: proscriptione primum gra
ui ciues idem post edilitate leuissima mores bo-
nos in exilium pepulisse: ut qui multi perditi tem-
poris inani plebecule multarumq; inutilium im-
pensarum reipu. auctor ⁊ exemplum fuit. Sed o
mirum dictu: mox furorem hunc vicere sequentiũ
furores: quibus effectum est: ut miraculo operum
ac numero fateri oporteat: preter Romam nihil
mirandum fuisse in toto orbe terrarum. Nam ⁊
hoc itidem scriptum vides: Penetrata terre inti-
ma: perfosse silices: egeste rupes abdite: auersi am
nes ⁊ in fistulas coacti: inclusum aut exclusũ mo
libus iratum equor: suspensa iuga montium: tem-
ptatiq; marium recessus: Deniq; stratũ late signa
tumq; nepotibus iter insaniendi: ⁊ impleta in uo-
bis spes auorum: nunq̃ scilicet defuturam esse lu-
xuriam. Et ut cumulatius malum sit publicis dã-
nis: accedit calamitas priuatorum: qui spectandi
cupidine compediti: ⁊ quotidiani interim questus
immemores: neq; diem labi sentiunt: neq; armatã
tergoq; instantem respiciunt egestatem: Sic vicis-
sim ⁊ priuata in publicam: ⁊ publica pernities in
priuatam uertitur. Neq; vo patrimoniorum iactu
ra grauior: q̃ morum: ubi libido discitur: humani
tasq; dediscitur. Proinde quid de spectaculis spe
raretis: iam inde ab exordio primus regũ uestro-
rum Romulus omen fuit: qui in his rigidam te-
tricamq; illam Sabinarũ pudicitiã circumuenit.
Et si utcunq; matrimonij honor texit iniuriam: at
q̃ multis hoc postmodum non ad coniugium sed
ad stuprum uagamq; licentiam fuit via? Ad sum-
mam enim hoc teneas uelim: Pudicitiam specta-
culis sepe stratam: semper impulsam vidimus. Et
ut sileam viros: quibus is scelerum furor est: ut pe
ne iam adulterio glorientur: Multarum ibi fama
perijt pudorq;: multe inde domum impudice: plu
res ambigue rediere: castior autem nulla. Jam vo
que corporum clades: ne quid prorsus desit infor
tunij: que ue non singulorum modo: sed populoꝝ
strages inditio sunt: ⁊ risus subito uersus in gemi
tum elataq; funera e theatris ⁊ plaudentium cho
ris mixte lugentium cohortes. Audisti ut Curio
is qui ciuili bello pro Cesaris partibus in Africa
occubuit: ut Scaurum quem opibus equare non
poterat: ingenio superaret: non marmoreum: ut il-
le: sed ligneũ theatrum: duplex tamen ac pensile
meditatus: populum victorem gentium ludis vi-
ctum: ⁊ periculis plaudentẽ suis: mira arte suspẽ
dit: ut ridentes interius stupentesq; ipsi exterius:
spectatoribus risu fierent ac stupori: Et miramur
imperij spe obiecta vnius licet magni exulis ani-
mum flectere potuisse: qui oculorum leui breuiq;
uoluptate proposita tot milia ciuium uolubili spe-
ctaculo circumuoluit. At nemo ibi perijt: dicet ali
quis: sed perire potuere: ⁊ perire alibi innumeri.
Neue attingã nouas simul ac ueteres ruinas qui
bus sepe multi mortem simul ac tumulum inuene
re: sub Tyberio principe celebri spectaculo apud
Fidenam urbem: amphitheatri lapsu oppressa vi-
ginti hominum milia meministi. Hic spectaculo-
rum fructus: hi sunt exitus. ¶ Gau. Spectaculis E
cum uoluptate detineor. ¶ Ratio. Aut fictis amo
ribus: aut ueris odijs. Primum equidem non est
viri: secundũ vo nec hois spectare. Quis ferrũ iu-
gulo letus exceperit? Quis feruido vulnere plus
cruoris effuderit? Quis minus ꝯspecta morte pal
luerit? Quid crudelitatis ad scholã ire iuuat? Nõ
egetis ꝑceptorib⁹: nimis dociles maloꝝ estis. Plu
ra per uos domi discitis q̃ necesse est. Quid tam
ꝓmptis igenijs artifices sceleꝝ ac magistrã erroꝝ
plebs accesserint. Multos quos natura mites fe-
cerat seuitiã spectacula docuere. Mẽs hois in vi-
tiũ prona: nõ urgẽda utiq; sed frenãda est. Si sibi
linquit̃ egre stabit: si ipellit̃ ꝑceps ruet. Multũ ma
li aurib⁹ iuehit̃: sed multo oculis: Illis q̃si fenestris
bipatẽtib⁹ in aiam mors irrũpit: nil potẽtius in me
moriã descẽdit: q̃ qd visu subit: facile audita pre-
teruolant: conspectarum imagines rerum herent
etiam inuitis: nec se tamen nisi uolentibus ingerũt
nisi perraro atq; ocius abiture. Quo ꝑgis igitur.
Quis te rapit impetus: ut ad horam gaudeas vn
de semper doleas: ut videas semel qd vidisse mil-
lies peniteat. Jugulari ferro hominẽ: aut ferarũ
dentibus vnguibusq; discerpi: aut tale aliquid qd
⁊ vigilem turbet ⁊ sopitum terreat: nescio qd hic
dulce seu quid non potius amarum ac triste senti-
tis: nec ullum in uobis maius insanie argumentũ
video q̃ quod quotidie uos ad mortẽ miseris de-
linimẽtis illectos: ⁊ uelut stygio sopore dimersos:
dulcedo amara: ⁊ delectatio in amena precipitat.
Una est enim uobis lex rerũ ferme omniũ: Quic
quid cupitis: quicquid molimini: quicquid agitis
contra uos est.

¶ De equis. Dia. XXXI. ¶ Gau.

Quo agili delector. ¶ Ratio. Ferocissi- A
e mo ⁊ inquietissimo animante insomniq; ⁊
in expleta uoragine. ¶ Gau. Equo libens
circumuector. ¶ Ratio. Non multo est peius ma
ri turbido q̃ frementi equo rapi. Nullum animal
insolentius domino suo est: Nec inepte iam equo
rum domitoribus in prouerbium uenit: bis equũ
male facere: q̃uis hinc humile: hinc superbum sit:
qui illis virib⁹ eaq; ꝑnicitate: pro vili cibo fieri alte
rius domariq;: duris stringi fascijs: nodosq; fune
vinciri: freno frenari: ferro calcari: ꝑtusa clauis vn
gula ferro urgeri: ferratũ ferre uectorẽ: turpẽ car-
cerẽ ac graue seruitiũ pati possit. Inde autẽ quasi
indomitus: non tantũ pro libero sese gerat: sed ut
domini sui hostis agit oia: Si currendũ est stimu-
los nõ audit: si subsistendũ frena mordicus rapit:
si fremendum torpet: si latendum fremit: Obse
quiosum illud ut perhibẽt fidumq; animal de quo

tam multe iactentur fabule: animal nobile: regiũ: optabile: colendumq; dignum quod enormi precio comparetur: anxia nutriatur cura: Immo vero animal: q; si conferantur cum obsequijs tedia nemo sapiens emat: nemo diligẽs pascat: Animal & ocij impatiens & laboris: Illo tumidum: hoc deiectum: nunc impetuosum animal: nunc ignauũ: nũc audax: nunc trepidum: nunc uolatile: nunc caducum: hinc culicum metuens atq; vmbrarum: hinc dominum suum spernens: diuersisq; illum vijs in discrimen trahens. Quis contumaciã: quis morsus aut calces explicet? Quis hinnitus: & ascensioris impatientiã ac sessoris? Equidem quot equorum mores: totidem equitum cõstat esse pericula.

B ℂ Gau. Equorum studio detineor. ℂ Ratio. Mirarer nisi ingentes viros usq; ad ludibrium captos hoc studio meminissem. Quis Alexandrum Macedonem non audiuit: amato equo tumulum erexisse: urbemq; de equi nomine appellatam? Sed nihil in illo mirabile viuente impetus & animi feruor fecit: Mirabilior in augusto q̃uis minor ineptia: neq; enim urbem equo ille suo instituit: sed sepulchrum: Idq; ipsum illi grauitati atq; ingenio impar fuit: Nam diui Julij monstrosus sonipes: an ab ipso: an ab alio ante edem Ueneris marmorea sit consecratus effigie dubitari potest: Minor multo uel etate uel gloria: uerum opibus ac Cesareo nomine pene equalis Antonius uerus: ut sileam quem victum quemue amictum equo quem immodice amabat exhibuit: certe & viuenti simulachrum aureũ fieri fecit: & mortuo sepulturam: quo grauius stomachemur: in uaticano extrui: tot iter sacra ossa ibi condita & condenda: Uix credibilia loquimur: uera tamen: horum similiumq; conscius uates heroũ animas apud inferos quoq; equorum studio deditas facit: nec minor ideo: sed maior est uanitas que tam magnos ad se animos trahere potens est. Ne ue quis priscam tm̃ non modernam amentiam suspicetur: redeat ad memoriam: nec longe seu loco seu tempore requirendus: Adhuc enim viuit nec dum senuit: & in terra italica uobiscum degitis quem nominare nõ est necesse: Fortune utiq; vir ingentis: nec parui ingenij cõsilijq; vir: alioquin magni animi nec insulsi ubi qd serio agendum incidit: qui tamen egrotanti equo quem amabat aureum puluinar ac sericum cubile substrauit. Cũq; ipse interim podagra vinctus atq; immobilis medicorũ legibus regeretur: nihilo minus tamen aut seruorum uectus manibus aut equo altero vix iniectus & suos medicos secum ducens: equum egrum suum bis terq; quotidie visitabat: illi suspirans atq; anxius assidebat: illum leniter manu tractans blando murmure solabat. Quid multa? Nullum medicine genus intemptatum: nil languenti amico debitum pretermissum fuit. Fabulam fortasse posteritas uocet: uera res & magno in populo nota est. Sic vir fortis curam equi gessit ut propriam: sic extinctum luxit ut filium. ℂ Gau. Delectat eqtare. ℂ Ratio. Est id quidem utile interdum & celeritati adminiculum & fa-

C tigationi remedium & nobilitatis insigne: Nec inficior gloriosum vulgo extantem: insigni equo uehi: & cunctis excellere: nec uertice solo sed humeris: & toto pene corpore supra esse. Contra vero laboriosissimus & sepe domino suo pestifer imitis equus: Optes iter pedibus agere: tam nulla est suspirandi uel minimum facultas equestre periculum pedestri luto seu puluere permutatum uelis. Proinde multos media de morte rapuerunt equi: multos in mortem impulerunt aut alliserunt aut corporibus oppresserunt. Quid q; non ultimum belli semen equi sunt? Tolle equos peregrinos terris: incursus partemq; permaximam bellice cladis abstuleris: Ut quod de uentis in natura: quodq; de Julio Cesare in historia est quesitum: expediens ne fuerit aut flare uentos aut Cesarem nasci? Et de eqs similiter queri possit: tam multa sunt utrinq; contraria. Nec immerito Thessalia que prima equos repperit domuitq;: prima aureum argenteumq; nummum cudit: prima pelagus rate temptauit: Martis seminariũ visa est: quod nõ semel: tot post seculis m'lto claroq; sanguine patuit. ℂ Gau. Q; me putas iuuet poeta noster ubi nobilis equi spiritum moresq; descripsit? ℂ Ratio. Nec te terret Hebreorum uates ubi ait: Ab increpatione tua deus Jacob dormitauerũt qui ascenderũt equos. Excute singula non tam illud leue q̃; hoc asperũ.

ℂ De uenatu & aucupio. Dia. XXXII. ℂ Gau.

a Et canibus gaudeo. ℂ Ratio. Nunc intelligo adolescentis imberbis gaudium: de quo Flaccus: Gaudet equis: canib' & aprici gramine campi. Uide autem ne & quod sequitur: Cereus in vitium flecti monitoribus asper. Utilium tardus prouisor: prodigus eris. Sublimis cupidus: & amata relinquere pernix. Nunc te enim esse metuo: qui gaudium tuum in fugacissimis rebus loces. ℂ Gau. Canibus ac uolucribus delector. ℂ Ratio. Hoc isanie deerat: non satis est currere ac uagari: uolare etiam instituis. ℂ Gau. Rides me: non uolabo equidem: sed uolantibus delector. ℂ Ratio. At ille delectationem tuam despicient abeuntes: nec te noscent: & ingrate se uocanti surdas exhibebũt: quid implumis facies: alata uoluptas tua est. Finge redeant: dãnosa redit occupatio: iterum clamabis & oblitus melioris negocij diem perdes: Iterum retro accliuis & oculos fixus in nubem post auiculam tuam flebis: quasi nil necessarij operis vita ferat: ex commodo ociosi & lenti: uos uolucrum seruos esse gloriamini. Natura uobis duas manus fecerat: uos hanc freno curuis: hãc vnguibus occupatis. Sic inutiles vndiq; & uolandi studio manci effecti: ne nihil agere uideamini: multo cum strepitu ante diem surgitis: & quasi sint hostes in limine precipitanter erumpitis: tota dehinc luce iactamini stagnis: siluis ac uepribus: implentes cuncta clamoribus dissonis & incondito ululatu: Inq; hoc spiritum nulli maiori rei habilem effundentes: spiritum quo maiores uestri bello terrebant hostes: pace iustitiam defendebant. Sero autem re ueluti bene gesta: domi sedentis alternãtes q̃; bene uel auis hec uolauerit uel illa digesserit: quot sint caude: quot alarum plume superstites quot emisse. Nonne hec ois sciẽtia uestra est: hic amor: hec felicitas: & hoc totum qd creatori deo: quod altrici patrie: quod parentib': qd amicis redditis: accipitres: aut herodios uestros sonãtes in nubib': & laniate prede paululũ:

⁊ ſudorem: ⁊ puluerem: ⁊ nocturnā perdite lucis
hiſtoriā. In hac enim indefeſſi ſemꝑ ⁊ ualidi: De
licati aūt ⁊ imbecilles ad ſeria Liuij Hiſtorias: ⁊
Ciceronis orationes ſacraſqꝫ nec pudet līas ꝓlixi
tatiſ arguitis. Quis hec inoffenſis auribꝰ audiat.
Quis uos ferat ad aliud natos in his viuē: ſi mo
do viuitis hec agentes. ℂ Hau. Canibus atqꝫ aui
bus delectoꝛ. ℂ Ratio. Atqui ducū ⁊ illuſtrium
multos equis: quoſdam canibus delectari ſolitos
audiuimus: eouſqꝫ ut Hadrianus imperatoꝛ: non
equis ſolum: ſicut hi quos ſupꝛa memoraui: ſed ca
nibus quoqꝫ buſta conſtruxerit: oppidūqꝫ iſuꝑ eo
loci ubi urſam pꝛoſpera uenatione peremerat ma-
nu ſua ſepe ⁊ mactare ſolitus ⁊ leonem: auibꝰ nul
lum fere: vnde ⁊ irriſum ferunt a Uirgilio Mar-
cellinum Auguſti nepotē: ꝙ dare his operā ado
leſcentulus videretur. ℂ Hau. Uenatu libēter ex-
erceoꝛ. ℂ Ratio. Fuit hec quondam latinoꝝ: nūc
gallorum ars pꝛopꝛia eſt: quod ⁊ res pꝛobat: ⁊ il-
lorum ſcriptores aliqui gloriant̄. Itaqꝫ ut ſileam
reges quorū tota vita uenatio eſt: Sūmus apud
illos regum quantū ab armis ocij fuit: uenatu ut
vides aſſiduo ſemper exercitus: ad extremū moꝛ
ti pꝛoximus: uenatu etiā laſſitudinem ſenectutis
atqꝫ incōmoda refouet: Mirum dictu: in rege pꝛe
ſertim litterato: nec a ſtudijs melioribus abhoꝛrē
te: ſed gentiliciū hoc illi erat: ut perhibent: ſitqꝫ gē
tilicium: ſinite. Neqꝫ hanc gloriam gallis itali eri
piant: neqꝫ uelit de uanitate contendere. Nam ⁊ ſi
errore ſepoſito in rē ipſā figis oculoſ: ſeminobiliū
ultimi oꝛdinis exercitium hoc videbis: quos a re
bus arduis toꝛpoꝛ quidam ⁊ ignauie comes diffi
dentia: ab humilibꝰ aūt pudoꝛ ac ſuperbia dehoꝛ
tantur ac retrahunt. Ad honeſtū igitur nihil ido-
nei ſiluas colunt: non vitam ſolitariam acturi: cui
nō minus q̄ꝫ politice ſe ineptos ſciunt: ſed feris ac
canibus ⁊ uolucribus conuicturi: quod non face-
rent niſi illis ſimilitudine aliqua iuncti eſſent: qui
ſi ex hoc uoluptatem quandam ſeu ſolam tempo-
ris fugā querunt: utrūqꝫ ſtulti uoti compotes foꝛ-
ſan euaſerint: Sin: neſcio quā ſeu ingenij ſeu ma-
gnificentie gloriam aucupātur: errāt. Quenā que
ſo non pꝛincipibus modo ſed ingenuis eſt gloria
mechanicis: imo ⁊ ſeruilibus delectari atqꝫ nego
cijs. Una horum excuſatio: Nam qui liberalibus
ſtudijs: que maiores coluerūt ſui: atqꝫ oīno litte-
ris indixerunt bellū: quo nam potius q̄ꝫ ad hoſti-
lia caſtra tranſfugerent? Sed pudebit foꝛſitā ſi ad
antiquā reſpiciant ſeqꝫ cum maioribus metiantur
ac comparent. Sepe quidem legere potuerunt ⁊
Platonem philoſophantem: ⁊ Homerum poetan
tem: ⁊ Tullium orantem: ⁊ Ceſarem triumphan
tem: uenantem puto non legerint.

ℂ De numeroſo famulatu. Dia. XXXIIII.

ℂ Hau.
A Agno circūuehoꝛ famulatu. ℂ Rō. Obſi
m deoꝛ dicere uoluiſti. ℂ Hau. Magnus cir
cūſtat oꝛdo famulorum. ℂ Ratio. Dic ꝙ
eſt hoſtiū: a quibus quo nihil eſt durius: nequeas
cauere: qui latebꝛas domꝰ itroſpiciāt: ꝓdantqꝫ ꝯſi
lia: que nouerint ut effundāt: quiqꝫ p̄ter futura cō
tinua: qđ nulli vnq̄ꝫ accidit obſeſſo: ueſtiēdi tibi in
terim paſcēdiqꝫ ſint: inqꝫ ipſis penetralibꝰ habēdi
Durū ac dubium belli genus: pace carēs ⁊ indu-
cijs: ubi ſub tuis ſignis hoſtilis muros habet ex-
ercitus. ℂ Hau. Serui mihi multi ſunt. ℂ Ratio.
Multi ſerui: multe lites: multeqꝫ diſcoꝛdie: multa
deniqꝫ bella domeſtica: quoꝝ uel ſpectatoꝛ fedus
ul' laborioſuſ cōpoſitoꝛ ſis opoꝛtet: Interqꝫ reoſ ⁊
accuſatores medius ſeruis tuis ſeruias: iudex fa
ctus ex dn̄o. ℂ Hau. Multos ſuos habeo. ℂ Ra B
tio. Curioſiſſimum aīal ſeruus ad ingrēdum: negli
gētiſſimum ad obſequēdū. Quid agas ⁊ qđ cogi
tes noſce vult: qđ iubeas ignorare. ℂ Hau. Ser-
uos multos habeo. ℂ Rō. Melius pauci ſeruiūt
q̄ꝫ multi: ſiue ideo ꝙ gratū obſequiū turbā vitat:
ſiue ꝙ ubi multi ſunt: alter alterius aſpiciēs manꝰ
quieſcit: laborē fugere ut induſtrijs pudoꝛ: ſic iner
tibus gloria eſt: qđ ita eſſe norunt oēs: nullus ꝯſu
lit: Nemo eſt qui nō multitudīe delectet̄. ℂ Hau.
Mihi multi ſerui domi ſūt. ℂ Rō. Ubi ſerui mul
ti: multus ſtrepitꝰ: pauca ſeruitia: ⁊ ſecretū nullū.
Quot ſeruoꝝ lingue: tot p̄conum tube: Quot ſer
uoꝝ aures atqꝫ oculi: tot domoꝝ rimule: qbus illa
etiam que in fundo ſunt facile dilabunt̄. Pertuſū
uas ac futile: ſeruilis animus: nihil ꝯtinet qcqđ in
fuderis mox effluet. ℂ Hau. Multos ſeruos do- C
mi habeo. ℂ Rō. Multos ſibilos: linguas vipe-
reas domeſticeqꝫ pacis virus abditū: mltos quo
qꝫ ꝓfundos ⁊ capaces uentres ac lubꝛica guttura:
ꝓcellam aule: thalamo dedecus: peſtē penu uora
ginēqꝫ perpetuam. Paucos ſeruos bene regere
difficile eſt: multos ipoſſibile. ℂ Hau. Multi mi-
hi ſerui domi ſunt. ℂ Rō. Melius ſolitudo tibi
eſſet: Nihil eſt peius q̄ꝫ dum maloꝝ q̄litatem rerū
quātitas adiuuat aut numerus: Pauci ſerui mali:
multi aūt peſſimi. ℂ Hau. Multi mihi ſeruiunt. D
ℂ Rō. Recte qdem ſi ꝓmiſſio ⁊ res ipſa que ꝓmit
titur vnū eſſent. Nūc inter utrāqꝫ qđ interſit: ſenti
unt expti. Pꝛomittūt fateoꝛ: ꝓmiſſiqꝫ deos teſteſ
uocāt: ne ſoli ſcilicet ſolos fallāt. Exige aūt ꝓmiſ-
ſi fidem: nulla erit. Multū eſſet ⁊ abūde fidei ſatiſ
factum: mō ne violarent̄: neue afficerent̄ iniurijs:
qbus eſt obſequiū ꝓmiſſum: Nūc ꝓmiſiſſe ſat eſt:
qđ qđ p̄ter ſeruiēdi uotū oīum quoqꝫ notitiā ꝓfi-
tent̄: ubi ad expientiā uentū eſt norūt pauciſſima:
uolūt nihil niſi qđ uēter ſopoꝛqꝫ ſuaſerit ac libido.
Nil humilius nilqꝫ abiectiꝰ hoꝝ ingreſſu: nil inſo-
lētius nilqꝫ inſidius ꝓgreſſu: nil inimicitius demū
nil odioſius eoꝝ egreſſu. Duꝝ eſt cogitare ne dicā
pati: ut per dn̄oruꝫ domos iſlati elatiqꝫ ambulāt:
ſeruitiūqꝫ polliciti dn̄iū uſurpāt exercētqꝫ tyrāni
dē: ⁊ q̄ſi ad uaſtādū ꝯducti: non tm̄ deuorat vni
uerſa: ſed ſpargūt gulāqꝫ largitionibꝰ adiuuāt: de
alieno ꝓdigi: auariſſimi ad rapinā. Quos ſi qn̄ ad
ſe pudoꝛ aut neceſſitas reflectit: ut ſe ſuos eſſe me
minerint: q̄ꝫ ſupbe q̄ꝫ q̄rule quātoqꝫ cū murmure
ſeruiāt: qs ignorat: ut merito poſſit nō p̄cio emptū
modo: ſed gratuitū quoqꝫ ſeruitiū hmōi faſtidiri.
Ad extremū qui clādeſtinas domi agebāt: ubi li-
men exceſſerint cū inuiſis dn̄is aptas imimicitias
linguis agūt: armis ſi liceat acturi. Et ſiqs horū
foꝛtaſſe conuitijs abſtinet: nō id pꝛioris amoꝛ dn̄i:
ſed ſequent̄ timoꝛ efficit: cui ob hoc viliſ ſuſpectuſ
qꝫ fieri metuit de ſe ſimilia coniectanti: Quibus
ex rebus niſi oculos timoꝛ obſtrueret: ſole clarius
cerneretis quanto ſit ſatius omni tali ſeruitio ca-
ruiſſe. ℂ Hau. Utrunqꝫ mihi latus ſerui ambiūt. E
ℂ Rō. Serui noīe: re ut dixi hoſteſ acerrimi atqꝫ
impij: ⁊ abſqꝫ his viuere ſuperbia ueſtra non po-
teſt: Inqꝫ hoc ut in multis malo ūro miſeri gaude

tis: In hoc maxime diuitias optatis. In hoc terras et maria pererratis: In hoc aurum et cumulatis et spargitis: ut acies hostium uestrorum densior sit indies atque munitior. An fortasse non ita est? an aliud concors diuitum habet opinio? Nulla fere alia re mediocris fortune bene institutam domum opulentissime Persarum aut Lydorum regie cedere: cum in multis excedat: quam quod illa plures pascit et
F lautius. Gau. Seruorum me circumfusa tegit cohors. Ratio. Immo sub obtentu seruitij urget et comprimit sonorisque compedibus vinctum trahit: ut et tibi iure optimo dici possit: Quid fecisti miser: vt tot custodibus indigeres. Gau. Serui me vndique circumuallant. Ratio. Nulla fuge nulla spes igitur est salutis. Malo quidem suo pertinaciter delectari: desperate dementie est. At qui ob hoc vnum et optanda paupertas: et amanda erat: ut cum certis opum malis nexibus tum uel maxime te seruorum dolis ac fastidio liberaret.

De magnificentia edium. Dia. XXXIIII.

Gau.
A Magnificentissime mihi sunt edes. Ratio Quid hic dicam nisi Tullianum illud: Ornanda est dignitas domo: non ex domo tota querenda: nec domo dominus: sed domino domus honestanda. Gau. Ornatissime edes sunt. Ratio. Quid hic times. Architecti laus est non tua. Gau. Edibus amplissimis habito. Ratio. Ubi fures latitent: tu uageris: serui luxurient: vulgus hereat: liguriant parasiti: multiplicis tedij capax locus. Gau. Maximis edibus habito. Ratio. Una est urbium et domorum lex: Non statim melius habitat qui latius: neque enim quam late habites: sed quam lete requiritur ad beatam vitam. Sepe uel in palatijs regum labor dolorque habitant: uel in tugurijs inopum quies et gaudium: quod si amplitudo domus aut forma prestaret: nobilissima artium esset architectura. Gau. Regijs edibus habito.
B Ratio. Quasi vero curas morbosque locus arceat: siue ad prehendenda turrium fastigia mors egeat scalis. Nonne in regia Tullus hostilius habitabat quando ictus est flumine? In regia quoque Tarquinius Priscus quando percussus est ferro? In regia denique superbus: quando pulsus est regno? Nullus locus periculis inaccessus: nullum limen morti clausum. Gau. Habitatio mihi propria atque perpetua est. Ratio. Immo vero parui temporis incolatus: Instat dies commigrandi: Ciuem fingis:
C aduena es: conductoque habitas: Ueniet qui te nudum laribus his exturbet. Gau. Clara quidem et angusta domus est. Ratio. Hinc digresso fusca erit et angusta: Sed et nunc si uere domum tuam respicis: obscura et arta illa prorsus et caduca est: queque indies tantis adminiculis vix fulta subsistat: assidue fatiscens casusque sui nuncia: et que certe nec a ruina ultima longe sit: nec interim generosum incolam delectet ut domus: sed angat ut carcer: ubi moras oderit: vnde optet absolui. I nunc ergo uel alienis edibus: uel tuo carcere gloriare.

De arcibus ualidis et munitis. Dia. XXXV.

Gau.
A Munitissimis arcibus habito. Ro. In edibus aliquid boni est: In arcibus mali multum. Ille protegunt ab estibus: a uentis: ab im-

bribus: hee animum possidentis sollicitudinum procellis obijciunt et securitati polytice curas afferunt et pauores. Arx mihi preualidis menibus cincta est. Ratio. An excidit illud, Spartani dictum: qui amico patrie muros ostentanti: Si hos inquit feminis extruxistis: recte quidem: at si viris turpiter. Arcem habeo fortissimam. Ro. Quid nisi impatientia et superbia et auaritia uestra fecit ut arcibus opus esset. Quanto esset honestius equo iure cum hominibus viuere: et in plano cultisque in agellis habitare quietos carpentem somnos: quam te rupibus hispidis inclusisse: nocturnis excubijs ululantem: teque tua miseria suspectum et inuidiosum omnibus reddidisse. An et publicole factum excidit: qui quamuis inter primos urbem Romam seruitio regio liberasset: sentiens tamen se situ edium suspectum plebi: ut seipsum licet indigna suspitione liberaret: domum suam de monte deposuit. Gau. Arx inexpugnabilis est mihi. Ro. An illud uetus prouerbium non audisti: Nullum inexpugnabilem locum esse: in quem asellus onustus auro possit ascendere. Trahit oppugnationem arx munita non impedit. Restitit aliquantulum Senonum insultibus arx Tarpeia: Penorum Tarentina: donec utrique opportuno remedio succursum est. Illi Camillus affuit: huic Fabius. Sed an gemina arx Locrensis ab ipso defendi quiuit Hanibale. Profecto nec Ilion ipsum: nec Byrsa defendi potuit: nec Corinthus: que vna pe uetustam inexpugnabilis famam habuerat: sed hanc sibi Mumius victor eripuit. Nonne ante hos septuaginta annos Prenestina arx: qua nescio an ulla usque fortior esset atque munitior: ab illo magno hoste: quia armis non poterat: blanditijs ac promissis fallacibus capta fuit ac diruta: et vir tandem uelut e longeua febre fragilior resurrexit. Ad summam nil inexpugnabile: tutum nihil ab humanis fraudibus est. Gau. Arce subnixus munitissima nil timeo. Ro. Arces pestiferam multis confidentiam prebuere. Multi qui tuti sine arcibus in pace vixissent: arcium fiducia ausi sunt: vnde ipsis in arcibus periere: ut illic potissimum audacia domaretur vnde orta erat Non sunt ad audendum irritandi animi sed frenandi. Omnis magna securitas: nisi que de deo oritur: stulta est. Gau. Habito in arce munitissima. Ro. Ut sit aliquid arx hec tua: quid est aliud queso quam refugium quoddam: et degeneres latebre ad perferendam obsidionem: quod ut ait Liuius: Miserrimum est in bello. Quando vnquam audiuisti: ubi vnquam legisti Julium Cesarem: utrumque Africanum: magnum Pompeium: Marium: Alexandrum Pyrrhum: Hannibalem: aliosque viros magni nominis sese arcibus continentes: et non potius arcibus insultantes. Arces scito non receptacula fortium sed inertium esse latibula. Certe hac etate Stephanus Columnensis cui omnis illustribus viris par: cum in eius auxilium ad famam sui nominis uenisset nobilis quidam vir externus et incognitus: essentque die quadam graui et ancipiti prelio et ingenti turba hostium circumuenti. Ille periculum videns accessit propius: et vbi inquit O Stephane arx tua est. Ille subridens: ut qui nec domum propriam quidem Rome haberet: manu ad pectus apposita: Hec quidem inquit arx mea est. Uocem suo auctore dignissimam. Sic est autem: Sancti et deuoti viri omnes spem in deo habent: Justi ac politici in virtute: Fortes et bellicosi in armis tumidi et ignaui in muris atque artibus.

De Supellectili p̄ciosa. Dia.XXXVI. Gau.

i N ampla domo supellex eximia est. Ratio. Superuacuo in spatio pōdus inutile. Illa furibꝰ latebꝛas dabit: hec p̄dã: Utraqꝫ periculum tibi: alimentum incendio atqꝫ liuori. Gaudiũ. In domo speciosa supellex copiosa est. Ratio. Illa cum te loco moueris deferenda est: hec si uti uolueris sepissime trãsferẽda est. ⁊ plus difficultatis allatura q̃ꝫ uoluptatis: ⁊ plus oneris q̃ꝫ honoriſ. Gau. Multa mihi uarij gñiſ supellex domi est. Ratio. Inge bellum: non cũ furibus modo: sed cum muribus tineisqꝫ ⁊ aranee: ⁊ rubigo fumusqꝫ ⁊ puluis ⁊ imber in uos dimicant: O diuites delicati quibus armis hos hostes arcebitis? Gau. Pꝛeciosissima est supellex. Ratio. Non rei pꝛecium sed contemptꝰ diuitem facit: Alioquin ⁊ querendo cupiditas crescit ⁊ paupertas cupiendo: Ita fit ut nihil magis inopem faciat q̃ꝫ auari opes: quarum si estimatio exacta uerique iudicij sequax contemptus accesserit: ea demuz ueris diuitijs uera est via. Ego te diuitem dum uana miraberis non putabo: q̃ꝫuis aurea stellantiqꝫ gemmis ardentibus tectum omne supellectili opertũ refertũqꝫ tibi videaz. Gau. Inuidiosa supellex ⁊ pꝛefulgida est. Rō. Pꝛo captu oculorum seu foꝛsitan animorum: uere autem onerosa reꝝ colluuies ac turbida: Sed auaritia nihil usq̃ꝫ ieiunius: nihilqꝫ miserius: cuius famẽ ⁊ querenda excitant ⁊ quesita nō sapiunt: dũ que sperata fulgebãt: possessa foꝛdescũt: Itaqꝫ sepe diuitias duz quesisse putaueris: sollicitudinẽ ⁊ nauseam quesiuisti. He nunc tibi chare sarcine: si uel chariores alie se ostenderint uel stuporem assiduitas dempserit: viles erunt. Esto autem chare sint ⁊ maneat stupoꝛ: nonne etiam erroꝛ manet: isqꝫ difficilis atqꝫ perpetuus? Siquidem querendi studiũ vnũ fuit: seruandi laboꝛ est multiplex: Nũq̃ꝫ deerit quod reuisas: quod numeres: quod complices: quod excutias: quod abstergas: quod oculos simul ⁊ mulceat ⁊ offendat. Gau. Supellex imensa est. Ratio. O hominem qui impedimentorum suorum magnitudine delectatur.

De gēmis ⁊ margaritis. Dialogus. XXXVII. Gau.

g Emmaruz fulgoꝛ ⁊ spēs delectant. Ratio. Rerum fateoꝛ terrestrium ⁊ moꝛtalium uanitatis pars non ultima: exiguo in lapillo patrimonia magna claudentiuz: cuius pꝛecium instabile ⁊ incertum quotidieqꝫ uarium: q̃ꝺ ⁊ sola mercãtiũ fama ⁊ diuitũ insanoꝝ credulitate depẽdeat: vñ diu spꝛete inopiniſ pꝛecijs attollũtur: ⁊ gemmarum famosissime subita pꝛemuntur infamia: Nescio quibus notis erumpentibus: non tam ipsis de quibus agitur in rebus: q̃ꝫ in opinione hominum ista callentium. Pꝛeclara quidem illa pꝛudentia: que neglecto cultu dei atqꝫ animi: ⁊ utriusqꝫ notitia inter noscendis lapidum uenis inuigilat. Sed sic est mos. Neqꝫ nunc pꝛimum in precium sunt: quibus pꝛecia uafre fingunt: Uera enim pꝛecia uel nulla sunt penitus uel ignota. Q̃ꝫ vo periculosa uanitas: q̃ꝫ tremulum: q̃ꝫqꝫ anceps iudicium: ipsos inter artifices facile est iudicium: memoria repetentis id quod nuper accidit: ut per

bꝛeuem gemmam: Carbunculus is erat: decez milibus aureorũ ille vir foꝛtune maioris q̃ꝫ ingenij: cum emisset: diu se cunctatuz fuisse iactabat ꝙ naturalem ⁊ communem modum fulgoꝛ excedens suspitionẽ faceret: eius artificij peritissimo cuidã cuius consilio utebatur: non ueram gemmaz esse: sed vitrum aliquod seu quiduis aliud in eam speciem: non natura genitum: sed nescio qua supernaturali ⁊ mira quadam arte conflatum. Que quidẽ hesitatio: quid nisi confessio quedam erat vitrum tale visui pulchꝛius esse q̃ꝫ gemmam: q̃ꝫuis foꝛsan illa solidioꝛ sit? De hoc tamen ipsi iudicẽt: qui uel in hoc questu pecunias alio uertendas honestiꝰ: uel in hoc cognitu melioribus debitũ tempus perdunt. Q̃ꝫ si dicta cunctatio iusta fuerit: quid hinc sequitur: quis non videt: que nam scilicet ambitio: ⁊ quanta sit cecitas non rei foꝛmam ac substantiam: sed nudum nomen tanta mercede captantiuz? Gau. Nil mihi gēmis est chariꝰ. Ratio. Credo hercle: non virtus: non fama: non patria: non vita ipsa: Utqꝫ illa duo sileaz quibus uobis nihil est vilius: Duo hec ultima: cunqꝫ his diuitias ingẽtes ⁊ quicquid pꝛeciosissimum iudicatis: vniꝰ gẽme pꝛecio atqꝫ amori succubuisse monstrabo ⁊ exilio illam ⁊ inopia: ⁊ si ita tulisset moꝛte seruatam. B
Cui enim queso non est notum Nonij consilium? Romanus hic senatoꝛ fuit: vir locupletissimus: gẽmamqꝫ habuit viginti milibus estimataz: gemme nomen Opalus. Mittit hunc India: colorem pene omnium uarietate pꝛefulgidum. Huius fama excitatus accensusqꝫ cupidine Antoniuſ triumuir homo omnium superbissimus atqꝫ auarissimus: ⁊ cui quicquid natura libitum: foꝛtuna licitum fecisset: cum iniusto gemme desiderio: ut fit: crudele possessoris odiũ concepit: hinc in illo publico pꝛoscriptionis incẽdio: quo tot patrie lumina periere: Nonij nomen arsurum cum reliquis: ob hoc vnũ crimen: ꝙ foꝛmose tyrannoqꝫ placite dominus rei esset: insertum est: Ille autem cui ponticus saltem fiber exemplo esset: ut perniciose iactura sarcinule libertatem redimeret: ac salutem illã ipsam sibi ut auguroꝛ pꝛesenti discrimine chariorem sic amplexus aufugit: ut ea salua nulla sibi uel patrimonij uel patrie cura esset: cũ illa paratus exulare ⁊ mẽdicare ⁊ ad extremũ mori: Quis non magni estimet ad quaz vir senatorius sic affectus sit? Et pꝛofecto fatendum alterum: aut magni pꝛecij eam fuisse: aut parui animi possessorem. Sed quid horũ uerius: ut diffiniam non expectas. Et si autem huius ac reliquorum simile iudicium seu contagium animorum late serpens vulgi mores infecerit: magna tamen ingenia nec nummis delectari: nec omnino alia q̃ꝫ virtutis pulchꝛitudine tangi decet: nisi ut per hec bꝛeuia que delectant oculoſ: exprecta mens in amorem ac desiderium eterne pulchꝛitudinis rapiatur: quo de fonte quicquid est pulchꝛũ pꝛodit. Gau. Excellẽtibꝰ gēmis allicioꝛ. Ratio. Hanc excellentiam nō natura fecit: sed opinioꝛ L
que apud quosdam Carbunculo palmam dedit: apud alios Adamanti. Illa vulgo ac plerisqꝫ gemmarijs eui huius estimatio: Ista ueteribuſ quibusdam rerum scriptoribus pꝛobatur: s̄m quos non modo gemmarum sed rerum omnium terrenaruz pꝛeciosissimus Adamas: regum olim atqꝫ non omnium sed pꝛecellentium gemma fuit: hodie q̃ꝫ

nullius rei tm̄ ⁊ tam uelox q̄ꝫ luxurie ac superbie
incrementum est:multorum non regum etiam esse
cepit: ⁊ iam plebis in digitos sessum uenit. Huic
proximam indicam atq; Aphricam Margaritaꝫ
locant: ⁊ huic itidem Smaragdum:nescio quidē
qua ordinis iniuria: Nam si illorum rubor pallor
q; gratus est:cur non eque horum candor viror q;
oculis blandiatur:iustiorq; nunc etiam Sapphi
ri querela: quo vix aliud terra parit celo similius
sereno. Uerum:ut dixi:furor hic hominuꝫ non na
tura nobilitat:diuitum nuges inanes:atq; ocioso
rum fabule:qui facile ista contemnerent:si quo vn
q̄ꝫ honestiore pacis aut belli negocio tenerentur.
¶ Gau. Fulgide animum mouent gemme ⁊ suaui
ter candide margarite. ¶ Ratio. Mouent ais:im
mo sternunt:calcant:molliunt: ⁊ eneruant. Qua
de re:si pergam virorum atq; mulierum exempla
congerere:non te doceam sed obtundam. Unum
ex omnibus ⁊ id maximum attingam: ut intelli-
gas q̄ꝫ periculosus iste furor sit infirmioribus ani
mis:qui eminentissimos fortissimosq; peruaserit.
Magnus Pompeius cōtinentissimus romanoꝝ
ducum:horum dico nouissimorum qui quantum
magnitudine gestarum rerum ceteris antecellūt:
tantum modestia viroꝝ viteq; frugalitate maiori
bus cedunt suis:victor ab hispania pacato rediēs
occidente:compressisq; predonibus ⁊ in vnuꝫ co
actis locum:cui conuenarum nomen ob hoc indi
tum in seculuꝫ id durat. Illic pyreneis in montibꝰ
locorum forsan asperitate modestia adiuuante at
q; etatis victorieq; superbiam compescente: ma-
sculum tropheum puramq; ⁊ rigidaꝫ sui oris ima
ginem erexit uere tunc magnus atq; magnificus:
q̄ꝫuis adolescens annis:moribꝰ senex maturiusq;
animi. Idemq; postea captis piratis: ⁊ oriēte per-
domito:quasi cuꝫ loco mutatus ac tempore eque
alia parte orbis ipse alius reuersus: non militarē
sed femineū se diuinū potius in moreꝫ vultus su
os iam viriles ac solito molliores: non ere fictos
aut marmore:sed isuetis atq; exquisitissimis mar
garitis in triumpho tulit. Exprobratio non leuis:
eoi fastus vnum in caput expositi:non sine insulta
tione quadam victoris omnium populi atq; ex-
cusatione principum sequentium. Quid non enim
a tyrannis Roma iam serua pateretur:que libera
ciuis amantissimi talem hanc insolentiam asperif
set? Neq; reliqua triumphi illius humilia magis
aut sobria: non arma ⁊ equi domitarum gentiuꝫ:
ut mos erat:non captiui memorantur aut currus
aut phalere:quod vilissimum in eo legimus:aurū
fuit:gemme omnia ⁊ margarite. Inter multa al-
ueus ingens ibi: ⁊ ingentium thesaurorum ordo
bicolor:ita ut singule gemmis e singulis consta-
rent: ⁊ uasa aurea ⁊ uestes ⁊ statue: quin ⁊ luna
q̄dam solido ex auro immensi ponderis lectiq; au
rei ⁊ corone plurime magnis ⁊ candidis marga
ritis intexte. Deniq; mōs aureus illic fuit forme
ille mirabiles in quadrum ducte:ceruis ac leoni-
bus ⁊ figuris uariis animantium frequens: nec-
non arboribus atq; omni pomorum genere consi
tus ramos aureos tegentibus margaritis montis
in uertice:hisdem ex rebus horologium artificio
ubiq; vincente materiam uoluebat:mirabile pro
sus ostentum his qui mirari inania didicerunt.
¶ Gau. At his rebꝰ maxime delector. ¶ Ratio.
Credo id quidem: teq; hunc triumphum ⁊ cupi-
de spectaturum reor: ⁊ cupidius ducturum: ⁊ cu-
pidissime possessurum:id tibi passionati status ani
mi suadet: Crede autem ⁊ tu mihi:hec que visum
usq; adeo delectant:semper animi ⁊ sepe corpori
nocuerunt. Illius certe queꝫ loquimur triumphā
tis glorie nil vnq̄ꝫ magis obfuit:non Thessalicus
dies:non Egyptia calamitas. Ibi enim fortune
succubuit nō totus:hic vitio totus. Ibi aliena vis:
aliena perfidia:hic sua fragilitas sua fuit ambitio.
Illic ergo potentiam ⁊ vitam:hic animi popula-
ris modestieq; insignis famam magnisq; labori-
bus partum magni nomen imminuit. Mirum di-
ctu tanto victoriosior contra hispanos bellicosam
gentem: q̄ꝫ contra imbelles ⁊ inermes Asiaticos
apparuit:eoq; mirabilius ꝙ in ipsa quoq; Asia ali
quandiu integer atq; inuictus: cum se in templo
Hierosolyme omnium opulentissimo uere erectū
atq; abstinentissimum prebuisset. Ad ultimum ur
genti vitio non restitit:neq; iam amplius vir sin-
gularis atq; vnicus:ut semp fuerat: sed quasi vnꝰ
ex multis captus deiectusq; est. Is gemmarū ful
gor:ea vis margaritarum: Idq; auri pondus fuit.
Uicerat iam ante pari prelio Alexandrum Asia:
sed parum est vitiis victum suis vincere: Illud
magnum vicisse victorem sui. Post quem nullus
ferme ducum stetit inter Asie delitias:que in or
bem Latium transuecte:uestra uos in patria vi-
cerunt. Nempe si fateri uerum vultis: ubiq; gen-
tium victores: Asiatica victoria victi estis. I nūc
⁊ amicas oculorum:animorum hostes ⁊ victri-
ces virorum fortium gemmas cole. ¶ Gau. Gem
mis delector ardentibus. ¶ Ratio. At hic uariis:
ille pallentibus:multiplex appetitꝰ: vna uanitas.
Audisti ut Pyrrho illi qui cum Romanis bellum
gessit: Achates fuit lapis olim preciosissimus ho-
minum iudicio:nunc eodem quo precia rebus fi-
unt uariante vilissimus: In quo quideꝫ species re
rum diuersaruꝫ representari solere oculis fama est
hominum:iumentorum:fluminum:nemorum:uo-
lucrum:ferarumq;: nulla penitus manu artificis
sed nature. In illo sane regio:ut Solini vbo utar:
non impressis sed ingenitis figuris muse nouem:
⁊ Apollo erat choree nobilis citharista: sparsis
ita nexisq; inuicem gemme notis:ut tot imaginū
in tam paruo spatio vnaqueq; suis discerneretur
insignibus preclaris ut res erant anulus:addidit
q; gratie regis nomen: Pluris enim fiunt res illu
strium. Sed quid oro illi contulit Achates suus:
an bello inuictum:an non dicam morti:non hosti-
li gladio:sed saxo quod feminea etiam torsit ma-
nus:exemptum fecit? Quid inq̄ꝫ uel hunc Pyr-
rho profuit habuisse:uel hoc nocuit caruisse Fabri
cio Curioq;:quibus ille victus atq; italia pulsus
est ducibus? Affirmare ausim neutri horum vnq̄ꝫ
sessurum animo fuisse: ut horrentem galeam rigi-
dumq;:nec auro nec gēmis insignem gladiuꝫ anu
lo regio permutaret: Sic mollia queq; despiciunt
viri fortes. Quomodo vo anulum regis ambirēt:
qui sola virtutis fiducia regē ipsū: ⁊ regias opes
regnumq; contempserant? Contra autem uos ani
morum diffidentia cuncta miramini: ⁊ quasi bea
tos factura cōcupiscitis:virtus sola contemnitur:
Est ⁊ gemme alterius fama uetustior: quam Sa-
miorum tyrannus Polycrates habuit:ferūt fuisse

Sardonicem. Is lapillus inter multa preciosa di tissimi hominis preciosissimus habitus: q̄obrem qui nihil nunq̄ sensisset aduersi: palā obsequentis et clanculum insidiantis fortuna inuidiam placaturus: nauigio in altum prodijt: anulūq̄ ipsum in quo gēma erat: manu propria demersit: uel sic saltem semel doliturus in vita visus sibi callide trāsegisse cū fortuna: si tot letis hoc vnū triste pēsaret. Illa vō nec falli facilis nec mulceri: mala bonis equa lāce cōponēs: plusculū exigebat pro diuturno fauore breue quidem sed p̄durū: ut qui per omnē vitā felicissimus sibi atq̄ alijs visus eēt: in morte miserrimus videret essetq̄ miserrimus: hinc vitijs: hinc supplicijs omnibus vnum caput urgentibus. Itaq̄ uelut oblatum respuens: O fortune ludos: pisce quodam internuncio qui tunc ore anulum excipiens captusq̄ ilico menseq̄ eius appositus fuerat: anulum illi suum: nō sine quodam spectantium stupore restituit. Eam gemmam multis post seculis Augustus Cesar et precio tactus et miraculo: insertam auree corone ad edē cōcordie dedicasse fertur. Hic rursus interrogo: quid hoc uel tyranno profuit habuisse patriā affligenti: uel Pythagore obfuit caruisse cōmunem sibi cum illo patriam et domū p̄priam: et amicos morū eius odio relinquenti? Nempe tyrānus ille patibulo affixus omnium iudicio: cum summū supplicium pateret: maiore etiam dignus erat. Iste philosophus in pace obiens pro deo cultus: domus eius pro templo habita est. Tantum inter illius gēmam atq̄ hui pallium interfuit. Neq̄ vō seu Policrati tūc Sardonix ille ne morsu uolucrū semesus in cruce marcesceret: Seu mō Ioāni Gallinarum regi: ne acie victus in manus hostiū pueniret: suus ualuit p̄stare Carbūculus: quē die illa in digito ei inuētum erepturq̄ sibi: et post annos ab amico quodā orbe alio redēptum remissūq̄ cernere fuit ac tāgere rē precij infiniti. Sed nullius efficacie nulliusq̄ opere: nisi cuius et reliqne id genus. Gemmas enim lucidas nō nego ne sensui ꝯtradicam. Nego utiles: nego ullam vim habere: nisi illā que vulgo etiā fert: Possunt feras auarorum quoq̄ diuitū confringere atq̄ arculas exhaurire. ¶ Gau. Utcūq̄ in precio

G sunt gemme: heq̄ animū delectant. ¶ Rō. Atqui dementie sūme est multam curam rebus īpendere: que et si aliquid videātur: in se nihil sunt. Hoc est enim errore oculorum ac p̄stigio delectari. Quid in his laboras: que non dico felicitati non conferunt: sed nec miserie detrahunt p̄sentes neq̄ contrario abeuntes. Et si multa equidē hic a multis et mirabilia scripta sint: non ueritati rerum neq̄ utilitati legentium: sed stupori operam dātibus: precipueq̄ a magis qui his nugis libros integros implere: tantū erat ocij: potuerūt. Mihi tamē hac in parte cum Plinio secūdo plane conuenit et scripsisse eos: Ego quoq̄ non sine ꝯtemptu et risu generis humani: arbitror: ut et stultam credulitatē uanis opinionibus implicarent et seipsos nostris in

H eptijs oblectarēt. ¶ Gau. Delector gēmis quibus credibile est aliquam vim inesse. ¶ Ratio. Quenam illa sit audisti: ut si alia: quantula tamen illa: est mercatorum ac scriptorum collata mendacijs: non graia tm̄ arte confictis: sed uestra etiam assensione auctis atq̄ firmatis: que multo est satius uel prudenter arguere uel magnifice ꝯtemnere: q̄ calere omnia gemmarum precia virtutesq̄ et vitia. Hic enim a Plinio: cuius multa placent: ualde dissentio. Ille quidē falsas deprehendendi artes seu notitiam quandam pollicetur: quando inquit etiam luxuriā aduersus fraudē muniri decet: Mea vō sententia non munienda neq̄ armanda luxuria est: sed inermis et sola circulatorum inter armatas acies deserenda: ut circūuenta sepius et illusa: quando aliter non potest saltem damnis et fraudibus castigetur.

¶ De gēmarum poculis. Dial. XXXVIII. ¶ Gau.

A Iuuat gemmis bibere. ¶ Rō. Lauari gēmas ad pocula: luxuria uetus est: Non vitrum modo rem fragilē ac profecto pulcherrimam mundissimamq̄ despiciens sed argentum ipsumq̄ aurum humane olim cupiditatis ultimam metham: Inuentūq̄ aliquid quo auaritiam luxus excederet: non sat digna magni mali causa. Uidit hoc poeta: dum diceret: Hic petit excidijs urbem miserosq̄ penates. Malum ingens nec iustitie tm̄ sed humanitati obuium. Et ut scires vnde ortum: addidit: ut gemma bibat. En ciuiliū par furorum causa: ut cum calix argenteus diuino cultu satis esset: aureus humano visui parum sit: nisi precium faciente periculo: gemme etiam peregrino artificio excauentur: quibus bibat infelix homuntio: et polluta mendacijs atq̄ spurcitijs labra iucūdius applicet: res et potui incōmoda uoluptate interpellante metu et apparatui operosa: et custodie difficilis et saluti anceps et uenenis aptissima. Uerum nanq̄ est illud alterius poete: Nulla aconita bibuntur fictilibus. Tunc illa time cum pocula sumes gēmata. ¶ Gau. Gēma bibere gloriosū reor.

B ¶ Rō. Supbia dum se attollat: nec descensum cogitat nec ruinā. Chare libētius bibitis q̄ secure: ambitiose q̄ sapide. Sic vitia vitijs vincuntur: et gulā parcius aliquāto sollicitat vini sapor: q̄ insolētiam cyphi color. Obstupescitis ad gēmarum radios: hunc stuporem nullo non precio estimandum arbitramini: non tm̄ pecunie sed virtutis. Nonne enim ille Uirgilianus euersor patrie: hocipso de quo loquor precio gemmam querit. Iustitia scilicet et pietate properans his amissis illam adipisci: et ut gemma bibat ciuem atq̄ hominem obliuisci?

C ¶ Gau. Libēter gemmatis utor poculis. ¶ Rō. Est fortasse alia desiderij tam intensi radix: neq̄ solus fulgor allicit sed aliqua latens virtus. Nā quis omnes gemmarum vires atq̄ virtutes explicet? Ita dico si omnium que de his dicuntur aut scribuntur: pars septima uera esset: sed nec septuagesima uera est: neq̄ profecto centesima. Quod si ut Plinius ait: nulla fraus vite lucrosior: quis miretur si et nulla uumerosior? Non q̄ gemmarum q̄ ceterarum rerum crebrior sit contractus: quippe quas raritas preciosas facit: sed q̄ nusq̄ rarior est ueritas: neq̄ enim alicubi uel experiendi minor copia: uel maior licentia mentiendi: uel mendacij fruct uberior: uel impudentia liberior: uel consuetudo frequentior. Quod si quid prorsus ex omnib uerum est: an illud forsitan uerum erit: quod et magorū auctoritas: et super illā fūdata vulgi habet opinio: Ebrietati resistere Amethistos? Parū ne igit causę sit: cur ebriosorum poculis hec gemma deseruiat? Ludo tecum. Sepe ira iocos parit: Nempe ut hoc vni tribuant: quid alie meruere: nisi q̄

uoluptatis ingeniũ fuit: ut cũ gustu bibentis de-
lectetur visus: atq; hinc illinc sensib⁹ delinitis am
bitiosior letiorq; sit ebrietas. Hec ni fallor τ ueri-
or rei huius τ certior causa est: cum in reliq̃s: tuz
in hac ipsa que aduersus ebrietatem q̃si belli dux
eligitur: de qua triumphare sobrietas sola potest:
Uti vino modico: iuxta illi⁹ ꝯsultoris optimi sen-
tentiam: eoq; ipso non ad uoluptatem sed ad utili
tatem τ stomachi egritudines depellendas: Ui-
no inq̃; exiguo τ fragili lymphisq; ꝑdomito: Me
ri aũt potẽtis icẽdiũ atq; ipetũ: seu fuga euadere:
seu aquaꝝ diluuio extinguere ac frenare: Scire τ
meminisse in vno magno ac feruido potuq; cre-
bro τ nimio: multam pudoris ac doloris peniten
tieq; materiam inesse: eaz quocũq; te uerteris ocu
lis ingeri: neq; a quoq̃; sane mẽtis posse dissimu-
lari. Hec sunt arma contra mõstrum illud utilia.
Quis hic Amethisto seu gemmis omnino ullus
est locus? Mentiti sunt id magi: fueruntq; qui cre
derent: ut hoc spõsore sobrietatis intrepidi bibe-
rent. Perfide quidem magi atq; ipudenter ut plu
rima: stulte credulum vulgus ut oia. Sũma igit̃
rerum est: nihil aliud uobis hanc reliquasq; con-
ciliat: q̃; uoluptas difficultatibus excita τ incẽsa:
sed multo maxime superbia τ conditionis obli-
uio: timorq; animi letifer: quo cuz nil peius sit ho
minum vite: miror q̃d ita nil gratius: non dico vir
tus bonum ingens uestro vili iudicio: sed nec vita
ipsa nec salus: non securitas: nõ opes: non deniq;
uoluptates: ijsdem uobis extimatoribus sũmum
bonũ. Cuncta hec vni cessere superbie: Hec preter
cetera uos gẽmarum cupidos fecit: que semꝑ in-
utiles: sepe damnose sũt: necessarie vo nunq̃;. Hac
hortante igitur effectuz est: ut occupati semper ac
trepidi sed exculti domorum mẽsas tẽploꝝ instar
altariuz habeatis aureas atq; gẽmatas: hostie ip
se purpuree ac vitiate: auaritie luxurieq; ambitio
nis atq; superbie cultus exposite: que in uos om-
nes ac singule seuiũt: primas sibi partes: ut est di
ctuz: uendicante superbia. Auaritia quippe quod
nomẽ sonat: utcũq; fortassis auro cõtenta quiesce-
ret: Luxuria epulis τ uoluptatibus suis: Sola su
perbia non quiescit q̃; diu aliquid supra se videt:
ut que ab initio reruz deo par esse tentauit hec ea
demq; uos cogit laboriose gẽmas q̃rere studiose
q; uel nectere uel cauare: ut prodeũtes sedentesq;
in foro inq; cõuiuio radiantes ac stellati: celo sem-
per inuidiam faciatis. Hac duce igitur: ut ad rem
redeã: in habitaculo τ in ueste ciboq; τ potu: τ
rebus omnibus que humane necessitati seu iucũ-
ditati inuẽte erant: speciosum aliquod fulgidũq;
periculũ miscuistis: eoq; crescendo malũ ꝓdijt: ut
ex gẽmis: nõ modo iam pocula: sed pelues ac lebe
tes τ mortaria τ ahena cõspiciam⁹: Uictrix plau-
de superbia: gẽmea pocula requirebas: Omne ti-
bi ex eadem materia uasoruz genus tui offerũt mi
nistri. Neq; iam minus est cõmune: gẽmam hos
in usus q̃; in usum fruguz terrã fodere: sic consue
tudo facta est uobis: que luxuria maiorib⁹ uestris
fuit. ¶ Gau. Crystallinis poculis libẽs utor. ¶ Ra
tio. Parco iam gẽmis: cõcreta illas glacies excu-
sat. Nescio q̃d plus vitro habẽs: eque enim frãgi-
tur τ sartiri neq̃t: nisi ꝙ q̃situ difficilior: τ uel de
longinquo ueniẽs: uel que ꝓpinqua est inter alpi-
um scopulos rupesq; inuias τ algentes tenui fu-
ne pendẽtibus eruẽda: ob eãq; rẽ charior uestras
cupiditates irritare potẽtior. Itaq; Neronẽ legis
in felici ꝑcituz rumore: seu dãnis ex oibus crystal
linos duos calices forte elisos grauissime doluis-
se: seu ꝙ alter puta uerior historic sensus habet:
ira feruidũ ꝑcipiti: τ etati sue infensum τ posteris
inuidẽtem: ne q̃s vnq̃; ex his biberet: manu ꝓpria
collisisse. En fortune durioris expiatio: nil inuẽtũ
in quo grauius seuitie magister iracũdiam exerce
ret: in crystallũ seuit: qua nulle tũc sibi delitie cha-
riores. Excusatio minoꝝ: dicat aliq̃s imitari ꝑnci-
pem: Sed Neronẽ sequi nemo bonus optauerit.
¶ Gau. Crystallinis gaudeo. ¶ Ratio. Nec attẽ
dis q̃; caduca q̃; fragilis delectatio tua sit: Sed
hic mos est uester: nature ꝓprie similia exoptatis
cum τ ibecillitas uestra firmum aliquid cui here
ret τ uestri melior pars celestis altum aliquid q̃d
spectaret τ optare τ querere debuisset: utriq; de
bilia atq; ima queritis: Bene aũt habet ꝙ murina
hodie lauticijs excessere: Ueteꝝ furor icredibilis:
eadem illa victoria que peregrina multa uobis
intulit: Ipso de quo dixim⁹: triumphãte Põpeio
in italia: inq; urbem Romã trãsuectus: ex Asia se
men inutile: sed terre creditũ ꝑfertili colonisq; im-
pigris. Itaq; in breui auctuz usq; adeo ut murini
vnius ꝑcium septuaginta videas talẽta: calicisq;
illius ab amãte quodam cupide cõuulsum dẽtib⁹
labrum: τ miri amoris mirabiliorẽ exitum: ut cica
trix illa nobilitãs uasculum: τ fame eius: τ precij
esset augmẽtuz. Nõ igit̃ hac in parte luxuria: qua
nulli ceditis etati: neq; suꝑbia minor est uestra q̃;
maioruz: Sed utriusq; subducta materia est muri
nis: nõ solũ usui uestro deficientibus: sed ignotis
pro quib⁹ noua luxurie spẽs inuasit. Auellane ra-
dix ad pocula generosum lignũ: ipsum quoq; cica
tricibus honestandũ: furor nunc precipuus gallia
rum: uenerũt hos in usus nuper arbores alie pe-
regrinis noib⁹ aduenis τ notis: alijs atq; alijs: sed
eadem uanitate uenientq;: nec ullus erit nouitatũ
modus: donec uestris poculis murinoꝝ iactantia
victa sit. In vno plane fateor auoruz cessistis insa
nie: ꝙ illi sucinos nullo usu sola: sed habendi libi-
dine mirabantur: uterq; delitias numerabãt. Un
de τ Nero ipse non principum modo: sed hoium
seuissimus male dilecte τ peius occise coniugis:
flauos crines hoc sub nomine ceu titulũ meditatas
eximium adoptasse legitur carmine edito. Fuit at
q; quod stupeas trux illud ingenium amicum mu
sis: in quo illos ꝙ aurei viderentur sucinos suos
dixit. O feroces atq; infauste blanditie decorum
q; τ laudatum caput calce impia ad inferos de-
trudenduz. At uos sucinos τ habetis τ spernitis
aut certe modestius colitis τ parcius estimatis.

¶ De Gemmarum signis. Dial'. XXXIX. ¶ Gau.

Ignis gemma expressis mulceor. ¶ Rõ.
Accessit: non inficior ad nature decus qui
dam artis ornatus τ minutos in vultus
inq; signorum usum gemmas sculpi: subtiliora q̃-
dem inter ingenij opera numeratum: ubi τ Ame
thistus inter lapides uel ipressioni facilis uel suc-
cessu prosper: ut perhibent: τ inter artifices primũ
sibi Pyrgoteles sumpsit nomen: eo ꝙ vnus e cun
ctis sui generis idoneus Alexãdro visus est scul-
pende sui oris imagini: qua postmodũ diu⁹ Augu
st⁹ usus est: cũ gẽma illa qua erat uti solit⁹ in iocos

boium abijſſet ut ſphinx enigmatica diceret: ita ut preter exactionū difficultates ipſa quoqꝫ ſigni perplexitas uerecūdiſſimo principi parere uideret inuidiā. Huic primus uel ingenio uel etate Apollonides fuit ⁊ Cronius. Poſt hos magni nominis in hac arte Diſcores fuit: cuius cum opus exprimeret: nomē ſiluiſſe Plinius miror. Hic eſt enim qui ipſius diui Auguſti ſculpſit effigiez: qua ad extremū ⁊ ipſe dum vixit ⁊ poſt eū multi principuz uſi ſunt: ea uel Ceſarei oris ueneratio uel admiratio fuit artificis. Et nunc ego tanto de gemmis habito ſermone: quas ſeu natura ītegras ſolidaſqꝫ uoluptatibus ueſtris exhibet: ſeu ars cauſas: Quero ex te quāto amplius delectare animū deberet ſine precio aut labore parabilis ſplendor ethereus: Immo ne is equidē ſed qui huius ⁊ illius fons ac principiū lucis eſt? Rutili Carbūculi: virides Smaragdi: ſereni Saphyri: candide Margarite ſic alliciunt: nec ſolis fulgor aut ſyderum: nec terre viror aut arborū: nec ſerenitas aeris: nec cādor nitidus tangit aurore? Stupetis facies manu hominū gēmis inſculptas nec artificis ſtupetis ingeniū: imo vero neqꝫ illū ueneramini totqꝫ tā claris ad uerū viſis agnoſcitis qui gēmas ipſas: quiqꝫ ingeniuz: qui manus: quiqꝫ oculos fecit quibus hec cernerētur atqꝫ intelligerentur ⁊ fierent. O ſemper viliū imitatores rerum: ſemperqꝫ nobiliuz contemptores.

¶ De Tabulis pictis. Dialogus. XL. ¶ Gau.

p Ictis tabulis delector. ¶ Rō. Inanis delectatio: nec minor uanitas qꝫ magnorum hominū ſepe fuit: nec tolerabilior qꝫ antiqua. Si quidē omne malū exempluz tunc fit peſſimum: quando illi uel auctorū pōdus adiūgitur uel annorū: Undecunqꝫ orte conſuetudinis robur ingens cōſenuerit: ⁊ ut bona in melius: ſic mala in peius etas prouehit. Sed o utinā qui maiores ueſtros uanis in rebus facile vincitis: eoſdē in ſerijs equetis virtuteqꝫ cū illis ⁊ gloriā mirareminī cū quibus pictas tabulas ſine fine miramini ¶ Gaudium. Ualde utiqꝫ pictas tabulas miror. ¶ Rō. O mirꝰ humani furor animi oīa mirātis niſi ſe: quo inter cuncta non ſolū artis ſed nature opera nullū mirabilius. ¶ Gau. Picte delectant tabule. ¶ Rō. Quid de hoc ſentiam ex iaz dictis intelligere potuiſti. Omnis qdez terrena delectatio ſi conſilio regeret: ad amorē celeſtis erigeret ⁊ originis admoneret. Nam qs vnqꝫ queſo riui appetēs fontem odit? At uos graues humi accliues affixiqꝫ celū ſuſpicere non audetis: ⁊ obliti opificem illum ſolis ac lune tanta cū uoluptate tenuiſſimaſ picturas aſpicitis: atqꝫ vnde tranſituſ erat ad alta diſponitis: illic methā figitis intellectus. ¶ Gau. Pictis tabulis delector vnice. ¶ Rō. Pennicello ⁊ coloribus delectaris in quibus ⁊ precium ⁊ ars placet ac uarietas ⁊ curioſa diſperſio: Sic exāguiū viui geſtus atqꝫ imobiliū motus imaginum: ⁊ poſtibus erumpentes effigies ac vultuū ſpirantiū liniamēta ſuſpendunt: ut hinc erupturas paulominus preſtoleris uoces: ⁊ eſt hac in re periculū qꝫ his magna maxime capiuntur ingenia. Itaqꝫ ubi agreſtis leto ⁊ breui ſtupore pretereat: illic ingenioſus ſuſpirans ac uenerādus inhereat. Operoſum ſane neqꝫ tamē huius eſt operiſ ab initio artis originem atqꝫ incrementa retexere: ⁊ miracula operum ⁊ artificū induſtrias: ⁊ principū inſanias: ⁊ enormia precia: quibꝰ hec trans maria mercati: Rome in tēplis deorꝫ: aut Ceſarū in thalamis: inqꝫ publicis plateis ac porticibꝰ ꝯſecrarūt. Necqꝫ id ſatis niſi ipſi huic arti dextras atqꝫ animo maiori exercitio debitos applicarēt: quod iā ante nobiliſſimi philoſophorū grecie fecerāt: Unde effectuz ut pictura diu quidē apud uos ut nature coniunctior: ante omnes mechanicas in precio eſſet: apud graios vero: ſi quid Plinio creditis in primo gradu liberaliū haberetur. Mitto hec quoniā ⁊ intēte breuitati ⁊ preſenti propoſito quodāmodo ſunt aduerſa: Uideri enim poſſit morbū ipſum cuius remediū pollicebar alere: ⁊ reruz claritas ſtupentis amentiā excuſare. Sed iaz dixi: nihil errori detrahit errantiū magnitudo: Immo hec quidē ideo attigerim: ut liqueret mali huius quanta vis eſſet: ad quam tot tantiſqꝫ ſit ingenijs cōſpiratum cui ⁊ vulgus errorum princeps ⁊ conſuetudinū genitrix longa dies cumuluſqꝫ ingēs omnium malorū ſemper auctoritas acceſſerint: ut uoluptas ſtuporqꝫ animos ab altiore furtim cōtemplatione dimoueat diſtrahatqꝫ. Tu aūt ſi hec ficta ⁊ adūbrata fucis inanibus uſqꝫ adeo delectāt: attolle oculos ad illū qui os humanū ſenſibus: animā intellectu: celum aſtris: floribus terrā pinxit: ſpernes quos mirabaris artifices.

¶ De Statuis. Dial. XLI. ¶ Gau.

a T delector ſtatuis. ¶ Rō. Artes uarie: furor idē: ipſarumqꝫ fons vnus artiū: vnus finis: diuerſa materia. ¶ Ga. Delectāt ſtatue. ¶ Rō. Accedūt hec quidē ad naturaz propius qꝫ picture. Ille enim videntur tm̄: he autem ⁊ tanguntur: integrumqꝫ ac ſolidū: eoqꝫ perennius corpus habent: Quam ob cauſam picture ueterū nulle uſqꝫ: cū adhuc innumerabiles ſuperſint ſtatue. Unde hec etas in multis erronea picture inuētrix vult videri ſiue qꝫ inuentioni primū elegātiſſima cōſumatrix: limatrixqꝫ: cū in gn̄e quolibet ſculpture: cunqꝫ in oībꝰ ſignis ac ſtatuis lōge imparē ſe negare temerararia impudēſqꝫ nō audeat. Cū preterea pene ars vna uel ſi pluresſ: vnus ut diximꝰ fonſ artiū graphidē dico: atqꝫ ipſe proculdubio ſint coeue pariterqꝫ floruerint: Siquidē vna etas ⁊ apellen: ⁊ Pyrgotelez: ⁊ Lyſippū habuit: quod hinc patet: quia hos ſimul ex omnibus Alexandri magni tumor maximus delegit: quorum primus cuz pingeret: ſecundus ſculperet: tertius fingeret atqꝫ in ſtatuam excuderet: edicto uetitis vniuerſiſ quālibet ingenij artiſqꝫ fiducia faciez regis attingere: Nec minor hic ideo furor qꝫ reliqui: Immo vero omnis morbꝰ eo funeſtior: quo ſtabiliore materia ſubnixus. ¶ Gau. At me ſtatue delectant. ¶ Rō. Nō te ſolum aut plebeis comitibus errantem putes: quanta olim dignitas ſtatuarum: qꝫtum ue apud antiquos clariſſimoſqꝫ hominū ſtudium deſideriumqꝫ rei huius fuerit ⁊ Auguſti ⁊ Ueſpaſiani: ac reliquorum: de quibus dicere nunc longū eſſet ⁊ impertinens: Ceſarū ac regū virorumqꝫ ſecūdi ordinis illuſtrium ſolers inquiſitio ⁊ repertaruz cultus ⁊ cuſtodia ⁊ conſecratio iudicio ſunt: Accedit artificum fama ingens: nō vulgo aut mutis duntaxat operibus: ſed late ſonantibus ſcriptorum litteris celebrata: que tā magna utiqꝫ parua de radice naſci poſſe nō videtur. Nō fit de nihilo magnuz eſſe uel videri oportet de quo ſerio magni tractāt.

A

B

Sed his omnibus supra responsum est: Eo autem spectant ut intelligas q̃to nisu obstandū tam uetusto ⁊ tam ualido sit errori. ¶ Gau. Uarijs delector statuis. ¶ Ratio. Harum quippe artium manu naturam imitantium vna est quā plasticē dixere: Hec gypso ⁊ ceris operaꝛ ac tenaci argilla: que cognatis licet artibus cunctis amicitior sit virtuti aut certe minus inimica modestie in primis ⁊ frugalitati: que magis fictiles q̃z aureas deoruz atq; hominum formas probant: quid hic tamen delectabile: quid quo cereos aut terreos vultus ames nō intelligo. ¶ Gau. Nobilibus statuis delector.

C ¶ Ratio. Auaritie consiliū agnosco: preciū ut auguror nō ars placet. Unā tu aureā artificij mediocris multis eneis atq; marmoreis multoq; maxime plasticis preferendā duxeris: haud insulse quidez ut se habet existimatio rerum presens: hoc est autē aurū amare non statuam: que ut ex vili materia nobilis sic puro rudis ex auro fieri pōt. Quanti v̓o tu statuam extimares: siue illam regis Assyrij ex auro sexaginta cubitoꝝ: quā nō adorasse capitale fuit: quāq; hodie multo ultro suam: ut facerent adorarent: siue illam cubitorum quatuor quā ex ingenti topaçio: mirum dictu: regine egyptie factam legis: puto non anxie quereres cuius eēt artificis contentus de materia quesiuisse. ¶ Gau. Artificiose oculos delectant statue.

D ¶ Ratio. Fuere aliquando statue insignia virtutum: nunc sunt illecebre oculorum. Ponebantur his qui magna gessissent: aut mortem pro republica obijssent: Quales decrete sunt legatis a rege Uehientium interfectis: Quales liberatori Italie Africano: quas illius magnitudo animi ac spectata modestia nō recepit: quasq; post obitum recusare nō potuit. Ponebanꝛ ingeniosis ac doctis viris: qualem positaz legimus Uictorino: Nunc ponuntur diuitib⁹ magno precio marmora peregrina mercātib⁹. ¶ Ga. Artificiose placent statue. ¶ Rō. Artificium fere oīs recipit materia: Sentio aūt ut tua hec delectatio plena sit ingenij materieq; nobilitaꝛ iuncta perficiet: Neq; hic tamen auruz q̃uis Phidiasq; conuenerit uera delectatio ulla est aut uera nobilitas fex terre licet rutila: incus: mallei: forcipes: carbones: ingeniū laborq; mechanici: quid hinc viro optabile uereq; magnificuz fieri possit cogita. ¶ Ga.

E Non delectari statuis non possum. ¶ Ratio. Delectari hominum ingenijs si modeste fiat tolerabile: his presertim qui ingenio excellunt: Nisi enim obstet liuor: facile quisq; quod in se amat in alio ueneratur. Delectari quoq; sacris imaginib⁹: que spectantes beneficij celestis admoneant: piuz sepe excitandisq; animis utile: prophane autem ⁊ si interdum moueant atq; erigant ad virtutem: dū tepentes animi rerum nobiliuz memoria recalescūt amande tamē aut colende equo amplius nō sunt ne aut stulticie testes: aut auaritie ministre: aut fidei sint rebelles: ac religioni uere ⁊ precepto illi famosissimo: Custodite uos a simulachris: profecto autē si hic quoq; illum aspicis qui solidam terram fretum mobile: uolubile celum fecit: quiq; non fictos sed ueros viuosq; homines ⁊ quadrupedes terre: pisces mari: celo uolucres dedit: puto ut protogenem atq; Appellen: sic etiam Polycletū spernes ⁊ Phidiam.

¶ De Uasis Corynthijs. Dial. XLII. ¶ Gau.

q Uem non moueāt uasa corynthia? ¶ Rō. Assuetū celestibus: terrena non quatiunt: sic collata illis modicū: sic nihil: sic deniq; tedium atq; fastidium graue sunt. Quomō autez animus memor originis: cauernis terrestribus inhiet: aut magnifaciat quod ex illis effoditur: dum celum solemq; ac stellas ⁊ seipsum videt: supmūq; horum omnium artificem contemplaꝛ? ¶ Ga. Corynthijs delector. ¶ Rō. Nescis te nō gelido tantum ⁊ examini terre partu: sed officine nigrantis ac squalentis fabri opere: ad postremū Romane prede reliquijs delectari? Ad historias redi: Mummius dum Corynthū armis captam direptamq; flāmis absumeret: aureis simulq; argēteis atq; eneis quecunq; victorum forte manus euaserant: statuis: quarū abūdantissima oliz illa urbs fuit pari incendio liquefactis: omnium metallorū uene ibi vno torrente fluxerunt: vnoq; ex omnib⁹ iam nobiliore metallo ⁊ preciosioribus uasis exordium: ⁊ a clade urbis nomen luxurie partū fuit non ꝙ is furor in ea urbe consurgeret que ruebat sed uenturo furori materia parabaꝛ. Ad hunc modum tunc Corynthus huius fons fuit insanie: nūc Damascus: Inde hodie uasa mittuntur urōs captura oculos animosq;. ¶ Gau. Uasis corynthijs delector. ¶ Rō. Mirarer magis: nisi Augustum modestissimū licet atq; grauissimum principez: lectum esset apud egregios scriptores: delectatione hac usq; adeo correptū precipitemq; actū: ut proscriptione Triumuirali condemnasse aliquos: nullam aliā ob causam nisi huiusmodi uasorū desiderio putareꝛ: atq; eius ad statuam famoso epygrāmate apposito ad eternam laudati ducis infamiā Corynthiarius diceretur: Quod si credimus: inter hunc optimum pessimūq; oīum Antoniū hac in parte quid intersit: nisi ꝙ hunc ad iniuriā causa mouit humilior: Et est omne peccatū eo mai⁹ quo ⁊ maior qui peccat ⁊ minor causa peccandi: Nec peccantis magnitudo atq; imperiū lingue uel calami vulnus euadunt iudicijsq; hominū eximunꝛ: illos magis in se acuunt atq; irritant. Non parcit regū maculis vulgus loquax: ⁊ si palā metuit: clā libertate utitur: in cauernis sibilat: gānit: in tenebris dubias uoces in nubibus: acres uersus in triuijs ferit: subscribit statuis: nutu loquiꝛ: silentio exclamat: minaturq; oculis: lingua ferit. Sic sepe leuibus ex causis graues contrahunꝛ infamie ⁊ claris quoq; nominib⁹ obscura cognomina. Idq; si principū maximo euenire potuit: quid priuati sperent: quibus esse debeat amica mediocritas: inimica luxuria? ¶ Gaud. Corynthijs delector. ¶ Rō. At si pectus erroribus oculiq; fulgoribus clauderenꝛ: liquido appareret q̃tum fictilia preferenda corinthijs: q̃tum uel paratu faciliora uel iucundiora usu uel securiora seruatu uel diuinis humanisq; cultibus aptiora. Certe quod ad securitatem attinet: si uera hec Cesaris nota est proscripti illi securius vixissent si corinthijs caruissent. Ad quod ad diuinum cultum: tum propitiam magis hominib⁹ fuisse diuinitatez: dum fictilibus coleret: nec mihi dubium nec Senece. Quod v̓o ad humanū usuz fictilia Tuberonis q̃uis ut probrum graue apud populum cecis domino nocuisse suffragijs certuz sit: ⁊ preture repulsam peperisse: maximoq; Ualerio factum populi populariter excusanti idigna fu

isse publico munere videantur: Ego tamen hic quoqꝫ cum Seneca sentio, apud quem illa multis laudibus efferuntur: Sunt enim parsimonie antique et Romanis aptissime moribus: quib⁹ ut modesti patrisfamilias priuata domus: sic bñ institute urbis honesta respublica regi debet: ut frenato gressu metham teneat eius qui in terris est compositi atqꝫ tranqlli status. Itaqꝫ si Helius Tubero fictilibus suis ante cellaꝫ Iouis expositis quibus ille frugalitatē atqꝫ sobrietatē: utqꝫ ait Seneca: paupertatem in capitolio consecrabat: oculos populi iam lasciuientis offendit: non est ciuis egregij culpa sed temporum: Iam tunc res ab illa prisca seueritate ad hanc mollitiem inclinabat: que primū pateras cyphosqꝫ aureos gemmatos: discum argenteum corymbiatū: lancē pampinatā: paterā hederatam mirari cepit: et reliqua que Galienus Imperator Claudio misit imperatori post futuro. Deinde alias atqꝫ alias furoruꝫ species: que magnificētie tribuuntur. Nouissime autē his diebus nō hederas modo uel pampinos uel corymbos: sed ipsas cum incolis suis siluas omne genus arborum ac ferarum et uolucrum et hominum vult⁹: et quecunqꝫ uel oculus vidit audiuitqꝫ auris: uel mens finxit in auro expressa uel argento longa iam consuetudine non miratur gemmis inhians: de quib⁹ pauloante tractauimus. Quid multa? Ipsum iaꝫ vilescit aurum crescente superbia. Pridem vō que laudas corinthia viluerunt: contemptusqꝫ de uera rerum viliuꝫ extimatione laudabilis futur⁹: de falsa nobilium admiratione damnabilis fact⁹ est.

¶ Gau. Ego vō corinthia nunc etiā miror. ¶ Ro. Corinthus uestris usta facibus: suo uos ussit incēdio: et murorum excidium suorum in uestros animos ulta est. Necqꝫ id nouum: sepenumero victores bellorum externorum simul externis vitijs victi estis. Sic uos Scipio Asiaticus et Manilius Uolsco Asie victores Asiaticis delitijs lectisqꝫ purpureis atqꝫ aureis uestibus exquisiteqꝫ supellectili: quodqꝫ vilissimum epulis cocisqꝫ perfundedit: Sic Pompeius gēmis ac margaritis: sic uos Mummius tabulis pictis atqꝫ corinthijs subiugauit: ut dum de hostibus duces uestri: et de uobis uestrisqꝫ de morib⁹ hostilia triūpharēt. ¶ Ga. Cupide corinthijs uasis utor. ¶ Ro. Necqꝫ uasa corithia: necqꝫ aurea meliorem cibū faciūt: neqꝫ famia peiorē: neqꝫ oio qualitate rerū: sꝫ ex morbo ai hec ura cupiditas orta est seu ipa potius morb⁹ est animi: Cui ut consulens conualescas: pro inutiliuꝫ tot uasorum curis: vnam arripe utilem ac salubrē ut scias ipse tuum uas in sanctificatione et honore: sicut scriptum est: nō in passione desiderij possidē.

¶ De librorum copia. Dial. XLIII. Gau.

Libroruꝫ copia magna est. ¶ Ro. Opportune admodū de his sermo oritur. Nā ut quidā discipline: sic alij uoluptati et iactantie libros querunt. Sunt qui hac parte supellectilis exornent thalamos: que animos exornādis inuenta est: neqꝫ aliter his utantur q̄ corinthijs uasis aut tabulis pictis ac statuis ceterisqꝫ de qbus proxime disputatum est. Sunt qui obtentu librorum auaritie inseruiant: pessimi omnium nō librorum uera precia: sed quasi mercium estimātes. Pestis mala sed recens: et que nuper diuitum studijs obrepsisse videatur: qua vnum concupiscentie instrumentum atqꝫ vna ars accesserit. ¶ Ga. Librorum larga copia est. ¶ Ro. Operosa: sed delectabilis sarcina et animi iucunda distractio. ¶ Gau. Ingens est copia librorum. ¶ Ro. Ingens simul et laboris copia et quietis inopia: huc illuc circum agendū ingenium: his atqꝫ illis pregrauanda memoria. Quid vis dicam? Libri quosdam ad scientiam: quosdam ad insaniaꝫ deduxere: dū plus hauriunt q̄ digerunt: ut stomachis: sic ingenijs nausea sepius nocuit q̄ fames: Atqꝫ ut ciborum: sic librorum usus pro utentis qualitate limitādus est. In rebus omnibus quod huic parū: illi est nimiū. Itaqꝫ sapiens non copiam sed sufficientiam reruꝫ vult. Illa enim sepe pestilens: hec semp est utilis. ¶ Gau. Immensa copia librorum est. ¶ Ro. Immensum dicimus quod mēsura caret: sine qua humanis: quid in rebus rectum sibiqꝫ conueniens metire. Est in his etiam que optima iudicant: immensitas atqꝫ immoderatio fugienda: semperqꝫ pre oculis habendum illud Comicū: Nequid nimis. ¶ Gau. Libroꝝ inestimabilis multitudo est. ¶ Ro. Maior ne tibi q̄ Ptolemeo Philadelpho regi egypti: quē alexandrine bibliothece quadraginta librorum milia coaceruasse compertum est: qui tamen diuersis ex locis diu magno studio quesiti: simul omnes arserunt: Quod elegantie regum cureqꝫ opus egregium fuisse ait Liuius quem Senece reprehendit: non id elegantie cureqꝫ regie opus dicēs: sed studiose luxurie: immo ne id quidem: sed seipsam conquisitis spectaculis inaniter ostentantis. Et Liuij tamen dictum: et Ptolemei factum: utrunqꝫ forsitan regie opes excusēt et in longum publicis usibus prospiciens: regis intētio in hoc certe laudabilis q̄ sacras litteras mūdo non utiles modo sed necessarias summa diligētia atqꝫ impensa per electos ad tantū opus viros in grecam linguam ex hebraico fonte transfudit. At quid facias priuatis nō equantibus sed superātibus apparatus regios? Sereno equidem Sammonico: doctrine viro ingentis: sed maioris cure plurimarum litteraruꝫ: sed plurium uoluminum: duo et sexaginta milia libroruꝫ fuisse legim⁹: quos omnes Gordiano iuniori cuius patri fuisset amicissimus ille moriens reliquit magna prorsus hereditas et multis suffectura ingenijs: num vō qs dubitet oppressura? Quid hic autē queso si nil aliud egisset in vita: nullū illi uel scribendi studium fuisset: uel querendi labor: nihil omniuꝫ tot uoluminibus comprehensorum legere atqꝫ intelligere laborasset? At non satis habuit negocij libros ipsos ac librorum titulos et auctorum nomina et librorum formas numerumqꝫ cognoscere? Pulchra vō ars: que de philosopho librariū facit. Crede mihi non est hoc nutrire scriptis ingenium: sed necare mole rerum atqꝫ obruere: uel fortasse medijs in vndis more Tantaleo siti animam torquere rebus attonitam degustantē nihil atqꝫ omnibus inhiantem. ¶ Gau. Libri inumerabiles sunt mihi. ¶ Ro. Et errores innumeri: quidam ab impijs: alij ab indoctis editi. Illi quidē religioni ac pietati et diuinis litteris: hi nature ac iustitie moribusqꝫ et liberalibus disciplinis seu historie rerumqꝫ gestaꝝ fidei: omnes autem vō aduersi: inqꝫ omnibus et presertim primis ubi maioribus agitur de rebus et uera

B C D

falsis immixta sunt: perdifficilis ac periculosa di-
scretio est. Ut ad plenū auctorū constet integritas
quis scriptorū inscitie inertieqꝫ medebitur corrū-
penti omnia miscentiqꝫ? cuius metu multa iā: ut
auguror: a magnis operibus clara ingenia reflexe
runt: meritoqꝫ id patitꝫ ignauissima etas hec: culi-
ne sollicita: litterarū negligēs: ⁊ coquos examinās
nō scriptores. Quisquis itaqꝫ pingere aliqd in mē
branis manuqꝫ calamū uersare didicerit: scriptor
habebitur doctrine oīs ignarus: expers ingenij: ar
tis egens. Nō quero iam nec queror orthographi
am: que pridem interijt: qualitercūqꝫ vtinam scri-
berent qd iubentꝫ appareret scriptoris infantia: re
rum substantia non lateret: Nunc confusis exēpla
ribus ⁊ exemplis vnum scribere polliciti: sic aliō
scribunt: ut quod ipse dictaueris nō agnoscas. An
si redeat Cicero aut Liuius multiqꝫ alij ueterū il-
lustrium: ante omnes Plinius secūdus sua scripta
relegentes: intelligent ⁊ non passim hesitantes: nūc
aliena credent esse: nunc barbara. Inter humanarū
inuentionū tot ruinas littere sacre stant: cuius maio
re hominum studio: tū uel maxime protegente sua
sancta poemata: suas sanctas historias diuinasqꝫ
suas leges: auctore illarum deo suamqꝫ perennita
tem suis inuentionibus largiente: reliquarū nobi-
lissime pereunt ⁊ iam magna ex parte periere: sic
ingentis damni nullū est remediū: quia nullus est
sensus: neqꝫ id nouū hac in re: ⁊ virtutū ⁊ morum
damna ingentia negliguntur: cū tanto studio mi-
noribus occurratur: litterarū iacturam inter mini
mas nnmeratis: Sunt qui numerent inter lucra.
Fuit nuper non in agris aut in siluis sed in maxi-
ma florentissimaqꝫ: ⁊ quod stupeas urbe Italie:
neqꝫ is pastor arator ue: sed vir nobilis magniqꝫ
apud suos ciues loci: qui iuraret se magno precio
empturū: ne quis vnqꝫ suam patriam litterat⁹ in-
coleret aut intraret: O uox saxei pectoris. Fertꝫ ta
le aliquid sensisse Licinius infestus litteris: ut scri
ptum est: quas virus ac pestē publicā nominabat.
Sed origo illū rustica forsan excuset: Et si enim us-
qꝫ ad Cesareū nomē ascendisset naturā tamen non
exuerat. Uerum est enim illud Flacci: Fortuna nō
mutat genus. Sed quid de nobilibus uestris di-
cam: qui nō modo perire litteras patiunt̄: sed exo
ptant uotis. Equidē hic rei pulcherrime cōtempt⁹
atqꝫ odiū: breui uos in profundū ignorātie demer
serint. Accedent: ne a proposito deerremus: ⁊ scri-
ptores nulla frenati lege: nullo probati examine:
nullo iudicio electi: Non fabris: non agricolis: nō
textoribus: nō ulli fere artiū tanta licentia est: cū
sit in alijs leue periculū: in hac graue: sine delectu
tamen ad scribendū ruunt oēs ⁊ cuncta uastanti-
bus certa sunt precia. Nec vō hec scriptorū magis
humano more lucra captantium ꝙ̄ studiosorum
publicisqꝫ rebus presidentiū culpa est: quibus nul
la vnqꝫ rei huius cura fuit: oblitis quid Eusebio
Palestine Constantinus iniūxerit: ut libri scilicet
non nisi ab artificibus ijsqꝫ antiquarijs ⁊ perfecte
E artem scientibus scriberentur. ¶ Gau. Librorū bo
na copia est. ¶ Rō. Quid si capax animus nō est.
Meministi Sabinū illū apd Senecā: seruorū suo
rum scientia gloriantem: Quid inter te atqꝫ illum
interest: nisi qd aliquanto tu stultior: uterqꝫ eodē
alieno: uerū ille suorū ⁊ certe suorū: ac tu librorū nil
ad te pertinentium ingenio gloriaris? Sunt qui
quicquid in libris scriptū domi habēt: nosse sibi vi
deantur: Cumqꝫ ulla de re mentio incidit: hic liber
inquit in armario meo est: hoc tantū idqꝫ sufficere
opinantes: quasi simul in pectore: sit elato superci-
lio conticescūt: ridiculū genus. ¶ Gau. Libris af-
fluo. ¶ Rō. Qꝫ mallē ingenio ⁊ eloquentia ⁊ do-
ctrina: multoqꝫ maxime innocētia ⁊ virtute. Sed
hec uenalia non habentur: ut libri: ⁊ si haberētur
nescio an emptores totidē reperturi: quot libri. Il-
li enim muros uestiunt: hec animos: qui quando
oculis non uidentur ab hominibus negliguntur.
At profecto si librorū copia doctos faceret aut bo
nos doctissimi oium atqꝫ optimi sepe esse possent
qui ditissimi cui⁹ sepe contrariū videmus. ¶ Ga.
Adminicula ad discendnm libros habeo. ¶ Rō.
Uide autē ne impedimenta sint potius: ut nonnul
lis ad vincendum multitudo bellatorū: sic librorū
multitudo multis ad discendū nocuit: ⁊ ex copia:
ut fit inopia orta est: qui si ultro adsint: nō abijcien
di equidem sed sequestrandi erunt: utendumqꝫ me
lioribus: ⁊ cauendum ne qui forsan in tēpore pro-
futuri essent intempestiui obsint. ¶ Gau. Multi ⁊
uarij mihi sunt libri. ¶ Rō. Fallit sepe viarū mul
tiplicitas viatorem: ⁊ qui vno calle certus ibat: he
sit in biuio: multoqꝫ maior est triuij error aut qua-
driuij: Sic sepe qui librum vnum efficaciter elegis
set: inutiliter multos aperuit euoluitqꝫ. Multa sūt
onerosa discentibus: doctis pauca sufficiūt: nimia
utrisqꝫ sunt importuna: sed fortioribus humeris
subuectant̄ agilius. ¶ Gau. Librorum nobilium
magnum numerum contraxi. ¶ Ratio. Librorū
numero nemo qui nūc occurrat: preter regem illū
egyptium nobilitatus est: neqꝫ id sibi tam numer⁹
dedit ꝙ̄ famosa translatio. Haud dubie mirū op⁹
tot ingeniorum: nisi vnius post ingenij miraculum
maius esset: Calle alio niti oportet: ut ex libris glo
riam queras non habendi sed noscēdi: neqꝫ biblio
thece sed memorie cōmittendi cerebroqꝫ nō arma
rio concludendi sunt: alioquin uel librario publico
uel armario ipso gloriosior nemo erit. ¶ Ga. Egre
gios multos libros seruo. ¶ Rō. Multos in vincu
lis tenes: qui si forsan erumperent ⁊ loqui possent:
ad iudiciū te priuati carceris euocarent. Nūc flēt
taciti: multa quidem nominatim illud quod perse-
pe vnus iners affluit auarus: quibus multi egeāt
studiosi.

¶ De Scriptorum fama. Dial. XLIIII. ¶ Ga.

Q Uid ꝙ ipse libros scribo. ¶ Rō. Morbus
publicus: contagiosus: insanabilis. Om-
nes sibi usurpant scribendi officium: quod
paucorum est: vnus hoc correptus malo: multos
inficit. Emulari enim pronum: imitari arduum: vn
de indies crescit egrotantiū numerus simulqꝫ vis
egritudinis ingrauescit: quotidie plures: quotidie
peius scribūt: quoniam sequi facilius ꝙ̄ asseq. Sci
tum neqꝫ compertum ⁊ cum tempore clarius est il
lud sapientis Hebreorū: Faciendi plures libros
nullus est finis. ¶ Gau. Scribo. ¶ Rō. Suis uti
nam se finib⁹ tenerent hoies rerumqꝫ ordo consta-
ret qui mortaliū temeritate confunditur: Scribe-
rent qui sciūt ⁊ qui possunt: alij legerent uel au-
dirent. Ita ne parua enim animi uoluptas intelli-
gere est: nisi manus ad calamū presumptuosa festi

net: ꝛ quisquis libri particulā intellexit seu intellē xisse visus est sibi: ilico libros scribere videat̄ idoneus? Mereret utinam memorie vnum Ciceronis nostri dictum in Tusculani sui uestibulo: ne quem lateat claro scilicet ac patenti loco positum: Fieri enim inquit potest ut recte quis sentiat: ꝛ id quod sentit eloqui polite non possit. Et sequit̄: Sed mādare quenꝗ cogitatiōes suas litteris: qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere lectorē: hominis est intēperanter abutentis ꝛ ocio ꝛ litteris. Sunt quidem Ciceroniana ista uerissima: sed ea iā usꝗ adeo vulgaris abusio est: ut nemo non sibi vni dictum putet: quod illi olim sacratissimo exuli: qui non de arescentibus riuulis sed de ipso ueri fonte potauerat que scribebat: dictum est ꝛ sepius repetitum scribe. Cui precepto contemptores preceptorum omnium: omnes obediunt: oēs scribunt: Qd si in his qui alienos scribunt libros magni diximus esse periculi: quanti putas in his qui proprios recentesꝗ: qbus dubias atꝗ damnatas mūdo inuehunt disciplinas seu quod in his malum est leuissimū: stilo obtundunt incondito ꝛ agresti: sic ut cui vis desit ingenij: iactura saltem temporis laborꝗ aurium tediumꝗ non deerit? Hic uestrarū hodie non alius fructus inuentionū: aut inficere: aut afficere: reficere aūt aut nunꝗ aut perraro. Omnes tamen assidue libros scribunt: nec ulli etati tanta uel scribentium uel differentium copia: tanta scientium atꝗ eloquentium fuit inopia. Horum de libris accidit quod ibidem Cicero idem ait: Itaꝗ suos libros inquit ipsi legunt cum suis nec quisꝗ attingit preter eos qui eandē scribendi licentiam sibi permitti uolunt. Quod quidem Ciceronis etate rarū fuit: nunc cōmune est. Omnes igitur attingunt: quia scilicet eandē licentiā uolūt omnes: Sic se mutuo cohortantur: impellunꝗ scribentes inania ꝛ laudantes: laudemꝗ similiū falsis de laudibus aucupantes. Hinc illa igitur scribentiū audacia rerūꝗ confusio: ne tu ualde tibi placeas libros scribens. ¶ Gaud. Scribo libros. ¶ Ratio. Melius fortassis illos legeres optime aūt in vite regulam lecta conuerteres. Tunc enim est utilis notitia litterarū dum in actum transit: seꝗ ipsam rebus approbat non uerbis: alioquin uerum sepe deprehendit̄ qd scriptum est scientiam inflare. Clare velociterꝗ intelligere: multa simul ꝛ grandia: eadēꝗ tenaciter meminisse ꝛ ornate eloqui ꝛ artificiose scribere ꝛ pronunciare suauiter. Hec omnia nisi ad vitā referantur: quid sunt aliud ꝗ inanis instrumēta iactātie: inutilisꝗ labor ac strepitus. ¶ Ga. Libros scribo. ¶ Ratio. Forsan utilius arares campū: gregē pasceres: telam texeres: maria nauigares. Multi quos natura mechanicos fecerat: illa inuita atꝗ obluctante philosophantur. Contra aliquos philosophie aptos: natos in aruis: aut pascuis: in scānis opificum: aut nautarū transtris fortuna detinuit. Unde effectum ꝙ mirentur causarum inscij: ut in mari medio aut rure: in siluis: inꝗ officinis acria ꝛ erecta reperiantur ingenia: cum in scholis exanguia ac deiecta sint: Difficile enī vincitur natura si vincitur. ¶ Gau. Scribo ardenter. ¶ Rō. Q̄to ardentius olim multi quorū ardor sic extinctus est: ut scripsisse illos nisi id alij scriberent nesciretur? Nullum opus humanum semper durat ꝛ mortalis labor nihil efficit imortale. ¶ Gaudi. Scribo multa. ¶ Rō. Quanto plura alij. Quis Ciceronis libros aut Uaronis enumeret. Quis Titi Liuij: aut Plinij opera metiat̄. grecorū vnus sex milia librorum edidisse traditur. O ardentem spiritum si uera res est: O longum ocium ac tranquillū. Certe si vnū duos ue aut omnino paucos libros bene scribere multi negocium est laboris: tot vnū milia scripsisse nō tam facile est credere ꝗ mirari. Sūmi tamē attestantur auctores quibꝰ nō credere durum sit: quiꝗ hunc numerū non auditu sibi: nec visu solo sed eorū librorū lectione cōpertū dicant: Quos si vnū omnes legere potuisse mirabile: quāto mirabiliꝰ est scripsisse. Lōgū est enumerare: qui viri apd nos: qd apd grecos: ꝛ que scripserit quorū nullus ad plenū studiorū fortunatꝰ fuit: sed horū aliqua: illorū aut magna pars: quorundam omnia periere: Tu de tuis quid presagias video. ¶ Gau. Scribo: ꝛ ea mihi interim uoluptas vnica. ¶ Ratio. Si ut ingenium exerceas scribendoꝗ alijs te doceas: si ut obliuiscaris temporum preteritiꝗ memoria presens tedium effugias excuso: si ut scribendi morbo quidem occulto ꝛ insanabili medeare: misereor. Sunt nanꝗ: si nescis: qui non scribunt nisi quia nequeunt desinere: ꝛ uelut ex precipiti decurrentes nolētesꝗ subsistere rapiuntur. ¶ Gau. Scribendi impetꝰ igēs est. ¶ Rō. Melancholie species infinitas ferunt. Alij lapides iactant: alij libros scribunt: huic scribere furoris initium est: huic exitus. ¶ Ga. Scripsi multa ꝛ scribo. ¶ Rō. Si posteris profuturū nihil satius: si tibi nudū nomē quesiturus: nihil uanius. ¶ Gaud. Multa scripsi. ¶ Rō. O preclarā insaniā: ꝛ miramur si membrane solito chariores sint. ¶ Gau. Scribo: ꝛ hinc famā spero. ¶ Rō. Dixi iam melius forsitan arares aut foderes messem sperans: Humi enim tutius ꝗ in uento serit̄. At qui fame studium ꝛ pertinax scribendi opera: ut quosdā claros: sic innumerabiles stultos atꝗ inopes in senium misit: nudosꝗ ꝛ loquaces spectaculum vulgo fecit. Ecce dum scribitis: melioribū curis idoneum tempus elabit̄: Extra uos rapti sopitiꝗ nō aduertitis donec sero uos senectus excitet ac paupertas. ¶ Gau. Scribo tamen fame cupidus. ¶ Rō. Mirum studium de labore uentū querere: Certe ego uētos optare nauticū putabā.

¶ De Magisterio. Dialogus. XLV.

¶ Gau. I magisterio insignitꝰ sū. ¶ Rō. Mallē fateor disciplina: magisterio enim indisciplinato ꝛ rudi nihil est turpiꝰ. ¶ Ga. Magister ex merito factus sū. ¶ Rō. Ut magister digne sis: non nisi discipulus meruisti: obsequētē atꝗ humilem te docilemꝗ prebueris oportet: alioquin aberrasti in via que ad magisteriū ducebat. Et si non ignorem quosdam sine magistro ad scientie gradum altissimū conscendisse: idꝗ de seipsis viros magni nominis predicasse litterisꝗ mādasse: Sed his labor ꝛ ingeniū: ꝛ discendi ardor: ꝛ intentio ꝛ assiduitas: ꝛ perseuerantia pro magro fuit: nec internus in silētio magister defuit. At nūc mihi de cōmunibꝰ sermo est. ¶ Ga. Magister dicor. ¶ Rō. Multis ne magistri ueri eēnt: magisterij falsum nomen obstitit: dumꝗ de se plus omnibus ꝗ sibi dumꝗ quod dicebantur sed non erant esse crediderunt: quod esse poterant non fuerunt.

¶Haud. Magisterio clarus sum. ¶Rō. Uidisti
vini acidi tabernam picturis aut floribus uernis
insignē: ubi sitiens viator falli possit. Sed nūquid
⁊ caupo suis fallit̄ artibus? Sunt certe aliqui sic
fallacijs assuefacti: ut longo usu fallendi alios ad
extremum ⁊ se fallere incipiant: quodqꝫ diu suase
re alijs: aliquando persuadeant sibi: ⁊ quod falsū
sciuerint uerū credāt: Tu ut libet magisterio glo-
riare: quod si digno obtigit nihil noui: Sin indi-
gno: duo hec mala secum attulit: ut ⁊ discere pu-
deat ⁊ notior ignorantia tua sit.

¶De uarijs titulis studiorum. Dia. XLVI.

¶Hau.
A Itulis multis ac uarijs exornor. ¶Rō.
t Fecūda frondiū est: uanitas: sed inanis fru
ctuū. ¶Ha. Titulis multis abūdo. ¶Rō
Si vis grauis sarcina: Sin falsis: ⁊ feda ⁊ pudē-
da. Quid opus est ⁊ titulis quibꝰ aut lassior insit
ad dedecus? Uirtus vno seu potius nullo titulo
contenta sibi est titulus. ¶Hau. Theologie titulū
sum adeptus. ¶Rō. Erant olim huiꝰ scientie pro-
fessores hodie: quod indignans dico: sacrū nomē
prophani ⁊ loquaces dialectici dehonestāt: quod
nisi sic esset: non hec tāta tā subito pullulasset seges
B inutiliū magistrorū. ¶Hau. Philosophie magiste
riū merui. ¶Rō. Philosophia non sapientiā: sed
amorē sapientie pollicetur: Quisquis hanc igitur
vult amando consequitur. Non est ut quidam pu-
tant: operosus aut difficilis hic titulus: modo ue-
rus amor sit: ⁊ uera quam ames sapientia: philo-
sophus uerus eris. Ueram sane sapientiam nō ni
si purgate pieqꝫ anime uel intelligere possunt uel
amare. Ad id ergo res redit: quod est scriptū. Pie
tas est sapientia. Philosophi autē uestri huius sen
tentie contēptores aut ignari: ut de theologis nūc
dicebam: ad uerbosam nudamqꝫ dialecticā sunt
redacti. Itaqꝫ de deo illi: hi autē de natura teme-
rarie fabulantes. Illi omnipotentissimam maiesta
tem uentosis sophismatibus circumscribūt: ⁊ sub-
sananti ridentiqꝫ deo sue insolentis inscitie leges
ponunt: Isti vero de nature arcanis: ita disputant:
quasi e celo ueniant consilioqꝫ dei omnipotētis in
terfuerint: obliti quod scriptū est: Sensum dn̄i qs
nouit: aut quis consiliarius eius fuit? Neqꝫ nostrū
audientes Ambrosium qui sepe id multis ac uali-
dis argumentis. Eo autē libro in quo fratris obi
tum luget precise admodum breuiterqꝫ: Philoso-
phi inquit de celo disputantes: quid loquant̄ igno
C rant. ¶Hau. Artes profiteor multas. ¶Rō. Fa-
cillimum id quidem: multas nosse difficilius: me-
lior sane tutiorqꝫ cōfessio q̄ professio est: Illa enī
humilitatis ⁊ penitentie: hec leuitatis ⁊ insolentie
plena est. Multo certe facilius indulgentiā cōfessi
querunt q̄ scientiam professi. ¶Ha. Diuine atqꝫ
humane sapientie titulū consecutus sum. ¶Rō.
Sapientia titulis non eget: per seipsam clara est.
Quis lucernā queso vnq̄ soli ut videret̄ adhibuit
Multi ⁊ cum his titulis obscuri: ⁊ absqꝫ his cla-
rissimi euasere. Sepe nullum bonis: clarum malis
mercibus signum fuit. ¶Haud. Quid qꝫ poetica
laurea comā strinxi. ¶Rō. Superior vnus est la-
bor: uerū querere: sed hic duplex: querere ⁊ orna-
re: atqꝫ ad aurium oblectationem fingere magna
res est: ardua difficilis: eoqꝫ rarissima. Ueri nem-
pe poete utriqꝫ operam dant communes vero pri-
D mum uegulgum cōtenti phaleris. ¶Hau. Rarū
lauree partum decus. ¶Rō. Quesitum vn̄ rem-
publicam remqꝫ familiarem vni posthabeas cure
quesitum iter ad inopiam: ni sedēti ultro prodiga
tibi opes conuehat fortuna: quesitum vnde alijs
amens: alijs insolens videare. ¶Hau. Mihi ipse
lauream decerpsi. ¶Rō. Uirentissima arbor si de
cerpitur: confestim nisi ingenio uberi vigiliqꝫ stu-
dio rigetur aruerit. ¶Haudi. Parta mihi laurea.
¶Rō. Partus labor: partus liuor seu illa studio
rum seu armorum merces est. Tener ille ramulus
animo tuo nihil omnino signū uertici prebuit ina-
ne ostendensqꝫ te multis quos melius latuisses.
Quid aliud q̄ te morsibus obiecit inuidie? Pace
belloqꝫ multis insignia nocuere. ¶Hau. Artē ora
toriam sum professus. ¶Rō. Mirum audio. Ea
nempe in desuetudinem abijsse iampridē visa erat
ut que immensis ⁊ innumerabilibus rebus cōstat
vnde fit ut oratores ipsis etiam uatibus rariores
semper fuerint. Proinde fuere qui dicerent. Ora-
toris propriū de omni re copiose ornateqꝫ posse di
cere. Q̄uis ea sententia uelut arrogantissima sit
reiecta: q̄tis sane de rebus: ⁊ si non de omnibꝰ di-
cere habeat orator: adhibita in singulis artificiosa
⁊ dulci quadā eloquentia: que per seipsā magna
res est: equa si lāce libraueris obstupesces: teqꝫ for
tasse professionis temerarie penitebit: ut caueas ne
dum scire: uel infinita uel omnia vis videri: nihil
scire videaris: ⁊ quod sepe accidit sub scientie pro
fessione multiplicis: ignorantia delitescens neces-
sario in apertum exeat. ¶Hau. Liberalium sum
professor artium. ¶Rō. Sepe etiam plus habet
ea res audacie q̄ doctrine. Ad vnāquāqꝫ artium
breuis est vita: vnus tu sufficis omnibus? Una ars
vni ingenio satis est ut ad summū estuādo ⁊ anhe
lando perueniat. Multas degustasse quantum ce
pti necessitas exposcit: Idqꝫ ipsum nosse q̄ profes
sum esse modestius. Addam quod doctissimis vi-
sum est vnam ipsam omni ex parte cognoscere: nul
li etiam illustriū contigisse. De sola nempe rheto-
rica notū illud Senece: Magna inquit ⁊ uaria res
est eloquētia nec adhuc ulli sic indulsit ut tota con
tigerit. Satis felix est qui in aliquā eius partē re
ceptus est. Id sane quibus viris ⁊ quantis testibꝰ
uerū probet audisti. Quod cū ita sit: quid agāt ⁊ qd
audeant: cogitent agmina professorū pene iā vul-
gus equātia tam ruditate q̄ numero: que nō vna
quidem parte sed nec vna arte cōtenta: ex equo oēs
inuadunt. O fiducia ingens sed iā publica. ¶Ha.
Quid de medicine tandem iuriūqꝫ professione di
ctura es? ¶Rō. Ad hoc egri tui clientesqꝫ respon
deant. Quid illis vnq̄ ad salutem corporis victo
riamqꝫ causarū titulus iste profuerit: tibi ad lucrū
forsitan sepe profuit: In hoc artes siue artium nomi
na queritis: ⁊ quod scientie defuerit: supplet̄ titulis
atqꝫ habitu. Uerūqꝫ fit illud satyrici Purpura uē
dit causidicum: uendunt amethistina. Nec id mi-
nus: Ut redeant ueteres: Ciceroni nemo ducētos
Nunc dederit nummos nisi fulserit anulus igēs.
Postremo hec tibi horum oīum summa erit esse
quosdam raros quorum solida ⁊ honesta sint stu-
dia: horū finis est ueritas ac virtus. Hec est rerum
notitia morumqꝫ correctio: ⁊ uel vite mortalis or
namentum uel eterne aditus. Reliquorum vero que
ingens turba est: pars gloriam petit: premium ina
ne sed fulgidum: Maiori autem parti vnus fulgor

pecunie finis est:premiuz non exiguum modo sed sordidũ ⁊ labori impar: nec ingenuo dignum nisi:hisq; omnibus titulus ⁊ ut diri habitus non spernendus quidem:ad id enim quod intẽdunt ua let mortalium: ⁊ presertim vulgi horum ope egen tis animus iudiciumq; vmbris eluditur. Magna pars reruz opinionibus agitur:At virtuti deditos titulis gloriari alienum prorsus atq; obsonum:im mo võ ne possibile quidem reor. C Gau. Multa profiteor. C Rõ. Prestat vnum benefacere q̃ mul ta promittere. Bene irent autez res humane:si qõ profitentur homines id essent.

C De titulis Negociorum. Dial'. XLVII. C Ga.

P Rocurator regis sum. C Rõ. Ergo hostis populi. C Ga. Procurator fisci suz. C Rõ Et reipublice inimicus. C Ga. Negocioꝝ gestor regius sum. C Rõ. Sua negocia gerere laboriosum est:quid censeas aliena:precipueq; potẽ tium:quibus placuisse perpetua seruitus: displicuisse discrimen:supercilium graue paratumq; pro leui etiam offensione supplicium? C Gau. Negocia regis ago. C Rõ. Rationẽ duro sub iudice red diturus:nisi omnium spolijs tuoq; odio ⁊ crimine vix implendam. C Gau. Regis negocia procuro. C Rõ. Uide ne cũ procuratio ipsa difficilis:tũ difficilior sit ratio tanq; inextricabilis:ut quod de multis vidimus:patrimoniũ:famam: tuumq; ca-
B put implicet. C Gau. Regi⁹ ꝓcurator suz. C Rõ. Displicendum multis:ad extremũ domino:quodq; periculosius deo:proq; leui regis emolimento grauia regni mala ⁊ ingentia damna populorum uel dissimulanda uel perpetranda. C Ga. Procurator regius factus sum. C Rõ. Quo primum die inuisum hoc officiuz domus tue limen attigit: tibi viuere desijsti:libertas inde ⁊ quies ⁊ iucunditas abiere. Pro his seruitus:labor:occupatio:metus: dolor afflictio ⁊ mordaces subierunt cure:iam nõ viuis ⁊ si spires:occupatorum enim vita mors est qui cum miseri omnes sint:illi sunt omnium miserrimi:qui pro alijs maximeq; pro regibus aut tyrã
C nis seu quibuscunq; potentibus occupanť. C Ga. At sum iudex. C Ratio. Sic iudica quasi mox ab alio iudicandus. Unus est omnium iudex:vnum tribunal incorruptum. Ante illud stabitis mortales:quid falsi corio iudicis selle iudiciarie impressor ⁊ barbarica admonitione iustitie opus est? Ea in sella quisquis iudicum sedet:ubi si iniuste iudicabitur:nec pecunia nec gratia nec falsi testes nec indigne preces nec inanes mine nec diserti proderũt proni. C Ga. Cõsul patrie mee sũ. C Rõ. Difficillima gl'ia. Rarũ est qd̃ sic ꝯsulere ut prosis ⁊ placeas:Ut sit eniz in v̓bo v̓itas:in ꝯsilio fides: in cõmisso silentiũ:in oratione suauitas:euentum fortu
D na moderabitur:is consilio precium dabit. C Ga. Prefectus urbis sum. C Ratio. Beluam indomitam:utq; ait Flaccus:capita multorum tenui frenas loro:atq; immensam solus agitatam magnis fluctibus puppim regis. Parua domus egre regitur:magne urbis q̃ difficile sit regimen videtor Parum ne tibi curarum domi erat qui publicas adoptasti? Quid qõ non difficile modo iam officium:sed vile est:prefectum urbis villicuz Satyricus uocat:statum notans temporum illorum: qui si tunc villicus:quid nisi nunc siluicus seu siluan⁹ sit. Ceperat ea etate villa esse Roma iam silua est.
C Gau. Sum preses prouincie. C Rõ. Honorato E
exilio damnatus ocium domesticum externa sollicitudine permutasti:Dulce nihil aut tranquillum speres:amara ⁊ turbida presidẽtiũ fores:festis diebus ludisq; ⁊ conuiuijs arcentur muneribus clausum limen ⁊ apertum litibus:tectum iocis uacuũ plenum querimonijs ac iurgijs. Quicquid langui dum:quicquid egrum:qcqd marcidum in prouincie visceribus latet:totum tibi tractandum curandumq; obtigit:duruz opus quanti nempe negocij sit multos corrigere: hinc patet q; sese corrigunt paucissimi.

C De titulis bellorum: Militia ⁊ Ducatu. Dial'. XLVIII. C Gau.

M Ilitari cingulo exornatus sum. C Ratio.
Pauca ne tibi vite mala visa erant:nisi mi A
litiam addidisses:qua uel inquietus semp uel inglorius uel periculo expositus uel ꝯtemptui sis oportet. C Gau. Militiã sum professus. C Ratio. Hanc nascendo profitemini: quid professione alia opus erat? Hic ferro corpus:hic animum dolis:hic argutijs linguam armat. Nemo uestrũ est inermis:hic ferit:hic edificat:hic declamat:ille causas orat:hic pedibus:ille equo seu carpento uehitur:hic currit:hic nauigat:hic paret: ille imperat. Nemo uestrum ociosus: Quenam hec noua militia est? Hic in castris:hic in rostris: hic in scholis: hic in nemore:hic in agro:hic in pelago:hic in palatio:hic domi:hic peregre vitam agit: Omnes militant:neq; homines modo:sed militare in siluis catulum Flaccus ait. Et militantium quidem multa sunt genera: Militia vna est:vita hominis sup terram:quam qui militiã diffiniuit:ille mihi demum uero ⁊ acri iudicio rem librauit:modo militie pre
lium addidisset. C Gau. Armate militie sum ascri
ptus. C Ratio. Quid armaris exterius. Intus in B
anima bellum est:illam vitia obsident atq; oppugnant. Quis hic ferro locus:nisi illud ad ornatum corporis:non ad anime tutelaz induitur. Sũt eniz qui dicant nihil pulchrius viro armato: Ego:quid pectus ⁊ quid caput ferreuz pulchrius habeat q̃ pacificum ⁊ inerme:non video. Quãdo autẽ hec uoluptas tibi est:age:ferro membra constringito: imbrem solemq; galea excipiens ferro indut⁹ clypeo operire:humi dormiẽs classico excitabere:adeptus tibi magnum aliquid videbare: sed errabas: anceps ⁊ cruentũ officiuz elegisti. Multe sunt autem fraudes spei:multe sunt fateor catene:que animos boni illius quod omnia appetunt inconsulte auidos in exitium trahunt. Neq; inficior quosdã militia ad amplissimas opes siue etiaz ad summũ imperium peruenisse. Crede autẽ mihi:plures ad inopiam:ad carcerem ad seruitutem:ad violentiã subitamq; mortem eodez tramite peruenerũt: Tu exquo militiam profiteri animus fuit:nisi debone stare artificium tuum vis:semper animaz in numerato habeas oportet: semperq; ad res tuas Cesarea uox illa circumtonet: Disce ferire: Disce mori. Syllaba vna breuis:aut longior tua facta uariabit:uel occides:ad utrumlibet horis locisq; omnibus te paratum exhibe. He artes delitie tue erunt Sine vo Satyricuz loqui premia militie numeran

tem innumerabilia equidem prefatus vir paucissi ma colligit: in quibus prima ⁊ summa licentia est peccandi. Premium hercle non tã iustis viris op tabile ꝗ̃ armatis legibus: ut aiunt: inter arma silẽ
C tibus. ¶ Gau. Militie filium ascripsi. ¶ Rõ. Est id ferme usitatum: ut militis filius miles sit. Non potest enim nisi quam habet hereditatẽ filio pater dare: Arcum: scutum: gladium ⁊ bellum: ⁊ quod ludum conficit auro tincta calcaria. Sed quod pa tri diximus: sibi filius dictum sciat. ¶ Gau. Belli dux victorijs clarus sum. ¶ Rõ. Q̃to melius pa cis dux virtutibus clarus esses. ¶ Gaud. Multa bella confeci. ¶ Rõ. Quietẽ tibi atq; alijs abstuli sti: clarum opus? ¶ Ga. Victorijs ac triũphis no tus sum. ¶ Ratio. Sepe malum bono notius: ⁊ atra tempestas serenitate famosior. Deniq; para sti busto titulos: vulgo fabulam: tibi nihil.

¶ De Amicitijs regum. Dialogus.XLIX. ¶ Ga.

Uesiui mihi regum amicitias. ¶ Rõ. Ho
A q minum uera amicitia rara est: ut tibi regũ fingis amicitias quos fortune splendor tu morq; animi omniũ impariũ contemptores facit. ¶ Gau. Regibus charus sum. ¶ Rõ. Uilis ergo tibi est anima: virtus: fama: quies: ociũ: securitas: Notus est mos regũ: vix diligunt nisi qui his om nibus neglectis ⁊ abiectis illorum se seuitie ac li bidinis ⁊ auaritie seruum fecit. Si ergo char⁹ es regibus: non est quod amplius de te queram: vilis es tibi. ¶ Gau. Ego autẽ bonitate ac virtute sum charus regibus. ¶ Ratio. Quid respondes Cris po? Nã regibus inquit boni ꝗ̃ mali suspectiores sunt: semperq; his aliena virtus formidolosa est. ¶ Gau. Regi meo bonis artib⁹ sum char⁹. ¶ Ra tio. Quibus queso: aucupio an uenatu? Hoꝝ enim studiosum in precedenti quodam colloquio te no taui. An vero militia: de qua proxime disputatũ est: que nisi largo sanguine magnisq; periculis hone stetur: non militie sed militaris ignauie nomen te net: non regum modo iudicio: sed vulgi. ¶ Gau.
B Bonis artibus regi charus sum. ¶ Rõ. Uanita te an periculo: an criminibus fortassis: homicidio: uenefico: lenocinio: proditione: blanditijs atq; mẽ dacijs: mala peste: sed publica: quamq; usus excu set ⁊ cõmendet urbanitas. He sunt quidem artes pro merendis regibus aptiores: quib⁹ inimicitius nihil est ꝗ̃ virt⁹ ⁊ littere. In his igitur nulla spes ad amicitias regũ: odij potius causa sunt: Sic in ter sapientiam ac fortunã rara est pax. ¶ Ga. Ma gnus apud regem sum. ¶ Rõ. Maior ne ꝗ̃ apud Alexandrum Lysimachus: apud Tiberiũ Seia nus. Utriusq; magnitudinẽ ⁊ ruinã nosti. Et si de primo uarient scriptores: linquo alios longa est hi storia. ¶ Gau. Charus sum regi meo. ¶ Rõ. Me lius esses incognitus: melius forsitan odiosus: fu geres enim qd̉ nunc sequeris discrimẽ. Peior est quib⁹ inuitantis aucupis blanda modulatio: ꝗ̃ vil
C lici sonitus deterrentis. ¶ Gau. Meo sum charus regi. ¶ Ratio. Sunt quorum dubites periculosi or ne sit charitas an odium: sed peiores serpẽtib⁹ quib⁹ insunt ueneni mixta remedia: his vero nil nisi pestilens ac nociuũ inest: seu oderint seu diligant prope par malũ: nisi ꝙ odiũ fugat: amor detinet: Et ad summã: regũ amicitijs preter regna ipsa nil usq; ingetius nilq; periculosius: Et si hoc pericu lum non ignorem: frustra sepe multis optatum se pe magnis emptum quesitumq; periculis: Sic est usus hoĩum: sic periculis emi ꝑiculũ vnũ magnis maximũ. Mira res: bonũ ingẽs spernitur gratui tum: magnis malis maius malũ querit. ¶ Gau. Spero me regi meo charũ. ¶ Rõ. Id de quo spe ras: quale sit cogita fundamentũ fragile: tremulũ: caducũ: crebre noteq; regum indicãt ruine: uertex nubilosus: turbidus: iquietus: quod sic esse vita re gũ ꝓbat tristis occupata: difficilis. Uide ergo ubi struxeris: ut fortuna: sic uoluntas regũ uaria ⁊ in constans ac semper incerta: ꝗ̃q̃ nec stãtibus illis boni aliquid ista res habeat: mali multũ. ¶ Gau. Amicitiam regis mei multis periculis ac sudore promerui. ¶ Rõ. Heu quanto tutius quantoq; fa cilius regis omnium amicitiam meruisses.

¶ De Amicorum abundantia. Dial.L. ¶ Ga.

Micitijs abundo. ¶ Ratio. Mirum tibi
a vnĩ rei huius abundantiam esse: cuius qui dem cunctis hominibus penuria tãta sit: ut ex omnibus seculis uix paucissima memorẽtur amicorum paria. ¶ Gaudiũ. Mihi amicitie mul te sunt. ¶ Ratio. Fucate igitur: uere enim amici tie rarum bonum usq; adeo: ut qui vnam longa li cet in etate quesierit: negociator rerum talium sat industrius habeatur. ¶ Gaudiũ. Amicitijs felix sum. ¶ Ratio. Hoc scire non potes: nisi reb⁹ alijs sis infelix. Uerũ enim est illud: Felix se nescit ama ri. ¶ Gaudium. Amicitie certe sunt. ¶ Ratio. Er go ⁊ aduersitas certa est. Uerũ est enim illud quo q;: Amicus certus in re incerta cernitur. ¶ Gaud. Amicitie multe sunt. ¶ Ratio. Huius rei iudiciũ experientie committe: non fame multa mentiri so lite: Pauciores erunt fortassis ꝗ̃ reris. ¶ Gaudi um. Amicitiarum nimis magna copia est. ¶ Rõ. Mitte superuacua: in rebus omnibus qui quod sa tis est habet: amplius non requirat. ¶ Gaudiũ. Amicorũ satis magna copia est. ¶ Ratio. Ad id ipsum neq; populo Romano tum dum maxime floreret: neq; ulli mortalium contigisse apud illu strem legis historicum. ¶ Gaudiũ. Amicitie mul te sunt. ¶ Ratio. Dixi iam: ficte igitur aut equidẽ imperfecte: ut philosophus placet: quoniam fieri põt ut vno tpe cũ altero amicorũ sit gaudendũ flẽ dũq; cũ altero: aut iter illos orto odio: uel hic fidẽ uel illinc uel utrinq; deserẽ sit necesse. ¶ Gau. Co pia est utiliũ ac delectabiliũ amicoꝝ. ¶ Rõ. Sen tio ad vulgares amicitias descẽdis: q̃ tñ ipẽ simul plures esse vix possunt: qd̉ mltis retribuẽ familia riterq; ↄuiuẽ opositissimũ sit: aĩo ꝑsertim in execu tiõe cuiuspiã difficilis atq; igenij opis occupato. ¶ Gau. Amicos qui ꝓsint ⁊ delectẽt hẽo. ¶ Rõ. Caduce amicitie quaꝝ delectatio uel utilitas fun damentum est. Nam ⁊ stantibus illis tremunt: ⁊ cedentibus ruunt: Id non possibile tantum sed perfacile: immo uero prope necessariumq; hec plerunq; uel fortunam sequuntur uel etatem for meq; gratiam: quibus nihil incertius. At que in virtute fundantur immortales sunt: eo ꝙ virtus ipsa quiddam stabile firmũq; sit: ⁊ ut uerbo utar Aristotelis: mansurũq; qm̃ mori negt. Ideo quos propter honestũ dilexim⁹: diligim⁹ uel extinctos. ¶ Gau. Amicos ni fallor fidos hẽo. ¶ Rõ. Uide aũt ne fallaris: ne ue experiri cupias. Nã sepe cui⁹ rei fuerat dulcis opinio: amaꝝ fuit experimentũ. ¶ Gaudium. Amicos puto bonos habeo. ¶ Rõ.

Unde id putes etiam atqꝫ etiam examina: atqꝫ il-
lud in primis q̃ꝫ tũ ipse ames. Sunt enim qui non
amant ⁊ amari putãt: quo nihil est stultius: Isqꝫ
cõmunis error est diuitum: amorem precio emi cre
dunt qui mutuo queritur amore. Generosissima
res est bonus animus: non herbis neqꝫ carminibꝰ
magicis mouetur: non auro aut gemmis: non ad
extremum ferro flectitur: amando vincitur colen-
doqꝫ. Estqꝫ hec Ecatonis greci philosophi amato
rum notissimum: quod Senece placuit ⁊ mihi. Si
vis amari ama: q̃ꝫ q̃ꝫ ⁊ hoc ipsum sepe frustra est:
Tam multe tamqꝫ imperscrutabiles ac profunde
sunt pectorum cauerne: tam uenenosi atqꝫ inhuma
ni ⁊ implacabiles quorundam animi: ut ⁊ cultui
spernant ⁊ amati oderint: nec contenti nullam pio
affectui vicem reddere: quod nec beluis quidem
nisi atrocissimis accidit: exasperant̃ obsequio: ⁊ si
credi potest: amore ad odiũ irritãtur: quod pericu
losissimum ⁊ inter vite mala grauissimum huma-
na simplicitas experitur. ¶ Gau. Credo amicos
optimos habere. ¶ Rõ. Est hoc quidem amicitie
perpetuũ epitheton: quod ⁊ si lingue absit: adest
ĩtellectui. Idqꝫ breuius loqui potes: Dic amicos:
vna optimos dixeris. ¶ Gau. Habere amicos cre
do. ¶ Ratio. Caue ne falsum credas: ne quando
te aliter credere ipsa res cogat. Abyssum animi me
tiri non est hominis: nunc amicos uobis vina con-
ciliant: lachryme aũt probant: ⁊ quod debuit pri-
mum esse nouissimum est. ¶ Gau. Amici in hoc sta
tu rerum multi sunt. ¶ Rõ. Rerum credo felicium.
Ita enim ferme accidit ut ⁊ si fortuna omnis ami
citijs egeat: illi tamen amicorum copia maior sit:
cui rerum ceterarum indigentia minor est: Sic inopiam
semp inopia: copiãqꝫ comitetur copia. Crescat si-
ue adueniat egestas: decrescit seu abibũt seu uerius
detegent̃ amicitie. Qui amici tui fuerũt: qui fortu
ne: illa videbitur abeunte. Te tui sequent̃: illã sui.
Hec melior illa dẽsior caterua. Nec est qḋ mirari
debeas: uase exhausto illos abscedere qui solam vi
ni dulcedinem sequebant̃: aduersitas simulatorem
abigit: fex potorem. ¶ Gau. Innumerabiles habe
re videor amicos. ¶ Ratio. Bene ais videor. Un
de tibi aũt hec opinio: cum oĩum uere amicitie ra-
re sint: innumerabiles tuas esse? Persuasum autẽ
debet esse imprimis: nisi inter bonos amicitias nõ
constare: hinc iam certius estimabis: quot non di-
cam tibi: sed humano generi amicitie pure sint: cũ
numerare ceperis: quot sint boni: ¶ Gau. Amicos
habeo cõplures. ¶ Rõ. Notos dic: Idqꝫ q̃ꝫ uera
citer sis dicturus in dubio est. Nullum enim aĩal:
nulla merx difficilior cognitu q̃ꝫ homo. ¶ Gau.
Amici multi sunt mihi. ¶ Ratio. Contubernales
forsan aut cõuiue. Hi enim nisi epule defuerint nõ
deerunt: Amici aũt pauci semp pauci: sepe nulli: se
pe qḋ iniquissimum est amici nomen domesticus
hostis tenet: ⁊ sub uelo ficte beniuolentie familia-
res insidie delitescunt. ¶ Gaudiũ. Supra necessi-
tatem sunt amici. ¶ Rõ. Apprime necessarius fere
oĩbus maximeqꝫ potẽtibus deest semp qui scilicet
inter tot assentatorum mẽdacia uerum loqui audeat
⁊ uelit: qua in re multis amico utilior hostis fuit.
¶ Gau. Multos habeo amicos. ¶ Rõ. Crede mi
hi pluribus indiges: sanctiorqꝫ esset orbis terrarũ
⁊ quietior si tot essent amicitie quot ferunt̃. ¶ Ga.
Amicum habeo. ¶ Ratio. Multum est. Nil ami-
co charius: nil rarius.

¶ De amicis icognitꝭ nisi ꝑ famã. Dia. LI. ¶ Ga. A
Ama presens absentes mihi peperit ami-
f cos. ¶ Rõ. Est id quidem aliquando visum
ut non solum incognitos sed hostes quoqꝫ
fama faciat amicos. Fecit Masanissam Scipioni
ut qui in omni carthaginensium equitatu primus
esse consueuerat: in omni romanorum equitatu
aduersus Carthaginem primus esset: neqꝫ hostes
tm̃ proprios: sed predones qui publici omniũ mor
talium hostes sunt. Eidem illi fame splendor attra
xit: qui Linterni ad eum in exilio habitantem: fa
cto agmine uenientes: sic ut primo aspectu terribi
les viderentur: ubi se suspectos intellexerunt: posi
tis minis atqꝫ armis: ⁊ dimissis satellitibus insue
tam mansuetudinem induti: soli predonum princi
pes accesserunt: eumqꝫ ceu numen aliquod domũ
qꝫ eius ut templum deuotissimũ uenerati: dextra
illa victoriosa mltis osculis fatigata: affixisqꝫ mu
neribus domus in limine: qualia deorum aris af-
figi mos tunc erat: quasi ingenti lucro aucti ꝙ vi-
rum illum conspexissent: ⁊ tanq̃ꝫ celesti visione ala
cres abierunt. Hoc illi vni contigit: quere alium
ubi eum queso reperies? Ut tamen alijs accidat:
⁊ nois claritas absentem conciliet amicum: Mul
tum enim in rebus: non inficior: potest fama. Nun
quid tamen nõ uerendum erit: ne quod ait quidã:
Minuit presentia famam? Qꝫ multi quos absen-
tes stupuerant: coram positos contempserunt. Te
nera res est iudicium humanum: facile flectitur.
¶ Gaudium. Fama mihi amicos trans alpes ⁊ B
transmaria quesiuit. ¶ Ratio. Uestra fere omnia
friuola eque ⁊ inania sunt. Nam quis usus: aut
quis fructus fuerit illius: a quo nec visus nec vi-
dendus: quem ue nec videris nec visurus vnq̃ꝫ sis.
Uitia uestra presentes quoqꝫ amicitias iutiles fa
ciunt ⁊ infidas: q̃ꝫuis non sint ille quidem sed di-
cantur amicitie: Quid nũc igitur de his tuis ami
citijs speres. Uide: Obsequium amicos parere:
ait Comius: immo hercle ueri amici vix multis ob
sequijs pariuntur: tu credis amicum paucis: forte
⁊ ne tuis quidem uerbis quesiuisse bone spei es.
¶ Gaudium. Fama ab extremo terre mihi attulit
amicum. ¶ Ratio. Fama contraria illum tibi au- C
feret: eoqꝫ facilius quo patẽtiores malis q̃ꝫ bonis
relatibus aures sunt. ¶ Gaudium. Fama mihi bo
num peperit amicum. ¶ Ratio. Unde scis q̃ꝫ bo-
nus sit quẽ nunq̃ꝫ videris: rogo: cum illi ipsi quos
quotidie vides atqꝫ alloqueris: quales sint tãto in
tempore nondum scias. Sepe uos credulitas ue
stra circumuenit: libenter creditis quod optatis.
Multum fidei fame tributis mendaci. Speras
eius animum videre: cuius nunq̃ꝫ frontẽ videris:
cum sint inter notissimos quoqꝫ tot pectorum di-
uersoria: tot latebre. Difficile est enim amicum nisi
in magna aduersitate cognoscere: operosius est il
lum noscere q̃ꝫ querere. Una sepe hora paucis uer
bis queritur: qui vix multis annis atqꝫ experimẽ-
tis agnoscitur. Uoco autem amicum ut vulgus: ue
rus enim non ante queritur q̃ꝫ probetur. Nec ami
cum probant aliorum uerba: certe nec propria sed
experta charitas fides. ¶ Gau. Amicum mihi de
longinquo fecit fama. ¶ Rõ. De te aliquid menti
endo gꝓpiam tibi amicũ dedit: de te uera loquẽdo
uel forsitã mẽtiẽdo itidẽ tibi hũc ipsũ alter eripiet

Quibꝰ vijs fiunt creſcuntqꝫ oia: eiſdem facile reſoluunť. Et natura vult: ut cito aucta cito deſinant.

¶ De amico vnico ⁊ fideli. Dia.LII. ¶ Gau.

A Micum vnum fidum ⁊ expertum habeo.
a ¶ Rō. Sepe in experiendo veſtrum errat acumen: ⁊ dum uoſipſos peritiſſimos iudicatis: in hocipſo ac perinde certerarum reruꝫ in eſtimatione fallimini. ¶ Gaudiuꝫ. Scio ego: non eſtimo amicum mihi eſſe fideliſſimum. ¶ Ratio. Et quot putas idem credentes: immo ut ſibi videbantur ⁊ ſcientes cum ad artiſſimuꝫ uentum eſſet examen: ſeſe luſos inuenerunt? Unde v̇o tot quotidie de amicis pꝛodeunt querele: niſi quia quos fidiſſimos habebatis inueniſtis infidos? Nullus rei tam difficilis q̃ꝫ humani animi coniectura extimatioqꝫ eſt. ¶ Gaudium. Nihil conijcio: nihil extimo ut dixi: ſed ſcio amicum ueriſſimuꝫ me habere. ¶ Ratio. Habes rem aut optimaꝫ aut peſſimū
B errorem. ¶ Gaudium. Nulluꝫ rei huius errorem habeo: ſed amicum multis ac magnis expertū caſibus. ¶ Ratio. Habes ergo rem dulciſſimā ſanctiſſimamqꝫ: qua vna poſt virtuteꝫ ſolam nihil homini melius in hac vita ſeu natura ſeu caſus aliqs ſeu laboꝛ ac ſtudium dedit. Dulces fateoꝛ parentes: dulces filij: dulces fratres: poſſunt tamē amareſcere: nec parentes ideo nec fratres quidem deſierunt eſſe nec filij cū dulces eſſe deſierint: at amicus ſolus duꝫ ſit uerus: dulcis ⁊ charus eſſe nō deſinit. ¶ Chari inqꝫ̃ ſunt parentes: Nōne autē Juppiter Saturnum regno patrem expulit? Nicomedes Pꝛuſiam bithynie regem: ſuum patrem conſilia licet necandi filij agitantem vita pꝛiuauit? Et Ptolemeus hinc philopater dictus: patre ac matre inſuper ⁊ fratre occiſis: ad ultimum ⁊ uxore Eurydice interfecta: regnum egypti ſcoꝛtoruꝫ ſic rexit arbitrio: ut nihil in regno pꝛopꝛium haberet pꝛeter nudum ⁊ inane regiſ nomen. Nonne ⁊ Oreſtes Clitemneſtram matrem: Agrippinam Nero: Antipꝛ Theſſalonicē iterfecit? ¶ Chari filij: Nōne Theſeus Hippolytum caſtiſſimuꝫ: Philippus rex macedonie Demetrium filium adoleſcentem optimuꝫ iuſſit occidi? Nonne ⁊ Ptolemeus alter aduerſum pietati nomen ⁊ ipſe quoqꝫ fidiſſimus rex egypti duos? Et Herodes rex iudee vnuꝫ: Et Conſtantinus romanorum imperatoꝛ vnum quoque Criſpum filium interemit. Nonne Maleus dux carthaginenſium Carthalonem filium crucifixit? Quin ⁊ matres quarum amoꝛ hinc intenſioꝛ: hinc mitioꝛ ſexus: in filios ſeuierunt. Nota omnibus Medea. Quid Laodice cappadocieqꝫ regina: que regnandi cupidine filioſ quinqꝫ mactauit. ¶ Chari inqꝫ̃ parenteſ: repeto eni: chari filij: chari fratres. At ut vno exemplo omnis claudatur impietas: Phꝛates rex parthorum omnium regum ſceleſtiſſimus: omniumqꝫ moꝛtalium regnandi nō cupiditate ſed rabie furijſqꝫ actus Orodeꝫ ſenem ⁊ afflictum patrem: ad hec ⁊ triginta fratres ſuos dicti regis filios: ſuumqꝫ inſuper filiuꝫ occidit: ne quis ſupereſſet in Parthia qui regnaret. Sed uetuſta hec: Nunquid non ⁊ recentiore memoria inter patrem ⁊ filium de regno in bꝛitannia certatum audiuimus: ⁊ nudiuſtertius inter fratres in Hiſpania decertari vidimus. Quꝫ̃ talium odiorū

⁊ maxime fraternorum crebꝛa adeo ⁊ noua ⁊ uetera ſint exempla: ut pene laborioſius ſit exquirere qui amici fratres fuerint: q̃ꝫ qui hoſtes. Utrunqꝫ poſtponimus: Remedia enim nunc non exempla colligimus. Quid pꝛeterea: an non chari coniuges: chare uxoreſ? Sed interrogabis Agamemnonem ac Deiphobum: ⁊ de ueſtris Claudiū Ceſarem ac minorem percunctaberis Africanuꝫ. Hi tibi q̃ꝫ chari fuerint uxoribus ſuis dicent. Contra v̇o Octauiam ſciſcitare ⁊ Arſinoen: quid illa de Nerone ſuo: hec de ſuo ſentiat Ptolemeo. Illa de adoptiuo: hec de naturali fratre: utraqꝫ de marito Illa quidem in ſeipſa: hec in filijs experta teſtabitur. Eminētia ut vides ⁊ clarā decerpimꝰ: vulgus ⁊ urbes ⁊ communem vitam hominum his plenam querimonijs pꝛeterimus. Quibus ita ſe habentibus: cum in omni genere illorum qui chariſſimi videantur: odijs ſepe latentibus: ſepe etiam manifeſtis multa iſit amaritudo: ſola amicitia odiis uacat: nemo vnqꝫ̃ non dicam occidit aut perdidit amicum: ſed ne leſit quidem uolens. Quobrem ſi amicum uerum qualem pꝛedicas inueniſti: magnas te diuitias inueniſſe credito. Illud vide ne: ut magna pars hominuꝫ rebus dedita vilibus nobiliumqꝫ contemptrix ⁊ agris aut mercibꝰ q̃ꝫ amicitijs ac virtutibus colendis intentioꝛ: quod optimum nactus es negligas. Si tantam curam impēditis cuſtodie auri ⁊ argenti atqꝫ orientalium lapillorum: que ſunt terre feces ⁊ pelagi purgamenta: quanta diligentia amici cultui impendenda eſt rei pꝛecioſiſſime ac diuine. Ne qua vnqꝫ̃ re offenſus: ne quo vnqꝫ̃ uerbo alienatus effugiat: ſerumqꝫ audias illud eccleſiaſticum: Sicut qui dimittit auem de manu ſua: ſic reliquiſti pꝛoximum tuuꝫ ⁊ non eum capies. Non illum ſequeris: quoniam lōge abeſt. Effugit enim ſicut capꝛea de laqueo: quoniam vulnerata eſt anima eius: ultra eum non poteris colligare. Pꝛoinde ingens bonum habes ac ſuaue operoſum tamē ac difficile: queſitu inqꝫ̃ operoſum ⁊ cuſtodia. Magnus theſaurus eſt amicꝰ: ſed magna ſeruandus cura: magno ſi pereat lugendus fletu.

¶ De diuitiarum copia. Dia.LIII. ¶ Gau.

S Ed abundo opibus. ¶ Ratio. Jā non mi-
f roꝛ ſi ⁊ amicitijs abūdare viſus eras. Nō eſt nouum neqꝫ inſolitum: locupletum limina vulgaribus amicitijs ⁊ ſimulatis obſequijs frequentari. ¶ Gaudium. Opum magna vis eſt mihi. ¶ Ratio. Anceps ⁊ oneroſa felicitas: ⁊ que plus inuidie ſit habitura: q̃ꝫ gaudij. ¶ Gaudium. Diuitie exundantes ſunt. ¶ Ratio. Non ſtatim ideo exūdans quies exundanſqꝫ iucunditas: Uix diuitem inuenias qui non ſibi melius fuiſſe in mediocritate uel honeſta etiam paupertate fateatur. ¶ Gaudiuꝫ. Multi mihi accreuere diuitie. ¶ Ratio. Securitas: gaudium: tranquillitaſ decreuere: que ſi cum illis creſcerent: non amari tm̄ diuitias paterer ſed hoꝛtarer. ¶ Gaudium. Opes multas habeo. ¶ Ratio. Habes rem queſitu difficilem: cuſtoditu anxiam: amiſſu flebilem. ¶ Gaudium. Magne mihi diuitie ſunt. ¶ Ratio. Sparſe ſi fuerint decreſcent: ſeruate non te diuitem ſed occupatum: non dominū facient ſed cuſtodē. ¶ Gau. Diuitias habeo ingenteſ. ¶ Ratio. Uide ne potius

habeare: hoc est ne non diuitie tue sint sed tu illarum: neq; ille tibi seruiant sed tu ipsis. Nam si nescis: plures multo sunt qui habentur q̄ qui habēt: multoq; crebriores: quos propheticus sermo notat: Uiri diuitiarum q̄ diuitie virorum. Sic uos uestra cupiditas vilitasq; animi de dominis seruos facit. Usus quidem pecunie notus est: ut nature necessaria comparentur: Pauca simul ⁊ exigua longeq; facilia: quicquid excesserit graue est: nec iam diuitie sed vincula: sed compedes: nec iā corporis ornamenta: sed impedimēta animi ⁊ sollicitudinum atq; formidinum acerui. ¶ Gaudiū. Diuitijs plenus sum. ¶ Ratio. Caue ne te rumpāt Omnis enim plenitudo querit exitū. Multis mortem attulere diuitie requiem fere omnibus abstulere. ¶ Gaudium. Opes habeo immensas. ¶ Ratio. Bonis moribus rem aduersam. Nimie opes non modo singulorum hominum: sed populi romani corruperūt mores miramq; illam ⁊ eximiā fregere virtutem: qui tādiu clarus ⁊ tādiu iustus atq; integer: q̄diu pauper fuit. In egestate victor gentium: ⁊ quod est gloriosius: victor sui domitorq; vitiorum: a diuitijs vict⁹ est atq; pessundat⁹: Nota loquor: Quid nunc tibi diuitijs sit sperandum vides. ¶ Gau. Diuitijs affluo. ¶ Ratio. Optū mallem virtutibus abundares. ¶ Gau. In diuitijs requiesco. ¶ Ratio. Consopiti estis in uepribus miseri. Grauis sopor qui non sentit aculeos. Uenit ecce que uos excitet: ⁊ exponat luce clarius id quod scriptum est: Dormierunt somnum suum ⁊ nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis.

¶ De inuentione aurifodine. Dia. LIIII. ¶ Gau.

a Urifodinam inueni. ¶ Ratio. Hec spes opum: multis inopie: nonnullis exitij causa fuit: dum neglectis omnibus alijs curis huic vni deditis ⁊ laboris plurimum ⁊ lucri modicum res habuit: dum ad hanc auri cupidinem celo ⁊ sole derelicto in tenebris euum agere didicerunt: ceco ⁊ noxio ante tempus uapore cōsumpti. ¶ Gaudium. Aurifodinam casus obtulit. ¶ Rō. Ut auersus a contemplatione celestium terrestribus inhies: neq; tantummodo humi accliuis sed sub terra mersus infelici⁹ viuas ⁊ breui⁹. ¶ Gau. Aurifodinam ingredior. ¶ Ratio. Nero Cesar suprema illa sua nocte terribili ⁊ misera: sed sibi debita: ut quoddam specus ingrediens ignominiosam mortem ⁊ ludibria populi persequentis euaderet: a suis admonitus negauit viuum sub terrā se iturum. Tu nullo metu impellente sed auaritia rapiente viuus is sub terram: neq; te hinc almum celi lumen retinet: illinc ante telluris horrore xcludit. Quid mirum si per omnes terras querēde diuitie homines fatigantur: quando ⁊ sub terra que site ⁊ effosse tartareos exagitant manes? Utq; ait Naso: Itum est in viscera terre: Quasq; recondiderat stygijsq; admouerat vmbris: Effodiuntur opes irritamenta malorum. ¶ Gaudium. Aurifodinam inueni. ¶ Ratio. Uetus est uerbum: Sepe vnus leporem mouet: alter capit. Inuenisti predā quam plurimi concupiscant: vnus rapiat: ⁊ tu ille forsitan vnus non sis. Circum optabilia fit concursus ⁊ periculum est inuenisse vnum: quod cupiāt multi: nullus partiri uelit. Hec est causa cur cū italia: ut ait Plinius: metallorum omnium fertilitate nullis cedat terris: interdictum id uetere cōsulto patrum atq; occultatum est ut italie parceretur. ¶ Gau. Auriferam terrā fodio. ¶ Ratio. Labor certus euentus ambiguus. Quid si multum fodias: nihil inuenias? Quid si multum inuenias sed non tibi? Quid si tibi inuenisse peius sit: ⁊ nihil inuenisse erat melius? Humano sepe gaudio meror est proximus. ¶ Gaudium. In aurifodinam descendi. ¶ Ratio. Inter homines queri solet quod inuentum mergat in tartara: Tu apud tartarū queris ꝙ te tollat ad superos? ¶ Gaudium. Aurifodinam reperi. ¶ Ratio. Pronum iter ad inferos inuenisti.

¶ De inuentione thesauri. Dia. LV. ¶ Gau.

Hesaurum repperi. ¶ Ratio. Caue dolos A
t ⁊ insidias fortune. Hamis esca pretenditur: viscus ⁊ laquei blandum aliquid prae se ferunt. ¶ Gau. Thesaurum inueni. ¶ Ratio. Multis thesauris mors fuit: Ut nullū corpori periculum sit: discrimen est ingens anime. Non satiant opes desiderium: immo nec mitigant sed accēdunt: humana cupiditas successibus inardescit: ⁊ crescente auro crescit auri sitis ⁊ querendi studium: minuiturq; virtus: que vna mors anime est. ¶ Gau. Thesaurum mihi sors obtulit. ¶ Ratio. B
Pondus infestum contrariumq; modestie. Nil sibi nō arrogat que repēs fortuna beauerit. ¶ Gaudium. Inscius in thesaurum incidi. ¶ Ratio. Tutius forsan in colubrum incidisses. Cum enim diuitie auri ⁊ argenti virtutum inopiam afferre soleant: idq; sit omnibus proprium: tum precipue repentinis: ꝙ alie si sensim nocent: dum ⁊ ꝟo aliquid detrahunt indies: ⁊ opinionibus falsis robur adijciunt: he subitum pariunt stuporem: improuisoq; impetu mentem turbant. ¶ Gau. Thesaurum inuentum domi abdidi. ¶ Ratio. Quod in hac tua letitia summum est: inuenisti grauem ⁊ inutilem terre fecem: pudeat celestis nature animum his attolli. ¶ Gau. Thesaurus insperatus obtigit repēte. ¶ Ratio. Hunc māsurum credis ⁊ repente desinet: Quecunq; fere cito crescunt cito occidunt. Subite opes quasi felicitas somniantis.

¶ De fenore. Dia. LVI. ¶ Gau.

Ecuniam in tuto fenore posui. ¶ Ratio. A
p Est ⁊ qui bene inuentis male utitur: ⁊ qui male inuentis peius ⁊ pessime. Tu pecuniam inuenisti non ut diues fieres sed ut malus: non tam malus ut auguror: futurus ni pecuniam inuenisses. Sunt enim qui successibus nequiores fiunt: non dei munus agnoscentes: neq; illi saltem similes: de quo scriptum est: Confitebitur tibi cum benefeceris ei: sed apertam sibi celitus nequitie semitam extimantes. Inuenisti ergo pecuniam qua dedecus mercareris: ⁊ examine metallum anime tue sarcinam faceres infelix. ¶ Gau. Fenus bene posui. ¶ Ratio. Malū non bene poni dixeris sed deponi. Siquidem malum pondus excusseris bene erit: alioquin ubicunq; posueris: dum ad te pertineat: malum esse non desinet. ¶ Gau. Fenus optimū bene collocaui. ¶ Rō. Quomō bū collocetᷣ malū videris. Sane quāto opimius malum tāto ⁊ pei⁹. Notū illud Dauidicū: Prodijt q̄si ex adipe iniqtas corū. Quāto ergo ditior fenerator: tāto ⁊ neqtior: tāto maior auaritia: maior ipietas. ¶ Ga. B
Fenori studeo. ¶ Ratio. An nulla artium erat cui

melius ſtudereſ? An erant multe: ſed huic aptius
erat ingenium? An quid rei eſt ut huic vni ſtudio
animum applicares: quo neſcio an aliud uſq̄ꝫ ſedi
us iuenire potueris aut vilius: aut tā miſeri pror
ſus ⁊ deiecti animi tamqꝫ inertis indicium? Tot
vndiqꝫ patent artes: tot viuendi vie: peſſimaꝫ om
nium elegiſti: ꝙ quietior viſa eſt: ſedere ſcilicet ⁊
numerare dies ac uelociſſimi finem menſis expe-
ctare: non intelligēs tibi quoqꝫ horas dieſqꝫ ⁊ mē
ſes ⁊ annos currere: ⁊ ut nexis tuis: ſic ⁊ tibi ter
minum inſtare: ſicut inq̄ꝫ illis ut tibi: ſic tibi ut na-
ture debitum ſoluas: turpiter parta deſtituens ⁊
incertus. Extorques ergo a pauperibus quo igno
tos dites: ⁊ futuri ſemper metuens iudicij: ⁊ ob-
ſcene interim non dominus ſed cuſtos pauidus ra
pine: fame preſſus ⁊ infamia. Mirarer in urbibꝰ
politicis huic flagitio locum eſſe: niſi eſſet ⁊ reliqs
Itaqꝫ cum pauloante hoc tempus feneratores ut
leproſi a conſortio hominum ſegregati agerent:
nec tñ ad eos nullus accederet niſi egenus: ſed ēt
ut male olentes atqꝫ contagioſi ab obuijs vitarē-
tur: nunc iam non modo cum populo: ſed cuꝫ prin
cipibus conuerſantur ⁊ matrimonia contrahunt
⁊ dignitates adipiſcuntur. Tanta eſt vis auri: im
mo quidem quod pro monſtro audias: ipſi: quos
deus omnipotens male perdat: principes feneran
tur: tam leuis anime fameqꝫ iactura: tā ſuauis vn
C decunqꝫ queſite pecunie odor eſt. ¶ Gau. Fenera
ri iuuat. ¶ Ratio. Turpis delectatio ⁊ miſera.
¶ Gau. Fenerari ſolitus ſum. ¶ Ratio. Si cato-
ni credimus: hominem occidiſti. ¶ Gau. Fenera
tor ſum: artificium aliud non didici. ¶ Ratio. Hic
auaritie clipeus: hec cauſa pretenditur: ꝙ ſi diſce-
re uolenti quoqꝫ difficile eſt: quid diſcat inuitus.
¶ Gau. Semper fenerabor. ¶ Ratio. Semp igi
tur miſer eris: ſemper cupidus: ſemper inops.

A ¶ De agro fertili ⁊ exculto. Dia. LVII. ¶ Gau.

Ertilis ager eſt mihi. ¶ Ratio. Uim fecū
f datoris intellige: doniſqꝫ celeſtibꝰ ſic ute
re ne diſpliceas largienti: quod ita demuꝫ
rite facies: ſi ⁊ ſobrietatem ⁊ modeſtiam fertilitas
non excludet: ⁊ ubertas in partem egeni ueniet at
qꝫ amici: Nil ſoli dulce: nil ſapiduꝫ. ¶ Gau. Agrū
fertilem exquiſitiſſime colo. ¶ Ratio. Nō homo
terre: ſed terre homini ſeruire debuerat: hominuꝫ
culpis effectuꝫ eſt: ne terra poſſeſſori ſuo ſine labo
re reſpondeat. Inculta meſſem horridam: lappas
⁊ tribulos paritura. Hanc ferro ſollicitare miriſ-
qꝫ blanditijs mollire: mortalis coegit indigentia.
Hinc agriculture fluxit initium ſanctiſſime ⁊ inno
centiſſime quondam vite: nunc vni ex multis ⁊ pri
ſco labori ⁊ nouis vitijs obnoxie: poſtq̄ꝫ nihil in-
uidie atqꝫ auaritie: inacceſſum ruſticas etiā caſas
urbana piacula peruaſere. Certe ultimos hominū
ruſticos malos fuiſſe conuenit: Unde illud poeti-
cum: Extrema per illos iuſtitia excedens terris ue
ſtigia fecit. Sed uerendum ne qui mali fuerāt no
uiſſimi: primi ſint: ut ſi vnq̄ꝫ forte eſſet ad virtuteꝫ
reditus ⁊ ad priſcos mores: in hoc quoqꝫ ſint ul-
timi. Nunc ad ipſam agriculture arteꝫ redeo: que
magnis olim tractata viris atqꝫ ingenijs in precio
fuit: In qua ut multis in rebus altum locum Ca-
to cenſorius tenet: de quo cum ueriſſime ſcriptum
ſit: Optimus ſenator: optimus orator: optimꝰ im-
perator. Tandem laudis ad cumulum illud eſt ad-
ditum: ſine emulo: ſiue ſine exemplo ſui temporis
agricola. Quem puderet igitur cum Catone ter-
ram colere. Quis omnino ſibi turpe aliquid du-
ceret: quod pulchrum ille ſibi duxiſſet: qui preter
corporis atqꝫ animi virtutes rerūqꝫ geſtaruꝫ glo
riam etiam de hiſpania triumphaſſet? Quis ſolli-
citare atqꝫ hortari boues erubeſceret: quos in ſul
cum urgeret illa uox: que tot magnos exercitus in
prelium accendiſſet: tot ancipites cauſas diſertiſ-
ſime peroraſſet? Quis raſtrum atqꝫ aratrum faſti
diret: quod illa triūphalis ac philoſophica manus
attingeret: que inſignes de tot hoſtibus victorias
peperiſſet: tot de rebus optimis preclaros libros
ſcripſiſſet: ſiue ad philoſophiam: ſiue ad hiſtoriā:
ſiue ad uſum vite ſpectantibus: quales ſunt quos
de hoc ipſo quod nunc loquimur ſcripſit. Primꝰ
equidem apud uos colendi arui precepta collegit
in formam artis ac redegit in litteras. Secutiqꝫ il
lum multi alij: quoruꝫ quidam humile illud ac de
preſſum artificiuꝫ nobiliſſimis atqꝫ altiſſimis uer
ſibus extulerunt: quos nūc memorans nec huma
ne immemor neceſſitatis agriculturam certe non
improbo. Nunq̄ꝫ tamen aut ſcriptorum claritas
aut inopie metus coget: ut liberalibus ⁊ honeſtis
artibus preferendam cenſeam nec equandam qui
dem: q̄uis enim eoſdem duces ſimul illuſtres ⁊
agricolas primum illud imperij tempus habuerit
mutata iam ſpatio res eſt. Neqꝫ ut fragilior nunc
natura eſt: ad res tam uarias ingenia ueſtra ſuffi-
ciunt: Hac etate igit̃ excellētibꝰ viris agriculture
opaꝫ dare: nō pro arte uel negocio: ſed pro ocio ⁊
curaꝝ alternatiōe ꝑmiſerim: utqꝫ interdū teneros
ramos pubeſcentibꝰ gēmis inſerē: luxuriātia folia
curua falce cōpeſcere: laſciuos palmites ꝓlis in
ſpem ſcrobibus cauis infodere: ſitientibus pratis
querulos riuos prono calle diuertere: Illos ſi nā
ſic fodere pertinaciter atqꝫ arare: totoqꝫ animo in
cumbere terris niſi neceſſitas cogat: indecoruꝫ at
qꝫ indecens docto fortiqꝫ viro arbitror: cui nobi-
lioris exercitij deeſſe materia vix poſſit. Natura
parens optima: duꝫ multas mortalibus artes da
ret: ipſa etiam diſtinxit ingenia: ut cui quiſqꝫ erit
aptiſſimus: illi inſiſtat. Uidebis aliquem qui me-
diocri ingenio taꝫ ſolerter aut arua ſulcet aut ma
ria: ut hac in re cuiuſuis acumen philoſophi nulla
ſibi conferri poſſit induſtria: ſtultum ⁊ inglorium
fuerit cum alio: non in tua ſed illius arte contende
re: ubi toto maior v̉tice minor appareas: ⁊ victor
in maximis multis ac paruis in rebus facile vinci
queas. ¶ Gau. Ager hac mihi eſtate prefertilis
fuit. ¶ Ratio. Proximam operire: preſens ſepe
fertilitas uenture ſterilitatis arra eſt. Rara quidē
ſine intermiſſione proſperitas. ¶ Gau. Diligēter
agrū colui. ¶ Rō. Bene: ſi nil melius qͦd faceres
fuit. ¶ Gau. Colui vineā exq̄ſite. ¶ Rō. Cerā cū
illa forte vindemiā pactꝰ: an ⁊ cū pruina aut etiā
cū grādine pepigiſti. ¶ Gau. Solito largius ar-
uum ſeui. ¶ Rō. Plures paſces grues rure: plu-
res domi mures: uolucrū hoſpes ac uermiū: lolij
excuſſor: aree cōpactor: horrei architectus: meten
tiū ſeruus ac Terētiū. ¶ Gau. Seui agrum largi
ter. ¶ Ratio. Eſto in ſpe bona: metes quod ſerui-
ſti triticum atqꝫ ſollicitudinem: niſi illud eſt uerꝰ
ꝙ triticum plurimorum: ſed anxietas tua eſt: ⁊ ut
proprie dixerim: ager ipſe eſt animus: cultus intē-

tio:semen cura:messis labor: hanc uberrimaȝ pcipies. ℭ Gau. Rus.optime colui. ℭ Ratio. Dicaȝ quod mireris. Illi ipsi antiqui agricole: viri fortes quibus glorie fuit agricultura:colenduȝ bene censuerunt:sed nō optime: Incredibile primo forsan auditu:at experientie cōprobatiōe uerissimū: vix enim fertilitas sumptū equat:estqꝫ apd ipsos ueteres:hominiſ atqꝫ agri comparatio nō inepta: ut uterqꝫ si sumptuosus fuerit:q̄uiſ ⁊ questuosuſ: reliqui nihil aut modicum sit:neutrum magni igitur existimandum. ℭ Gau. Summo studio terrā colo. ℭ Ratio. Tete mallem coleres:sed terrestre animal terram amas:nec multum cum tu illā quā nunc percolis impinguabis. Cole agrorū atqꝫ arborum q̄tum vis:neqꝫ multos terre pedes ad ultimum occupabis:neqꝫ ut ait Flaccus: harum quas colis arboruȝ te preter inuisas cupressos ulla breuem dominum sequetur.

ℭ De viridarijs. Dialogus.LVIII. ℭ Gau.

Amena mihi sunt viridaria. ℭ Ratio. Ha-

a bent hec interdum fateor honeste aliquid uoluptatis:nōnunq̄ etiā inhoneste. Eque igitur studiosos ac uoluptuosos videas vmbrosiſ secessibus delectari: Nam ⁊ ingenium locus excitat ⁊ ad penitentiam quosdā:alios ad incōtinētiam ⁊ lasciuiam exhortatur. Nec de nihilo est ꝙ summus orator dum infesto reo adulteriū obijceret: amena in quibus id commissum esset loca descripsit quasi ad flagitium stimulos: Non locis ergo sed animo gaudendum est:si talis obtigit qui bene locis omnibus uti norit. ℭ Gau. Secretis viretis affluo. ℭ Ratio. Secretum Tiberij viretuȝ: ⁊ secessum capree quis ignorat? Pudet pigetqꝫ exequi que itidē oib⁹ nota sūt. Ille senex hircin⁹ loca ipsa seposita:qb⁹ ꝓbris īfecerit. Quāto autem gloriosius arido in rure exul Scipio africanus vixerat:q̄ suis in uoluptatibus princeps ille romanus? Repeto igitur:non in locis:neqꝫ ullis preter animum in rebus habitat omnis uestra felicitas. Unde ⁊ qui solitariam vitam recessusqꝫ abditos laudauerunt:sic intelligi uoluerunt:si his animuſ uti sciret ⁊ nō aliter. Proinde quem tu de viretis tuis fructum colliges expectandum erit:at tū demum quid pronunciē videto: Nam si locis tm̄ gloriaris:que tua nudius tertius non erant ⁊ tua forsitan cras non erunt:ac si rite consideres:tua etiaȝ nunc nō sunt:alieno proculdubio gloriaris. Quiſ hic glorie tue locus? Quid ad te si gelide per estatem alpes:si olympus nubibus altior:si ramosus ac frondifer apennius? Quid si lucidus Ticinuſ: si amenus Athesis:si sonorus sorga? He si laudeſ sunt:certe non sunt hominum sed locorum: tuum sit:expedit quo lauderis. ℭ Gau. Decoris spatior viretis. ℭ Ratio. Refert que nam cure interiȝ tuo in pectore spatientur. Nam quid iuuat arcula in eburnea vnguenta olida condidisse? Quid pulchris in locis turpem animum? Quot in rupibus horridis sanctissimi floruerunt viri? Quot in pratis virentibus turpeſ adulteri marcuerunt? Adde ꝙ non animis solum:sed corporibus viteqꝫ hominum interdum loca huiusmodi nocuisse comptuȝ est:non tm̄ haustu aeris immodico:sed ferro etiaȝ occultoqꝫ impetu. Quis non legit apud Curtiuȝ: amenissimos nemorum recessus ⁊ vireta illa Medorum manu consita:regum ac satraparum curaȝ

⁊ precipuam:ut perhibent:uoluptatem. Atqui in illis iussu ebrij ac uesani regis adolescentis:interfectus est Parmenio claruſ senex: ⁊ ni fallor: Macedonum primus ducum. Quis non nouit Caietam littoris flexum illum quo nullus sub celo pulchrior:nullus amenior:illic iussu temulenti ⁊ crudelis Antonij occisus est Cicero. Et poterat utcūqꝫ tanto viro locus conuenire:ut postq̄ scilicet rome mori fato uetitum erat:florido in rure moreretur florentissimus oratorum virqꝫ optimus:sed ⁊ modus ⁊ auctor mortis prorsus indign⁹ fuit. Spatiabatur illis forte tūc in locis Cicero urbanas fugiens procellas: ⁊ uel ad philosophiaȝ viteqꝫ cultum suo more noui aliquid cogitabat:uel rempublicam miseratus de statu patrie conceptum dolorem animi:oculoruȝ oblectatione leniebat: quādo ab illo omnis hoste virtutis immissi carnifices talem virum abstulerunt mundo:qualem:ut auguror:secula nulla restituent. Sic est igitur:loca delectabilia sepe insidijs opportuna sunt:duȝ licentius ibi laxiusqꝫ degitur: auersisqꝫ magis sensib⁹ a circumspectione periculi: Naȝ ⁊ laqueo densis in siluis fere: ⁊ visco uolucres facilius in ramis viridibus capiunt. ℭ Gau. Letus in viridarijs ⁊ curaruȝ uacuus dego. ℭ Ratio. Letitia curarumqꝫ uacuitas cautioni semper aduersa est. Dū sua nēpe quisqꝫ picula:duȝ cōem humani generis statū omnes acriter cogitant:vix aut letus ualde aut curarum uacuus quisq̄ viuet:neqꝫ locorum specieſ: neqꝫ opum spes obliuionem attulerit impendentium malorum. ℭ Gau. Libenter in viridarijs meis uersor. ℭ Rō. Non hercle libentius q̄ apri ⁊ ursi. Non refert autem ubi sis: sed quid ibi agas. Nunq̄ te locus nobilitauerit sed tu locuȝ:neqꝫ id aliter q̄ preclarum ibi ⁊ insigne aliqd moliendo. C

ℭ De gregibus ⁊ armentis. Dia.LIX. ℭ Gau.

Audeo gregib⁹ ⁊ armētis. ℭ Ratio. Bru- A

g tinum gaudium. ℭ Gaudium. Armentis ac gregib⁹ abundo. ℭ Ratio. Beluina prosperitas quam belue peperere. ℭ Gaudiuȝ. Amo greges ⁊ armenta. ℭ Ratio. In omni amore amātis ⁊ amati similitudo suspecta est. ℭ Gaudium. Armēta gregesqꝫ amo. ℭ Ratio. Amatis omnia: nisi uos inuicem ac virtutem:que in primis erant amanda negligitis: ⁊ que negligenda diligitis. ℭ Gaudium. Amo armenta gregesqꝫ. ℭ Ratio. O miseri rerum vilium amatores osoresqꝫ nobilium:amatis que nec se amari sentiunt:nec amantibus inuicem reddunt. Cum interea nec uos viceȝ reddatis amantibus:totumqꝫ hoc malū facit auaritia:ut non modo seruum ingenuo sed pecus homini preferendum existimetis. ℭ Gau. Armento B rum gregumqꝫ ingens copia est. ℭ Ratio. Si per teipsum illos paueris:quid nisi occupatissimuſ pastor eris. Officium vile:laudatum licet a multis: ante alios a Catullo ueronensi. Sin per alios:nō tu pastor sed pastorum seruus pastorumqꝫ dolis expositus. Nunc vicinus obfuerit:nunc precipitium nūc morbus:nunc abactor:quotidie demū aliquid fingendum:vnde dānū tibi dolorqꝫ ⁊ illusio: Magna vō parſ mali fuerit illusor rudiſ. ℭ Gau. Armentis ac gregib⁹ diues sum. ℭ Rō. Laudate diuitie sed incerte ⁊ casibus multis obnoxie:fraudibus: rapinis: pestibus:que tam crebre tamqꝫ ualide sunt ut sepe totos greges totaqꝫ lacerent

armenta. Nota pestis: quam Lucretius: q̃q3 illum sequens Maro descripsit. Et q̃3 multas putas famosas minus scriptorum penuria sed dānosas C eque? ¶ Gau. Diues sum gregibus ⁊ armentis. ¶ Ratio. Uage patentesq3 diuitie: que non dicā: arcula: ut aurum: ut gemme: sed ne domo licet amplissima claudi possint: iam nec a seruis: nec a furibus: nec a feris atrocioribus tutus es: omnibus in tuas diuitias datu3 ius. ¶ Gau. Gregib⁹ ⁊ armentis gaudeo. ¶ Rō. Gaudes semel: doliturus millies: Nullus dies sine rumorib⁹ mestus ibit: nūc irruerint Sabei tulerintq3 omnia: necnō pueros gladio percusserint: ut pecuoso illi quōdā nunciatum seni est: Nunc bos cornu fregerit: nūc crus equus: nunc uagantem lupus agnum: nūc infectum gregem mors inuaserit. Non sat miseri uestris malis ⁊ mortalitate ꝓpria uisi estis: nisi mortes quoq3 brutorum animalium lugeretis.

¶ De elephantibus ⁊ camelis. Dia.LX. ¶ Gau.

A Unt mihi elephantes. ¶ Ratio. Cui queso usui: pacis ne an belli? His duo illi notissimi hostes italie Pyrrhus ⁊ Hannibal quibus romanas dum turbare acies sperāt: suas turbauere: Animal graue prorsus ⁊ enorme: quodq3: ut ex historijs nosti: sepe suis exitio fuit: Aspectu mirum ⁊ mole ⁊ specie ⁊ odore ⁊ stridore terribile: effectu autem inutile: procuratione difficile. ¶ Gau. Est mihi ingens elephas. ¶ Ratio. Fuerunt olim in italia elephantes: non uenatu quesiti illi quidem: sed ab hostib⁹ capti ⁊ in triumpho ducti: quiq3 prima fronte terruerant equos italos victores in capitoliu3 secuti: erepti autem Pyrrho: Carthaginensib⁹ vō non erepti tm̄ sed ēt interdicti. Sic enim in conditionibus pacis: quam victi petierant nominatim cautum: ut ⁊ quos haberent domitos traderent ⁊ alios non domarent: ita sensim obsolcuit usus elephantium: non solum in italia ubi longe aduene viq3 aduecti erant: sed in Africa etiam ⁊ egypto: que illoru3 sunt viciniores origini. Itaq3 ⁊ in italia auorum memoria vnicū Frederico romanorum principi fuisse: ⁊ nunc egyptio tyranno non nisi vnicum esse fama est. Utrūq3 vō ad spectaculum potius q̃3 ad usum: Sic in india atq3 ethiopia exterarum tedio gentiu3 liberati: siluas patrias incolunt elephantes. Tu quis es: qui elephante gloriari videris? Alter ne Hannibal: qui vno uectus elephante: vnoq3 fret⁹ oculo italiam fatigauit? Ego hanc beluam ⁊ si humani emulam intellectus ab auctorib⁹ proditam: ⁊ moribus miris insignem habendo tamen inutilem ⁊ inepta3: ⁊ regie potius luxurie q̃3 priuate fortune habilem dico: que domum impleat: horreum exhauriat. ¶ Gau. At Camelos habeo. ¶ Rō. Una

B est pene ratio utrorunq3: nisi ꝙ elephas turrib⁹: camelus sarcinis ferendis idone⁹: eoq3 utilior aptiorq3 si consiliu3 petis utere beluis: quas his ubi vitam agis mundi partibus genuit natura parens prudentissima: que ⁊ beluas ⁊ alia suis queq3 climatib⁹ aptiora distribuit. ¶ Gau. Camelū habeo. ¶ Ratio. Tria milia habuit ⁊ amisit Iob: ⁊ morbi ⁊ raptores ⁊ infecta pascua ⁊ ruine ⁊ mille casus uestra vndiq3 armenta circumsident: Campi ⁊ colles ⁊ menia perduntur assidue: quid his facias que nō stant? Bona uestra fere omnia in perpetuo motu sunt: ⁊ quā insita virtute animi deberetis famam querere: peregrinorum animantium nouitate sectamini.

¶ De simijs ⁊ ludicribus animalibus. Dia.LXI.

¶ Gau.

Imia delectabilis est mihi. ¶ Ratio. Fedum animal aspectu: triste animal effectu: de quo quid aliud q̃3 tediu3 speres? Quicquid domi reperit aut corrumpet aut sparget. Si his atq3 huiusmodi delectaris: utiq3 delectabilis simia tua est. Monstrosam beluam uocat Cicero: nec minus aliquid mirum dicit q̃3 urnam fortiu3 euertisse: idq3 pro ostento grecorū in historijs scriptum esse iure optimo doctissimus vir irridet: cu3 uere mirū potius videri debeat: si non omnia uertat ac dissipet. ¶ Gau. Ludricis animantib⁹ abundo. ¶ Ratio. Turpe simul ⁊ ludicrum esse aliquid non potest. Quis enim in turpitudine ludus est? Quinimo ab omni quod oculosauresq3 ⁊ nares ⁊ animum afficiat fugiendum est: corrupti gustus est amara diligere. Sed hic uester est mos turpibus delectari: neq3 vō turpia ⁊ inepta tm̄ animalia: sed quo nihil est fedius: obscenos etiam homines linguaq3 ⁊ moribus odiosos in delitijs habetis: Et ad summam: quanto quicq3 deformius: tāto uobis acceptius chariusq3: hec in reb⁹ oib⁹ vniformis est regula: hic amor: hec indoles: hoc studium: hec uestri iudicij laus est.

¶ De pauonib⁹: pullis: gallinis: apibus ⁊ colūbis. Dialogus.LXII. ¶ Gau.

Auonibus affluo. ¶ Ratio. Ex illorū caudis argi oculos reperisse consilium fuerit: ne pedibus noceat notissima tegularu3 pestis. ¶ Gau. Pauones multos habeo. ¶ Ratio. Auem visu pulchram non inficior atq3 amenam: sed hec uoluptas oculorū multo aurīū tedio pensanda est: quibus contra illum tartaree uocis horrorem uel fuge uel Ulyxee picis auxilio opus sit: ut sileam omni peius tedio vicinorum odiū ac lamenta: uos vō dum imperiose: ⁊ nihil intemptatum relinquenti gule parcatis: nec aliena nec uestra incommoda cogitatis: obliti hanc viris olim fortissimis sollicitudinem non fuisse: quando intacti pisces ⁊ fere ⁊ uolucres tute erāt: ⁊ preter pēnas nil in pauone placeat: ut Naso ait. Neq3 nūc sane quid in hac aue tantopere placeat īuenio preter nobilitatem carnium: que non putrescere dicūtur longum etiam in tempus si seruentur: quod ⁊ tibi licitum experiri ⁊ expertum se asserit Augustinus: Ita uestram famem nisi adsit ambitio nec cibus satiat nec uoluptas. Pauonem certe cibi gratia rome primus occidisse fertur Hortensius orator: vir eloquio clarus: moribus delicat⁹ ⁊ mollis ut femina: Sed qui morum plurimos: eloquij autem raros habet imitatores. ¶ Gaudiu3. Pullos nutrio. ¶ Ratio. Impedimentum domui: escam vulpibus: aree suffossores: quoꝝ vngulis ⁊ puluereū solū semꝑ ⁊ nunq̃3 superficies equa sit. ¶ Gau. Gallinarū magnus est numerus. ¶ Ratio Ut cessent tedia pene par fructus ⁊ impensa erit: magno precio longisq3 clangoribus exiguum ouum constat. ¶ Gaudium. Sed abundo apibus. ¶ Ratio Non mortalis modo: sed uolatilis ⁊ fugitiua felicitas tua est. ¶ Gaudiu3. Aluearia multa sunt mihi. ¶ Ratio. Non min⁹ in quolibet q̃3 uel in magna urbe negocij uel in castris strepitus est. Nūc

examina fugient: nunc pugnabunt reges: nunc tinnitu eris: nunc iactu pulueris res egebit ut salua sit. Sepe omnia expertus nil profeceris: qui cum ditior esse credideris: nudus sis: proinde si seruandi studium cum melle contuleris: mel amarum uoces. ℂ Gau. Sed columbis affluo. ℂ Rõ. Atqui apum in thalamis siletur per noctem: ut Uirgilius ait: in columbario autem nunq̃: vix est animal inquietius columbo. ℂ Gau. plena mihi sunt: columbaria. ℂ Rõ. Sunt qui litigent et qui gemant: qui diebus domum fedent: noctibus somnum frangant: En magni gaudij materia.

ℂ De Piscinis. Dialogus.LXIII.

p Iscinas mihi extruxisse gaudeo. ℂ Rõ. Non puto felicius extruxeris q̃ Salomon. Cum te ergo conuerteris ad vniuersa opera que fecerint manus tue et ad labores in quibus frustra sudaueris: videbis in omnibus uanitatem et afflictionem animi: ut vnde gauisus fueris fortasse doleas: iacturam existimans et temporis et ipense. ℂ Gau. Feci mihi piscinas. ℂ Rõ. Non satis est gule omnes terras lustrare: aque etiam temptantur: et in regno suo piscibus carcer erigitur. ℂ Gau. Piscinas impleui. ℂ Rõ. Libertatem piscibus abstulisti ac nature domum quos q̃ illa sanos fecerat egrotare docuisti. ℂ Gau. Coegi aquas in piscinam. ℂ Rõ. Uim aquis intulisse in Julio Cesare tanto illo quidem viro notatum et superbie datum vides: Quid te igitur speres. ℂ Gau. Pisces in viuario conclusi. ℂ Rõ. Pennatas uolucres vinculis et imperio coercetis: quid mirum si pigris quoq̃ piscibus imperatis? Omnia prorsus in uestra potestate et uestris subiecta sunt pedibus: laboriosi et cupidi mortales: preter vnum animum quem regere et frenare uel non potestis: uel quod est uerius: non curatis. Itaq̃ uagus et indomitus ille uos agitat: et in omne uanitatum genus ac scelerum impellit: qui si uobis: immo si rationi subditus atq̃ obediens esset: ad meliorem finem rectiori calle uos duceret: prestaret q̃ ut multa que cupitis sperneretis. ℂ Gau. Pisces inclusos in piscinis habeo. ℂ Rõ. Cum omnia subdita sint uobis: vide q̃ decorum sit esse uos subditos uoluptati: rei omnium vilissime: rerum nobilissimos omnium: que sub celo sunt. Sed sic est: omnibus imperare vultis: ut libidini seruiatis. Neq̃ uero nouus hic error nec plebeius: sed antiquus et illustrium: piscinas ac viuaria ostrearum primus instituit Sergius Orata baiano in littore: Sub idem tempus reliquorum piscium viuaria incepit Licinius Murena: uterq̃ cognomen seu illud agnomen a pisce sortitus. En preclare agnominum cause: q̃ ille scilicet oratam appetijt: hic murenam. En qui Africani et Macedonici titulos mereantur: et forsitan non curarum minus hi suis in piscibus capiendis et condiendis inq̃ suis viuarijs extruendis susceperant: q̃ Scipio et Paulus in liberanda atq̃ ornanda patria suisq̃ victorijs ac triumphis. Ita penitus uerum fit: quod quidam dicunt: quantitate curas hominum pene pares: qualitate vero longe impares. Atq̃ ut mala semper exempla imitatorum turbis affluunt: secuti sunt Licinium hunc nobiles viri Philippus: Hortẽsius: ac Lucullus vir alioquin memorabilis: qui viuario simplici non ꝯtentus illic prope Neapolim montem scindi fecit: non minori sumptu q̃ quo sibi villam erexerat: requiem captis piscibus meditatus: fluctu equoreo scisse rupis claustris: instar tranquilli portus immisso. Quobrem magnus Pompeius: ut qui non viuaria: sed imperia cogitaret: haud illepide hũc Lucullum Xerxen togatum: hoc est montium effossorem nuncupabat. Quid de alijs? Murenarum viuaria primus fecit Curus quidam: nescio quis: Nã cũ oĩbus murenis fuis adhuc male noscitur: quarum illa copia tanta fuit: ut earum sex millibus triũphalem cenam Julij Cesaris adornaret. Ut hic quoq̃ suos imitatores habuit: nominatim Hortensium oratorem: de quo supra diximus: virum qui nunq̃ molli defuit exemplo: Ita uestre littere sepe nihil detrahunt insanie: Nonnunq̃ vero: quod mireris adijciunt: dũ licere sibi omnia existimant qui litteras didicerũt: et multa sibi arrogãt: que sine litteris nõ auderẽt: Et hic ergo viuariũ habuisse dicit baiani tractus in littore: ibiq̃ inter ceteros pisces sic murenam vnã dilexisse: ut extinctam luxerit. En amor egregius: en docto grauiq̃ viro dignus fletus: qui nec sui temporis bella domestica: neq̃ ꝓscriptiones ac ciuium mortes fleuisse legitur: nec Cannensem: si suum in tempus incidisset fleturus fuerit ruinã: murene obitũ fleuit? Tanta hec leuitas facit: ut iunioris uenia debeat. Antonie etas ac sexus excusabiliorem reddit ineptiam: que murenam suam: tamẽ non defunctam gemuisse: sed viuentem aureis in auribus coluisse traditur: Sic ut Baulos: id erat vil le nomen: ipsis baianis in finibus multos spectaculi nouitate contraheret. Fuerunt et viuaria cochlearum et alie pisciũ uanitates: atq̃ i primis lupus tyberinus: inter duos ꝓcipue pontes captus. Sed satis multa de alienis erroribus: Tu quo plures his implicitos vides: eo diligentius caue ne similibus ĩplicerís: neq̃ tibi nũc usum pisciũ: sed nimis magnã curã rerum ignobilium interdico.

ℂ De auiarijs auibusq̃ loquacibus et canoris. Dialogus.LXIIII. ℂ Gau.

a Ues uarias in auiario conclusi. ℂ Ratio. Jam piscium minus mirer ergastula. Sũt et uolucrũ quibus latior ac liberior patria celum erat: inuenit gula uenationem: inuenit piscationem: inuenit aucupium: nec cepisse satis est: quas liberas natura creauerat: nisi etiam asseruentur. At quanto erat honestius gulam cogere parabilibus atq̃ facilibus contentari: et siluas feris: maria piscibus: aeremq̃ uolucribus linquere: q̃ in his tm̃ studij ponere: q̃tum si captandis in virtutibus poneretur: illas pridem: nam minime sunt fugaces: optimo studio quesitas: intra animi habitum clausissetis: vnde nec effugere possent nec auferri. ℂ Gau. Auibus auiarium impleui. ℂ Ratio. Rem nequaq̃ necessariam: et quesitu nec minus custodia difficilem peruetustam tamen: cuius ante mille quadringentos annos Rome auctor fuit Lelius quidem cognomento strabo vir equester: Non ille quidem Lelius sapiens habitus: qui si auiaria repperisset: nomen sapientie perdidisset. Quedam sunt inuentu: ut videntur utilia ac iucunda: que tamen ingenia alta dedeceant. Qui piscinas: qui auiaria inuenerunt: quid aliud q̃ gule studium habuerunt: quod virtutis cultoribus alienũ est. ℂ Gaudiũ. Inclusi pingues turdos et

turtures. ¶ Rō. Sed non tardos tortores: tot il lecebris irritata gula: supplicia exigit stomachi laborātis. An nō Satyricū illud audisti. Pena tamē presens cum tu deponis amictus. Turgidus τ crudum pauonem in balnea portas. De Pauone loquit: Formosa etenim τ famosa est auis: sed non sola que precipitem gulam plectat. Gule quidem oblectatio: gustus breuis: ipse quoq₃ mox in nauseam uersurus: ni cohereeas: Pena aūt lōga: cruditas indigestibilis morbi: sepe etiam τ mors. I nunc turdis pinguibus ac turturibus gloriare.
D ¶ Gau. Habeo loq̄ces coruos ac picas τ psitacos ¶ Rō. Letatus is Augustus Cesar eos magnis emit precijs: qui victorē ac triūphatorē Cesarē salutarēt. Cūq₃ subinde alij atq₃ alij igererent: satis se salutato℞ talium domi habere respondit: ponēs illi metham uanitati: nisi coruus ipse nouissim⁹ loco illo mirabili pluris se q̄₃ ceteros redimi coegisset. Et hec quidē in Saturnalibus legunt. Quid in naturali vicini nostri Ueronensis historia: Coruus ille tam docilis esutrina ubi impense alebat: in publicū euolare solitus: τ Tiberium Cesarem: Drusumq₃ τ Germanicū nominatim: totū deniq₃ Romanu₃ populu₃ salutare: tanta plebis gratia: tantoq₃ omniū fauore: ut cū eum vicinus uel inuidia uel ira percitus occidisset: ingenti omniu₃ merore occisor ipse ex ea vicinia pulsus primum: deinde etiam a populo interfectus sit. Coruus aute₃ operosis exequijs τ solenni funere elatus ac traditus sepulture. O ineffabilis populoru₃ semper insania: in illa urbe fletum τ sepultum coruum: τ eius interfectorem romanum ciue₃ morte mulctatum: in qua nec Africanus maior sepulchrum habuit: nec minor ultorem: quia si dijs placet coruus hic populum salutabat ut diximus: Illi aūt nō salutabant sed salute₃ populo gloriamq₃ cōtulerāt: adeo gratior uox coruo℞ q̄₃ viro℞ virtus illustrium. Neget nūc aliquis tutū sese populi cōsensisse iudicio: q̄₃q̄₃ ueris estimatoribus nō sit mirus publicus hic virorum fortiū contemptus: cu₃ ab his coruorum uolucrūq₃ loquaciū miratoribus τ diuine voces τ celestia spernātur oracula. ¶ Gau.
E Formosus est mihi psitacus. ¶ Rō. Solus nēpe omnium torque aureo insignis: nisi Phenix τ ipse etiam auium torquatus: τ preterea sue vnicus speciei. Uerum psitacus salutator magnus: τ p̄sertim principū: plane quasi adulatorē illū fecerit natura. Unde Disticon illud innotuit: Psitacus a uobis aliorum nomina discā: Hoc didici per me dicere Cesar aue. ¶ Gau. Est mihi pica disertissima. ¶ Rō. Cum perrari sint hoies diserti: tibi disertissima pica est? Loquax fateor τ salutatrix est sedula. Uñ τ illud: Pica loquax certa dominum te uoce saluto: Si me nō videas esse negabis auē. Certe de huius auis intentione discendiq₃ studio mira nescio an uera narrātur. Illud in primis vix credibile: propositum ei uerbum si oblita sit: angi illam grauiter τ affligi: molestiamq₃ animi tacita meditatione testari: si ipsum ei uerbum ad memoria₃ reducatur: miris modis hilarescere. At si prorsus seu uerbi difficultate seu memorie imbecillitate vincatur: pre dolore etiam interdum mori: ut iam minus mira Homeri mors poete sit habenda: si tamen illa etiam uera est. Neq₃ uero picis omnibus hec docilitas datur: sed his tantum: τ que glande cibum nomenq₃ percipiunt: τ apud uos vulgo glandarie uocitantur. Picarum species τ forma insignis τ ingenio. ¶ Gaudiu₃. Dulcisonam canoramq₃ lusciniam nactus sum. ¶ Rō. Et hanc quoq₃ τ sturnum greci latiniq₃ sermonis dociles inueniri: τ turdu₃ insuper sua etate sermones humanos imitantem Rome fuisse auctor est Plinius secundus: Quod de sturno nuper publice notum fuit: quem seriatim plurima uerba proferentem humanis accentibus: sepe in ipsius Plinij patria τ audire tibi contigit τ mirari. Nam de psitaco tam trita res est: ut mirabilis iam esse desierit. Quotiens hunc audisti cibos vnum atq₃ alterum clara uoce poscentem? Quotiens nutritorem suum proprio nomine uocantem: atq₃ ut persuaderet multa illi gestuum ac uerborum dulcedine blandientem. Quotiens sic ridentem: ut astantes in risum cogeret: nec omnino alitis sed ueri risus hominis crederetur. Que q̄uis ita sint: tamē hi omnes: luscinie presertim multo melius: mihi credite: suis in ramis canerent: q̄₃ uestris in caueis: nisi quia uestra cupiditas nihil extimat: nisi q̄d sibi proprium fecit. Cum natura fecerit cuncta cōmunia: sic ultra suos fines atq₃ ultra suum nomē tendit auaritia. ¶ Gau. Aues innumeras congregaui. ¶ Rō. Ut multas siue ut omnes habeas: phenix puto deerit: siue vnus: siue est nullus: siue illud in fidem recepimus quod quidam tradidere anno urbis octingentesimo auem hanc ex Arabia in Egyptum euolasse: captamq₃ ibi τ Romam delatam atq₃ in Comitio spectaculo populi expositam: supremam tandem ut credibile est mortem obijsse: quod ultimum falsum esse non dubitant: qui de primis magni dubitant auctores. Ita cum omnes aues habueris: mirabilē pulcherrimamq₃ omnium non habebis. Dolens τ indignās iocor: Ut quid enim semper pueri inanibus gaudijs exultatis. Utq₃ ait Salomon: Usq₃ quo paruuli diligitis infantiam. Quin aliquando conuertimini ad correctionem meam: ut idem ait. Siquidem ipsa eadem sunt que loquor: Sinite o ceci aues in siluis agere: nidificare τ pasci τ canere τ errare: Uos inertis plumas animi ad celum pandite: atq₃ humo uos attollite: enitimini non uolucres captare sed uolucres fieri. Cuq₃ his omissis: de quibus loqui pudet: si quid habes quo letari virum deceat profer.

¶ De Coniugij claritate: Dialog⁹. LXV. ¶ Gau.

u Xorem duxi nobilem. ¶ Rō. Mallem tibi non tantum picas ac psitacos sed bubones strigesq₃ domi esse. Illi canerent: ista iurgabitur. Illi aliquid nunciarent: hec peraget. Illos excludere liceret: hanc nō licet. ¶ Gau. Claro coniugio ornatus sum. ¶ Rō. Speciosa vinct⁹ es catena: vnde te sola mors liberet. ¶ Gau. Claro coniugio felix sum. ¶ Rō. Casto felicior: felicissimus celibatu. ¶ Gau. Pulchro cōiugio illustratus sum. ¶ Rō. Anceps uxoris electio: deformis facile fastiditur: formosa difficile custoditur: ea lege qua inter formam corporis atq₃ animi castitatem lis prope perpetua est. Sed ut quod rarissimum est contingat τ forme pudicitia iūcta sit uberius tecum agam. Accedant τ feminee dotes alie: nobilitas: sensus opulentia: fecunditas atq₃ facundia: fame integritas: mo℞ candor: Scito tuum li-

B men his immixtaȝ subintrasse superbiam: ut iure
Satyricus videatur: malle Uenusinam q̄ȝ corne-
liam Graccorꝫ matrē Africani filiā paterniſ trium
phis ac gloria insolētem. ⸿ Gau. Nobile coniu-
gium ⁊ honestū obtigit. ⸿ Ratio. Quid de fastu
fastidioq́ȝ ais? Parum ne feminei mores noti? Di
sce seruire: disce pati: disce charos perdere: vni cō
iugio uacandum est: amicitiaꝝ scopulus uxor ipe-
riosa ⁊ viri affectuum moderatrix. ⸿ Gau. Ge-
nerosa mihi uxor obuenit. ⸿ Rō. Grauis sarcina:
dure compedes: liberos humeros atq́ȝ olim libe-
ros pedes prement. Durum dictu: durius cogita
tu: durissimumq́ȝ perpessu: non vnius lucis: sed to
tius vite hospes: forsitanq́ȝ hostis uacuam presi-
dijs inuasit domum. Unde illam: ut dixi: ueteris
repudij spe sublata: sola scilicet mors excludat.
⸿ Gau. Cōiugem gratam duxi. ⸿ Ratio. Erraſ:
Illa te duxit: diu nimium fueras tuus: accessit spō
sa domina: carnifex preuignis: emula socrui: fami
lie iugum: coquine labor: onus penui: sumptus ar
cule: ornamentum aule: diurnum spectaculum fe-
C nestre: lux nocturna cubiculo. ⸿ Gau. Uxor mihi
uenit amantissima. ⸿ Ratio. Cuȝ amore si nescis
zelus ⁊ suspitiones ⁊ querele subeūt: imortale du
ellum domi habes: ipsis ex uoluptatibꝰ ⁊ iociſ ini
micitie erumpent: nec ad mensam: nec in thalamo
tutus eris: nullum tempus litigio uacabit: media
nocte pugnabitur. ⸿ Gau. Exoptatas nuptias cō
traxi. ⸿ Ratio. Cum coniuge nuptias: cum pace
diuortium. ⸿ Gau. Uxor contigit cui vnice pla-
ceo. ⸿ Ratio. Melius forsitan displiceres: non te
amando premeret atq́ȝ attereret: ⁊ cogitare ⁊ res
tuas agere ⁊ somnum carpere sineret: nunc uxori
placens: nil quod tibi placeat preter illam speres:
totuȝ sibi te uendicat: nec sufficies totus. Si quo
forte ire uelis: fugere te fugeq́ȝ causaſ fingē: siqd
agas oblitum sui: si quid cogites iratum sibi: si ci-
bo abstineas fordere res suas tibi: si somno cesse-
ris externa te uenere fessum dicet. Deniq́ȝ ut uxo
ri placidus: tibi atq́ȝ alijs inutilis sis oportet.
D ⸿ Gau. Uxorē hēo que me ardēter amat. ⸿ Rō.
⸿ Melius amaret caste: pie ⁊ sobrie ac uerecūde:
Ardens enim amor quid nisi incendiuȝ est anime:
qua ardente quisnam ibi modestie: qs reuerētie
coniugali: quis tranquillitati locus aut quieti? Ar
denter re amat uxor: nisi vicissim se amari senserit
tepescet: amorēq́ȝ odio mutabit: Sin equandus
tibi est amor: ⁊ tu ardeas necesse est: vniq́ȝ deditꝰ
sis amanti: zelotipe coniugis vir insomnis: nunc
blanditijs: nunc querelis fictisq́ȝ criminibꝰ excitan
dus exercendusq́ȝ per noctem: Seu licentius ocu
lum deflexeris: seu ridenti lentius arriseris: seu vi
cinam salutaueris: seu formam alterius laudaue-
ris: seu domum seriuſ redieris: Postremo aliquid
feceris aut dixeriſ quo suspectꝰ lesiq́ȝ reuſ sis amo
ris: que si vita dici debet: que nam morſ dicēda sit
nescio. Et hec quidē de ardēti tuo amore sentētia
nostra est. ⸿ Gau. Est mihi perpetua thori consors.
⸿ Ratio. Et somni perpetuū exilium. Maritalis
lecti rarus ac tenuis sopor est: hinc uoluptas: hinc
iurgia: quies nusq̄ȝ. ⸿ Gau. Habeo uxorem fide-
lissimaȝ. ⸿ Ratio. Fuisse fideles aliquas nō nego
usq́ȝ etiā ad mortem. Et profecto homini qui hoc
vite genus elegerit: magne diuitie cōiunx bona ⁊
fidelis: maior tamē est acies aduersa: Nempe etiā
illustrium multi dolo coniugū periere. Sileo Da
nai truces ⁊ cruentas nuptias ⁊ infamē noctem
miseramq́ȝ tot simul iuuenum stragem. Non hoc
illi quorum supra meminimus grauis Agamem-
nō: nō Phrix Deiphobꝰ neget: nō ex uestris Afri-
canus minor: nō postremo recentior Alboinꝰ rex:
cuiꝰ ab impudica ⁊ senafusus coniuge nitidi Athe
sis rippam sanguis infecit: ⸿ Gau. Uxorem nobi
lem: castam: mansuetam: humilem ⁊ obsequiosaȝ:
piam fidaȝ repperi. ⸿ Ratio. Mirus auceps: cor
nicem candidaȝ inuenisti. Uix est tamen qui inue
nisse se fuscam putet.

⸿ De uxore formosa. Dia. LXVI. ⸿ Gau.
Ormosa mihi uxor obuenit. ⸿ Ratio. dif A
f ficilem prouinciam nactꝰ es: vigila: dixi iā
durum custodire quod a multis appetit.
⸿ Gaudium. Forma est uxoris excellens. ⸿ Ra
tio. Solet forma corporis ut multa alia paritate
gaudere: imparitatem ac dissimilitudinē asperna-
ri. Si par igitur tibi forma est exerceberis: aliogn
contemneris: utrūq́ȝ laboriosum. ⸿ Gaudiū. For
ma coniugis magna est. ⸿ Ratio. Et magna supꝑ-
bia: Uix est aliquid quod eque animum tumefaci-
at ⁊ extollat. ⸿ Gau. Forma uxoris est maxima.
⸿ Rō. Uide ne castitas parua sit. Scitū est illud
Satyricum: Rara adeo est concordia forme atq́ȝ
pudicitie ut hec constet: morum insolentiam quis
ferat ⁊ quotidiana fastidia? ⸿ Gaudiuȝ. Formo
sissima est uxor. ⸿ Ratio. ⸿ Habes domi idoluȝ
sumptuosum: operosum: videbis indies peregri-
nos nouosq́ȝ habitꝰ: lauda hinc corporis habitu-
dinem quam oīa deceāt: hinc ingenium inuentri-
cis ad cuncta uersatile: tum iacturam pꝛimonij lu
crum uoca. ⸿ Gau. Habeo uxorem formosissi- B
mam. ⸿ Ratio. Habes idolum litigiosuȝ insolēs:
quod affusus colas: qd̄ extra te raptꝰ stupeas: qd̄
adores: vnde totꝰ pendeas. Submitte collum iu-
go ⁊ contentꝰ forma coniugis: curasq́ȝ alias ⁊ pro
priam libertatem procul abijcere. Dicebaȝ modo:
caue nequando aliam preter illam laudes: ne quā
do oculos ab illius fronte diuerteris: ne solito par
citus blādiaris: solito minꝰ insanias quicquid re-
spueris capitale erit: omniſ sanitas defectio. Uiue
deniq́ȝ ad uxoris edictū: ⁊ nutū domine suspēsus
obserua mancipium non maritꝰ: Hec facito: si tan
ti existimas aliq̄ȝdiu formosam thori sociā ample
cti: leniq́ȝ ad tempus cute gaudere: ⁊ candido na-
tos ex utero tanq̄ȝ poma nobiliora pulchro de ua
se suscipere. ⸿ Gau. Uxorem habeo formosam.
⸿ Rō. Uenenū dulce: compedes aureas: splendi
dam seruitutem. ⸿ Gau. Forma delector uxoris.
⸿ Ratio. Uana breuisq́ȝ delectatio. Nil forma fu
gacius ⁊ presertim femina. Qui uxorem propter
formam diligit: cito illam oderit.

⸿ De uxore fecūda ⁊ facūda. Dia. LXVII. ⸿ Gau.
Ecunda mihi uxor est. ⸿ Rō. Multas ti- A
f bi curas: multos pariet labores uxor ste-
rilis vnica tm̄: at fecunda quidem sarcina
domꝰ est multiplex. Notum est illud Comicum:
Uxorē duxi: quam non ibiꝰ miseriā vidi: nati filij
alia cura. ⸿ Gau. Non fecunda tm̄ uxor sed facū-
da est. ⸿ Rō. Hinc filij ⁊ nutrices aderunt: hinc sa
les ⁊ uerba non deerunt. Habes cum qua dispu-
tes ac declames: ⁊ Satyricuȝ non audisti ubi ait:
Nō habeat matrona tibi que iuncta recumbit: Di

cēdi genus:nec curtum ſmone rotato Torqueat
enthymema:nec hiſtorias ſciat omēs. Coniugem
querebas magiſtrā inueniſti:iamq̃ aliq̄d impoli
tum cōe aliquid loqui:ſine ꝯiugis cēſura ⁊ irriſio
ne non poteris:fruſtraq̃ eiuſdem Satyricū illud
optaueris:Solecíſmū liceat feciſſe marito. Inter
mundi tedia:nullum importunius procaci femina
⁊ tacere neſcia.

¶ De opima dote. Dia.LXVIII. ¶ Gau.

A Dote auctꝰ ſum opima. ¶ Rō. Et opima ty
d rannide:malū malo additū. Suꝑbie cōiu
galis duo ſtimuli: dos ⁊ forma. ¶ Gau.
Multū dotata uxor eſt mihi. ¶ Ratio. Multum
dotata uxore nihil eſt iportuniꝰ:nihil intractabili-
us:nil ſibi nō licitum arbitraſ:que ſuas opes ma
riti cōparat egeſtati:que viꝝ paſcit: dn̄az ſe putat
eſſe nō ſociam. ¶ Gau. Magna dos meū ſubijt li
mē. ¶ Ratio. Unde dos ingreditur:īde libertas
egrediſ: Qđ bñ ꝓuiderat Lycurgus: cuius lege
cautum fuit:ut indotate nuberēt:Et adiecta ratio:
ut uxores eligerenſ:nō pecunie:ſeueriuſq̃ matri-
monia ſua viri cohercerēt:cum nullis frenis dotiſ
tenerenſ. Utrūq̃ ſapiēter:Nam ⁊ uere multis in
domibꝰ non viro uxor ſed pecunia nubit auaritie:
⁊ eſt utiq̃ magna dos licētia ꝯiugis frenum viri.
¶ Gau. Ingens cum uxore dos obuenit. ¶ Rō
Muta ordinē:imo enim cum ingenti dote uxor ſu
bijt:quā libētius excluſiſſes ſi ſola poſſet excludi.
Plane ꝯiugiū obſcenum:ubi nō ſpe prolis ad cu
biculum viri virgo:ſed ad arculam auaritie ipul-
ſu dos ꝯcupita deduciſ. ¶ Gau. Magnā mihi do
B tem uxor attulit. ¶ Ratio. Dic ueriꝰ:magnū pre-
cium libertatis tue:que ſi tibi chara eſſet:ut decu-
it:nullo eam ꝑcio uendidiſſes. ¶ Gau. Ditiſſima
mihi uxor obtigit. ¶ Rō. De moribꝰ nihil narras:
Nempe nihil ut reor de moribꝰ cogitaſti:deq̃ op
timis femine dotibꝰ fide:uerecūdia:caſtitate:mo-
deſtia. Sunt uobis iſta cōtemptui: ⁊ ſolum in nu
ptijs ueſtris attendiſ dos ⁊ forma:hec eſt auari-
tia ⁊ libido:pronube matrimonijs his condigne.
¶ Gau. Pecunioſiſſima eſt cōiunx. ¶ Rō. Uide
an non Themiſtocleū illud conſiliū quo diffinit:
Malle ſe viruꝫ pecunia:q̄ȝ pecuniam viro indigē
tem:recte etiam ad feminas trahi poſſit. ¶ Gau.
C Uxor mihi ꝑdiues eſt. ¶ Rō. Quanto meliꝰ erat
cum inopi requieſcere: q̄ȝ laborare cum ſuꝑba:
melius eſurire cum pauꝑcula humili:q̄ȝ cū inſolē
ti diuite litigare. ¶ Gau. Cōiugis dos imēſa eſt.
¶ Ratio. Cōſequēs eſt ut elatio animi ſit imenſa:
timor aūt viri nullus. Nō audebis vitia repreben
dere dum reſpicies dotē:nō preſumes humiliare
illam per quam te memineris ſuꝑbire:nec faſtidia
dūtaxat ac tedia:ſed ꝓbra etiam ⁊ iniurias tole-
rabis. An forte nō Aurelij Antonij principis me-
miniſti:illius qui philoſophi cognomē ob iperiuꝫ
nō omiſit:qui cū uxoris noſceret adulteria: ⁊ ami
ci ut eā uel occideret uel ſaltem dimitteret horta-
rentur:reſpōdebat:Si uxorē dimittimꝰ reddamꝰ
⁊ dotē:dos aūt erat iperiū. Uides ut ingētis viri
aium dos frenabat: tuum forſitan non frenabit?
D ¶ Gau. Dos ꝑmaxima infinita inextimabilis eſt.
¶ Ratio. Dos mr̄imonij oneribꝰ ſupportādis:nō
auaritie eſtibꝰ irritādis inuēta eſt. Itaq̃ quo ma-
gis illaꝫ exaggeras:magis infamas:ut que utrin
q̃ mole ſua noceat: ⁊ hinc dātis ipudētiam: hinc

cōcupiſcētiam accipiētis auctura ſit. ¶ Gau. Eſt
mihi maxima dos uxoris. ¶ Rō. Nō quanta ſit
dos:ſed qualis ſit uxor refert: ⁊ in dote ipſa non
quantitas certe ſed qualitas exiſtimāda eſt:vnde
ſcilicet ꝑfecta:quibus parta modis:multe magne
dotes malis artibꝰ ſunt queſite. Heliopolitanū ⁊
punicum morem noſti:quorum nuptijs non pie-
tate patria ſed ſtupris ac dedecore dos cōſtabat.

¶ De gratis amoribus. Dia.LXIX ¶ Gau.

Ratis fruor amoribus. ¶ Ratio. Gratis
g inſidijs opprimendus. ¶ Gaudium. Gra
tis uror amoribuſ. ¶ Rō. Bene ais uror.
Eſt enim amor latēs ignis:gratū vulnus:ſapiduꝫ
uenenū:dulcis amaritudo:delectabilis morbꝰ:iu
cundum ſuppliciū:blāda mors. ¶ Gau. Amo ⁊ vi
ciſſim amor. ¶ Rō. Primū noſſe poteſt:ſecūdum
in ambiguo eſt:niſi forte nocturnū muliercule tue
murmur in teſtimoniū trahis. ¶ Gaudiuꝫ. Amor
haud dubie. ¶ Ratio. Perſuaſit ut video:nec ma
gnū ꝑſuadere uolētibus omnis amās cecus ⁊ cre
dulus. Qđ ſi fidem iuramēto amatorio vis ineſſe
ſcriptum ab amante chirographum tenera in gla
cie:teſtibuſ auſtris in mediū profer. Sed o inſane
nihil vnq̄ȝ ipudice preſertim credas femine:ſexus
ardor:leuitas cōſuetudo mētiendi: fallēdi ſtudiū
fructuſq̃ fallacie:hec ſingula mltoq̃ maxime hec
omnia:quicquid illius ore prodierit ſuſpectū faci
unt. ¶ Gau. Amo qđ iure animū delectet ⁊ dulci
ter ardeo. ¶ Ratio. Credis ex me audire qđ ille
magiſter amoꝝ ait:ut feliciter ardens gaudeas ⁊
uento tuo nauiges uoluptatis: Id quidē nō cōſi-
lij eſt:Ego vō:quo ſuauiꝰ arſeris:eo cautius ex in
cendio fugiendum conſulo. Tunc ſunt mala peri-
culoſiſſima cū delectāt:Sepe ſuauitatē hanc du-
riſſimus finis exaſperat. ¶ Gau. Amo amorq̃.
¶ Ratio. Ut ſit ita:q̄d niſi duplex nodus: nexus
artior:graue diſcrimen? melius de te ſperarem ſi
amares tm̄:non etiam amareris:Et ſi enim facili-
tatē amoris atq̃ difficultatem eque nociuā q̄dam
dicāt:ꝙ facilitate animus capiatur cuꝫ difficulta
te contendat. Ego tamen ita ſentio:nihil ad aman
dū efficacius q̄ȝ amari:contraq̃ nihil eſſe qđ ma-
gis ab amādo deterreat q̄ȝ ſcire ſe non amari: nec
amatum iri credere:q̄ȝuis id nō facile creditura ſit
ceca ⁊ cupida mens amātis: qui vnus eſt ex illo
grege de quo ſcribitur:ꝙ qui amant ipſi ſibi ſom-
nia fingunt. ¶ Gau. Amo ego cū gaudio. ¶ Rō.
Qui q̄ȝ male ſibi eſt non ſentit obtorpuit: qui ma-
lo ſuo gaudet inſanit. ¶ Gau. Apud me fateor de
lectabile eſt amare. ¶ Rō. Odioſum mallē ac mo
leſtum:quo ⁊ fuga mali promptior foret ⁊ ꝓpin-
quior ſpes ſalutis: nunc delectatio morbum alit:
ſanus enim fieri reſpuit quem delectat egrotare.
¶ Gau. Ut libet apud me quidem ingenium eſt
amare. ¶ Ratio. Ut q̄ſq̃ ſapit ⁊ loquiſ: apđ me
vō ſuile prorſus ⁊ languidū: ⁊ ꝙ fortiſſimos ēt
viros emolliat eneruetq̃:dicā ꝙ nemo eſt qui ne-
ſciat:nemo erit qui audiens nō mireſ:ſi magnarū
rerum recordatio:uel ſciētibꝰ admirāda eſt. Ne-
ue oīa ſequar:qđ nec neceſſariū puto nec poſſibile:
duaꝝ toto orbe clariſſimaꝝ gētium duos lōge pre
ſtātiſſimos duces ad memoriā reuoca. Juliuſ Ce
ſar victor in gallijs:in germania:in britānia:in hi-
ſpanijs:in italia:in Theſſalia: in egypto: Idemq̃
mox in armēia:in pōto:in africa: ⁊ rurſus in hiſpa

nia supremo marte victurus: In medio tantarum victoriarum ab amore regio: interim apud Alexādriā vict⁹ est. Hānibal apud Ticinū: apō Trebiā: apō Trasimenū: apō Cānas victor: ac demū i patria vincendus sua: prius apud Salapiam apulie oppidum: quo inexcusabilior sit meretricio amore subactus est: Quanta tibi videtur mali vis que tā duros animos: tam rigida pectora leui frangat incursu: tam rapidos pedes: tam fortia brachia fragilibus vinculis liget. Linquo fabulosa ⁊ uetera nimis: In beluas transformatum Iouem ridiculis: Martem vinculis implicitum duris: nentem pensa digitis Herculem: ad hec ⁊ Leandrum fluctib⁹: Biblida lachrymis: Procbryni telis viri: propria cuspide Pyramum: Hyphin laqueo pereuntem: quodqȝ est certius atqȝ sonātius: ⁊ grecorū duces de amore certantes: ⁊ notis Troiam flammis ardētem: absqȝ his oibus ⁊ mille similibus: satis duo illi quos premisimus ad ꝓbandū de quo agitur: uel magnitudine nominū: uel historie fide sufficiūt. ℭ Gau. Amo: quid de odio dices: si amorem dānas? ℭ Rō. Ut tu accipis: utrunqȝ damnabo: neqȝ ideo bonū aliqd dicam: quod aduersum malo sit. Duo enim extrema sibi inuicem aduersa pariterqȝ a medio: hoc est a virtute distantia: pariter mala sūt. ℭ Gau. Ergo malū est amare. ℭ Rō Hoc ego fateor. ℭ Gau. Malo hoc nihil melius inuenio. ℭ Rō. Credo hercle ut est anim⁹: sed tua opinio rē mutat. ℭ Gau. Oderint quos delectat ego amabo. ℭ Rō. Odiū atqȝ amorem in differētia dixerim: Nam ut odisse vitium: ⁊ amare virtutem eque laudabile est: sic seu virtutis odiū seu vitij amor eque dānabile. Et ad sūmam: vix inuenies qd per seipsum sic laude uel infamia dignum sit: quin paucis additis: laus ac vituperatio altera locū sumat alterius: Tu qd ames videris. ℭ Gau. Quid amem nisi qd ceteri? ℭ Rō. Non oēs idē amant. Fuerunt qui amarēt deum tā enixe: ut pro amore hec oia quidem ⁊ seipsos vitāqȝ suā ꝑiecisse lucrū ducerēt. Fuerūt qui nō altius aspirantes pro nuda virtute aut pro patria idem facerēt. Numerarem nisi innumerabiles essent. ℭ Gau. Ego nec in celo fui vnqȝ: nec virtutes vidi: amo que cerni possunt. ℭ Rō. Si nihil amas nisi qd cerni pōt: nihil igit magnū amas: qd ꝙ directe obuias ꝑcepto illi vulgatissimo: Nolite amare que vident sed que nō vident: que eni vident tpalia sunt: que aūt nō vident eterna. Uos autē ceci aio deditiqȝ oculis: eternū nihil nō dicā amare sed nec itelligē nec cogitare quidem idonei: uobiscum peritura sectamini: ⁊ pudendos affectus honesto tegētes uelo libidinem dicitis amorē: Illum colitis: illū fandi licentia deum facitis: ut probra uestra: que vix celum tegit excuset. Quid enim deo auctore fit perperam? Ite iā erigite deo uestro aras ac thura porrigite: ille uos ad celum euehet: Immo vō celi deus illum ⁊ uos trudet in tartarum. ℭ Gau. Iuueniles ludos in calūniam trahis: amo: da ueniam. ℭ Rō. Si ab offenso poscenda est uenia: ipse tibi ignosce: neqȝ enī aliū ꝙ te ledis: ⁊ ab miser quos inter scopulos fragilem cymbā agis? ℭ Gau. Iuuat ita viuere: nec itelligo qd nā uetet. ℭ Rō. Miserum est peccare: miserius delectari: miserrimū excusare atqȝ amare peccatum: ⁊ tum demū consumata materia est: cum ad studium uoluptatis opinio quedā honestatis accesserit. ℭ Gau. Amo nec possū aliter nec uolo. ℭ Rō. Posses nempe si uelles ⁊ forsan adhuc uoluentibus annis uoles. Siquidem cū in multis: tunc precipue in hoc morbo euenit ut sepe virtuti temptatū frustra remedium ultro dies longior afferat. ℭ Gau. Nulla me G
dies non amantem viderit. ℭ Rō. Age igitur: lude: insani somno letare: experrect⁹ flebis. ℭ Gau. Ego vō non flebo sed canā: meqȝ ipsū more amātium carminibus cōsolabor. ℭ Ratio. Est hoc quidem de quo multa dici possūt: ⁊ quando huc me trahis insistā. Inter multas fateor mira hec amātium amētia: non solum apud vulgus ubi consuetudine in naturā uersa furor oīs excusabilis: sed apud utriusqȝ lingue doctissimos. Nam ⁊ poetas graiorū ⁊ uestros quedam de alienis multa de suis amorib⁹ plausibiliter conscripsisse cōpertū est: atqȝ vnde morum infamiam merebant: eloquētie gloriam cōsecutos: Tolerabilior apud illos Sappho: etas: sexus: animi leuitas: puellam excusant. Sed quid Anacreonti facias: quid Alceo: quorū uterqȝ non poeta modo insignis: sed vir fortis ⁊ rebus gestis in sua republica clar⁹ fuit: Seu quid ⁊ ex uestris Ouidio: Catullo: Propertio: Tibullo: quorum nullum ferme nisi amatorium est poema: ꝙ ꝙ quid poetas: quibus nescio: vnde maior licētia data est: ⁊ nō potius vite duces arguam philosophos: Ubi hercle gaudeas: grauitatis multo plus uestris fuisse ꝙ grecis: vix enim occurret horum aliquis tam ꝑditus: qui non dicam: tale aliqd fecerit: sed nō libere: totum hoc uanitatis gen⁹ irriserit atqȝ damnauerit: Apud illos tamē non cōes quosqȝ sed seuerissimos philosophorū stoicos: ipsumqȝ: qd miraberis: platonē: in hoc errore uersatos scimus. Amaturū qdem sapiētem uolunt stoici: ⁊ sane si de amore conueniat non fallunt. Amabit enim deum sapiens: ut dixi: amabit ⁊ primū: amabit virtutem: sapientiam: patriam: parentes: filios: fratres ⁊ amicos: ⁊ si uerus sapiens fuerit: ēt inimicos amabit: non ꝑpter illos: fateor: sed ꝑpter eum qui hoc iubet. In his oibus: oro te: quis loc⁹ est pulchritudini. Sic enim Ciceronis Tusculano diffinitum legimus: amorem ipsum conatum esse amicitie faciende ex pulchritudinis specie. Quis tā cecus: ut non videat: quid sibi uelit hec pulchritudo. Recte ergo querit illic Cicero: Quis est eni inquit iste amor amicitie? Cur nō deformē adolescentē quisqȝ amat neqȝ formosam anū: nimirum etas ⁊ forma cum delinimentis suis sunt hui⁹ amicitie fundamēta: que honestius sic dicit: ꝙ libido: quid si tamē aptis sanisqȝ oculis facile cernit. Itaqȝ tota res eo redeat: ut si sit amor quisqȝ in rerū natura sine sollicitudine turpiqȝ desiderio: sine suspirio ⁊ ardenti cura: sit hic sane ꝑmissus sapienti: Uacat enim omni libidine: ut Cicero idem ait: omniqȝ tumultu atqȝ angore animi: que maxime vitanda sunt sapientibus. Ceterū non ut fando rerū facies uelari: sic mutari ueritas rerum potest: Sermo aūt nobis nunc non nisi de libidinoso amore susceptus est: qui his multisqȝ alijs magnis malis uacare nullo pōt modo: Et hec qdē stoicis. Ad Platonē uenio: qui philosophorū ꝑnceps: imo: ut aiūt: philosophorū deus: Et si in hoc multi litigēt: in omni aūt questione: non plurium sed maiorum meliorunqȝ iudicio standum est. Plato inqȝ utiqȝ sum-

mus vir de amorib⁹ suis etiã turpib⁹: q̃ꝙ̃ vo phi losopho nulla libido non turpis ⁊ inconcessa sit: pace tanti viri dixerim: multa licentius scripsit: q̃ꝫ quibus Platonicum nomen scribendũ esset: Scripsit tamen: ⁊ quod nollem: scripta extant: neqꝫ tã celebris fame notam: neqꝫ iudicium posteritatis erubuit: curam hanc metumqꝫ omnem vincentem impetu passionis animum urgentis stiliqꝫ dulcedine calamum excitantis: que uel in turpi pudendaqꝫ materia tãta illi est: ut Epicureis magis q̃ꝫ Platonicis in rebus: quasi solis in luto Platonici radios cernas ingenij: ⁊ hanc ipsam post Platonem multis video causam fuisse ut scripta relinquerẽt: que uel honestius non scripsissent: uel consultius deleuissent: multis ut idem faciant futuram esse cõijcio sed famosiorem attigi. Proinde quod ad reprehensionem attinet insanie talis ⁊ aliqua diximus: ac multa ⁊ uaria dici possunt: quod ad remedium uero non pauca: Nam ad illam quam dicis consolationem mali huius: quam tibi de carminibus prouenturam fingis: breuissimum Flacci carmen ac percunctatio illa pro responso sit: Discine vsiculis speras tibi posse dolores: Atqꝫ estus curasqꝫ graues e pectore pelli: Loquendo: canendo qꝫ amor alitur: accenditurqꝫ: non extinguitur nec lenitur: ut quos memoras cantus ⁊ carmina: tuorum non fomenta sed irritamenta sint vulnerum.

M ¶ Gau. Credere iam tandem admonitus ⁊ expertus icipio: quamobrem si libet omissis alijs: ad remedia stilum uerte. ¶ Rõ. Multi olim ista conquirere nisi sunt: in quibus Naso mirus medicus morbi amantior q̃ꝫ salutis: cuius quedam leuia: quedam feda uel inefficacia: tamen est aduertere. Scripsere alij: inter quos Cicero breuiter potenterqꝫ: ad summam pauca hec sunt que de multis electa probaueriꝫ: loci mutatio: que ut corpori: sic animo egrotanti salubris interdum est: Euitatio omnium fugaqꝫ diligens quibus amati vultus in memoriam retrahaꝛis: occupatio quoqꝫ traductioqꝫ animi ad alias curas nouasqꝫ sollicitudines: qbus morbi ueteris uestigia deleantur: Cogitatio uehemens ⁊ assidua: q̃ꝫ turpe: q̃ꝫ triste: q̃ꝫ miseruꝫ: Postremo q̃ꝫ breue: q̃ꝫ labile: q̃ꝫ nihil sit omnino quod difficultatibus tantis appetitur: q̃ꝫ facile: q̃ꝫ toqꝫ melius: uel impleri aliter alijsqꝫ vijs uel contemni penitus possit atqꝫ abijci: interqꝫ rerum vilissima deputari. Multos preterea curauit pudor: quod maxime generosis animis accidit: dum obuersatur infamia irrisioqꝫ: dumqꝫ se digito signari vulgiqꝫ fabulam fieri dolent: dum sub oculos redit rei feditas: fructu uacua: plena dedecore: plena periculis: plena doloribus ac penitẽtie causis. Ad extremum proderit excusationibus ac falsis opinionibus reiectis: ueras inducere: Nihil hic naturam: nihil fatum: nihil stellas agere: nihil deniqꝫ nisi solam animi leuitatem atqꝫ liberum iudiciuꝫ Etenim in egrotantis arbitrio: ut sanus fiat: mox ut bona fide uelle ceperit: ⁊ blande consuetudinis nexus dulces abruperit: laboriosum certe sed uolenti possibile. Et quidem ut grauissime ait Cicero: illũ quod in omni perturbatione dicitur demõstrandum: nullam esse qui nisi opinabilem: nisi iudicio susceptam: nisi uoluntariam: Etenim si amor naturalis esset: ⁊ amarent omnes: ⁊ semper amarent: ⁊ idem amarent: neqꝫ alium pudor: alium

cogitatio: alium satietas deterreret. Nempe hoc ultimum satietas a quibusdam inter remedia ponitur: ab alijs auteꝫ amor nouus: quo ut censent: uetus amor quasi clauo clauus pellitur: Quod q̃ꝫ uis Artaxerxi Persarum regi: quem Assuerum sacre uocant littere: ⁊ suggestum ab amicis: ⁊ effectum utile deprehensum: auctor expressior sit Josephus: de euentu quidem non litigo: de electione pronuncio. Itaqꝫ duo hec utilia fortassis interdũ: semper certe periculosa crediderim: si neqꝫ horuꝫ aliquo neqꝫ omnibus conualescas: ad morbi causas animo recurrenduꝫ erit. He uero: ni fallor: prime omnium ac maxime sunt ualitudo ⁊ forma elegans: opes: ocium: iuuenta. Ut corporis ergo: sic animi morbis contraria optime medebuntur egritudo: deformitas: inopia: graue negocium: senect⁹ errorum iuuenilium castigatrix eximia: Hec mihi sũt ultima dura quidem: sed pro magnitudine pestis optanda remedia.

¶ De Ortu Filiorum. Dialogus. LXX.

¶ Gau. n Ati mihi sunt filij. ¶ Rõ. Geminatuꝫ malum pondusqꝫ domesticum. ¶ Gaud. Filij mihi sunt nati. ¶ Rõ. Laboriosa uxor: Laboriosior amita: laboriosissima demuꝫ proles. ¶ Gaud. Nati filij. ¶ Rõ. Dulcedo amarissima ⁊ fel melle circumlitum. ¶ Gau. Nata mihi dulcis est soboles. ¶ Rõ. Fontem tibi grauium curarum domi natum credito. Nunq̃ꝫ sine metu atqꝫ angoribus vitam ages. ¶ Gaudium. Filios genui. ¶ Ratio. Nec timere nec sperare nec uota facere noueras: En disces tuo periculo: disces ⁊ parentes orbos miserari: disces ⁊ in breui vita longas curas texere teqꝫ longiora negocia ordiri: disces his qui nihil ad te pertineant torqueri: que visurus nunq̃ꝫ sis disponere: Ad postremum disces amare plus aliuꝫ q̃ꝫ te: disces ardẽtissime diligere: tepidissime diligi: duras artes. ¶ Gaudium. Filios habeo. ¶ Rõ. Nũc p̃mũ intelligere icipis qd ipse debeas parẽtib⁹ tuis. ¶ Gau. Filios ꝓcreaui. ¶ Rõ. Seuisti arborẽ iexhausto ꝑcolẽdã studio: que te dũ viuas exerceat cui⁹ nullos forsitan aut seros ⁊ fortasse post obitũ fruct⁹ legas. ¶ Gau. Filij mihi sũt. ¶ Rõ. Si boni iugis timor: sin mali sẽpitern⁹ dolor: Interim solamẽ ambiguũ: certa cura. ¶ Gau. Hẽo filios. ¶ Rõ. Habes vnde viuus doleas: mortu⁹ agnoscaris: habes ⁊ vnde sepius mori possis. ¶ Gau. Pater filioꝝ suꝫ bonoruꝫ. ¶ Rõ. Quãto meliores filij: tãto ꝑiculosior ꝯditio tua est. Nescis quã dolẽdi mãm gignẽdo q̃sieris: quos lachrymis adit⁹ in tuaꝫ domũ patefeceris: q̃ꝫ tuꝫ in te ius morti miserieqꝫ p̃bueris? O matres misere: ait Horati⁹: O patres miseri dico ego. ¶ Gau. Optimoꝝ pater filioꝝ suꝫ. ¶ Rõ. Optanda mors tibi itegro est: ne forte viuus esse desinas qd delectat: ⁊ aliquãdo cũ Nestore a socijs q̃ras cur tamdiu vixeris. ¶ Gau. Uotiua felix letusqꝫ suꝫ sobole. ¶ Rõ. Felicitas anxia: sollicitũ gaudium: ⁊ sepe mestũ gaudiũ felicitas misera. Posseꝫ multos illustrium ꝓferre: quoꝝ felicitati nihil magis obstitit: q̃ꝫ ꝙ filios habuerunt.

¶ De Filio infante festiuo. Dial'. LXXI.

¶ Gau. i Nfans fili⁹ festiuus est mihi. ¶ Rõ. Modo ne ista festiuitas in dolorem desinat: ⁊ quo presens tibi letior infans tuus fuerit: eo mestior sit digressus. ¶ Gaudium. Infans est

Caduca ante alias etas illa:sepe in ipso flore preci
dit.Utqȝ nil dulcius:sic fere nil amari⁹. ¶ Gau.
Infans est mihi blandissimus atqȝ multiloquus.
¶ Rō. O ne iste blanditie uertant in lachrymas.
Res est dulcissima fateor:infantilis aspect⁹ ⁊ allo-
quiū:Utqȝ est apd Statiū Papiniū sydereivult⁹
⁊ uerba ligatis interrupta modis:que dum audi-
untur mulcēt:dum audiri amplius nō possunt cru
ciant:nec sine sensu doloris ad memoriā reuertun
tur:sic humanis in rebus:sed in nulla magis dul-
cedini opposita semp amaritudo est. ¶ Gau. Dele
ctor filio infante iucundissimo. ¶ Rō. Non prohi
beo delectari ne nature obstem:sed in omnib⁹ mo-
duȝ quero:sine quo nihil bene agitur. Uolo te par
tius gaudere:ut si dolendum fuerit:possis ⁊ parti
us dolere. Et moneo cogitare:facile fieri posse:ut
arundineo baculo insistas:uel in caducū te parietē
inclinaueris:qd sepe dixisse fertur Hadrianus pn
ceps cum Elium uerum:puerum pulchrū sed fra-
gilem adoptasset: ⁊ secum canere possis Marone
um illud: Ostendent terris hunc tm̄ fata:neqȝ ul-
tra esse sinent. ¶ Gau. Gaudeo de infante meo.
¶ Ratio. Sic gaudet ut doliturus:siue ille:ut di-
xi:acerba morte defungitur:siue qd est multo gra
uius:quodqȝ sepissime accidit:e gratissimo infan
te fit ingratus ⁊ inobediens adolescens. ¶ Gau.
Multuȝ gaudeo de infante filio. ¶ Rō. Nemo tā
stultus agricola est qui de flore multum gaudeat:
fructus est expectandus:tunc gaudendum modi-
ce. Interim tēpestates:grandines ⁊ uredines me
tuende sunt:frenandumqȝ metu gaudium.

¶ De insigni natoꝝ forma. Dia.LXXII. ¶ Gau.

Nsignis est natoꝝ forma. ¶ Rō. Si tuaȝ
i tibi formam contemnendaȝ me docēte di
dicisti:quanti alienam sis facturus intelli-
gis. ¶ Gau. Forma filioꝝ magna est. ¶ Rō. Ma
gnum maribus discrimē feminisqȝ pmaximum.
Iamprimum pulchritudo ⁊ castitas raro cohabi
tant: Nam nec uolunt uirqȝ si uelint liceat:cuȝ hu
mana omnia:tum in primis pudicitia hodie ma-
le tuta est:presertim ubi forme egregie iuncta est.
Sunt quibus inuidet:sed intra suos fines sese te-
net inuidia:dolet:irascitur:nihil ultra:quidam ille
si inter multorum odia senuere:quidam perpetua
⁊ ad ultimum icōcussa uiguere tyrānide: Quot
assidue placato mari naute: quot per siluas saluis
mercibus pretereunt mercatores: nec pirata il-
lis nec his predo obuius: quam tu mihi formo
sam intemptatam dabis? Casta licet: obsidebi-
tur: oppugnabitur. Quis animus muliebris cor
ruptoribus tot resistet? Admouentur muris sca-
le blanditiarum:machineqȝ munerum ⁊ latentes
sub terra fraudum cuniculi: Si his artib⁹ non pro
ficitur:manu improba vis affertur: Si fidem que-
ris:famosissimos raptus ad memoriaȝ refer. For-
ma multos temptauit:ac tēptandos prebuit:quos
dam strauit: ⁊ uel in crimen impulit uel in morteȝ.
Fuit apud Hebreos exēplū tēptationis acerrime
Ioseph:sed discrimē:prouidentia celestis in gl'iaȝ
uertit. Apud graios Hippolytus ⁊ Bellerophon
tes apud uos Spuria ne temptaretur proprijs se
manibus deformauit. Non apud primos virgo
Thamar:non apd secundos Graia Penelope:nō
apud tertios romana Lucretia tuta fuit:nō apud
omnes plurime uel temptate passim uel oppresse.

Hi sunt forme labilis ⁊ caduce fructus:qui psepe
non opulentas tantum domos:sed ingētes urbes
⁊ magna nōnunqȝ iperia euerterūt. Note sunt hi
storie. Certe nisi formosa adeo esset Helena: Tro-
ia māsisset icolumis: Nisi tam formosa Lucretia:
Romanum regnum non tam uelociter corruisset:
Nisi taȝ pulchra Uirginea:nec tam cito decemui
rale illud imperium defecisset:nec Appius Clau-
dius tantus legifer Romanus libidine victus:fa
mam in rostris:vitam in vinculis finisset. Deniqȝ si
formose minus inumerabiles alie fuissēt: non tot
rapte aut decepte:in tot pbra tantasqȝ anime rui-
nas ex arce pudicitie cecidissent: Quare effectus
forme bonos quos inueneris:renūcia:ut cum ↄtra
rijs cōparentur. ¶ Gau. Formosissimus filius est B
mihi. ¶ Rō. Forma hec Messaline cuiuspiā cuȝ
libidinem excitarit: elige utrum vis: aut neget ⁊
amātis impio occūbēdum aut annuat: ⁊ Claudij
gladio pereundum erit. Castitate igit mortem:ad
ulterio aūt nihil preter exiguam leti morulaȝ que
fierit: ⁊ hoc sibi illa inclyta ⁊ excellēs forma con-
tulerit. In hoc ergo ut in reliquis mediocritas bo
na:si extremoꝝ alterum eligēdum eēt:forma gra-
tior:ſȝ gibb⁹ est tutior. ¶ Gau. Est mihi nata pul-
cherrima. ¶ Rō. Circumspice insidias: vim caue
to: Iasonem putas aut Theseum aut Paridem
vnum esse: Mille sunt. Filiam habere sollicitudo
est laborqȝ:formaȝ adijce:metus fit:queȝ nisi mor
te aut senectute nō fugias:nuptijs nanqȝ alterius
in domum metum trāsferes:nō extingues. ¶ Gau. C
Preclara natorū forma glorior ⁊ exulto. ¶ Rō.
Gloriari ⁊ letari forma sua iuuenes:uanum utiqȝ
sed vulgare est: Gaudere aūt senem forma iuuenū
suoꝝ:quam uanitate plenam:ni desipiat: obiectā-
qȝ periculis videt:stultum prorsus ⁊ insanie proxi
mum. ¶ Gau. Celestis filij forma est. ¶ Rō. Legi
sti reor Iliados Homerice librū quartum ⁊ vigesi
mū:vbi Priamus de Hectore suo loquens. Non
inquit apparebat viri mortalis filius sed dei:dixit
hoc ille:sed Achilles ei ostendit hois illum morta
lis filium esse non dei: Et tui nunc filij celestis for-
ma quā memoras:memēto:eripi fedariqȝ potest:
⁊ dū durat:quanti precij sit extimatio prupta est.
Hos errores tamē ⁊ has nugas paternus amor
immodicus ⁊ recti iudicij hostis parit. ¶ Gau.
Formosissima mihi filia est. ¶ Ratio. Ut nil aliō
sumptuosissima domus erit.

¶ De filij fortitudine ac magnitudine. Dia.LXXIII.
¶ Gau.

St mihi filius vir fortis. ¶ Rō. Quanto
e ille est fortior:tāto tu timidior sis oportet.
In nullos eni hoies plura pericula qȝ in sui
contemptores:hoc est viros fortes cōgerit fortu-
na. Nec immerito: Ceteri enim sese abdunt: euitant
qȝ impetū:illi se obijciunt fulminanti. Recurre me
moria preteritum tempus: Fortissimos fore om-
nes violenta morte consumptos inuenies. ¶ Gau.
Fortitudo filij igēs est. ¶ Rō. Fortitudo pulcher
rima virtus est:sed comitata casibus:uarijs para-
tas lachrymas ⁊ instructū feretrum habeto. Om
nib⁹ mors vicina: viris fortib⁹ ↄtigua est. ¶ Gau.
Uir fortissimus est filius. ¶ Rō. Est qui patrie li-
bertatem:forsitan strageȝ hostib⁹:sibi dec⁹:tibi fle
tum aliqñ metum semp afferat. ¶ Gau. Nat⁹ mi-
hi fortis ac magnanimus est. ¶ Rō. At quid aliō D

interfecto in filio Creon gemit: nisi magnanimuz
bellice laudis ardorem? Quid Euander in Pal
lante suo: nisi nouam gloriam armorum ⁊ pre-
dulce decus primi certaminis? Quid aliud Pria
mus Hectorem pauenus monet: nisi ne Achil-
lem solus expectet? Quid ne aliud hunc ipsū ma
ter anxia precatur: nisi ut fugiat bellicosum virū?
Quid deniq̄ aliud uxor Hectoris post viri mor
tem fati ignara timere se dicit: nisi probitatem viri
miseram ⁊ feruorem animi non se in acie continē
tem bellatorum sed ceteros precurrentem: quod
ipsum iam ante ab initio formidabat: ubi euntem
ad bellum his uerbis alloquitur: demonice corrū
pet te tua vis: neq̄ miseris filij pueri ⁊ mei misere
mr̄is que cito vidua tui ero? Quid postrēo Achil
lis genitrix pro nato timida dum diceret: Jam pe
lago terrisq̄ meus queretur Achilles. Et uolet ip
se sequi: dumq̄ illum frustra iā feruentis belli mo
tibus ereptum ⁊ imbecillem tranquilli senis in re
giam inuectuz virgineis latebris occultaret? Om
nes hos quidem fletus ⁊ hos metus nihil aliud
q̄ martia vis ⁊ virt⁹ animosa pepererat. ℂ Gau.
C Ualde mihi magnanimus est filius. ℂ Rō. Ma-
gnus animus sine magna potētia stultitia magna
est. Magnanimitas recta hominum est paucorū:
q̄uis ⁊ qui potentissimi videntur q̄ sint fragiles:
multa etiaz preter mortem: sed precipue mors de
clarat: ut breuiter uereq̄ dici possit. Nihil ībecil-
lius homine nilq̄ superbius. ℂ Gau. Fili⁹ est mi-
hi magnanimus. ℂ Ratio. Gaude ergo: habebis
magnorum conatuuz plenam domum: ocij uacuā
⁊ quietis. Et sepe optabis non tam magnanimuz
filium habuisse. Ad summam: clara est fortitudo:
magnanimitas speciosa: utraq̄ v̄o laboriosa ⁊ tur
bida: tuta modestia ⁊ tranquilla.

ℂ De Filie castitate. Dia.LXXIIII. ℂ Gau.

A c Asta mihi est filia. ℂ Rō. Jucūditas ma-
gna sed sollicita. Quāto eniz castitas ma
ior: tāto in eaz vigilantior libido. Nihil tā
ardenter inuaditur q̄ quod castis excubijs ⁊ femi
neo pudore uallatuz est. Concesso calle corruptor
it segnius: ⁊ permissa tepentius appetuntur: Mul
tū ꝯcupite rei difficilis solet eē custodia. ℂ Gau.
Insignis nate pudicitia est. ℂ Ratio. Est ubi res
optima rei pessime materiam prebet: Magna Lu
cretie forma fuit: sed nil eque hac spectata: matro
ne nobilis castitas uesanum iuuenem in adulteri-
um violentum stimulis egit ardentibus: Sic bo-
norū donis abutitur nequitia reproboꝝ. ℂ Gau.
B Castitas filie nota est. ℂ Ratio. Opta ut perpe-
tua sit. Apud poetam legis: Uarium ⁊ mutabile
semper femina: Quod si Maro non diceret: nun-
quid minus ideo certum esset? Quot adolescentu
las pudicas primum: post lasciuas anus vidim⁹?
⁊ ita presentibus vitijs cum preterita castitate cer
tantes: ut pudice acti quasi perditi temporis peni
tuisse videretur quo nullum fedius illo in sexu at-
q̄ etate ludibrium. ℂ Gau. Castissima mihi est fi
lia. ℂ Ratio. Si seipsam cognouerit sciueritq̄ cu
ius est donum castitas: ⁊ illi gratias agens ad cu
stodiam boni sui totum animuz intenderit: atq̄ in
tutuz intemerata peruenerit: erit: fateor: vnde ⁊ se
cum deo gratias agas ⁊ gaudeas: magis q̄ si il-
lam regijs nuptijs illustrasses: Et tamē interiz: mi
hi crede: quod timeas. Cum sit enim in omnibus

rara constantia: tum in feminis nulla est.

ℂ De optimo genero. Dia.LXXV. ℂ Gau.

o Ptimus gener est mihi. ℂ Ratio. Debet
esse uel filio charior: siquidem filiuz casus
affert: generum electio. Acceptuz igitur fi
lie fer que nepotum debitrix: filium iam nunc de-
dit. ℂ Gau. Generꝝ optimum sors tribuit. ℂ Rō.
Sunt hoc in genere ⁊ fidei insignis ⁊ perfidie ex
empla. Raro uel nunq̄ tam fidelis patri filius fu
it q̄ Augusto Cesari Marcus Agrippa: q̄ Anto-
nio pio Marcus Aurelius: erga quem usq̄ ad il-
lius vite finez: tribus ac viginti annis ita se gessit:
ut non modo amorem eius ac filiam: sed imperij
quoq̄ successionem ut filius fide perpetua ac sedu
litate meruerit. At non talis erga Claudium fuit
Nero: licet is quoq̄ non suis meritis sed matris
ingenio principis filiā nactus ⁊ imperiū. ℂ Gau.
Unanimem ⁊ concordem generuz inueni. ℂ Rō.
Uide ne spes successionis aut honorum competi-
tio: concordiam hanc infringat. Quis enim nō vi
uere illum optet: cuius sibi utilem vitā videt? Sin
autez vita obstare aliquo forsitan aspiranti aut uti
lior mors esse ceperit: seu videri: mutantur habi-
tus atq̄ affectus animoruz: occultumq̄ mox odi
um erumpit. Quante sane inter socerum ac gene-
rum possint esse discordie: ut sileam antiquam Da
nai fabellam: ⁊ Nummianum Aprimi soceri sui
dolo nefario interemptum: Insuper Stiliconem
cupiditate imperij ⁊ defuncti soceri ⁊ generi viuē
tis oblitum: abunde Cesaris atq̄ Pompeij notis-
simum est exemplum.

ℂ e secundis nuptijs. Dia.LXXVI. ℂ Gau.

f Ecundas nuptias celebrabo. ℂ Rō. Si
noscees ad liquidum quid est femina quid
ue de illa magni scribant viri: nec primas
quidem nuptias celebrasses. ℂ Gau. Secundas
nuptias celebrare est animus. ℂ Rō. Si nō te pri
me nuptie domuerunt: iam secundas celebra: si te
nec ille domuerint celebrabis ⁊ tertias. ℂ Gau.
Secundis nuptijs intendo. ℂ Rō. Qui ex primo
coniugio prolem habens nouercam superinducit:
suis manibus in suam domum mittit incendium.
Si inuēta urget: aut libidinosa uellicat senectus:
qua nihil est turpius: posset forsan: ut ciuiliter hoc
potius q̄ honeste dicam: posset inq̄ fortassis utili
us nisi uel peccati materia: uel diuina lege uetitū
esset: concubinali obsequio subueniri: q̄ nouercali
bus odijs domus tranquilla turbari: quod Tito
ac Domitiano susceptis filijs Uespasianus prudē
tissimus princeps fecit: ⁊ etate hac Stephanus
Columneñ. haud imerito inter principes memo-
randus. ℂ Gau. Ad secundas nuptias intendo.
ℂ Rō. Potes id q̄dem ſm leges humanas: diui-
nis quidem legib⁹ patientibus magis q̄ laudanti
bus: nota oib⁹ que de hac re Paulus tractat apo
stolus Certe etiaz apud gentiles ipsos: quibus la-
xior talium libertas permissam rem potius q̄ pro
batam intelligere est. Siquidē multoꝝ mr̄imonio
rum experientiā q̄si legitime cuiusdaz intemperā
tie signum esse uestri maiores crediderūt: que am
plexus Hieronymus q̄ multa cōtra secundas nu
ptias: q̄q̄ acriter scribat: non est promisse breuita
tis inserere: que q̄uis in feminas non in viros eti
am dici omnia videantur: ⁊ haud dubie: sexus il-
le maioris sit debitor castitatis ac pudoris: plus

tamen prudentia ac ꝯstantie debent viri. ¶Gau.
C Secundis mihi nuptijs est opus. ¶Rō. Mira-
rer:nisi mores uestros nouerim:non tm̄ superua-
cua:sed damnosa etiaꝫ uobis necessaria effecistis:
Tu vō durissimi oris sis:si ad te frenandum uxo-
re opus est altera. ¶Gau. Ad secundas nuptias
festino. ¶Ratio. Age age dum feruor durat:cum
refrixerit dolebis:Nō notasti ꝗ̄ dulcis est sopor
in uacuo cubili? Solum illum fedum ꝛ miserum
actum cogitas:qui transit ꝛ vulnerat.

¶De Natorꝫ cōiugio. Dia.LXXVII.

¶Gau.
A Atorum nuptijs sobolez ꝓpagaui. ¶Rō.
n Honestior aliquanto hec quidem cura ꝗ̄
superior: ꝛ tamen sepe vitium propago ꝗ̄
sobolis utilior fuit. Illa dulci mero doliū:hec ama
ris curis animum impleuit. ¶Gau. Nuptui natā
dedi. ¶Ratio. Si proinde sicqꝫ feliciter ꝛ filiā ser
uasti: ꝛ filium:ut modo dicebam : uel filio melius
inuenisti:Si minus ꝛ illam perdidisti: ꝛ tibi ho-
stem tyrannum filie quesiuisti. ¶Gau. Uiro filiaꝫ
collocaui. ¶Ratio. Si bonā:dulce pignus ac sua
ue tibi ereptum alienis laribus inuexisti. At si ma
lam:graui fasce quo alium premeres te leuasti.
B ¶Gau. Filiam viro dedi. ¶Ratio. Noli nimiuꝫ
hinc gaudere. Multis anxie ꝛ infelicis vite prin-
cipiū fuerunt nuptie:ut lete omnia succedant:ope
rosa res est coniunx:in laboriosam coloniam du-
rumqꝫ negocium:quam amabas misisti. Nascen-
tur filij domi illi suus scaturiet fons curaruꝫ. Fin
ge non nasci: ꝛ idipsum miseruꝫ molestumqꝫ. Sic
fecunditas onerosam:sterilitas odiosaꝫ faciet:mā
sisse tecum forsan optabit pietatemqꝫ tuā hāc ode
rit. ¶Gau. Filie virum dedi. ¶Ratio. Ociose fi
nem vite principium actuose:rei sarcinam familia
ris grauem:mundi notitiam:experientiam suiipsi
us. ¶Gau. Filia viruꝫ habet. ¶Rō. At perdidit
libertatem:virginitatem:requiem:non equa ꝑmu
C tatio. ¶Gau. Dedi filio uxorem. ¶Ratio. Graui
or est immissa nurus ꝗ̄ emissa filia:Semper inte-
stinum malum periculosius externo est. Patefeci
sti arcem hosti forsitan aut profecto participi:iam
non solus dominus rex tuarum:refert qualis itra
uerit. ¶Gau. Generosam filio coniugē:quesiui ꝛ
diuitem ꝛ formosam. ¶Rō. Cur quod sequitur
supprimis: ꝛ superbam ꝛ importunam: ꝛ cōiugi
viteqꝫ tue emulam? Inter socrum ꝛ nurum uetus
est bellum : nec soceri maior est gratia sed metus:
vna est amborum ratio. Nullum animal tam pri-
mi loci appetens ꝗ̄ femina. Illum sibi saluis uo-
bis interdictum videns:quid nunc aio uoluat : ꝛ
quid oret:haud difficilis coniectura est. ¶Gau.
D Uxorem filio dedi. ¶Ratio. Quid scis an imor
tale illi tedium tibiqꝫ dederis:an utriqꝫ clandesti-
num forte discrimen? Multe viros socerosqꝫ per-
enni confecere fastidio:quedā uenena ferroqꝫ alie
premere. Quot habebat filios Egisthus si nurum
nullam habuisset? Inuenta est que precipiti libidi
ne dominandi: ꝛ secunde sortis impatientia : quo
maturius virum seqꝫ regnātem cerneret:genitori
proprio causa mortis cum fuisset : supra cesi corpꝰ
currum ageret. Si hec patrum merces:quid spe-
rare debent soceri? ¶Gau. Nuptijs filie celebra-
tis gaudeo. ¶Rō. Quotiens hāc celebritatē dis-
par fedat euentus: ꝛ cantus ꝛ epulas ꝛ choreas
luctus sequūtur ꝛ lachryme ꝛ tumultus? Ineptū
omne gaudium immodicum:ex his presertim re-
bus quibus dolor oriri possit ꝛ soleat. ¶Gaudi-
um. Uxorem filio simul ꝛ filie virum dedi. ¶Rō.
Sarcinas permutasti:alienam tuis:alienis tuam
humeris curam fers.

¶De nepotibus. Dia.LXXVIII.

¶Gau.
Epos ex filio natꝰ est mihi. ¶Rō. Ingēs A
n amor filiorum:iugis cura:habet tamen ꝛ
finem ꝛ metham aliquaꝫ:Si ultra progre
ditur:nullus sollicitudinum modus est: ꝛ ex filio
natus ꝛ qui ex illo nascitur : omnes deniqꝫ tuam
nascuntur in penam:quorum numerus quorsū per
gat seu pergere possit intelligis. Ille quideꝫ Israe
litici parens populi : si sic affectus ut tu es primo-
rum patrum vite tempus impleSSet:quanta queso
curarū sarcina humeris fessi senis incūberet? Pre
ter enim feminas puerosqꝫ ꝛ sacerdotes atqꝫ inha
biles suo de sanguine paucis seculis sexcēta: ꝛ eo
amplius virorū bellantium millia prodiere. I nūc
ꝛ nepotum exercitibus gloriare:in quibꝰ ꝛ si forte
aliqui sint felices:innumerabiles miseri sint opor-
tet. Quid ergo? Amandi sunt non tm̄ filij ac nepo-
tes:sed oēs oino hoies. Amādi inqꝫ in illo in quo
fratres estis omnes:nec curis tamen nec imodico
gaudio indulgendum:ne ꝛ in presens contrarijs
crucieris affectibꝰ: ꝛ aliquādo te gauisum esse pe
niteat pudeatqꝫ quē ut ifantulū ualde dilexeris:vi
rum ualde oderis:quod persepe accidit. ¶Gau.
Natꝰ est nepos mihi. ¶Rō. Quid ꝙ hunc queꝫ B
faustum putas:uel nepotis turpitudine:uel vi for-
sitan fortune infaustuꝫ quādoqꝫ dicturus es diē?
Quid ꝙ tibi natꝰ mox forsitan moriturus: ꝛ plus
tristitie allaturus est ꝗ̄ attulerit letitie? Multi sūt
uarij:subditi ꝛ inopi hominum casus:sed infantiū
innumeri. Si omnes viuerent qui nascuntur:hu-
manuꝫ genus terra non caperet:viuerent dico nō
semper:nam si id facerent homines non essent sed
usqꝫ in senium:usqꝫ saltem ad legitimam etatem:
Stultum est magnum gaudium de re breui utiqꝫ
ꝛ incerta quo nam euasura sit. Qđ ꝛ in filijs ꝛ in
nepotibꝰ uerum est:sed eo magis in nepotibꝰ ma-
gisqꝫ etiā nunc in pronepotibus quo a radice ab-
sunt longius. ¶Gau. Nati sunt mihi nepotes ex
fratre:ex filia:ex sorore. ¶Rō. Hi iam minus ad
te pertinent:hoc gaudium ꝛ hāc patribus curā ce
de. ¶Gaudium. Natus est mihi nepos ex fratre.
¶Rō. Et Anneo Senece Lucanus non exigua C
pars hispane facūdie: ꝛ Mycipse Numidarū regi
Jugurtha nō ultimū exemplū Lybice ꝑfidie ne-
pos fuit regni euersor:fratrum iterfector. ¶Gau.
Natꝰ est mihi nepos ex sorore. ¶Rō. Et Plato-
ni Pseusippus ex sorore nepos ac philosophie ue
lut heres fuit: ꝛ Pericli talis nepos Alcibiades:
turbator pāie ꝛ bellorū grecie ꝯcitator: ꝛ Tarqui
nio superbo Brutꝰ:qui regia illum sede deiecit: ꝛ
vir magnus ꝛ pāie utilis sed aduersus auunculo.
¶Gau. Natus est nepos ex filia. ¶Rō. Ennior D
Pacuuiꝰ uerecūdus ac grauis vir nepos ex filia
ꝛ poetice successor fuit:Antonino aūt pio Cōmo
dus ipudētissimꝰ leuissimusqꝫ hoiuꝫ. ¶Gau. Est
mihi ex filia natꝰ nepos. ¶Ratio. Romulus Re-
musqꝫ Numitoris ex filia nepotes:auū maternuꝫ
in albanū regnū restituerūt:Ancus Martius ex fi
lia Nume nepos:auitū regnū rome tenuit magna
cū gloria:Cyrus autē Astyagis nepos ex filia:ma

ternũ regno auũ expulit Medoruȝ. Que historie eo tendũt: ut de hoc nepotum ortu quantuȝ sperari põt: tantũ possit ⁊ metui.

De filijs adoptiuis ⁊ ꝓuignis. Dia.LXXIX.

Gau.

A a Doptaui mihi filiũ. Rõ. Adoptio pedissequa est nãe: ⁊ cũ sit illa nobilior hec cautior: qȯ ꝙ illa sine ꝯsilio gignẽtis casu quodã: hec adoptãtis certo iudicio opaꝛ. Ga. Adoptõe bonũ filiũ q̃siui. Rõ. Debuisti id qdẽ: si neglectũ: nõ vt genitura sic electio excusabilis: Nihil hẽs in ꝯiugẽ: nihil in fortunã qȯ retorq̃as. Ga.
B Filiũ adoptaui. Rõ. Opportunũ hoc nãe subsidiũ ciuili reptũ iure: multis utile: multisq; fuisse pestifeꝝ ꝯstat. Bonuȝ filiũ adoptauit Nerua: sed Traianũ in sua adoptiõe deceptũ: qbusdã scriptoribus visũ scio. Nã Augustũ in Agrippe nepotis adoptione circũuẽtũ: mox secuta testaꝛ abdicatio In Tiberij aũt uel adoptione uel successione non deceptũ: sed suoꝝ moribꝰ pene coactũ video qȯ ⁊ ꝑmo eiꝰ idicat: ⁊ ꝓfatio testamẽti. At Mycipsa ille cuius pauloante memini ꝓrsus infelix adoptator fuit: qui nõ filiũ sed funestũ draconẽ regie filijsq; suis imiserit: quos ⁊ si moriens hortaꝛ ita viuere: ne ipse meliores filios adoptasse videaꝛ q̃ genuisse: sepe tñ meliores adoptanꝛ q̃ gignunꝛ: Neq; id miꝝ: cũ illȯ expientia ⁊ ꝯsilio muniaꝛ: hoc neutro. Sepe aũt cõtra: nõ peiores mȯ sed pessimi oium adoptanꝛ. Fusca enim ⁊ ambigua merx est homo.
C Gau. Preuignũ bonum hẽo. Rõ. Rarus est ꝓuignus bonus: rarior est vitricus. Gau. bonꝰ est ꝓuignus mihi. Rõ. Ut sit bonus qd ad te: nisi forsan ut cõiugis ꝓcurator gaudeȝ. Tibi eniȝ qd virtꝰ aliena cõtulerit: nisi ut tuoꝝ si quos genueris pãdaꝛ ignauia. Gau. Preuignꝰ est mihi optimꝰ atq; fidissimꝰ ⁊ nulli filio secũdus. Rõ. Fieri id quideȝ potest. Talis Augusto fuit Drusus: sed nõ Claudio talis Nero.

De excellẽti ꝓceptore. Dia.LXXX. Gau.

A e Xcellenti ꝓceptore glorior. Rõ. Alieno necdũ desinis gloriari. Quid ad te eni excellẽtia ꝓceptoris tui? Crede mihi: qȯ sepe itero: itra te sit oportet quod te faciat gloriosum. Gau. Preceptore glorior excellẽti. Rõ. Sine illũ iterim rebꝰ suis ut videꝛ uti ⁊ si libet ẽt gloriari: q̃uis ⁊ si excellẽs uere est: minime id facturꝰ sit: de te aũt post viderimꝰ. Gau. Est mihi ꝓceptor insignis. Rõ. Qualis tu discipulus sis expecto. Ante eni qd ꝓnũciẽ nõ hẽo. Quã multos stultos atq; hebetes habuisse putas scholã Socratis ac Platonis? Quã mltos absq; ꝓceptore ullo: per se ipsos in altũ euolasse: ut ꝓceptoreȝ fierẽt alioꝝ: qui ꝓceptoribꝰ caruissent? Nullũ Uirgilio ꝓceptorẽ legimꝰ. Horatiꝰ Flaccꝰ de suo nihil nisi ꝙ plagosum dixit: vbeꝝ puerilium credo meminerat. Cicero aũt suũ laudibꝰ amplissimis celebrare noluit nec ualuit. Cõtra huiꝰ filiꝰ: quãtis ꝓceptoribꝰ pȓe scilicet ⁊ Cratippo illiꝰ etatis phoꝝ ꝓncipe: si qd ipsi credimus Ciceroni: quãtꝰ nebulo q̃q; famose ebrietatꝭ euaserit notũ est: qui solo pȓis uel tacẽtis aspectu doctꝰ ac sobriꝰ euasisse debuerit. Plato ipse ⁊ si ut supra memini: Socratis magisterio glorieꝛ: maior tñ est glia Socrateȝ excessisse q̃ sub Socrate
B didicisse. Gau. Sciẽtificus preceptor est mihi.

Rõ. Sciẽtia ꝓceptoris discipulo utilis esse potest: gl'iosa esse non põt: qnetiã qȯ mireris: est qui tibi famã minuat: ignauiã exaggeret iactantie excusationibusq; aditũ preclusisti: Quicquid sciueris preceptori dabiꝛ: quicquid ignoraueris tuum erit. Est ergo nõ vnde glorieris: sed vnde aspires ad gloriam. Habes ⁊ quẽ sequi uelis atq; assequi: non quẽ te esse puteȝ ꝙ discipulus eius sis. Est deniq; nõ quod habeas: sed quod habere cupias ⁊ quod speres: idq; nõ sine ingẽti tuo studio ac labore. Gau. Est mihi ꝓceptor assiduus vir clarus. C
Rõ. At illi de quo diximꝰ Ciceronis filio: duo erãt sũmi viri: quorũ alter libris eminus: alter uerbis cominus in eum incubuerat: ⁊ quid ꝓfecerit audisti. Quã multos vȯ e filijs principũ preceptores simul cõplurimos habuisse cõperimus: sed quid refert esse qui doceant si qui discat nemo sit? Patiente idisposito frustra nitiꝛ vis agẽtis. Certe si doctos viros propius spectare uel alloqui: doctos faceret spectatores: ⁊ si paucos virtutis aut doctrine cupidos videamuȝ: magna circa eos esset tamẽ ⁊ importuna frequentia.

De insigni discipulo. Dia.LXXXI. Gau.

i Nsignem discipulum pene filio chanoreȝ casus obtulit. Rõ. Importunum negocium puerilis ingenij nõ equis gressibꝰ ingenium coaptare: ⁊ in vnũ semp infantem defixos oculos atq; animũ habere: ad illius tolerãtiam intellectũ tuũ uocemq; submittere. Quod si discipuli plures sunt: cumulatior fit congeries laborũ: uerti ꝯtinue huc illuc: utq; ait Satyricus: tot puerorum obseruare manus oculosq; in fine trementes. Gau. Unus isq; clarissimus est mihi discipulus. Rõ. Pro vno discipulo claro: multis obscuris iudicijs te obijcis: Quicquid ille deliquit: in tuum caput redundabit. En doctrinã inquient: en facũdiam: en mores: In hoc hoc magistrum inspice: nulla q̃ ingenioruȝ certior effigies. Gau. Discipulum sum nactus illustrem. Rõ. Age ergo magna spes est glorie: ꝓfectus igenio illiꝰ: defectus culpe tue dabitur. Cũ ut Plutarchus philosophus ad Traianum principem discipulum suum scribit: Sermo publicus: delicta discipuloruȝ refundere soleat preceptores: Quod multi legimus passi sunt: Inter quos Quintilianus ⁊ Seneca ⁊ ipse philosophoꝝ pater Socrates. Gau. B
Preclari discipuli sũt mihi. Rõ. Melius si modesti: q̃q̃ uera claritas sine virtutis radio nulla est. Gau. Magni discipuli curam gero. Rõ. Triformi cõgrederis Chimere: hic ut puero prosis: hinc ut parentibus placeas: illinc autem ut rei pu. rationeȝ reddas: quã de tuis manibus exiget: rudẽq; illũ tibi creditũ: eruditũ repetet. Gau. Pueri nobilis mihi cura commissa est. Ratio. Suspecta est etas ⁊ suspecta nobilitas. Illa spondet immemoreȝ: hec superbũ. Gau. Puer mihi creditus me ueretur. Rõ. Quid dices dũ te despiciet adolescẽs: vir fortasse vix nouerit? Nota fides pueri: nota constantia est. Gau. Puer mihi creditꝰ me amat. Rõ. Inexpleto parieti imaginem impressisti: illo crescẽte delebiꝛ: Firmꝰ amor solidam poscit etatem. Gau. Clarus puer edocẽdus in sortẽ uenit. Rõ. Inquieta sors euentꝰ ambigui: quedam ingenia nullo studio eriguntur.

Est ubi pater ipensam:preceptor operaz:puer tēpꝰ amittit. Docilē doce:idocilē ne fatiges:neue illum teq; simul frustra atteras:egere vincit ars naturā. ℭ Gaudiū. Discipulus tener nec idocilis obtigit. ℭ Ratio. Et si in lubrico stas atq; in fluxo struis: age tamen fideliter cōmissum. Si plena etas accesserit poterit meminisse:alioquin sua erit obliuio:fides tua:magnū satis ipsa sibi virtus est premiuz. Conscientia bonorū operū nihil est dulcius: non te retrahat ab honesto desperatio premiorū: quia nullū etiā in hac vita recte factū premio caret:cuiꝰ ut sapiētibus placet fructus uberrimus est fecisse atq; in silentio meminisse. ℭ Gau. Inueni discipulū magne spei. ℭ Rō. Et magne sollicitudinis: et profecto si bonus fiat filiuz tibi cor genuerit:lingua pepererit: Sin malus:hostē qui te diū timuisse recordabiť oderit. ℭ Gau. Discipuli claritas ingēs est qua illustrari spero. ℭ Rō. Moderata claritas oculos delectat:imoderata perstringit. Preterea nullus te nisi tu luceas illustrabit: et si detegat:uerū lumē ab intra esse. ℭ Ga. Magnus est mihi discipulus. ℭ Rō. Nō maior puto q; Senece:preceptorum alios protexit:alios oppressit:discipuli magnitudo his portus fuit:his scopulus.

ℭ De patre bono. Dialˀ.LXXXII. ℭ Gau.

b Abeo patrē bonū. ℭ Rō. Bonū nosse tuū breue est. ℭ Gau. Patrē habeo optimuz. ℭ Rō. Aut ille tibi luctū pariet aut tu sibi. ℭ Ga. Indulgētissimus est mihi pater. ℭ Rō. Si nature ordo seruať:magni fletus hereditas te manet illuq; si peruertiť. ℭ Gau. Patrē adhuc habeo. ℭ Rō. Utere sedulo fugitiua iocūditas pr̄ senex. ℭ Ga. Patrē habeo grādeuū. ℭ Rō. Nō est locus inertie: Festina carpere fructꝰ extremos tam q; ex arbore ruinosa. Charo lateri inhere q̄ztū potes:cupide illū vide ceu cōfestim habiturū: cupidiusq; audi: et extremos monitus memori mente recōdito:desertūq; uelut iter acturus necessarijs permunito. Egebis illo cōsultore:queresq; eū nec inuenies domi. ℭ Gau. Patrē habeo decrepitū. ℭ Rō. Propera nouissima pietatis officia in illū cōgerere dū licet:si qd nūc omiseris:dolebis semper. ℭ Ga. Patrē piū habeo. ℭ Rō. Habes qui ante te mori cupiat: post te viuere metuat. ℭ Ga. Habeo patrē optimū. ℭ Rō. Habes quē priusq; habere desieris vix agnoscas:habes et quē perditum suspires.

ℭ De matre amātissima. Dialˀ.LXXXIII. ℭ Ga.

a Mātissima mihi est mater. ℭ Rō. At tu illi iugis pauor desideriumq; perpetuum. ℭ Ga. Mater est mihi amātissima. ℭ Rō Maximus p̄ris amor:matris uehemētissimꝰ:uterq; talis tātusq; ut vix eū nisi rara admodū filij pietas equauerit. Pulchrū tn̄ honestūq; est inter parētes et filios de amore ac pietate certamē:vincāt qbus largiꝰ charitatis fons celestis affluxerit: At nūc usq; vincere soliti sunt parentes:nec dū adolescentiū ea est pietas:aut maiorū reuerētia que sperare aliud cogat: qd si forte preter spem euenerit: nullū in terris celo gratiꝰ spectaculuz fingi queat. ℭ Ga. Est mihi mater optima. ℭ Rō. Esto illi saltē bonꝰ filius: Scito te illi primū pōdus ac tediuz fuisse:dehinc acerrimū dolorē:post cōtinuū laborē trepidāq; sollicitudinē: Memēto uteri alitriciūq; uberū. Quot illi somnos:quotq; seu cibos seu iocos tuis fletibus abruperis? Quot aut metus aut dolores tuis casibus pepereris: et fortasse nōnunq; periculosa quoq; gaudia? Sepe eniz ut dolor filiorū mortis:sic gaudiū vite miseras matres mori cōpulit. Patuit hoc ultimum eo clarius die quo reliquie cladis ad Thrasumenū accepte Romani sparso agmine repetebant:due matres filijs quos in acie cecidisse referētibꝰ crediderāt: cōspectis insperati gaudij nō capaces efflarūt spiritus: his atq; alijs effectum ut nulla inter homines maior esset ingratitudo:q; que in matrez admittitur. ℭ Gaud. Adhuc annosa superest genitrix. ℭ Rō. C
Quotiens hanc aspicis simul terram intuēs:cogita vnde uenias et quo pergas:q; te angustuz habitaculū emiserit:q; angustū excipiet. De uētre matris proprie in uterum terre matris omnium festinans. Inter utrunq; ergo laxantibus animū atq; raptātibus:superbie atq; auaritie frenū stringe.

ℭ De fratribus bonis pijsq; sororibus ac formosis. Dia.LXXXIIII. ℭ Gau.

p Ios fratres habeo. ℭ Rō. Rarum:nā parentes fere semper amant:fratres sepe inuident sepe despiciunt: Raramq; ideo fratrum gratiam Nasonis ore ueritas clāmat:ubi et fratrum et filiorum et omnium pene:nisi parentuz notatur impietas. ℭ Ga. Fratres mihi sunt optimi. ℭ Ratio. Miror plane bonos esse sat est:sepe enim mali sunt:aliqn̄ et pessimi:eoq; peiores hostibus:quo minus cōtra domesticas insidias est cautele. Q̄ztus aūt sit amor fratrum:ne latentes eruaz neu p̄sentes ledā:satis notissima paria: Mycenei Thebaniq; fratres ac romani indicāt: Que qdez infamia:cur vnius urbis potius q̄z totius orbis sit nō video. Primos mundi fratres aspice: Alter alterius oppetijt manu: Nec dū relatu horridum scelus audis. Siquidē Phraates rex Partorum cuiꝰ supra mētio est habita:preter parricidia in patrē simul ac filiū admissa.xxx.insuper proprios fratres trucidasse legiť nō ueritꝰ tāto ac tali sanguine et regnū male partū stabilire: et metū omnē inuisi consortis extinguere. ℭ Gau. Fratres boni sunt. B
ℭ Rō. Nondū puto patrimoniū diuisistis tūc erū pet iniqtas. Igne aurū:auro animus probari solet. Magna sepe que videť par: pauxillum auri si adhibeas lis erit. ℭ Ga. Pij sunt fratres. ℭ Rō. Celibatꝰ forsan tuus aut orbitas illos tibi cōciliat. Cōiugio detegenť tuo:sed prole melius:spe successionis amissa:que impatiētissimos quoq; multa pati docuit. ℭ Gaud. Amātissimos mei fratres hēo. ℭ Rō. Debet id qdē ita esse nisi liuor obstet aut timor aut cupiditas: et habendi sitis:diuini ois humaniq; iuris dū expleri studet imemor. Inter parētes enim filiosq; q̄ztūlibet sit amoris:cōuersatio tn̄ dispar diuersiq; mores sunt filij: et si cito p̄res videāt:sero agnoscunt. P̄res et si filios statiz amēt sero illos:sepe ēt in senectute suscipiūt. Fr̄es āteq; nascanť et postq; nati sunt in eodē domicilio eisdēq; in cunabulis euo pares v̄sanť ac moribꝰ: ilicet in lucē editi:se vicissim cernūt:vno cibo aliti:ijsdez parentibus:ijsdem socijs:ijsdem ludis:ijsdez scholis:ijsdē preceptoribus ac nutritoribus assuefacti pariter pubescūt:pariter adolescūt. Undiq; paritas multisq; et ualidis nexibꝰ iūctꝰ amor:nisi hos aduētitie soluāt cause:dureq; mētis asperitas frāgat:quod

cõe est adeo ut nesciaꝫ an fraterno ullus amor ma ior esse debeat: an ullũ odium maius sit an idigna tio ulla profundior: tam turbida semp equalitas:
C tã paris ipatiẽs mẽs humana. ¶ Gau. Equos pi osq̃ fratres habeo. ¶ Rõ. Serua illos eqtate mu tua ac pietate. Delicatissima res est amor: serua il lam: difficile querit: facile pditur. ¶ Ga. Sed so rores habeo bonas. ¶ Rõ. Graue põdus sed iu cũdũ: ac fere adolescẽtiũ pm⁹ labor: quo se effecti sui iuris exerceãt: vñ primã pietatis atq̃ indolis famã querant. ¶ Gaudiũ. Bonas habeo sorores. ¶ Ratio. Cura ut ille bonũ fratrẽ habeãt teq̃ su perstitẽ: ꝛ si cõis pater obierit orbitatẽ nõ sẽtiãt. ¶ Ga. Pulcherrime sunt sorores. ¶ Rõ. Custos rei labilis: vigilantib⁹ oculis dolos caue: circũfusa te procorũ cohors excitet: difficilis est vni⁹ forme custodia: qd multarũ reris? tãto exactiorẽ pudici tie q̃ auri curã esse decet: q̃to ꝛ preciosior ꝛ irre cuperabilior illa est. Sane virgineã castitatẽ nul la arte meli⁹ q̃ maturo ꝯiugio ꝑseruabis. ¶ Ga. Formose mihi sorores domi sunt. ¶ Rõ. Ne diu tius tibi sint ꝓuide: multas apti⁹ ornabũt domos.

¶ De bono dño. Dia.LXXXV. ¶ Gaud.

A Ominũ bonũ habeo. ¶ Ratio. An bẽas an uer⁹ habearis cogita: sed loquẽdi mos est: sic dominũ habetis: ut scabiem siue ut tussim. Multa sunt que habent̃ inuitis possessori bus moleste opus quib⁹ nõ liceat caruisse. ¶ Ga. Bonũ dñm habeo. ¶ Rõ. Libertatẽ igit̃ amisisti hũc ꝛ illã vno tẽpore nemo habet. Iã neq̃ sorores de quib⁹ modo agebas: neq̃ filie neq̃ nurus: neq̃ coniunx demũ ipsa: neq̃ patrimoniũ: neq̃ vita in tuto sunt ꝓpter vnũ quẽ habes dñꝫ: habere simul cia desijsti. ¶ Gaudiuꝫ. Bonũ mihi ꝛ patrie dñꝫ sors dedit. ¶ Rõ. Incompassibilia penitusq̃ con traria: Nã si bonus nõ dñs: si dñs nõ bonus: ꝑser tim: si se dñm dici uelit. ¶ Gaud. Bonus est dñs. ¶ Rõ. Boni sunt parentes: boni fratres ac filij eẽ possunt: Amici aũt semper boni alioqn nec amici sunt: dñm bonũ dici blandũ mendaciũ atq̃ adula
B tio nota est. ¶ Ga. Optimũ dñm habem⁹. ¶ Rõ. Rectorẽ populi fortassis ꝛ reipublice defensoreꝫ quo nil actuũ humanorũ acceptius deo ferũt. Iu liũ võ nõ dicã optimũ: sed bonũ: ꝛ nõ potius pessi mũ quis dixerit: qui quod habẽt optimũ: libertatẽ summũ ac precipuũ vite bonuꝫ: suis ciuib⁹ eripit: proq̃ vnius explenda uoragine que expleri neqt tot milia miserorũ siccis oculis intueri põt. Neq̃ eũ ꝛ si non iustitia aut misericordia: saltem pudor a tam mesto retrahit spectaculo: sit licet affabilis: sit blandiloquens: sit postremo munificus in pau cos de multorũ spolijs. Desunt autẽ artes tyran norũ quos vulgus dños uocat carnifices experit̃ hec prestigia attonitis ingerunt luminib⁹: hãc ha mis ꝛ laqueis pretendunt escam: sic credulos au
C cupant̃. ¶ Gau. Dñꝫ habeo prepotẽtẽ. ¶ Rõ. Is in celo vnus est: qui se iure suo dñꝫ dixit ꝛ dici uo luit: Nã terre dñs Augustus Cesar edicto uetuit se dñm dici. Ille deorꝫ deus: iste hominũ Impera tor. Ille maiestatẽ tenuit: iste modestiã. Deniq̃ ꝛ super hoc populũ romanuꝫ grauissime corripuit: Sic enim de ipso scriptum est: Et dñi appellatio nẽ ut maledictũ ꝛ obprobriũ semper exhorruit. Quod successorẽ quoq̃ lõge rebus oĩbus impa rẽ: tamẽ obseruasse copertũ est: qui licet dñandi

auidus: titulo tñ dñationis abstinuit: atq̃ ita se in ter ambitionẽ ꝛ uerecũdiã mediũ tenẽs: esse dñs uoluit: dici aũt noluit: ut qui sciret iniustuꝫ esse qd cuperet: saltẽ exprobrationis iniuriã vitaret. Duꝝ enim superbũq̃ ꝛ graue nomẽ est dñs: illic maxi me ubi amor libertatis ac seruitij pudor est. Secu tus horũ uestigia Alexander hic romanus prin ceps ut priuato sibi nõ altius scribi uoluit: Nã ille alter macedo: non dñs mõ: sꝫ de⁹ dici uoluit: Quẽ secuti aĩo huius tpis latrunculi: vna urbe uel alte ra vix insidijs oppressa: nõ tantũ dici uolũt: sed di ci hoĩes erubescũt atq̃ ad iniuriã trahũt. ¶ Gau. Dominũ habeo uere optimũ. ¶ Rõ. Uere vn⁹ est dñs: quẽ si hẽs bonestissima regnisq̃ felicior serui tus tua est. ¶ Ga. Iustũ dñꝫ regẽq̃ optimũ habe mus. ¶ Rõ. Inter regẽ ꝛ tyrannũ nõ discernunt Graij ꝑm q̃ poeta nr̃ de rege loquens ait: Pars mihi pacis erit dextrã tetigisse tyrãni: Apud uos aũt ut intersit nõ nisi propositũ viteq̃ series facit: Qui iustitia regit ac regit̃: ille demuꝫ uer⁹ est rex. Atqui ex altiore fastigio nõ salutis publice specu lator sed priuate libidinis ꝓcurator: uel rapinam cogitãs uel vindictã cupiditati aut iracundie sue paret ꝛ rapidis atq̃ effrenis animi motibus cedit is malorũ dñorũ seruus: ꝛ si altior cũctis appare at: sceptroq̃ aureo ac ueste purpurea superbus in cedat utiq̃ rex nõ est: sed ꝓpter exercitiũ aut sup pliciũ populi promotus predo: eoq̃ loci posit⁹ vn de liberiori seuiens flagello: atq̃ hos ꝓbãs: illos puniens: cunctos uexans ꝛ agitãs: ignarus quidẽ ac passioni obsequẽs: nutu tamẽ illi⁹ qui mala bo nos uertit in usus: iustũ dei iudiciuꝫ iniustis licet ac scelestis manibus exequat̃: quasi equã pij iudi cis sentẽtiã tortor seuis. ¶ Gau. Iustũ piũq̃ regẽ habet patria. ¶ Rõ. Rarũ bonũ ꝛ reipublice feli cissimus status: nisi presens gaudiũ futuri metus reꝝ feliciũ: semp suspecta breuitas minueret: amis siq̃ desideriũ mox uẽturas cumulatur⁹ miserias obseruaret̃ animis humana nascentiũ: uolubilẽq̃ fortune rotã: que nil prosperũ longũ finit: linit qui dẽ mali sensum consuetudo: insueta deijciũt: vnde optimũ quidã semp ꝓspero caruisse diffiniũt: qd nõ dicerent si ꝓsperitas duraret. ¶ Gaudiũ. Iu stũ ꝛ clementẽ regeꝫ. ¶ Rõ. Illo superstite mori opta ne mutatã regni sortẽ lugeas. Bonus enim bonũ raro sequit̃: malũ peior: sepe peiorẽ pessim⁹.

¶ De serenitate aeris. Dia.LXXXVI. ¶ Gau.

F Erenus est aer ac iucũdus. ¶ Rõ. Iã qs arguat celestẽ humi animũ herere: In ae re illũ appenditis: ꝛ amorẽ uestrũ in eo po nitis elemẽto quo nullũ instabilius. ¶ Gau. Aer serenus atq̃ trãquillus est. ¶ Ratio. Expecta: di cto citius nubilosus erit ac turbidus: alio te sub ce lo positũ credas. ¶ Gaud. Serenus ac tranqllus est aer. ¶ Rõ. Quanto mallem serenus ac trangl lus esset animus tuus: Utilis quidem illa sereni tas stabilisq̃ tranqllitas: quaꝫ nec nubes occupẽt nec quatiant uenti. ¶ Gau. Seren⁹ est aer. ¶ Ra tio. Non serenum omne statim optimum. Immo võ prouincias nubilosas serenis esse salubriores ꝛ in hoc occidentem prelatum legimus orienti. ¶ Gaudium. Aer hic lucidus me delectat. ¶ Ra tio. Delectari in operibus ac factura dei minime uetitum: modo in deum uelut omnis boni fon tem tota animi delectatio reflectat̃: ꝛ in reb⁹ tem

poralibus eternus rerum conditoꝛ laudetur: Alio quin attende quod scriptum est: Si vidi solē cum fulgeret: iquit Iob: ⁊ lunā incedētē clare: ⁊ letatū est coꝛ meū in abscōdito: ⁊ osculat⁹ suз manū meā ore meo: que est inıqtas maxima ⁊ negatio contra deū altissimū? ℭ Gau. Serenissimus est aer: talis utinā semp sit. ℭ Rō. Nō semp modo sed diu talē ferre nō possis. Tempoꝝ vicissitudo peroptima iu re a multis sed pꝛecipue a Cicerone laudata est. ℭ Ga. Serenissimus est aer: atq3 utinā nō mutet. ℭ Rō. Nescis q̃ cito sui tediū hec serenitas allatura sit. Nil tā delectabile q̃ nō idētitas inamenū reddat. Nullum efficacius remediū ꝯtra vite fasti dia: q̃ tēporū locorūq3 varietas. Hac fouet ⁊ pascit mens humana: Et ut ait Augustinus: qui qualitate reꝝ nō potest: saltē uarietate satiatur.

ℭ De pꝛospera nauigatione. Dia. LXXXVII. ℭ Ga.

n Nauigatione utoꝛ pꝛospera. ℭ Rō. Sentio Neptunus tibi laqueos tendit. ℭ Gaud. Trāquillū se mihi pꝛebet mare. ℭ Rō. Insidiosa tranqllitas: atq3 ita dixerim: esca naufragij. Si semp turbidū esset mare: nullus hominū nauigaret. ℭ Gau. Mare mihi blandum ⁊ suaue est. ℭ Rō. Suspecta suauitas pꝛedonū: blanditie: mine sunt. Hec facies maris repēte mutabit: cē aliud putes monstroq3 gelidus queras: ubi est equoꝛ illud quod laudabam: vnde vo hi tam multi tamq3 hoꝛribiles aquarū mōtes: vnde hic pendētium fremitus ꝓcellarum: ⁊ minacibus spumis surgētes fluctus in nubila? Nesciunt nisi experti quid est mare ⁊ q̃ feroх belua: quid ue illi a poeta mōstri nomē impositum. Nihil enim monstruosius in reruз natura: nihil cui sit minus fidei: minusue cōstātie: Nullius rei transfoꝛmatio tā crebꝛa tā periculosa tā subita: Nihil deniq3 seu mollius dum iacet: seu dum surgit imitius. ℭ Gau. Placidū nunc equoꝛ immotumq3 est. ℭ Rō. Terre ipse subsidūt dehi scuntq3: tu pelago tribuis ut consistat: simulat⁹ toꝛ poꝛ: Noli fidere sepe foꝛtunā retentare dementia est. ℭ Gau. Nunc saltē placide nauigaui. ℭ Rō. Nullum ferū animal sic in laqueos ruit: ut nō aliqd dulce pꝛesentiat. ℭ Gau. Pꝛospere nauigaui. ℭ Rō. Et sacrilegi ꝓspere nauigant: ⁊ viri sanctissimi naufragant. ℭ Ga. Nauigaui felicit. ℭ Rō. Crede mihi si pergis infeliciter nauigabis.

ℭ De Uotiua poꝛt⁹ appꝛehēsiōe. Dia. LXXXVIII. ℭ Gau.

i Iam poꝛtū attigi iā in littore sedeo. ℭ Rō. Multi in poꝛtu pereūt: plures in littore ꝑmutasti periculū nō fugisti. ℭ Gau. Terrā attigi. ℭ Rō. Ita hoc dicis quasi terre discrimina uel minora uel pauciora q̃ pelagi q̃uis occultioꝛa sint. Nonne hoc in equo posuit is qui utrobiq3 multa ⁊ grauiora pericula per uarietatē ꝑtulerat. Neq3 vo sine causa pauper ille scrutatoꝛ aquaruз apud Statium moriens: hyemes: notosq3 laudat: ⁊ experti meliora pericula ponti. ℭ Gau. In terra sum. ℭ Rō. Casibus eo pluri⁹ patēs quo plus hominū terras icolit q̃ maria. Si quidē maxima pars maloꝛū homo homini est. Sic ide moꝛs per uenit: vnde auxiliū debebat: ut sileam pestiferas animantiū species: quibus ea pars rerum scatet. ℭ Gau. Terra sub pedibus saltē stabit. ℭ Rō. At qui sepe nō stetit: atq3 antiqua preterea Achaiāq3 ⁊ reliquā Greciam ⁊ Syriam atq3 alias ubi ⁊ urbes hauste olim funditus ⁊ collapsi mōtes ⁊ demerse insule: ut omittam ueteres uestrorum montiū casus Etne ac Uesevi: apud uos nuper ipsa urbiū caput roma contremuit: quodq3 ciuilis belli tēporibus pꝛo monstro habitū. Alpes hac etate grauissime tremuerunt: ⁊ cōuulse rupes altissime solis radijs insuetum a seculis pꝛebuere iter: Hispanie ⁊ Germanie bona pars corruit. Uidisti modo stātes urbes: vidisti solidas arces atq3 oppida: paucis post dieb⁹ miserabile spectaculū atq3 terrificuз humi passim strata omnia: quin ⁊ solito mestiorē rhenum ipsum quasi flentē labi defoꝛmatā ruinis utramq3 ripā: eamq3 pꝛecipue que edificijs oꝛnatioꝛ fuerat q̃rulis abluentē uoꝛticib⁹. Desine iaз securꝰ eē ubi securitas nulla est. ℭ Gau. Sub pedib⁹ terra est. ℭ Rō. Nō tam certa sedes domicilij q̃ sepulchꝛi. ℭ Gau. Ad terram peruenisse gaudeo. ℭ Rō. Similia similibus gaudent: ⁊ tu terra es. ℭ Gau. In terrā redij. ℭ Rō. Nondū quidē: sed redibis cito.

ℭ De carceris exitu. Dia. LXXXIX. ℭ Gau.

i Iuuat carcerē euasisse. ℭ Rō. Est ⁊ hec: fateoꝛ: intermissa gratioꝛ libertas ac reddita q̃ seruata: sed nō oīa que delectāt ꝓsunt: a sepe nociua sunt dulcia: ⁊ amara salubꝛia. Sepe nō carcer modo sed moꝛs utilis fuit: sepe vita ⁊ libertas inutilis. ℭ Gau. Carcerē euasisse gaudeo. ℭ Rō. At qui modo gaudebas poꝛtū appꝛehēdisse nūc gaudes poꝛtū euasisse. Carcer multis poꝛt⁹ multis refugiū ⁊ arx fuit: ⁊ in libertate perituros seruauit: In vinculis ligata ⁊ clausa diligētius asseruant. Nesciūt moꝛtales ceci quid expediat: ⁊ idcirco mala sua cōcupiscūt ⁊ assecuti gaudent vnde moꝛ doleant. Ne ue longius exemplū queras: vidisti nuper virū illū animosi ⁊ magni potius q̃ constantis incepti: qui aduerso tempore se patronū romane reipublice pꝛofiteri ausus: ipse sibi tribuni nomē assumpserat: Dehinc uariante foꝛtuna urbe depulsus: romaniq3 pꝛimū pꝛincipis: post pōtificis lapsus in carcerē: utrobiq3 bene habitus atq3 honeste: tandem leua alite emissus: gladijsq3 hostiū nō occisus tantūmodo sed discerpt⁹: puto moriēs carcerē suspirauit. ℭ Gau. E carcere let⁹ erupi. ℭ Ratio. Ibis per rostra turbida litibus: per B plateas urbiū tumultusq3 negocioꝝ: ⁊ tempestatē libertatem putans gratulaberis: dum quem clauis vna concluserat mille stringent laquei: Cunq3 leti omnes e pꝛocellis poꝛtuз petant: vnus tu nauta mirabilis: e poꝛtu letus in pꝛocellas redis. ℭ Gaudiū. E carcere digressus gaudeo. ℭ Ratio. Bonum in hoc ut in reliquis consilium erat: neq3 nimium gaudere neq3 nimium dolere: sed equanimitatem omni in statu ceu vite gubernaculum tenere: in tanta pꝛesertim caligine futurorum: neq3 tam miserum est: ut fertur intrasse: neq3 tam faustum carcerem exiuisse. Quotiens carcer libertati hostis: pꝛopitius est saluti: quotiens optata uotis omnibus libertas in perniciem ⁊ in moꝛtē uersa est. ℭ Gaudium. Exiui ex carcere. ℭ Ratio. Latioꝛi de carcere multi hominem casus eripiunt ex angustioꝛi autem sola moꝛs eruit. ℭ Gaudiuз. Molesto de carcere discessi. ℭ Ratio. Potes in hunc carcerem reuerti: in illum alterum cuз semel exieris non redibis hoc in tempore.

ℭ De tranquillo statu. Dial. XC. ℭ Gau.

A r Ebus rite cōpositis trāquillus ago. ℂ Ra
tio. Scilicet ut tua nauis fluctibꝰ maris: sic
animꝰ vite curis explicitus: portū attigit la
boꝝ ac terroꝝ: Sed nō ita est: nūcnūc maxime me
tuendū: nescis ꝙ res hoīum nō stant: qui uolubili
in rota sedet altioꝛ: is proximus est ruine. ℂ Gau.
Optato cūt oīa. ℂ Rō. Bn̄ ais: eūt oīa: nihil eniꝫ
manet. Ante ergo q̄ꝫ felix videare: spei forte aliqs
post locus est metui: ad extremū luctui: gaudio au
tem nunq̄ꝫ: gaudiū loquor uerū: donec ad uera ⁊
stabiliora bona peruentū sit. ℂ Gau. Rebus ꝓui-
sis humanitꝰ ꝯquiesco. ℂ Rō. Sūma rerū huma-
narū labor ⁊ meror: In his igiẗ regescis? Durū ca
put: ⁊ lodice ferrea: ⁊ spinoso recubās puluinari.
B ℂ Ga. Opipare prouisa sunt oīa. ℂ Rō. Expecta
ta puto mercium nauis applicuit: periculū euasisti:
extruxisti domū: exarasti aruū: potasti vineā: riga
sti prata: compegisti aream: inseuisti arbores: effo
disti riuos: texuisti sepem: colūbariū erexisti: misi-
sti greges in pascua: apes in aluearia: semētē in sul
cos: nouas merces in maria: tuto loco collocatum
fenus: plena arcula: diues aula: cultus thalamus:
referta horrea: spumās penu: prouisa dos filie: con
iugiū nato: empta populi gr̄a blādo ambitu: parta
suffragia: proniū ad te opibus summis atqꝫ hono-
ribus stratū iter: O feliceꝫ te: Restat ut gaudeas.
Hec ni fallor conclusio tua est: mea v̉o lōge alia re
stat ut moriare. Rarū ualde inter hoīes: ut multo
studio q̄sitis: multo fruanẗ tp̄e: lōgus labor: usus
C breuis. ℂ Gau. Prospere rebꝰ eūtibꝰ stabili in sta-
tu sum. ℂ Rō. Quo autē rebꝰ euntibꝰ tu stes vide
ris: ego nēpe nō video. ℂ Gau. Rebꝰ ad uota fluē
tibus letus sum. ℂ Rō. Nunc igiẗ tp̄s est morien
di: speras ne hic diu aliquē letū esse? Morere dum
letus es: anteq̄ꝫ esse mestus incipias. Quod iā di-
xi repetā: Est enim minime tediosa reꝝ utiliuꝫ sed
iucunda repetitio. Meministi ergo quid apud Ci
ceroneꝫ: Lacon ille ait seni Rhodio Diagore leto
tūc ualde leuibus licet ex causis quas audisti su-
pra cuꝫ de palestricis agoremꝰ: Morere Diagora
inquit. Non enim celū ascensurus es. Grauiter id
quidē: Nam qd amplius expectet aius letꝰ in hac
rerum tāta uertigine: nisi ut letus esse desinat esse
tristis icipiat. Itaqꝫ opportūe admodū Diagoras
ꝯsilio paruit amici: spectante quidē ⁊ plaudēte po-
pulo: inter victoꝝ filioꝝ amplexus ⁊ oscula expira
uit. Scriptū est in libro noctiū atticarū: Et ad sum
mā plures gaudio q̄ꝫ tristicia periere. Oibus ergo
qui sapiūt: sed maxime gaudentibus mors optan-
da: de hac semꝑ ⁊ presertim in tēpore ꝓspero cogi
tandū: illa cogitatio reliquas frenet. ℂ Gau. La-
boraui en quiesco. ℂ Rō. Omnes quidē id spera-
tis: sed erratis in hoc oēs. Stilus enim vite alius
multumqꝫ finis a proposito diuersus. Hec tua re-
quies aut breuis aut falsa est: aut quod est uerius
utrunqꝫ: quid hic requieꝫ somniatis? Sic catenis
vinctus libertatē: eger sanitatē somniat: sic sopitus
esuriens opimas dapes: sed en dies ultimus ade-
rit isqꝫ confestim discussurꝰ hec somnia. Nolite aūt
falli somnijs atqꝫ opinionibꝰ falsis: quibꝰ est plena
vita mortalis: Nolite uobis hic requiem spōdere:
Credite mihi tota quies hoīum post laborē mors.
ℂ Gau. Oia que in rē visa sunt suppetunt. ℂ Rō.
Superuacua in rebꝰ plura sunt q̄ꝫ necessaria: sed
hic humani animi mos est: ut professus ascensū ce

li tanto studio se oneret: quanto vix exonerare de-
buerat: Itaqꝫ peregrino fasce curuatus: dū in altū
niti vult ruit ⁊ pro celo illi terra est. ℂ Ga. Cumu
lata sunt omnia iam in portu sunt. ℂ Rō. Nauiga
tionis in fine igiẗ. Est enim presens vita simillima
procelloso mari. Illius finis in littore: huiꝰ in mor
te: uterqꝫ portꝰ recte dī. Profecto aūt magna pars
mortaliū aceruandis vite adminiculis anxia iter
ipsos apparatus rerum moritur: nilqꝫ iam usitati-
us q̄ꝫ ut vite studium mors preuertat: paucis acci
dit ut ad optata perueniant: hisqꝫ ipsis tā cito diu
turni questus usus eripiẗ: ut gaudij breuitas que-
dā uelut accessio sit doloris de quo multos in mor
te queri solitos notū est. ℂ Gau. Iam peractis la-
boribus securus viuo. ℂ Rō. Et inter viscū ac la-
queos secura auis uolitat: piscis inter hamos lu-
dit: inter plagas fera. Sepe ubi periculi plus est ⁊
pauoris minus: ars fortune est ut licentius feriat:
metū demit. ℂ Gau. Per omnē vitam laboraui ut
in finem quiescerem securus. ℂ Rō. Securitatē ⁊
quietē tuā in precipiti collocasti: ⁊ vixisti mestus
vt letus morereris: non insulsum vite mortisqꝫ con
silium: mndo de securitatis ⁊ quietis ⁊ tristitie ⁊
gaudij qualitate conueniat. ℂ Gau. Omnia vndi-
qꝫ conquisiui: quibus instructior vita esset. ℂ Rō.
Immo uero quibus mors molestior: Egisti plane
negocium medicorū: iam frequentes aderunt stra
tumqꝫ circumstrepent: Aderunt captatores testa-
mentarij: Erunt ⁊ qui gaudium premant: ⁊ qui fle
tum simulent: ⁊ qui tenacem spiritum: feram mor-
tem taciti increpent ⁊ qui crisim seruent: ⁊ qui pro
nosticis inhient: ⁊ qui cadauer aureum prestolen-
tur: tot hec tibi conquisita: vndiqꝫ vite conferūt in
strumēta: nō ut meliꝰ viuas: sꝫ ut comitatior moria
ris. Non penitus operam perdidisti: Iam ⁊ comi
tes languenti: ⁊ libidine sumptus: ⁊ funeris pom
pa non deerunt. ℂ Gau. Conquisita sunt omnia:
quiescendum est. ℂ Rō. Iam dixi: vite requiem
⁊ solatiū querebas: laborem mortis ac tedium in-
uenisti. ℂ Gaudiuꝫ. Cuncta disposui: prosperitas
parta est. ℂ Rō. Cōgessisti fallacissime ac fugacis
sime spei nidū: que ubi primum adoleuerit euolet:
mestum ⁊ uacuum cor relinquens sepe uel in plu-
mis pereat. ℂ Gau. Longo succedit quies labori.
ℂ Rō. Breuis ipsa adeo fortassis ut nulla potiꝰ di
ci possit. Multorum sepe studiuꝫ annorum in mo-
mento excidit: immo cuꝫ semper fere gradarij sint
progressus: raro non repentini exitus reruꝫ sunt.
ℂ Gaudium. Per longas curas ad securitatis ini-
tia uentum est. ℂ Ratio. Sollicita multuꝫ de prin
cipijs humana curiositas: fineꝫ ceca nō prospicit.
Densa uenturi caligo temporis mortalis acieꝫ fru
strauit obtuitus: deliberatio utiqꝫ nostra sit consu
matio fortune: Dicam melius: dei est: cuius in ma
nibus sortes sunt hominum: non quas ipsi uobis
opinione uestra speqꝫ improba fingitis sed quas il
lale prescientia sua videt. Eius est autem illa uox:
Stulte: hac nocte animam tuaꝫ repetunt a te: que
autem parasti cuius erunt? Comminatio horren-
da: que nisi spes somnosqꝫ mortaliū interrūpat: ob
surduistis haud dubie.

ℂ De Potentia. Dial.XCI. ℂ Gau.

P Otentia magna sum. ℂ Ratio. Ergo ⁊ in
uidia. ℂ Gau. Potētia multa suꝫ. ℂ Rō.
Et in periculis multis. ℂ Gau. Potentia

sum ingenti. ℭ Rō. Et laboribus infinitis ⁊ inextricabilibus curis. ℭ Gau. Multa possum. ℭ Rō. Quo plus in alios potes: ⁊ plus alij in te. ℭ Ga. Potentie est plurimum. ℭ Rō. Quo potētie magis: eo maius in illā imperium fortune tepide se exercet in paruis: uberem eligit materiā. In magna lignorū mole: crepitantius seuit incēdiū: magna prosperitas: magne uiā facit aduersitati. Nec quenqȝ facile plane miserum videbis: qui non ualde felix habitus fuerit. Non potest ignoti homi(n)is nota esse calamitas. ℭ Gau. Quod uolo ⁊ possum. ℭ Rō. Cura ergo ne quid mali uelis: ⁊ scito quo potētie plus: eo plus esse negocij min⁹ uel licētie. ℭ Gau. Potētia ingens sum. ℭ Ratio. Quid scis an diuturna. Piget exequi potentes breui ad impotentiam: seu qui reges ad infamie seruitium sunt redacti. Uepricosi ⁊ lubrici sunt humanorum gradus ascensuū: tremulus uertex: precipitiū horrendum egre conscenditur ad eminentē statū: anxie ibi consistitur: grauiter inde ⁊ repente descenditur: Id sic esse non singuli tm̄ reges aut populi: sed maxima etiam testantur imperia. ℭ Ga. Armis atqȝ opib⁹ potens sum. ℭ Rō. Uera ⁊ firma potentia in virtute fundata est: Fundamētum si detraxeris: quo maior: eo periculosior structura. Quid iplere opibus domos iuuat: arua ligonib⁹: maria classibus: si intus interea domestici hostes animū oppugnāt atqȝ expugnant? Uis ut te potentem fatear: illos doma finibusqȝ tuis pelle: vince iram: vince cupiditatem: vince libidinem: vince teipsum fame atqȝ anime hostē tue. Quenā ista potētia est: vincere alios passionibus suis vinci. ℭ Gau. Fundata in solido potentia est. ℭ Rō. Quo pacto cū vita ipsa mutetur assidue. O quid tumes imbecillum animal: de potētia disputas: de anima interim periclitaris: quā dicto citi⁹ uel nature vis occultior: uel exigui morsus animalis: uel extremi contemptissimiqȝ hoies sepe potentissimis abstulere. ℭ Gau. Potētia egregie stabilita est. ℭ Rō. Ubi q̄so? In harenis ac fluctibus: an in uento: an in ipsa: ut perhibēt: fortune rota: quin tu amice: male susceptā pone fiduciam. Nulla hic stabilis potentia: utqȝ uel improprie exprimam quod sentio nulla potentia potēs est.

ℭ De gloria. Dial. XCII. ℭ Gau.

Sed inueni magnam gloriam. ℭ Rō. Magna in exiguo qualiter explicentur non intelligo. Si temporum: si locorū angustias metiare: magnam hic gloriam non esse fateberis. Non ingeram tibi ut terra omnis punctus est: cui⁹ ipsius partem maximam natura fecit inhabitabilē atqȝ inaccessibilem fortuna: ut tempus presens pūcto minus: idqȝ ipsum semper instabile fugeqȝ tam rapide: ut vix illam aio sequi possis. Due relique temporis partes semp absentes: ita ut altera nos lubrica memoria: altera expectatiōe anxia fatiget ut omne simul tēpus: aut diluuijs: aut estu nimio: aut peste aliqua: aut celi inclemētia uel terrarū aut deniqȝ per seipsum lapsu proprio ita discerptū atqȝ cōfusum sit ut vna sepe etas prope nil habeat commune cum altera: Neqȝ minus in tpibus q̄ȝ in locis videas exiguo iteruallo notissimū nō agnosci. Hec inq̄ȝ ⁊ que sunt id gen⁹ plurima trāseo. Uulgata sunt oia: qbus ligdo ceı nir que nā hec mortalis ac terrena glorie magnitudo est. ℭ Gau. Quā ꝯditio mea fert gloriā sum adept⁹. ℭ Rō. Si indi

gnā: breuem hercle: At si dignam gaude: non ꝙ habeas sed quod meritus sis. ℭ Ga. Gloriā quesiui. ℭ Rō. Gloria uera nisi bonis artibus non querit: Unde tibi partum nomē vide: sic intelliges an glīa uera sit: famam si casus dedit: eripiet. ℭ Ga. Multum est glorie. ℭ Rō. Caue ne quā gloriam ueram putas: imago falsa sit glorie. In rebus hominum multa regnat illusio. ℭ Gau. Plurimū est glorie. ℭ Rō. Ut nemo pauper magne pecunie famā querit nisi ut fallat: Sic nemo ignauus magne virtutis opinionē: Uterqȝ tamē sibi conscius quicquid de se alij loquant: q̄ȝtum uel pecunie in arcula: uel virtutis in animo sit. ℭ Gau. Insignis est gloria. ℭ Rō. Si ex merito: modeste utere ne superbie illi notā applicueris: Si minus: fac ne diu populum fallas. ℭ Gau. Prefulgens est gloria. ℭ Rō. Uel mereri stude: uel graue non tuū indumētum exue Inglorium esse prestiterit: q̄ȝ mendacio gloriosum. Uera etiam gloria cum labore seruatur: qd de falsa speres. Cum omnis fictio difficilis sit: tum difficillima est quā multi vndiqȝ obseruant. Rari nempe sunt gloriosi: hos ꝓpter dissimilitudinē obscurum atqȝ inuidum vulgus odit. Graue est inter tot hostium insidias latere: prestringere omnium oculos non potes in te tanto studio defixos. ℭ Gau. Gloriosus appareo. ℭ Rō. Melius forsitan lateres ⁊ certe tutius. Hoc grauiter dixit is qui multa leuiter: Bene qui latuit: bene vixit. ℭ Gau. Clarus lateqȝ notus sum: longeqȝ conspicuus. ℭ Rō. Liuor abdita penetrat rimaturqȝ: putas cōspecta pretereat? Quid quod pauci sunt quibus expediat apparere ⁊ conspici: pauci quorum fame nō noceat ad plenū nosci? Notissimū claudiani dictum Minuit presentia famā: Quanto magis illam minuit notitia. Raro sunt hoies qd̄ videntur. ℭ Ga. Gloriosus videor. ℭ Rō. Caua nube circūdat⁹ delitescis: Si parumper emerseris: quo plus glorie false fuit: eo uere plus erit infamie. ℭ Gau. At gloria uera est. ℭ Rō. Id nemo te melius nouit: Ita demum si externi iudicis incorruptū animum tuis in rebus assumpseris: gloria quidē ut sapiētib⁹ placet: quasi q̄dam vmbra virtutis est: Illam comitatur: illam sequitur: quādoqȝ etiā antecedit: Quod in adolescentibus clare indolis videmus quos ante perfectam virtutē ꝯcepta de illis spes hominū claros facit: que quibusdā uelut stimulis generosos modestosqȝ animos excitat atqȝ erigit ⁊ impellit ad equādā spem ciuiū suorꝫ: stultos aūt tumidosqȝ ꝑcipitat. Hinc trāsformatio illa ridicula clarorū adolescentiū in obscuros senes. Laus qdē sapienti utilis: stulto nocet. Ex his vides vmbrā per seipsam esse non posse: rei cuiuspiā sit oportet. Uis ne igitur gloriam ueram esse: fac ut uera ⁊ solida virtus sit.

ℭ De bñficijs i multos collatis. Dia.XCIII. ℭ Ga.

Beneficia in multos ꝯtulisse gaudeo. ℭ Ratio. Multos ingratos experiens dolebis. ℭ Gau. Beneficia in multos effudi. ℭ Ratio. Recte ais: Nā si accipientium animos intueare: beneficiorum magna pars perditur. ℭ Gaudiū. Multi meis beneficijs sunt obstricti. ℭ Ratio. Quidam se obliuione relaxabunt: alij forsan iniurijs beneficia pensabunt: ut cessent iniurie: non cessabunt querimonie: q̄ȝ multi de benefactorib⁹ que-

runtur suis: Iniquum fateor: sed cõmune adeo: ut non tam crebre de hostibus sint querele. Audisti apud Lucanum de Pompeio querentem Photinum: apud Senecam vero Sabinum de Augusto. Quid uero te ad litteras aut antiquitatem uoco. Urbes medias contemplare: Uici omnes lamentis talibus pleni sunt. Omnis autem ingratitudinis triplex: nisi fallor: causa est: inuidia scilicet que dum impẽsa alijs beneficia suas ducit iniurias in se collata non aspicit. Superbia que uel se maioribus dignam censet: uel preferri sibi aliquem indignatur. Cupiditas que muneribus nõ lenitur sed accenditur: et dum querendis inhiat quesita nõ meminit. Possem breuius: totius mali causam stultitiam dicere: Ea vero non huius tantũ: sed malorum omnium causa est ignorantia ueri boni opinionũque peruersitas. Hinc nimirum pestes animi prodeũt superbia in primis et cupiditas: quibus nullum obsequium non contumax: nulla largitas non angusta est. ¶Gaud. Beneficus fui in multos. ¶Rõ.

B Aristotelica quedam magnanimitas fertur meminisse collati: accepti aũt beneficij obliuisci que sententia et si colore non careat: apud me tamen uerus magnanimus contemptor mediocrium atque humiliũ est rerũ: atque ideo quecũque egerit: magna quamuis iudicio plurimorũ: parua sunt animo maiora quedã et rariora uoluenti: Contra si quid acceperit quo alteri fiat obnoxius: quamuis exiguum graue est libertatem amanti atque ad excellentiã aspiranti quoue quamprimum solui leuarique uelit. De hac igitur re Annei Senece dictum probo: Beneficiũ inquit qui dedit taceat: narret qui accepit. Eleganter nempe duo beneficientie seu uenena seu vulnera sunt. Hinc exprobratio largientis: hinc recipiẽtis obliuio utraque mater ingratitudinis ac beneficij nouerca. Illa ingratitudinẽ parit in altero: hec in se. Illa quoque beneficium in se extinguit: hec in altero. His tot malis aptissime illo Senece consilio medeare. ¶Gau. Multis benefeci. ¶Rõ. At

C pluribus non fecisti: qui se spretos et contemptos dolent. Est aũt: nescio quidem vnde firmior offensarum quam beneficiorum tenaciorque memoria. Sepe singulis beneficijs aut nullos aut singulos amicos obliuiosos et tepidos: hostes aũt tibi multos feceris memores ac feruentes. ¶Gaud. Multis multa ac magna contuli. ¶Rõ. Sunt multi quibus profuisse periculũ sit: quidã paruo amicũ: magno hostem beneficio quesiere: quod et exigui debitum leue retributio prona est: magna autẽ et debere pudet et piget reddere: et nihil est tertium nisi ut desinat esse cui debeat qui inuitus debet. Ita dum debentem pudor beneficij expertos dolor agitat inter Scillã et Charibdim fertur cymba benefici effectumque ut multos qui parce atque illiberaliter tuti vixissent liberalitas insignis in discrimen traxerit. Siquidẽ inter malos impune bonum esse non licet: durũ dictu: sed dicendũ tamẽ. Animal ingratius homine nullũ est. ¶Gau. Late me beneficũ

D prebui. ¶Rõ. Quidam sunt benefici: nec tamen beniuoli quos magnitudo hominũ necessitas multa largiri cogit: His etiam quos non modo nõ diligunt sed nec noscunt quidem: quibus si se ob beneficia charos sperant: ualde eos fallit opinio. Nemo facile non amantẽ amat. Mutuus nexus animorum ac reciprocus est amor. Munera sepe necessitati: amor vero iudicio tribuitur. Ut ergo beneficia bene collata: et leta fronte pioque animo dignis exhibita nunquam gloriosa negauerim: sic multa: immo vero partem maximã seu hec dantium seu accipientium culpa est perdi ac proijci: nemo usque est qui dubitet. Et est facilior breuiorque ac rectior: quam supra tibi ostendimus: amando scilicet ad amorem via qua pergenti uerum quoque si benefici nomẽ accesserit: clarũ te supraque fidẽ multis amabilem efficiet. ¶Gau. Multa et magna contuli. ¶Rõ. In rebus nõ quid sed qualiter quoue animo fiat: refert apud deũ atque homines: et magna sepe inuisa et modica grata sunt: nudũ pre omnibus cor attendi: et sacrificio pauperis probatur et munere.

¶De Amore populi. Dial. XCIIII.

P Opulus me amat. ¶Rõ. Subsiste paululum mox oderit. ¶Gau. Populus me diligit. ¶Rõ. Ne propera: nondum finis: ut dies vnus sic vita omnis a fine describitur. ¶Gau. Populo charus sum. ¶Rõ. Quis illi Scipionibus charior: quis Camillo: Quis rutilio ac Metello? Quid Themistoclem loquar aut Milciadẽ quid hoc genitum Cimonem aut Aristidem: quid Thesea: quid Solonem: quid Hannibalem: quid Lycurgum: qui ciues oro te: quam quisque quam breuiter populo suo charus omnium notus finis: et uel in cõtemptum: uel in odiũ uersus amor atque indigna rebus premia: fori labor: accusatio: mors: exiliũ: catene. ¶Gau. Multis in populo charus sum. ¶Rõ. Malis igitur pauci enim boni: atque malorum malis artibus queri amorẽ cõstat. Si vero similitudo quedã parit amicitias: ut prudẽtibus placet: qui sis estima: qui multis in populo charus sis. ¶Ga. Populus me amat ¶Rõ. Serenũ hybernũ: aura estiua: quies maris: lune status: amor populi: paria hec si conferantur mobilitatis ultimo palmã do. ¶Gaud. Populus me honorat. ¶Rõ. Labijs credo: cor aũt eorũ longe est a te: nõ est enim tibi fidelior quam deo: raro quicquam ex animo facit vulgus nisi tumultuari et furere et seuire. ¶Ga. Populus me veneratur. ¶Rõ. Nõ faciet diu: facile enim ruit: quod nõ certo iudicio stabilitũ est. ¶Gau. Ardens in me populi fauor est. ¶Rõ. Ardẽti principio sepe mediũ tepẽs: finis algidus fuit: quod aut crebrius ulla in re quam in studijs populorum cernas. ¶Ga. Populus me laudat. ¶Rõ. Stultorum laus apud doctos infamia est. ¶Ga. Populus me suspicit. ¶Rõ. Leui rerum alternatione despiciet: semper enim alterum extremorum tenet medium vero nunquam: ut qui habitantẽ ibi hostẽ metuat. ¶Ga. Populus me colit. ¶Rõ. Mirabor si tã inculto cultore fructifices. ¶Gau. Populus bñ de me sentit. ¶Rõ. Sine ullo delectu iudicare solitus utrãque in partẽ: Itaque vulgi sententia vos inter iudices contrarij argumẽtũ est. ¶Ga. Populus bñ de me estimat. ¶Rõ. Suspecta sanis ingenijs estimatio insanorum. Mallẽ te populo incognitum quam probatũ. ¶Gau. Populus multa de me loquitur: ¶Rõ. Et tu ergo popularibus auribus fidis atque ageris quod licet magnis olim viris euenisse noueris: non minor tamen est uanitas gaudere flatu tenui et incerto. ¶Ga. Populus me miratur. ¶Rõ. Et ego te miror qui hoc in gloriã tuã trahas. ¶Gau. Populus me amat. ¶Rõ. Nõ hec laus sed fortuna est tua populi mos est ut sepe amet indignos: sed a quibus indigni amoris sepe dignissimã fert mercedem.

¶De occupata tyrannide. Dial. XCV.

¶Gau.

Nuasi tyrannidem in ciues meos. ¶ Rō.
i Rependisti dignam vicem stultis amanti
bus. Illi te equo altius extulerunt: illos tu
iniquo iugo seruitij depressisti. ¶ Ga. Tyrannidē
arripui. ¶ Rō. Abstulisti libertatē alijs: securitatē
tibi: regem utrisq;. ¶ Ga. Tyrannidē consecutus
sum. ¶ Ratio. Statum certi laboris euentus am
bigui: sed ut plurimum infelicis. Non te ad histo-
rias ueteres atq; externas mittā: Quis Pherei
Alexandri exitus? Quis Dionysij Syracusij?
Quis Agrigentini Phalaridis? Quis Annonis
peni. Quis Elearchi Heracleensis? Quis Ephi
rensis Aristotini? Quis Lacedemonij Nabidis.
Quis Hipparchi deniq; Atheniēsis: quē occidis-
se immortalis gloria interfectoribus fuit. Nō ad
recentiores atq; domesticas: Cassium Meliumq;
⁊ Manliū Romanos ciues: Catilinam quoq; ⁊
gracchos: ⁊ Apuleum: non tyrannos quidem: sed
tyrannidē affectantes: inq; impijs conatib⁹ depre
hensos: ceptoq; prohibitos atq; oppressos. Non
postremo ad illos qui maiores non meliores iusti
uelo iperij trucē texere tyrannidē atq; iniustā Ca
ium scilicet ac Neronem: Domitianum ⁊ Commo
dum ac Bassianum reliquosq; eius ordinis: solo
nomine principes: quorum mens tyrannica ac ty-
rannicus finis fuit: Sed ad alios quos auorū pa
trumq; memoria: seu etiā quos etas ac regio pre
sens vidit: Hos ego ne distantibus te fatigem: cir
cumspicere ⁊ contemplari iubeo: videbis usitatū:
⁊ cōmunē tyrannorum exitum: aut gladium: aut
uenenum: uereq; illud a Satyrico dictum dices:
Ad generum cereris sine cede ⁊ vulnere pauci de
scendunt reges ⁊ sicca morte tyranni. ¶ Gau. Ty
rannidem in ciues exerceo. ¶ Rō. Predam atq;
carnificinam auro implendus ⁊ sanguine auri si-
tiens monedula tenaxq;: nec missura cutē nisi ple
na cruoris hirudo. Sed qua fronte: quoue animo
seu sanguinē illum fundis: pro quo seruando si ho
mo esses: sanguis tuus ultro tibi fundendus erat:
seu ciuibus tuis aurum rapis: quod diris predo-
nibus largiaris: spolians qui tuis pascendi opib⁹
fuissent ditansq; a quibus omni ingenio extorquē
dum legis: sic maiorum uel exempla: uel monita
viluerunt. Sed hoc pessimum habet tyrannorum
vita: ut quibus fidendū est metuant semper: fidant
q; quibus fidei nihil est: totumq; hoc malum: hinc
immeritis irrogate iniurie faciunt: hinc indignis
erogata beneficia: ⁊ ambitione turbatus ordo rerū
amici ex hostibus: hostes ex ciuibus. ¶ Gau. Ty
rannus patrie mee sum. ¶ Rō. Nunqd id esses si
illam tuam esse patriam meminisses? Si obserua-
retur animo publice matris effigies: nūq̄ fratres
lacerares tuos: cum quib⁹ equam pueritiam atq;
adolescentiam egisses: eodem celo usus: ijsdē aqs
ijsdem atq; sacris: ijsdem ludis ⁊ luctib⁹: qua nūc
mēte de illorū tergo potes ludere: atq; illis flenti-
bus gaudere: qua postremo impudētia in ea urbe
viuis in qua vitam tuā oībus scis inuisam: mortē
cunctis optabilē: ubi esse neminē certus es qui nō
male pditū te uelit lupū mitti de grege seuissimū
¶ Ga. Tyrannidē accepi. ¶ Rō. Si preterito pre
sens tempus confers: duram te ac miseram subijs
se sarcinam intelliges: Tutam agebas ⁊ quietam
vitam: dehinc nisi sceleri iungis amentiā: Nulla
tibi sine metu ac tumultu animi dies: nulla nox

ibit: nullus non suspectus cibus: nullus sopor im-
perterritus: dum ubiq; ceruicibus impendentem
videris mucronē: quem amico opes fortunasq; su
as miranti: nō inepte monstrasse tradit Dionysius
tyrannus quidē: sed tyrannidis estimator acutissi
mus. ¶ Ga. Ferro mihi tyrānidē acqsiui. ¶ Rō. E
ferro quesitam: ferro etiam seruaturus: ferro forsi
tan amissurus. Preclaras plane diuitias compa-
rasti esse omnib⁹ odiosum atq; terrificum: quodq;
hinc sequitur tibi te ppetuo graue metu. Ut enī
periculi nihil sit: quod in quibusdam urbibus na-
tura ciuiū prestat apta seruitio: quando tamen pa-
uor aberit animo recolēti: quid ille hui⁹ q legiti-
mi nomē habet imperij metator ac fundator p̄m⁹
audiuit a laberio romano equite: necesse est inquit
multos timeat quem multi timent. Cuius dicti ra
tio illa est: quā posuit Naso: Quia quē metuit qs
q; perire cupit: Positam prius ab Enneo: ubi ait.
Quē metuunt oderunt: quē quisq; odit perisse ex
petit. Ut tamen ⁊ periculum ⁊ metus etiā omnis
cesset: quod nonnullos tyrannorū uel nutrita publi
cis malis audacia: uel nota ciuium spondet igna-
uia: An nō saltem ullus est pudor his preesse qui-
bus te subesse sit dignius: preter iniustam vim re-
bus omnib⁹ imparē. ¶ Gau. Tyrannidem indui. F
¶ Rō. Humanitatē ergo ⁊ iustitiam exuisti: simul
procellosam vitam ⁊ cruentam aut certe dubiam
mortem elegisti. Infelix de quo sola patria que te
genuit atq; aluit mortē speret. An vo nō ille sat mi
ser est quem miserum uolunt omnes. At nō ille mi
serrimus: qui tam miser esse non possit: quin sit di-
gnus esse miserior. ¶ Gau. Habeo summum inter
ciues locum. ¶ Rō. Habes in ciuibus tyrannidē
in arenis domum: in uepribus stratum: in prupto
sedē: in rapinis inopiā: in miserijs inuidiam.

¶ De regno ⁊ imperio. Dial.XCVI. ¶ Gau.
Ecce autem iure rex sum. ¶ Rō. Id enim A
vo occultum diu esse non poterit: quid in-
e tersit inter regem tyrannūq; iam diximus.
Quid autem iuuat dici regem si tyrānus
es. Nō in specioso cognomine sed in uera iustitia
regis regniq; salus sita est. Min⁹ mali reor in que
situm dominiū reformare: teq; de reliquo sic age
re ut rex uerus appareas: q̄ regnum iure partum
in quo iuste successeris parenti tyrannica uexatio-
ne diripere: Plus enī uere laudis in progressu ac
fine q̄ in pncipio rex est. ¶ Gau. Rex sum. ¶ Rō.
melius sub iusto rege ageres atq; tranquillius q̄
rex ipse. ¶ Ga. Regni soliū ascendi. ¶ Rō. Lo-
cum late conspectum patentemq; omniū indicijs:
eoq; periculosum ignauie: laboriosum vo difficilē
q; virtuti. Bon⁹ enim rex seru⁹ est public⁹. ¶ Gau. B
regni solio euectus sum. ¶ Rō. Ut meritus videa
re: tuas res teq; ipsum obliuiscere: populū tuū ⁊
rēpublicā cogita: Quo die primum rex fuisti: tibi
moriēs: alijs viuere icepisti: qōq; durissimū est in-
gratis ⁊ iniqs estimatorib⁹ laboris tui. ¶ Ga. In
regiā ueni. ¶ Rō. Aliqd ibi forsan periture glie re
pertur⁹: sed getis nihil. ¶ Ga. Iuste regno. ¶ Rō.
Bn̄ agis gratissimāq; rē deo. Scito aūt fuire te q̄
rulis ⁊ vix tibi ante obitum gratiā relaturis: ra-
ro tā iustus quisq; regū fuit: ut non ebr[illegible]ior popu
lo successor foret. Is cum uenerit alter optabitur.
Hi sunt vulgi mores: odisse presentia: uentura cu-
pere: preterita celebrare. Quando ergo defuerint

querele: si omne presens bonū sordet: nilqȝ omniū placet nisi qđ cruciat seu pditū seu speratū. ℭ Ga.
C Sceptrum ⁊ diadema sortitus sum. ℭ Rō. Fulgidas compedes: claramqȝ miseriam: que si plene omnibus nota esset: crede mihi non totiens vno de solio litigarent duo: sed plura essent regna q̄ reges. ℭ Gau. purpurā indutus sum. ℭ Rō. Non cultus exterior: sed internus habitus ⁊ mens regia regē facit. Alexandri romani principis dictuȝ fuit: Imperium in virtute non in decore cōsistere. ℭ Gau. Ad regnū puchor. ℭ Rō. Nūc in dubio uertitur subiectorū status an felices ea que hic fingitur felicitas an miseri sint. Nempe mortalis regni felicitas rex bonus: te in dubio labor manet ⁊ graue negociū. ℭ Gau. Rex sum: nil nō licet regi. ℭ Rō. Nulli minus: Immo vō quod oliȝ licuit iā nō licet. Et forte si de regno licentiā aucuparis: nō te regem noueris sed tyrannū. ℭ Gaud. Rex sum atqȝ omnia possum. ℭ Rō. Immo nihil nisi quod decet regem: cuius: ut dixi: minor licentia q̄ priuati est. Sin hoc calle uoluptatē petis: falleris: ⁊ tota: ut aiunt: erras via. Uoluptas a tergo longe est:
D hac ad laborē itur ⁊ ad gloriam. ℭ Gau. Rex suȝ eritqȝ mihi iam certa tranquillitas. ℭ Rō. Immo si qua olim fuit perijt: Stultus nauta qui relicto portu in altum uela facit: tranquillitatem querens. ℭ Gau. At romanus Imperator fact⁹ suȝ. ℭ Rō. Clarissimū nomē: sed durissimū offiñ. Magna seruare difficile est: quid collapsa erigere: sparsa colligere: recuperare perdita: deformia reformare: ⁊ deserti culturam ruris multisqȝ diu neglectam suscepisti: multis egent dura arua legionibus multis prata riuis arentia: estuandū algendūqȝ tibi est si successerit: Tu hinc laudem: reliqua successor tuus metet: Illi seueris: fera est messis: multas poscit estates. ℭ Gau. Ascendi ad imperium: iā quie
E scam ⁊ securus viuam. ℭ Rō. Falsa te habet opinio: nunq̄ minus: tu ne in excelsum montem ut uentos ⁊ fulmina euaderes ascendisti? Non legisti Horatianum illud: Sepius uentis agitatur ingens pinus: Et excelse grauiore casu decidunt turres: feriuntqȝ summos fulgura montes? Et quanto aliter de hac status eminentia sentiebant experti pncipes: Augustus ⁊ Diocletianus quorum alter: ut legimus: de dimittendo imperio cogitauit: alter autem dimisit imperium: nec reuocatus assensum dedit. Quanto aliter Marcus Aurelius ⁊ Pertinax: quoruȝ primus adoptione ad spē imperij euocatus: solito tristior: effectus mirantibus amicis: multa de malis imperij disputasse: alter iperator effectus semper imperium horruisse memoratur. Magnus est ad imperium ascensus: magni in imperio labores: magni quoqȝ cū ascenderis ex alto casus. Si mihi non credis: Julium Cesarem interroga: Caium quoqȝ calliculam: ⁊ Claudiū ⁊ Neronē: ⁊ Galbā: Othonē: Uitelliū: Domitianū: Cōmodū: Pertinacē de quo proxime dictuȝ est: Bassianū preterea ⁊ Macrinū cū filio Diadumeno: fedissimūqȝ omniū Heliogabalum: longeqȝ dissimilē moribus Alexandrū: utriusqȝ etiam quod mireris cū filio matreȝ: Maximos quoqȝ ⁊ Maximianos: ⁊ Maximos: ⁊ Gordianos. Preterea ⁊ philippos: ⁊ Deciū: Gallūqȝ: ⁊ Uolusianū: ⁊ Ualerianū insigni calamitate notabilē: ⁊ contemptoreȝ paterne miserie Galienū: Aurelianū deniqȝ ⁊ Probū: Julianum: ⁊ Liciniū: ⁊ Constantinum: ⁊ Ualentē: ⁊ gratianū: Ualentinianū: Ac: ne ad fastidiū cuncta complectar: totā illam tyrannoruȝ simul ⁊ principum seriem percunctare: vno tibi ore omnes responsum dabūt: Eodē se calle ad ruinaȝ atqȝ imperium ascendisse: ⁊ tu illic tibi requiē fingis ad securam vitam: ubi omnes periculū ⁊ laborem multi miserabilē vite exitum inuenere? Non hoc sibi fingebant illi quatuor: quos ab initio nominaui: Non Antonij pij principis maternus auus Arius Antonius homo sanctus: ut historie loquunt: ut ego fateor: vir prudens Neruā miseratus q̄ imperium accepisset. Uere enim frustra principes pmit inuidia: cum illis potius miseratio debeat. ℭ Ga. Sum imperator ⁊ ulcisci possum. ℭ Rō. In hostes publicos forsitan non in tuos. Illis enim si uerus es princeps: hoc tuo ascensu securitas parata est: priuatis affectibus pietas publica frenuȝ stringet. Non potes huius autem illius hostis esse: ex quo pater omnium esse meruisti. Jd in ciues princi iuris est: quod in filios patri. Justus pnceps pater patrie est: Nullum ex omnibus titulis hoc gratius summus ille principū Augustus accepit: vt qui compresso adolescētie impetu: patris nomē implere decreuerat: Tibi ergo qui hostes fuerant iam filij sunt. ℭ Gau. Imperator sum ulcisci potero. ℭ Rō. Uti hac potentia non debebis: ⁊ sic habe: summi imperij potestatē excellentibus ⁊ fortune paribus animis esse uenie materiā nō vindicte cuius eo auidior quisqȝ: quo vilior infirmiorqȝ animi ac viriū est: Qua in re meminisse pfuerit illud Hadriani principis: qui ut scriptum est: vni quem capitalem habuerat: factus imperator dixit: Euasisti generosum plane uerbū ac magnificuȝ uereqȝ Cesareū. ℭ Gau. Imperator sum eritqȝ iaȝ thesaurus par impense. ℭ Rō. Ad rapinam uox hec spectat: est ut aliarum rerum: si sumptuū fluxus gdaȝ ac uorago: cui nihil est satis: Longū est mortaliuȝ hac in parte sed in primis romanoꝝ principum furores stilo equare: paucos tamen ex omnibus eorumqȝ ipsoꝝ pauca de multis attingā. Conspectissimus ille quidem Caij furor: baias atqȝ puteolos ponte iungentis atqȝ illum tumidi maris sinū primum equis: mox quadrigis triūphaliter pmeantis: quid aceto liquefactas memorem margaritas precij ingentis: appositosqȝ conuiuijs panes aureos atqȝ aureas dapes quibus non famē cōpescere conuiuarū: ut mos est ppositū illi esset: sed imperij opes spargere atqȝ illorum auaritiam irritare. Adde effusos in plebem nūmos turbidosqȝ ⁊ profundo mari iactas moles: durissimas rupes scissas: cāpos equatos mōtibus: ⁊ campis iuga montium: terra illic addita: hinc detracta: tā subito: ut nature miraculū vim passe cuȝ celeritate certaret: Nempe cum dilati preciū operis mors esset: qbus predecessoris sui Tiberij thesauro ingenti diuitijs qȝ omnibus imperij intra anni spatium exhaustis ad inopiā fedissimasqȝ rapinas est compulsus. Illud inter ista nō numero: q̄ Corinthium montem Isthmum perfodi animo destinarat: ⁊ si sumptuosissimum opus tamen vt perhibent nauigantibus utile: quo duo maria iungerentur: ⁊ a Brundusio Athenas aut Chalcidē Byzantiū petentib⁹ flexus ingēs remitteretur Achaie. Huius comes ac victor amentie sequitur Nero: cuius enormiū impensaꝝ

nullus est modus:in edificando presertim:in quo
omnes prodigos ⁊ seipsum vicit. Nulla alia in re
damnosior:ut de illo scribitur:Unus ex mille furo
ribus attingendus est:domus a palatino ad esqli-
num collem porrecta ⁊ magnam partem urbis
occupans:ut non immerito inter conuitia:quibus li
berrima plebis indignatiōe proscissus est:illō quo
qꝫ iactatum sit: Roma domus fiet:uebios migra-
te quirites : si non ⁊ uebios occupat ista domus.
Hanc auream dici uoluit:non inepte quidē signās
nomine precium:auro enim ⁊ gemmis crustata ac
stellata domus fuit:tante altitudinis ut in uestibu
lo collossus centū viginti pedum staret. Intus por
ticus atqꝫ aule laquearibus aureis atqꝫ eburneis
tabulatis: ⁊ conuexa domorū celi instar vi ꝓpria
sese sensim diebus ac noctibus sine intermissione
uoluentia. Stagnum quoqꝫ maris emulū edificijs
qꝫ circūdatū littore urbis in morē: Rura preterea
⁊ pascua ⁊ vineta ⁊ silue omniū generibus anima
lium referte. In hac domo quantū coniecturis ad
uerū via est:illud quod colosseū vulgo dicitur me
dium fuit:cuius nunc etiam ruine stuporez spectā-
tibus afferunt: ⁊ hec omnia:dum quod miraculuz
rei auget: Rome medio consumasset. Ita non di-
cam excessisse:sed nec implesse quidem imperato-
rie domus modum visus est sibi : ut dedicans do-
mum ipsam non amplius miraret̃ q̃ȝ ut hoc solum
diceret: Jam tandez quasi homo habitare incipio.
Mitto illa leuia:ꝙ uestē nullā bis induit:nullum
iter minus mille carucis egit : calceatis argēto usus
mulis:aureo rete piscatus est: Purpureis atqꝫ coc-
cineis funibus ac reliqua fidem excedentia simul
⁊ tediū paritura. Sed quis illa non stupens legit:
stupētiorqꝫ aspicit? Uestigia enim extāt:piscinam
illam ceptā a Miseno mōte : uenturamqꝫ usqꝫ ad
auernum lacuz miris circūseptā contectamqꝫ por-
ticibus:fossamqꝫ illā ab auerno usqꝫ hostiam : per
tantū vie spatiū:totqꝫ obuios montes:ut inducto
mari sine maritimis casibus nauigans ⁊ terre la-
borē ⁊ pelagi fastidiū declinaret: Longitudo qui-
dem:ut nunc incole metiunt̃:nota omnibus:ut Trā-
quillus numerat:millia passuum centum sexagin-
ta. Latitudo aūt duarū capax quinqꝫ remium ex
aduerso iter agentiū neqꝫ se impedientiū cōcursu :
Quod opus si explesset: Italiam omnemqꝫ rēpu-
blicā exhausisset:tātis autē mūdi malis mors sola
cōsuluit. Hūc sequit̃ Aurelius uerus:qui:ut omit
tā cetera:cenā illā fecit:cui si par prādiū facere uo
luisset:nescio an Romana res sufficere potuisset:
Quo audito frater eius Marcus Aurelius : tam
modestie amicus q̃ȝ hic hostis ingemuisse fert̃:rei
publice misertus ⁊ iperio collabenti. Linquo alios
Nimis multi sunt enim:nec me fallit posse ex uo-
bis longiuscula hec videri remedia breuiora polli
citis: Sed delectat interdum doctū seu doctrine
deditum frugiqꝫ hominē stultorū insanias audi-
re:que illi quasi pro contrario signo sint:vnde sibi:
ut aiunt:remis ueloqꝫ fugiendū sciat. Hec autē eo
spectant ut recogites quid est quod thesaurū ipen
se parem speras : Ut enim frugalitati ⁊ modestie
haud sane magnis thesauris est opus:sic prodiga
litati ⁊ luxurie neqꝫ thesauri neqꝫ imperia ipa suf
ficiunt. Et hec causa:non tantū mediocris fortune
homines:sed principes quoqꝫ pene omnes:eos di
co:qui nepotino victui operā dedere:necessario in
rapinas ⁊ predā misit:que multis festinate mise-
reqꝫ mortis occasio fuit. ℭ Gaud. Nunqd vnius ho
minis impense:tot urbes non sufficiēt? ℭ Rō. Hi H
tibi respondeant:de quibus multa diximus:innu
merabilesqꝫ alij:quos par pestis pari dedit exitio
Ad summā uero profundissimum hoc sumptuum:ut
sic dicā:specus:quasi illud olim Curtij non opibus
expleri ullis:sed virtutibus an̄ alias modestia co-
hiberi constringiqꝫ potest. In quod maxime ꝓde-
rit meminisse:alienum esse quod prodigis : ⁊ hic
quoqꝫ vnū aliud Hadriani uerbum sepe ad memo
riam reuocasse:quod sepe ille ⁊ in concione ⁊ in se
natu legitur dixisse. Ita se rempublicā gesturuz:ut
sciret populi rem esse nō propriam optimo princi-
pe dignū uerbū. ℭ Gaud. Regno ⁊ ultio mea est.
ℭ Rō. Tua quidem minime:neqꝫ enim mentit̃ is
qui ait: Mea est ultio. Profecto aūt si uerus es rex:
nihil tuū minus est q̃ȝ ultio: nihil maius q̃ȝ clemē-
tia. Natura utinam:ut apum:sic hominum reges
aculeo exarmasset: Nunc libero animali exemplū
dedit:non eripuit libertatē: Meū est:quod illa nō
cogit hortari. Respice paruum illud sed diuinum
animal:pone ⁊ tu non in vulnere sed ante vulnus
aculeū. Plebeiū eniz illud:hoc regiū: Alioquin ut
sine iustitia:sic sine clementia rex non eris ac ne ho
mo quidē:sed quod in fabulis dici solet coronatus
leo. ℭ Gau. Imperator sum romanus. ℭ Rō. Ha I
bes Augustū:habes ⁊ Neronem ⁊ Uitelliū quez
sequaris. Ad hos tres tota non modo omniū prin
cipū sed hominum turba restringitur. Hinc ergo
tibi ducē elige. Si recētioribus delectaris:habes
eiusdē ordinis Traianū:Deciū:Galienū. ℭ Gau.
Sū Romanus Imperator mūdi dn̄s. ℭ Rō. Fu
it quando id dici ꝓpe ueraciter poterat : quorsum
uero redierint res vides:ut intelligi detur q̃ȝ sit tu
tum stultis ⁊ ignauis magna cōmittere : quanta
prouidentia:quantū in furorē:quantus labor:quā
taqꝫ diligentia:quantū in torporē incidit. Non est K
amplius gaudij materia Romanū imperiū sed hu
mane fragilitatis ⁊ fortune uariantis indicium.
ℭ Gau. Imperio clarus sum. ℭ Rō. Clara nomi-
na:res obscure:mundi fraudes : humana creduli-
tas:hi sunt vnci quibus huc illuc faciles animi tra
huntur. Pulchrum imperij:pulchrū regni nomen:
sed imperiū ⁊ regnū difficillima oium officia si ri-
te gerantur. Alioquin ⁊ periculosa prorsus ⁊ mor
tifera:neqꝫ de nihilo dictum illud regiū laudatur:
Diadema nobilē potius q̃ȝ felicē pannum:plenum
curis periculisqꝫ ⁊ miserijs multis : quem cogno-
scens nemo nō ambiat modo aut parto gaudeat:
sed nec oblatū ultro recipiat:aut abiectū humo le-
uet. Proinde expergiscimini aliqn̄ mortales:ape-
rite oculos:neue semper falsis caligate fulgoribus
uestra metimini atqꝫ estimate corpuscula:circūspi
cite quibus septi estis angustijs : nolite geometras ac
philosophos contemnere terra omnis punctus est
uos caduci ac fragilis ⁊ incerti exitus : ⁊ cum iu-
uenes ⁊ cum sani estis cum morte luctamini: ⁊ cū
ascēdere creditis:descenditis: ⁊ cū stare videmini
tū maxime ruitis:nec ullū aial magis suarū viriuz
obliuiscitur ac sepius uermes semimortui regna ⁊
imperia somniatis : Memētote uos punctū per-
exiguū:seu uerius punctum:ut sic dixerim:puncti
breuis imo ne millesimā qdē pūcti partez posside-
re. Hāc supbi incole ꝑmitis:mox ꝑmēdi : neqꝫ am

plius ex vniuerso possessuri:q̄ꝫ qꝛ frigentibus mē
bꝛis ac pallidis occupatis. Itē nūc ceci ꝛ insani ela
toqꝫ vultu tumidi:qđ natura angustat laxate ais:
ꝛ vincti imēsa ꝛ moribūdi immoꝛtalia cogitate:
inqꝫ hoc nihilo ridiculosas ꝛ insanas insolentia ad
momētū rapidi tpis:hic rapinas:hic iniurias:hic
vīdictas:hic spes anxias:hic honores uarios:hic
cupiditates inexpletas:hic furores demū uestros
hic regna:principat⁹ ꝛ iperia:hic classes:hic acies:
hic bella molimini. Cū multū insanieritis:siue ipe
ratores fueritis: siue aratores:seu diuites:seu mē
dici:coꝛpus uestrū putris terra: vita uestra fum⁹
leuis:magno flatu pulsus fuerit: ꝛ vix tandē sero
quidē cognoscetis viam hanc fuisse non patriam:
totūqꝫ hoc regni ꝛ imperij falsū nomē. ℭ Gaudi.
L Imperatoꝛ factus sum. ℭ Rō. Stulti cū impera-
tores fiunt:homines se esse non recolūt aut fuisse:
Quale est illud Tiberij Cesaris:qui amicū uolen
tē cū cōmemoratione quorundā actuū in memo-
riā pꝛistine familiaritatis adducere:cū vix aperto
ore:hoc vnum uerbū emisisset:meministi:pueniēs
interrupit:nec passus est explere qđ ceperat:sed re
pente ait:Quid fuerim nō memini:uocē impꝛobā
ac superbā: nec amicitiaꝝ modo sed totius huma
nitatis immemorē. ℭ Gau. Ad romanū imperiuꝫ
ascendi. ℭ Rō. Quid hinc gaudes ꝛ in eculeum
ascenditur ꝛ in crucem. Contra ꝟoꝛ in lectuluꝫ ꝛ
in sedile descendit: ꝛ sepius in imo quies habitat.
Nōnullis obpꝛobꝛiū:multis suppliciū:omnib⁹ la-
boꝛ est scandere.

ℭ De Exercitu armato. Dial'. XCVII. ℭ Gau.

Exercitū armatuꝫ habeo. ℭ Rō. Mirabar
A nisi regnū atqꝫ imperiuꝫ exercitus:hoc est
miseria miseriaꝫ sequeret. Atqui Seneca
Scipionē Africanū celoten⁹ attollit:nō quia ma-
gnos duxit exercit⁹: quos ꝛ furiosi nocētesqꝫ du-
xerūt:sed ob egregiā moderationē: quā nunq̄ꝫ cer
te dat exercitus:sepe eripit:sepe minuit: Que eniꝫ
tā solida virt⁹ est:q̄ꝫ tot sceleratoꝝ:totqꝫ carnificuꝫ
cruentoꝝ ꝯuersatio exēpluqꝫ nō deterreat. ℭ Ga.
Magnū hēo exercitū. ℭ Rō. Hēs vn̄ in cāpis vi-
tā agas. Neqꝫ eniꝫ aut urbes exercitui sunt capa-
ces:aut bene ciues togati militesqꝫ cohabitant ar-
B mati. ℭ Gau. Foꝛtissimū habeo exercituꝫ. ℭ Rō.
Habes belli materiā:pacis excidiū:Si hinc gau-
des:ad celestē certe nō ptines ciuitatē. ℭ Ga. Ha
beo exercitū ingētē. ℭ Rō. Hēs utrūqꝫ ad lat⁹ ho
stes armatos:quos nec murus a te separat nec ual
lū:anceps pꝛofecto negociū ꝛ graue. ℭ Gau. Mi
hi multe sunt ꝛ ualide legiones. ℭ Rō. Haruꝫ te
dia nemo facile atqꝫ molestias isolētiasqꝫ dinume
ret:sed tu oīa experiēdo cōdisces: Et quanto sit sa
tius solū viuere q̄ꝫ cū multis legionib⁹ pfecto nul
le iniurie:nulla pfidia:nulla crudelitas castrensiū
moribus cōparāde sunt. Intelliges per teipsuꝫ q̄ꝫ
sit uerus pueris quoqꝫ notissim⁹ ille ꝟsiculuſ: Nul
la fides pietasqꝫ viris qui castra sequunt. ℭ Gau.
C Magni dn̄s ac rectoꝛ exercitus sum. ℭ Rō. Tu-
tius pastoꝛ tigridum foꝛsitan ac ursoꝛū esses. Pos
sunt mansuefieri coꝛda ferarū:at quorundā homi
nū nō pn̄t. Et minant añq̄ꝫ feriāt fere. Odia homi
nū impꝛouiso erumpūt:hi quos tuos reris:qui te
dn̄m uocāt heu q̄ꝫ paruo pꝛecio uenale genus ꝛ in
stabile:q̄ꝫ leuibus ex causis mutabunt: ꝛ ex mili-
tibus hostes fient. Blādi vult⁹ in hoꝛrorē dateqꝫ
tibi dextre:tuā foꝛsitan in pernitiem cōuertent:ne
qꝫ si fiat nouū erit aut insolitū. Ad Placentiā fuit
motus ille terribilis:qn̄ aduersus Julium Cesarē
suus exercitus insurrexit:de quo dictum est: Quē
non ille ducē potuit terrere tumultus: Cesar autē
illa icredibili sua ꝯstantia ac virtute motū omnem
cōpꝛessit ꝛ punitis auctoribus quietauit exercitū
atqꝫ ad obsequiū reduxit. Fecit idē ad anthiochiā
Alexander ille Romanus pꝛinceps successitqꝫ ma
gnifice. Sed ꝓcede paululū:bꝛeui ideꝫ nō ab alio
q̄ꝫ a suis militib⁹ interfect⁹ est. Eodē modo iā perti
nax ante perierat: Sic duo postmodum Maximi
pater ꝛ filius: Sic Balbinus ꝛ Maxim⁹: sic Pꝛo
bus dux clarissimus: sic Gratianus ꝛ Ualētinian⁹
iunioꝛ optimi fratres. Ille a suis legionibus:hic a
suo comite pꝛoditus: Sic inumerabiles alij a suis
hostibus inuicti:suis exercitibus periere: ꝛ quos
milites appellabāt:iuenere carnifices. Uide ergo
quo gaudeas: Tu⁹ hic exercit⁹ trux imitis:utqꝫ ait
ille:belua multoꝝ ē capitū:nihil nō ausura:ira illā
uel inopia uel auaritia irritante. ℭ Ga. Mihi exer
cit⁹ ingēs est. ℭ Rō. Pōpeio qdē Thessalico ꝓlio
ut ait Flor⁹:nihil maius exitio fuit q̄ꝫ ipa exercit⁹
magnitudo: ꝛ ferme in oib⁹ bellis maioꝛ semp exer
citus succubuit minoꝛ vicit.

ℭ De classe instructa. Dial'. XCVIII. ℭ Gau.

Classē hēo istructā. ℭ Rō. Et istructoſ aer
c uētos istructos equoꝛ fluct⁹ ꝛ istructos sco
pulos:terrestre aīal quid tibi cum pelago.
ℭ Ga. Instructa est classis. ℭ Rō. Instructe tēpe-
states:istructa naufragia:periculis tuis gaudes ꝛ
laborib⁹ ꝛ īpēsis:quarū nullus est moduſ. Uestra
rū oiuꝫ isaniarū sūptuosissima est classis. ℭ Gau.
Classis instructa est. ℭ Rō. Hāc celi ꝛ maris ira
disijciet: ꝛ quālibet istructā sparget ac destruet in
opina tēpestaſ:de qua nō cogitare dū nauigeſ stul
ti est. ℭ Ga. Classē hēo in mari. ℭ Rō. Paruꝫ ne
terra uobis discriminū attulerat:nisi maria ēt ue-
xarent: Nō satis est terras vnde nocēs ferrū: qđ
Naso ait:ferroqꝫ nocēti⁹ aurū eruaꝛ effodere. Ipa
quoqꝫ hoꝛrida ꝛ que pⁱmi hoīes tantūmodo mira
bant maria penetrastis:ubiqꝫ laborē:ubiqꝫ pericu
lū cōquirētes: Inqꝫ hoc vnū vigiles atqꝫ folliciti:
segnes ad reliq. ℭ Ga. Magna cū classe maria suꝫ
igressus. ℭ Rō. De regressu cogita:ingredi nēpe
pfacile est. Solet equoꝛ itrātib⁹ planū esse: pgres
sis sepe mōstruosū ac difficile: tū inter hoīes nat⁹
inter delphines ac tritoneſ vitā age:mira uasti ani
mi uoluptas. ℭ Ga. Magna mihi classis ꝛ ualida
est. ℭ Rō. At foꝛtassis utilius tutiusqꝫ uel bꝛeui in
scalino uel sicco de littore insidias piscib⁹ tetēdis-
ses:q̄ꝫ classe armata vim gētib⁹ intulisses. Multis
quidē classis eximia noxiā dedit audaciā:eoqꝫ im
pulit ubi optarēt domi esse. Hoc ꝛ Graij Troia re
duces Caphareū ad montē:noiatim ꝟo Lacede-
mones Arginusis: Syracusio Athenienses in lit-
tore: ꝛ Carthaginēses ad Egates insulas didice-
re. Multa sunt classibuſ pericula:nō ab hostib⁹ tm̄
ſꝫ ab ipso mari. Deniqꝫ cū moriēdi gn̄a plura eēnt
h̄ vnū gen⁹ est aditū. O ceci viteqꝫ q̄ꝫ maxime dīli
giti pdigi moꝛtē vndiqꝫ q̄ꝫ sup oīa timetꝫ arcessitꝫ.

ℭ De Machinis ꝛ Balistis. Dia. XCIX. ℭ Gaud.

Omnis generis machinas hēo. ℭ Rō. Et
o hic quoqꝫ furoꝛ regi⁹ hēre vn̄ multis noce-
as cū uelis quos bn̄ficētissimos hoiuꝫ esse

oportuit. Et ob hoc vnũ regnis impositi ⁊ reges di cti sunt ut regãt hoies atq; ab eis ceu parẽtes co-lanť amenturq;. Quidã ẽt patres patrie appellati cũcta in ꝯtriũ agũt:ut ceu tortores ac p̃dones pu-blici cũctis formidabiles atq; inuisi sint. ¶ Gau. Abũdo machinis ad euertendas urbes idoneis. ¶ Rõ. Quãto meli⁹ extruẽdas fũdãdasq;. Tu for-tasse gloriosius putas euertere: ⁊ videri manif tui tpis policertes: sed nõ semp urbes machinis euer-tunť. Cesar quidẽ bello gallico cum aduersus ha-driaticos turres maximas erexisset: primũ contẽ-ptui hostib⁹ fuit: quasi rez impossibilẽ humanis vi rib⁹ molireť: ubi aũt moueri ⁊ menib⁹ applicari il-las videre: e cõtẽptu in stuporẽ ac pauorem uersi: omissa defensione ad deditionẽ ꝯfugere. Ac ciuili bello ipsius Cesaris dux Brut⁹ ad Massiliã eque erectis atq; admotis parẽ stuporẽ obsessis iniece-rat: s; nõ parẽ metũ: itaq; noctu egressi turres ⁊ ma chinas incẽderũt. ¶ Gau. Abũdo machinis ⁊ ba listis. ¶ Rõ. Oia fere quib⁹ gloriaris ad iniurias alienã poti⁹ q̃ȝ ad tuũ decus spectãt. Quãto erat honestius atq; homie dignius abũdare misericor die instrumẽtis q̃ȝ seuitie: habere qb⁹ hospitalis ⁊ amicis ⁊ egẽtib⁹ esse posses: q̃ȝ qbus urbes imme-ritas oppugnãdo quietẽ publicam perturbares. ¶ Gau. Habeo machinas ingẽtia saxa torquẽtes. ¶ Rõ. Saxa torquere furiosum est. ¶ Gau. Ha-beo machinas ⁊ balistas innumeras. ¶ Rõ. Mi rũ nisi ⁊ glandes eneas: que flammis iniectis hor risono tonitru iaciũtur: Nõ erat satis de celo tonã tis ira dei imortalis homũcio. O crudelitas iun-cta supbie. De terra etiã tonuisset nõ imitabile ful-mẽ: ut Maro ait: humana rabies imitata est: ⁊ qđ e nubibus mitti solet ligneo qdez: sed tartareo mit tiť instrumẽto: qđ ab archimede inuẽtũ quidã pu-tant: eo tpe quo Marcellus Syracusas obsidebat Uerũ ille hoc ut suoꝝ ciuiũ libertatẽ tuereť exco-gitauit: patrieq; excidiũ uel auerteret uel differret quo uos ut liberos populos uel iugo uel excidio p̃matis utimini. Erat hec pestis nuper rara: ut cũ ingẽti miraculo cerneretur: nũc ut reꝝ pessimaruȝ dociles sunt animi: ita cõmunis est ut vnũ quodli bet gen⁹ armorũ. ¶ Ga. Balistis affluo. ¶ Ratio. Melius belli odio ⁊ studio pacis affluere. Cum cetera quidẽ arma ingẽti animi ⁊ degeneris signa sunt: nec pacificis quidẽ grata: ⁊ bellatoribus in-uisa magnanimis. Deniq; sic habeto: Qui balistã primus inuenit ille aut pauidus fuit aut ꝓditor ⁊ nocendi auidus ⁊ metuẽs hostes itaq; cogita-uit: qđ Lucan⁹ ait: Longe tenere neruos. Et quo ferre uelint cõmittere vulnera uẽtis. Idq; de om-ni genere missiliũ puta. Fortis bellator ꝯgressũȝ hostis exoptat: quẽ sagittarius vitat.

¶ De Thesauro reposito. Dial'. C. ¶ Gau.

t Hesaurũ in bella reposui. ¶ Rõ. Res ma lam in usus pessimos. Quãto tibi ⁊ alijs erat utili⁹ hũc ⁊ amicoꝝ ⁊ patrie usibus aceruasse: mariq; necessitatib⁹ idigẽtiuȝ. Ille de mum thesaurus uerus eẽt: ⁊ thesauri p̃cium cele stis: nũc p̃cium est iferni. ¶ Gau. Thesaurus sup petit in usũȝ belli. ¶ Rõ. Thesaurus animi vires extenuat: bellum viros: utrũq; pestiferuȝ. ¶ Gau. Magno thesauro subnixus in belluȝ sum. ¶ Rõ. Solet iste thesaurus possessori suo ꝓdẽdi metum afferre: hostibus lucri spem ⁊ bellãdi simul auda ciã: Quis nõ alacer id in bellum eat: quo q̃rere multuȝ possit nihil amittere: pugnasse quidem fer uide iopem ac vicisse: eũdẽq; mox diuitem refri-xisse: apđ Flaccuȝ legis: Et ꝑfecto si ad clarissima rerũ exẽpla iflecteris: videbis Romanos duȝ fue re pauperes oim gẽtiũ fuisse victores: tum vici ce pisse dum diuites facti sũt: ita ad aductuȝ diuitia-rum discessere victorie ac virtutes: simulq; opuȝ comites delitie ac libidines subiere: ut nõ imeri to scriptores qdem tẽpoꝝ illoꝝ Romane pauper tatis iteritũ q̃sti sint. Uirtutum nutrix optima est pauptas: opulẽtia vitioꝝ. Uictoriam de thesauro tuo speras: hic potius metuẽduȝ: multos pauidos ⁊ ibelles: oẽs tumidos ac supbos: nullum penit⁹ virũ fortẽ fecere diuitie. ¶ Gau. Magnum mihi thesaurum aggregaui. ¶ Rõ. Tibi curas ⁊ iuidi aȝ: hostib⁹ stimulos: furib⁹ sollicitudinẽ addidisti.

¶ De vindicta. Dialogus. CI. ¶ Gau.

A

b Ostis in man⁹ uenit: ultiõis oblata est fa-cultas. ¶ Rõ. Immo expimẽtum tui: an ire mãcipiũ: an clemẽtie sis amicus: Qđ nisi ad utrãq; ferri posses: icertũ eẽt. Multi enim esse credũt quod nõ sũt: expti aũt quid sint: sciunt ¶ Gau. Est mihi hostis in manibus: ulcisci possũ. ¶ Rõ. Alij potẽtie fines sũt: decoris alij: non qđ possis: sed qđ deceat estimãdũ est: ne si quãtũ po-tes uelis: nil posse sit meli⁹. ¶ Gau. Ulcisci possuȝ nil dulcius est vindicta. ¶ Rõ. Ira nihil amarius quã cur qdaȝ dulcẽ dixerit mirari soleo: sin dulce aliqđ inesse ꝯsenseris: dulcedo effera viro indigna ac ꝑpria beluaꝝ: earũq; nõ omniuȝ: sed p̃mordaciuȝ atq; ferociuȝ: Nil humanũ min⁹ q̃ȝ seuitia ⁊ feritas: Cõtraq; nil homini suuȝ magis q̃ȝ miseri-cordia ⁊ lenitas: qb⁹ nihil tã ꝯtrariũ q̃ȝ vidicta est: ⁊ qcqđ animi impetu hõ in hoieȝ cõmittit asperi⁹. Qꝫ si oio vindicte nomẽ dulce est ostendã tibi quo multa cũ gloria uti possis. Nobilissimuȝ vindicte genus est parcere. ¶ Gau. Ulcisci licet. ¶ Ratio. B
multo est satius: multoq; formosius obliuisci iniu riã q̃ȝ ulcisci: Generosior nulla est obliuio: q̃ȝ offẽ se: hanc summus orator summo duci summe laudi tribuit q̃ꝫ scilicet nil soleret nisi iniurias obliuisci. Nihil aũt ꝓhibet vnius laudẽ illi nõ ereptam ad plurimos peruenire. Hoc inter multa p̃cipuũ pre cunctis opib⁹ habẽt animi bona: nõ decrescũt spar sa: nec pereũt. Sume igiť ⁊ tu tibi nobilissimã hãc opinionẽ Cesareã: que te multo faciet clarioreȝ q̃ȝ cyneã tarmadãq; memoria sua. Illa enim nature fuerit hec virtutis. ¶ Gaud. Ulcisci iuuat. ¶ Rõ. Ultionis momẽtanea delectatio est: misericordie sempiterna. Duoꝝ nẽpe delectabiliũ: illud p̃feren-dũ qđ diutius delectat. Fac tu hodie quo perpe-tuo delecteris. Nulla võ maior: nulla firmior dele ctatio est q̃ȝ que de puritate cõsciẽtie: ⁊ reꝝ bene gestarũ recordatione oriť. ¶ Gau. Honestũ est ul- C
cisci. ¶ Rõ. Honesti⁹ misereri. Multos clemẽtia honestauit: nullũ ultio: Nihil tam necessariũ inter mortales: nihil tã cõe q̃ȝ uenia: Nemo est eniȝ qui nõ peccet: Nemo cui nõ misericordia opus sit: qua negata: quis tã multos criminũ ⁊ culparũ extrica bit nodos: aut dissutũ diruptũq; societatis huma ne fedus sartiet? Semp inter sese hoies: sempq; in illos decertabit ira dei: Nullus erit aut litiuȝ aut penaꝝ finis: nec cessabunt arma nec fulmina. Par ce igiť miserere ⁊ cõpesce animum. Fac tu homini

qđ tibi ab hoie fieri uelles:qđ a deo vis. Jmpudē
ter a dño ueniā petit:qui ꝯſeruo illā ſuo negat. Ec
cleſiaſticus doctoꝛ clamat indignans. Hō hoi irā
ſeruat: ⁊ a deo querit medelā? Jn hoiem ſibi ſimi
lem nō habet miſericoꝛdiā: ⁊ de peccatis ſuis de-
pꝛecatur. ¶ Gau. Non infero iniuriaꝫ ſed ulciſcoꝛ
¶ Rō. Quid refert:pꝛimus pecces:an ultimus?
Nō eſt equū ut quod in alio impꝛobas:in te ꝓbeſ.
Uis ne ſeuitiam in hoſte dānatam ſequi: fieriq̄ꝫ il-
li ſimilis moribus:cui diſſimilis animo ſis:quod-
q̄ꝫ ille peſſimū habet: tuū facere? ¶ Ga. Uolo qui
D dē ⁊ licitū eſt ulciſci. ¶ Rō. Nec debes uelle:nec
ulla id licitū lege eſt:ut defenſio licita ſit:ultio ue-
tita: Scriptū eſt: Qui vindicari vult:a deo iueniet
vindictam. Et rurſus:ut pauloante dixi: Mea eſt
ultio: ⁊ ego retribuam eis in tp̄e dixit dñs. Jllud
tempus expecta:ſine:ille te vindicet qui ⁊ offen-
dentis eſt dñs: ⁊ offenſi: Solet iter ſeruos dñi cō
munis eſſe cognitio: Si qd ingenui habes: ſi qua
tibi ꝑfectionis habitus cura eſt: opta potius atq̄ꝫ
ora ne ille quidē vindicet. Sic hoſtis crimē in tuā
uerteris ſalutē. ¶ Ga. Ulciſci eſt animus. ¶ Rō.
Da ire ſpatium:da cōſilio tp̄s:frena impetū differ
aut deſinet aut lēteſcet. Bꝛeuis hora ſedat iratum
E equoꝛ. ¶ Gau. Ulciſcar. ¶ Ratio. Uno actu mul-
tos offendes:vna iniuria ſepe innumerabiles ho-
ſtes fecit. ¶ Gau. Ulciſcar. ¶ Rō. Plus teipſuꝫ
leſeris q̄ꝫ hoſtem. Jlli coꝛpus foꝛſitan aut opes:ti
bi animā famamq̄ꝫ coꝛruperis. ¶ Gau. Ulciſcar.
¶ Rō. Quotiēs ulciſcēdi ſtudio iniuria gemiata
eſt:leſo ſepe vnicuꝫ diſſimulaſſe remediū:ſepe uel
queſtū eſſe:uel nutu tacito ſenſum iniurie pꝛetēdiſ
ſe periculum fuit. ¶ Gau. Perdere hoſteꝫ poſſuꝫ.
¶ Rō. Melius eſt amicū querere q̄ꝫ hoſtē tollere
ſꝫ utrūq̄ꝫ ſimul optimū:ꝙ nulla arte meliuſ q̄ꝫ par
cēdo fit cū ulciſci poſſis: Aptiſſimū tollendis hoſti
bus inſtrumētū eſt lenitas: Jn quo ſi creditū eſſet:
Herēnio ſeni ſapiētiſſimo:nec Samnitū exercitus
modo victoꝛ collo iugū romanū:nec iugū ꝑmo cū
religs mox ſecurim ſolus Jmperatoꝛ Pōtius per
F tuliſſet. ¶ Gau. Ulciſcendi pūgoꝛ aculeis. ¶ Rō.
Reſiſte cogitationibꝰ pijs exēpliſq̄ꝫ oibus que le-
niorē in partē inclinare animū poſſunt: ⁊ in ꝑmis
memoria vite bꝛeuis ⁊ ambigue. Hec enim Sene
ce cui aſſentioꝛ efficaciſſima videt̃ de iracundia le
nienda. Cui is ipſe quē memoraui doctoꝛ accedit.
Naꝫ quid aliud ſentiebat:ubi ait: Memēto nouiſ
ſimorū ⁊ deſine inimicari. Sic eſt enim nilq̄ꝫ ini-
micitias magis alit q̄ꝫ ꝯditionis obliuio. Siqdeꝫ
iſte cuius moꝛtē ſitis:ne dubita moriturꝰ haud du
bie eſt: ⁊ idipſum cito:foꝛtaſſe hodie:tuq̄ꝫ illū foꝛſi
tan qđ nō cogitas pꝛecurſurus. Expecta paululū:
ſubſiſte:fiet qđ fieri optas: ⁊ quod metuis fiet. Ce
terū moꝛs q̄ꝫ hoſti paras:ſine tuo illi ſcelere pꝛepa
rata eſt. Quid iuuat fati curſum pꝛoperātis ipelle
re: ⁊ morituri ſanguine morituras manꝰ inficere:
nō ſceleſtum modo:ſed ſuperuacuū eſt impietate
tua pꝛoximū:ac feſtinans tempus arceſſere quod
ſi ualde uelis:nulla poſſiſ pietate repellere aut dif
ferre:quāto trāquillius atq̄ꝫ honeſtius ille integer
⁊ illeſus:tu ſiccus ⁊ innocens:q̄ꝫ uterq̄ꝫ cruentus
⁊ tu noxius hinc abibis. ¶ Gau. Urgeoꝛ ulciſcen
G di ſtimulis. ¶ Rō. Caue ne ceſſeris: ſed oppone
eis memoriā eorum:qui nō tantū mites hoſtibuſ:
ſed fauentes ac benefici fuere: Contraq̄ꝫ illos tibi
pꝛopone:qui membꝛatim ceſis hoſtibus adhuc ra
biem ſpirantes:nec quicq̄ꝫ in nō ſenſura cadauera
ſeuierunt. Dehinc tecū elige: quoꝝ ſimilis eſſe ma
lis:neq̄ꝫ actus ſolos ſed ⁊ uerba cōfer. Pars eniꝫ
nō parua crudelitatis in uerbis eſt. Crudelis pes:
crudelioꝛ manꝰ:crudeliſſima lingua eſt. Sepe ani
mi ſeuitiā quā manus nō equauerat:lingua tran-
ſcendit. Jlla ꝟo optima:ut crudelitatis ſic clemen-
tie teſtis eſt. Sonet igitur ad aurē tibi illa:cuiꝰ nō
multo ante meminimus Hadriani uox:ſimulq̄ꝫ il-
la Tyberij:de quo ſcriptū eſt:ꝙ cū audiſſet:vnuꝫ
e reis Carmiliū nomine anticipaſſe moꝛteꝫ: excla-
mauit Carmilius me euaſit. O uox ferox: ⁊ ſi dici
poteſt ip̄o uocis auctore ferocioꝛ:quid uſitati ſup
plicij cogitabat:quē ſe in vinculis manu ſua peri-
mēs euaſiſſet? Ecce duo igitur vnius ſtatꝰ ſed mē-
tiū diuerſarū:vno ⁊ eodē uerbo q̄ꝫ uarie uſi ſunt.
Jlle ad pꝛeſentē hoſtē euaſiſti ait: hic de abſente:
euaſiſti inquit. Jlle ſuo hoſti vitā donauit:hic inui
dit moꝛtē. Elige quid horū potius a te dictuꝫ ue-
lis dici:an tranqllū illud uere pꝛincipis an illud al
terū immane carnificis. Nec ignoro q̄ꝫ ſit ꝓmptiꝰ
iubere iſta q̄ꝫ facere: ⁊ quid obijci poſſit intelligo:
Difficilius in ſuis q̄ꝫ in alienis iniurijs mitē eē:dif
ficile fateoꝛ:ſed bonum. De bono autem ac diffici-
li omnem eſſe virtutē:nec tu neges. Uirtutis ama
toribus ſunt cuncta facilia. ¶ Gau. Fixum eſt ul-
ciſci. ¶ Rō. Uincit pars deterioꝛ:obſta illi duꝫ ad
huc potes:victoriāq̄ꝫ illi pꝛiuſq̄ꝫ ea uti ceperit eri-
pe ſtratamq̄ꝫ māſuetudinē attolle. Memēto te ho
minē:multos quidē vindicaſſe penituit: neminem
peperciſſe. ¶ Gau. Ultus ſuꝫ. ¶ Rō. Uinci ab ho
ſte pꝛeſtabat:hoſtis victorem vicit ira.

¶ De Spe vincendi. Dial'. CII. ¶ Gau.

Ello victoriaꝫ ſpero. ¶ Rō. Cū fallax ubi-
b libet:tum in bello fallaciſſima ſpes eſt. Ni
hil ex ꝑmeditato agit̃: Jnopine erūt oia.
Pꝛudētiſſimus atq̄ꝫ exercitatiſſimus militariū re
rū fuit:qui dixiſſe fertur:nuſq̄ꝫ minꝰ q̄ꝫ in bello euē
tus reſpōdere. ¶ Ga. Uictoriā ſpero. ¶ Rō. Pa
cē haberes utilius:eiuſdē ducis uerbuꝫ memora
bile traditur. Melioꝛ tutioꝛq̄ꝫ eſt certa pax: q̄ꝫ ſpe-
rata victoria. ¶ Gau. Bello victoꝛ ero. ¶ Ratio.
Quid ſi victus? Hec ſpes multos in exitiū egit ſi-
ne victorie ſpe: Nemo uolens in aciem deſcendit.
¶ Gaud. Bello ſuperioꝛ euadā. ¶ Ratio. Futuri
uerbū temporis. Omnis enim de futuro ſpes: ⁊
futura oia ſemper ambigua. ¶ Gau. Bello victoꝛ
remeabo. ¶ Rō. O ſpes hominū inanes: nec vi-
ctoꝛ foꝛtaſſe:nec victus remeabis:ſic tibi reditum
ſpōdes:apertūq̄ꝫ inter gladios iter acri deuotum
claſſico Marti caput. ¶ Gaud. Eſſe victoꝛ ſpero.
¶ Rō. Eſt qui ꝯtrariū ſperet:uel falli uel utrunq̄ꝫ
uel alterutrū ſit neceſſe. Poteſt uel alter uel uterq̄ꝫ
dux partium:ſeu alter ſeu mutuis vulneribꝰ ſimul
occumbere:quod ⁊ ſepe credo alibi: Et quod nūc
meminerim: Thebis ultimo inter fratres impios
congreſſu: ⁊ rome pꝛimo poſt exactos reges acci-
diſſe pꝛoditū eſt bello:ut Superbi regis filiū Bꝛu
tus conſul ad inferos ꝓſecutus eſt: Amiſſo aūt ſpi
ritu iam victoria nulla eſt:quo ſeruato:ſepe tamen
acie pari marte diſceſſuꝫ tenes. Utrobiq̄ꝫ igit̃ am-
bos duces ſue victorie fraudatos conſtat. Unū nē
pe fraudari tam cōmune:tamq̄ꝫ quotidianū eſt q̄ꝫ
in aciem pꝛoficiſci: Quid ſcis autē:an vnus ille tu

sis: hac qua tibi blādiris victorie spe fraudādus. ¶ Gau. Bello vincam. ¶ Rō. Ut anceps semper sic sepe tristis & sanguinolenta victoria est. Nō habetur gratis: quod vite discrimine queritur: chare emitur: cuius sanguis est precium: charius cuius mors fieri potest: ut pax victrix ducem perdat: ita tuis vincētibus vinci potes. Quid de victorie sceleribus dicā? Nō sunt tot victi miserie: quot sunt peccata victoris. Or si peccato miserius nihil est: nec victus eo q̄ vincitur victore miserior: sed eo minus miser quo minorū rerū damnis afficitur. ¶ Gau. Uincam. ¶ Rō. Ut ad summam redigaʒ & an vincas: & an meliuſ sit vicisse: si viceris in dubio est.

¶ De victoria. Dial. CIII. ¶ Ga.

a Uici. ¶ Rō. Caue ne te vincat ira: superbia: crudelitas: furor: rabies: Hi sunt enim victorie comites & victorū hostes inuisibiles & horrendi a qbus sepe clarissimi victores turpissime victi sunt. Nondū te uocat ad calculū fortuna lōga & perplexa rationū series: creditrix violenta & pertinax: cuʒ qua tibi nunc quoq̃ negocij multū restat: mutuū reposcere solita est magno cū fenore. ¶ Gaud. Magno prelio vici. ¶ Rō. Uictor prelio: sepe victus est bello. ¶ Gau. Uici autē ¶ Rō. Quotiens vicere Carthaginēses: quotiēs Galli: gētesq̃ alie: quotiēs aūt victi sunt Romani sed spectādus est rerū finis earū maxime que voluuntur & stare nesciunt. ¶ Ga. Uici certe. ¶ Rō. Et si cert[9] belli exitus: adhuc euētus est dubius: & de letis tristitia & leta de tristibus erūpūt. ¶ Ga. Magnā victoriam quesiui. ¶ Rō. Nil tā magnū ut nō nimio queri possit. Est ubi plus vulneruʒ ac funerū victoriosa pars cōputat. Si nō credis: Xerxem atq̃ Thermopylas interroga. ¶ Gau. Magne victorie sors fuit. ¶ Rō. Uix potest magna victoria paruo precio cōstare. De bello omniū maximo: omniū maximus historicus dū ageret: Adeo inquit uaria fortuna ancepsq̃ mars fuit: ut ꝓpius periculo fuerint: qui vicerūt. ¶ Gaud. Plene vici. ¶ Rō. Nō est plena victoria ubi armatus hostis superest: q̄ꝗ̄ & si hunc oppresseris alij renascenť: quasdā nēpe victorias ceu sementē dicas esse bellorū sic odia ferro trunca repullulāt desanturq̃ & rediuiui in aciē redeūt bellatores: non ut fortassis imaginatio uehemens olim Cassio a se cesi hostis imaginē supmo illo suo die obuiā dedit: tā tremēdo aspectu ut audacissimū virū: qui viuentē illum nō timuerat: defuncti species in fugā uerteret: sed ita ut pro vno multi redditi ueris manibus uerum ferrū moueant in illos q vicisse videbanť. ¶ Gau. Uici: iam securus sine hoste sum. ¶ Rō. Stulte: dum erūt hoīes nō deerūt hostes: Tu romane urbi post innumeros triumphos edomitūq̃ orbem: nō defuisse hostē legis: & tibi defuturū speras? gescēti forsan hostiſ deerit: at pugnāti nunq̃. ¶ Ga. Uictor sum. ¶ Rō. Caue ne sis frustra: uti scientibus victoria fructuosa est: uti aūt dico: nō eo modo: quo Maharbal Hānibali: sed quo Hanno vir sue reipublice consuluerat: Nam ꝑfecto usus fructusq̃ victorie optimus pax est: neq̃ ad alium q̄ ad pacis finē iusta bella suscipiunť. ¶ Gau. Uictoria mecū est. ¶ Rō. Uide ne euolet: allata est.

¶ De inimici morte. Dial. CIIII. ¶ Ga.

d E inimici morte letus sū. ¶ Rō. Sperare de inimici morte aliquid seu cuiuspiā hoīs uel gaudere illi forsitan sit permissum siqs usq̃ esset imortalis: Sperare autē alterius morte que tibi possit ante cōtingere: uel gaudere id hosti euenisse qd̄ tibi necessario euenturū sit: stulta spes inane gaudiū. ¶ Gau. Gaudeo de inimici morte. ¶ Rō. De tua alius mox gaudebit. ¶ Ga. De inimici morte gaudeo. ¶ Rō. Si quā uestre cōditionis memoriā haberetis: nūq̃ homo de morte hominis gauderet. Quū enim queso duorū qui simul ad suppliciū ducerenť: alter alteriuſ de morte gaudiū cepit: sciens sibi idē supplicij genus instare: & nō potius in illius morte suā cogitans ingemuit? ¶ Ga. De inimici morte gaudiū sēsi. ¶ Rō. Quotiens putas optata mors hominū uoti compotes torserit: & optare vitā frustra ceperint: qui nō frustra mortē pri[9] optauerit: dū itelligē icipiūt in suā se pernitiem optasse? Sed precipites sunt effectus uestri: quicquid vultis ualde vultis: qd̄ de Marco Bruto dixisse Julius Cesar: ferť: Jmmo v̄o nimiū vultis nec feruēs desideriū moras fert. Itaq̃ qcqd vultis stati vult: hinc nō mō uota ipia ꝫ uenena sed cedes: & qcqd hō in hominē struit nocentissimū animal in suaʒ speciem. Multa v̄o optatis que si in cōsiliū ratio esset: admissa timeretis: & uarietas uotorū male electionis argumētum est: nec prius ad rectum redit impetus q̄ inconsulti affectus infaustis castigentur effectibus. ¶ Gau. De morte hostis gaudeo. ¶ Rō. Si est hostis inglorius: de ipsius morte gaudere turpe est: & dolere superfluū: Sin illustris honestus piusq̃ est dolor: & si nō ꝓpter hominē: at ꝓpter virtuteʒ que idies rariora habet hospitia: Sic Metellus Macedonicus Africani iunioris: sic Cesar Pōpeij: sic Alexander Darij mortē fleuit. ¶ Gau. Gaudeo de inimici morte. ¶ Rō. Qūo de illi[9] morte gaudeas: quē diligere iubearis: nō ut hostē sed ut proximuʒ eiusdē op[9] opificis? ¶ Gau. De inimici morte gaudeo. ¶ Rō. Nō audis forsitan an contēnis consiliū notissimū Sapientis: noli iquit de inimico tuo mortuo gaudere: sciens quoniā omnes morimur: & in gaudiū uolumus uenire? Sanuʒ prorsus seu consilium seu preceptum.

De spe pacis. Dial. CV. ¶ Spes.

f Pero pacem. ¶ Rō. Meli[9] est pacē seruare q̄ sperare. Stulti enim est fastidire res certaſ: ambiguas spes amplecti. ¶ Spes. Pacē spero. ¶ Rō. Tenuisses eā artius: nec abire sineres q̄ sperares. Quid enim si ad hāc speʒ ipatientia te duxit tua: ut sperādo angi eligeres: quo gaudendo uti poteras? ¶ Spes. Pacem spero. ¶ Rō. Spes pacis multos perdidit: speratēq̃ paci succedens insperata calamitas incautos obruit sopitosq̃: quos expertos iueniēſ nō lesisset. ¶ Spes Spero paceʒ. ¶ Rō. Quid tādiu speras qd̄ mox assequi in tua sitū manu est? Rari sunt qui pacē nō inueniāt: si bona fide uelle ceperit: Sed hi ipsi quibus dulce nomē pacis: pax amara est. Pacē itaq̃ petētes paci obstant. Quatuor uobiscū habitant pacis hostes: Auaritia: Inuidia: Ira: Superbia: Has in externum exilium pellite: pax eterna erit. ¶ Spes. Spes pacis haud dubia est. ¶ Ratio. Inter spem pacis & pacem multa incidunt: leue uerbum: gestus facilis: cōpositā sepe turbauit pa

cē. Ipsi tractatꝰ pacificiq; sermones ferro sepe frā
gunẽ aīosq; acuit: bellum atq; asperat pacis spes:
Sic amicitie mentionē irritam quasi cotē dixeris
odioꝝ. ¶ Spes. De pace agiẽ: pax erit. ¶ Rō. De
i nobilis: Naꝫ nil uetat: nihil cū patrie nobilitate tua nobilitas mixtum habet. ¶ Do. Parue urbis incola sum. ¶ Rō. Et magne urbes paruos ciues habēt: Immo fere ex his cōstant: ⁊ parue magnos quosdam habuere. Quin in siluis abiectus ac nutritus Romulus: omniū urbiū reginā urbem romā cōdidit: quā euertere uoluit in maxima urbe genitus Catilina. ¶ Do. In exigua patria natus sum. ¶ Rō. Magnificare illam stude. Nihil eque ciuitates amplificat ut ciuiū virtus ac gloria. Qui hoc edificijs aut fertilitate melius atqꝫ opibus fieri putat: fallit: ut singulos viros: sic ⁊ urbes ⁊ regna ⁊ imperia: non uetustas: nō turres ac menia: non platee: non palatia ac tēpla marmorea non statue: nō picture: nō aurū nō gēme: nō campi legionū ⁊ classium pleni portus: non peregrinis referta mercibus emporia: ⁊ lucri amore equor oē sulcatū: nō postremo ciuiū forma uel numerus: nō rerū copia exūdansqꝫ cibis forū: nō purpuree chlamydes virorū: onusteqꝫ miris cultibꝰ: nō fastꝰ: nō delitie: nō uoluptates: sed virtus sola nobilitat: gestarumqꝫ rerū fama quam viri pariunt: non muri. ¶ Do. Parui municipij ciuis sum. ¶ Rō. Nescis Biātē Pirenneū fuisse: Pythagorā Samiū: Anacharsim Scythaꝫ: Democritū Abderitē: Aristotelem Stragyritē: Theophrastū Lesbium: Tulliūꝫ Arpinatē. Chous Egei maris breuis insula: ⁊ poetā non ignobilē Philitē tulit: ⁊ medicorū patrē ⁊ sculptorū ac pictorū principes: Hippocratem scilicet ⁊ Phidiam ⁊ Apellem: ut intelligi possit ingeniorū magnitudini locorū angustias non obstare. ¶ Co. Ignobilis est patria. ¶ Rō. Nobilitare tu illam pro virili parte si uelis: potes cuꝫ te illa facere non possit ignobilem. Nec Nume quidē Pompilio ad romanū regnum: nec Septimio Seuero ad imperiū obstitit soli natalis humilitas. Summo hominū Augusto: ⁊ si recēs romana: quia ipē scilicet in palatio natus sit: origo tamē gentis antiquior Ueliterna est. Gaio Anthias: Uespasiano autē vici incogniti reatini. Contra v̄o Larisseā famā vulgauit Eacides: ⁊ Peleum a seculis fuscum nomē atqꝫ humile: quod Philippus erexerat: Alexander ad celū tulit. Non satis est ciuibus obscuritatē patrie nō nocere: nisi ciuium claritas patrie prosit. Asylum ignobile atqꝫ opus pastorium roma fuit: que non ante clarescceret q̄ꝫ res illā geste ⁊ suorū virtus excellens ciuium illustrasset. ¶ Do. Obscure patrie suꝫ addictus. ¶ Rō. Lumē virtutis accende: quo inter tenebras enitescas: in quibꝰ boc saltem boni erit: ut uel parua luce clarissimꝰ vi

deare: sic uel illa te clarū faciet: uel tu illa. ℂ Do. Humilis patrie habitator sum. ℂ Ro. Esto ⁊ tu humilis habitator: q̄ tui animus humilis sit. Habes publice matris exemplū: ne te nido latius extēdas nisi his tantū quas tibi virtus alas fecerit. His enim uti licitū: usq; feliciter cōplures modo diximus. Proinde mortalis hoc saltē isolentie frenū tene. Quidam de sola patrie nobilitate superbiunt: Stultum genus.

ℂ De originis obscuritate. Dial. V. ℂ Do.

Obscuris parentibus natus sum. ℂ Ratio. Non est forsan ut tu reris odiosa cōditio: nescio an ⁊ optabilis ignobilē nasci: utrā uis vite viā spectes. Nam seu uoluptatibus obsequi: vulgiq; uestigiis tritū iter sequi statuis excusabilior fiet ueri ducibus domesticis carens error: cessabitq; improperiū illud acerrimū degenerantiū a parentibus claris: eo q̄ nulla tibi domi sit claritas quā obscures: Sin virtutis semitā raro pede signatā eligis: eo clarior fies: quo maiorib' tenebris pressus ac circūuētus emerseris: tota claritas tua erit rerū particeps tuarū ullus occurret. Nullā partem glorie decerptura erit imitatio. Nihil tibi parētes eripient: nihil aui, pauiq;: nihil ꝯsiliarii ac magistri: Quicquid bene gesseris: solus inde famam metes: solus inde laudaberis: solus auctor generis fundatorq; uocaberis: quod non fieret si nobilis natus esses. Uides ne igitur quāta tibi noue laudis occasio data est: Nobilem per te fieri: ⁊ nobilitatē dare non accipere. Dabis hoc posteris tuis ut nobiles nascantur: quod parentes tibi non dederunt tui. Plus est multo nobilitatē fundare q̄ fundatā ab aliis inuenisse. ℂ Do. Noua ⁊ rudis origo ē. ℂ Ro. Atqui clarior est habitus ille pastoris urbis rome conditor: q̄ in siluis arcē posuit: ⁊ facili culmo exiguam ac squallentē regiā texit: q̄ tot postea principes qui ingentia menia testudinesq; marmoreas atq; aureas erexere: tāta semp nouitatis egregie ac magni principii laus est. ℂ Do. Ignobili primordio genit' sum. ℂ Ro. Stude ut fine sis nobili. De pncipiis eni labor: de fine fruct' qui si imaturus carpit: lōgeuus eē nō pōt. ℂ Do. Radicē glorie pcidit ignobilitas. ℂ Ro. Nō precidit quidē: sed infodit altius ut ualidior licet serior surgat. Ceterū nō ignobiles modo sed ignotos ex omni genere hominū dabo: qui virtute atq; industria euasere notissimi. Et sane si uerū nobilē virt' facit: nō intelligo quid quēq; uolentē fieri nobilē impediat: aut quid ita facilius sit nobilitare alios
C q̄ seipsum. ℂ Do. Ex ignobilibus parētib' descendo. ℂ Ratio. Quid Socrates: Euripides: Demosthenes: quorū pmus marmorariū patrem habuit: obstetricē matrē: secūdus matre patreq;: ultim' nō solū humilibus sed incertis. Uester ille Uirgilius rusticanis parētibus fuit: Nec se libertino ac precone patre natū Flaccus erubuit: Ambo tamē ad insignē gloriam ⁊ summi principis gratiā peruenere: usq; adeo ut cui reges oēs colla submiserāt: cuius e manib' magna oīa poscebātur: atq; vnū oīum ferme mortaliū precipueq; nobiliū spes pendebant: cuius demū familiarē promeruisse notitiā summis licet hominib' summū erat: Ipse horum duorū ignobiliū: quos romā. s. Mantuanū Uenusinūq; rus miserat amicitiā ⁊ conuictū ceu grāde aliquid blandis ac dulcibus epistolis flagitaret: ⁊

q̄ multos tunc in palatio nobiles ut sepe sunt inutiles atq; indoctos credimus fuisse: quib' horū nobilis ignobilitas atq; inuidiosa: nec imerito uideretur. ℂ Do. Parentibus sum obscuris. ℂ Ratio Nō mouent animū hec exempla: Altioribus agā. Marcus Cicero: ut de illo scriptū est: ex ordine natus equestri de radice humili per egregias artes perq; honestos gradus ad cōsulatū uenit: quo nescio an alter vnq̄ salubrior rei publice consulatus fuerit. ℂ Do. Rustica ⁊ ignota patrū series est mi
bi. ℂ Ro. Sordent hec ut video: Altius etiā nunc aspiras. Certe ⁊ Marius rusticanus vir: sed uere vir ut cōciuis suus ait Cicero: diu arator apud Marsos fuerat: rome septies consul fuit: Tāta gloria: ut bis Italiā obsidione ⁊ metu seruitutis liberasse eū compatriota licet idem suus uere dixerit: ⁊ Marcus Cato plebeie vir originis paruiq; opidi diu quidē obscurus icola: post in maxima urbe clarissimus aduena: mox ciuis eximius ⁊ cōsul ⁊ cēsor fuit. Sine id quidē satis est ⁊ fortasse regnū cogitas: profecto neq; illud sperare suffragio meritorū humilitas uetat originis: Tertiū ⁊ quintū ⁊ sextum romanorū regū ad memoriā refert Tullus Hostilius: ut probati perhibent auctores: ⁊ si apud alios de illo tale nihil scriptū sit: ifās in agresti tugurio educatus: in adolescentia pastor fuit. Tarquinius priscus patre negociatore aduena: nec Italice insuper originis. Seruius Tullus: serua: q̄uis: ut alii uolunt: captiua quidē: alioqn vō nobili matre natus: vtute regnū rome meruit. Nec miraberis si Platonicū illud tenes: Neminē regē nō ex seruis: neminē seruū nō ex regibus descendere Sic res hominū: longa etas ac fortuna permiscuit. Sileo ceterarū reges gentiū: e pecudū gregib' vilissimarūq; artiū tabernis ad inopinū subito diadema subuectos. Alexander Macedo hortulanū in Asia regem fecit. Et fuit ex illis actibus laudatis iste nō ultimus. Contraq; alios sileo: e regni fastigio ad seruitium usq; prolapsos. Sic suas res fortuna moderatur: tamē plurimū potest virtus. Per illā tuto conscenditur ad supremos gradus cuius calle deserto: sciant reges se in tremulo stare neq; descensum modo instare sed ruinam. Que nam igitur: ut ad te redeā: ista calamitas nascendi cui nec spes regnandi eripit nec successus? ℂ Do. Obscura de radice prodeo. ℂ Ro. Omnis radix obscura ⁊ squalida est: vnde tamē ⁊ floridi ⁊ frondentes rami prodeunt. Nō vnde quicq̄ prodierit sed quale sit queritur. ℂ Do. Parētib' ifimis nat' sum. ℂ Ro. Sentio summū ad imperiū stilū uocas. Septimi' Seuerus de quo supra dixim': eqstris ⁊ ipse ordinis. Heli' pertinax ⁊ ipse libertini filius ⁊ lignorū vilis utiq; negociator mercis: uterq; romano prefuit Imperio: cui ⁊ Philipp' pater ac filius Arabes humillimi generis: ⁊ Maximin' ⁊ Maximus prefuere. Obscurissimis ille parētibus ac barbaris: quorūq; cū arepto imperio: puderet: hic ferrario an lignario patre genit' icertū Certe Uespasian' inter bonos principes numeratus: e nō clara stirpe clarissimus ⁊ rempublicā gessit eximie: ⁊ duos ex ordine filios successores imperii virtutis vnū habuit: Q̄q; qd minora ꝓsequimur: cū super ipsius Augusti cesaris origine ambiguitas multa sit? Summa est humane cursum sortis origine nō preuerti: Undecūq; licet assurgere:

ſeu foꝛtuna manū poꝛrigat ſeu virtus. ¶ Do. Hu-
F mile nimis atqꝫ īfimū genꝰ eſt. ¶ Rō. Qđ ad hu
mane potētie gradū ſpectat exēpla poſuimꝰ qbꝰ iā
iri altiꝰ nō poſſit: vnū reſtat: nō īperio aut regno ſꝫ
ſuapte alia qdā maieſtate memorabile: Uētidius
baſſus eſculanus mr̄e humili: pr̄e ignoto: capta pr̄ia
iā pubes in triūpho Gnei Pōpeij Strabonis: q
pōpeij magni genitoꝛ fuit: īter captiuos alios du
ctꝰ. Idē poſtea uariāte foꝛtuna dux ppl'i Romani
ꝯtra Parthoꝝ regē ⁊ antiq̄ potētia ⁊ recēti victo
ria īſolētē: feliciſſimo pugnauit euētu: ⁊ filio regiſ
īterfecto: ceſiſqꝫ hoſtiū legionibꝰ: qđ ad eū diē nul
li romanorū ducū fata ꝓmiſerāt: īſignē illā roma-
noruꝫ ſtragē: ⁊ Craſſorū moꝛtē magnificentiſſime
ultus: ipm in quo victꝰ alienos currus oꝛnauerat:
ac carcerē vinctꝰ ītrauerat: victoꝛ ac triūphās capi
toliū ꝓpꝛijs curribus honeſtauit: ⁊ Romanum
carcerē acie captiuorū hoſtiū īpleuit. Et quo gra-
tius ſpectaculū eſſet mirabilioꝛqꝫ victoria: eodē ip
ſo die parta erat reuolutis annis: quo clades illa
terribilis apud Carras accepta fuerat. Quis am-
bitioſus adeo tāqꝫ auidus regni eſt: ut non hanc
gloriā ſine regno q̄ȝ inglioriū regnum malit? Et qd
oro nocuit Uentidio ad felicitatē ⁊ ad ſummū de
cus: ꝙ humiliter natus eſſet: ⁊ prima etate foꝛtu-
na humili uſuſ ac miſa? Certe vix eſculi deſpectū
Roma ſuſpexit: ⁊ claris ſuorū ciuiū nominibus illō
peregrini fuſcū nomē inſeruit. He ſunt ad aſcenſuꝫ
ſcale: hi virtutū gradus: qbus nō ad gloriā modo
altiorēqꝫ foꝛtunā nitēdo: ſperādo: vigilādo: ſed ad
celū uſqꝫ peruenias. Pꝛoinde ⁊ tu natus humili-
ter: ut conſcendas enitere: primū ⁊ ultimū virtu-
tis in ueſtigio pedē figens: nec declinans alicubi:
G nec ſubſiſtēs. ¶ Do. Humile pꝛīcipiū fuit. ¶ Rō.
Illud preterijt: que ſequūtur cogita: Nec me latet
ut pꝛimus ⁊ ultimus vite dies quibuſdā viſi ſunt
humane cōditionis ſtatū maxime moderari: ſiue:
ut ipſi dicunt: cōtinere: De ultimo nēpe cōſenſeriꝫ
de pꝛimo aūt nō ita. Et ſi enim ut ipſi uolūt: pluri-
mū interſit: quibus auſpicijs inchoet̄: Et ſi cū his
ſentiens Satyricus: ubi de ipſo loquitur Uētidio
ita ſcripſerit. Diſcas enim que ſydera te excipiant:
modo pꝛimos incipientē edere uagitus ⁊ adhuc a
matre rubenteꝫ: Nos tamē iſta reſpuimus: ⁊ hec
auſpicia: ⁊ hanc tantā ſyderū vim negamus: cōdi
tori almo ſyderū oīa relinquētes: a quo creatū nul
lū penitus ab hoc virtutis ⁊ felicitatis ⁊ glorie cal
le ſecludimꝰ. ¶ Do. Humilitas generis multa eſt.
¶ Rō. Quid tu aūt? Multā ne ſupbiā eē malles?
Aut quid hinc tibi nūc deeſſe ſentis: niſi ne fumo-
ſis imaginibus atriū trunciſqꝫ ſtatuis buſtūqꝫ fa-
milie ſemeſis plenū titulis ſpectaculo pꝛetereunti
bus: tibi inſanie ſit: qua in triuijs de his quos nō
noueris elato ſupercilio fabuleris? ¶ Do. Ignobi
lis natus ſum. ¶ Rō. Ignobilē nō naſci tātum ſed
⁊ viuē quibuſdā felicitas viſa eſt. An in Tuſcula-
no faltē a Cicerōe poſitū nō legiſti illō potētiſſimi
regis anapeſtū: qui laudat ſenē ⁊ foꝛtūatū eē dicit
ꝙ inglioriꝰ ſit: atqꝫ ig̃bilis ad ſupmū diē ꝑductꝰ.

A ¶ De obſcena Origine. Dial'. VI. ¶ Do.
Rigo nō tantum humilis ſed obſcena eſt.
o ¶ Ratio. Uera ⁊ ſumma obſcenitas vna
eſt animi: Illam ſi dempſeris pulchꝛa ſunt
omnia. ¶ Do. Male natuſ ſum. ¶ Rō. Qui bene
viuit bene naſcitur: bene morit̄. At qui male vixe-
rit bene natus eſſe nō pōt. Nā quid refert q̄ȝ fulgi
do tramite cecus inceſſerit: aut quid refert vñ ue-
nias: ſi in miſeriā ⁊ in culpā uenis? ¶ Do. In pec-
cato genitus ſum. ¶ Rō. Defiet hoc quidem ille
vir maximus. Et pꝛofecto nemo nō in peccato na-
ſcitur. Cauete autē grauiora ſuperaddere: q̄ȝ q̄ȝ ne
his quoqꝫ purgatio ſua deſit: ſed pꝛima illa defoꝛ-
mitas in ipſo ſepe vite limine ſacris vndis abluit̄
niueuſqꝫ aīam candoꝛ ſubit. ¶ Do. Male me pa-
rētes genuere. ¶ Rō. Quid ad te quiſqs male ge
nuerit: tu bene genitus fuiſti niſi alieno flagitio tu
um iungis ¶ Do. Fede pudet originis. ¶ Ratio.
Iā ꝙ alieno tumeſcitis non miroꝛ: ⁊ alieno ſimul
erubeſcitis: Et omnino ubiqꝫ potius q̄ȝ in uobis ⁊
bona ⁊ mala ueſtra reponitis: que alibi tamē q̄ȝ in
uobis eſſe non poſſunt. Oꝛ niſi pudendum ipſe ali-
quid penitendum ue egeris: quod tuuꝫ crimē: aut
quis pudoꝛ impudicus pater? tu modo ne pater-
ni dedecoris hereditatē adeas caue: atqꝫ illi diſſi-
millimus hac in parte fieri ſtude. Qui te ignarum
genuit: inuito tibi ſuas maculas impꝛeſſiſſe nō po
tuit. In te ſit ⁊ ex te ꝓdeat neceſſe eſt vnde obſcu-
rus aut clarus fias. ¶ Do. Inhoneſtis parentibuſ
in lucē ueni. ¶ Rō. Omnis parens honeſtus filio
videri debet: ſed non ut uerendus: ſic ſequendus:
omnis filio parens: Eſt ubi deſeruiſſe conſiliuꝫ ſit.
Eia igitur in diuerſum abi: ſi uerus eſt parens de-
ſeri uolet: ſeqꝫ nō ſuū vitiū amari optabit. Unus
hic inuētꝰ eſt modus: quo parētū nomē pꝛemere ⁊
calcare gl'ioſuꝫ filijs ac decorū ſit viuēdo aliter: ca
ſtiꝰ ſcilꝫ ac ſanctiꝰ. De parētibꝰ īhoneſtiſ līgua filij
taceat diſſimilitudo vite: morum: actuuꝫ nō taceat
Pulchꝛa laus filij: cui a tergo dicitur: O quātum
ſene ſuo modeſtioꝛ adoleſcēſ: Cōtraqꝫ nulla graui
oꝛ ſenilis nota laſciuie: q̄ȝ admota illi pudicitia iu
uenilis: Equidem ſi parētum gloria filijs male vi-
uentibus oneroſa eſt: quanto faſce uerecūdie filio
rum laus patrum male viuentium pꝛemit infami-
am. ¶ Do. Damnata de uenere pꝛocreatus ſum.
¶ Rō. Atqui malle debes impudici patris hone-
ſtus filius eſſe ⁊ dici: q̄ȝ honeſti impudicuſ. In om
ni enim ſeu laude ſeu vituperatione illa pꝛecipue
eſtimanda ſunt que cuiuſqꝫ ſūt pꝛopꝛia. De alieno
nemo iuſte repꝛehēditur ſeu laudatur: Et ſi ut dixi
ueſtrum quicquid id eſt: cōſpectius fiat ſuo cōtra-
rio admotum. Ceterum ut cuiuſqꝫ ꝓpꝛia laus aut
infamia eſt: ſic laudiſ aut infamie pꝛopꝛia cauſa ſit
opoꝛtet. Neqꝫ vō ut vnius gladio alter perit: ut-
qꝫ vnius flammis res alterius uritur: ſic vnius cul
pa etiam fama perit alterius: eo ꝙ animi bona ſo-
lidiora ſunt q̄ȝ coꝛpis aut foꝛtune: ut inuito neque
ant poſſeſſore violari. ¶ Do. Cōtra fas cōtraqꝫ le-
ges genitꝰ ſum. ¶ Rō. Nil tu cōtra leges ſed parē
tes tui egerūt: tu ſc'dm leges age oīa. In hoc qdē nul
lū penitꝰ tuū crimē fuit: de oꝛtu tuo alij tu de mori
bꝰ tuis rōnē reddes. Et q̄ȝuis odio uage libidinis
in imerētes filios ultio legū ciuiliū extēdat̄: deꝰ tm̄
quenq̄ȝ ſuis finibus metitur: nec filij iniquitatem
patri imputat: nec filio patris. Ipſam quoqꝫ philo
ſophiam iudicare aliter ſolitam: q̄ȝ leges ab ipſis
philoſophis accepiſti. Legibꝰ ergo oppꝛſſus diui-
no ſimul ac philoſophico iudicio releuatꝰ: habes
aīuꝫ vnde ſoleris: Neqꝫ enī tibi ut ꝑuati patrīonij
ſic publice v̇tutis hereditas īterdicta eſt. Illa eniꝫ
īſtitutis hoīuꝫ: hec meritis dat̄: ⁊ anteq̄ȝ naſcēris:
ut nil gl'ie: ſic ꝑfecto nihil īfamie meruiſti. ¶ Do.
Origo illicita ⁊ īceſta eſt. ¶ Rō. Quid de īceſtu:

qdue de adulterio nasci q̃at: idicio sũt Romulus
⁊ Alcides. Perses Macedõie: Jugurtha Numi
die rex fuit: uterq; legitimis fratrib⁹ regno exclu-
sis: malo qdẽ more pessimisq; artibus sed exclusis
tamen Alexander Macedo Philippi dictus: cu-
ius uere sit creditus audisti. Deniq; Philippum
extremo vite Alexãdrum nõ suũ filiũ p̃dicare soli
tũ: Jdq; sibi ultro confessam Olympiadem: hanc
q; ob causam repudio dimissam scriptores rerum
p̃didere. Constãtinus ipse ex concubina genitus
licet isigni p̃e legitimis fratrib⁹ ad imperiũ uenit
Adde ei em his Artuꝝ regem nisi q̃ historijs misce
re fabulas nihil est aliud q̃ȝ mendacio ueri fidẽ im
minuere. Ad sũmã ṽo: nõ est qd̃ te deijciat origo:
Undecũq; ortos virtus extulerit satis est glorie.
¶ Do. Male natus sum. ¶ Rõ. bene viue: bene
morere: qualiter natus sis: nec tuuȝ est: nec memi-
nisse quidem potes: nec magnopere inquiras: qd̃
ad te non pertinet: nisi forte ut humilior mitiorq;:
non ut mestior sis. ¶ Do. Turpiter natus sum.
¶ Rõ. Moꝝ candor ⁊ claritas vite: nõ maculas
modo: sed memoriã oẽm fede originis delebunt.
Hoc remedium dũ licet arripe: aliud mihi crede
nullũ est. ¶ Do. Pudet ifamiũ parẽtũ. ¶ Rõ. Po
ne hũc pudorẽ: Un⁹ oiuȝ p̃r de⁹: vna oiuȝ m̃r terra

¶ De seruitute. Dia. VII. ¶ Do.

s Eruus in hanc vitã intraui. ¶ Rõ. Ne do
leas: liber egrediere uelis mõ: sicut multi
qui ex aduerso intrarũt liberi: serui exibũt:
¶ Do. Seruiliter natus sum. ¶ Rõ. Liberaliter
viue: meliore tui parte liberuȝ esse nil p̃hibet: vna
est peccati seruitus grauissima: sed que p̃mere ne-
scit inuitos: Jllaȝ excute liber eris. ¶ Do. Seruũ
fieri uoluit fortuna. ¶ Rõ. Põt uelle ꝯrium: Et si
moribus suis utit̃: scis quid speres. Nosti mõstrũ
illud: nosti ludos ⁊ prestygia: non liber modo: sed
dñi tui dñs fieri potes: q̃ȝ q; quid uelit aut qd no-
lit: nihil ad rem: ut sit inexorabilis: qd̃ interdũ est:
nullũ illa tamen in aium ius habet. Jn oi aũt ad-
uersus illam certamine ab illi⁹ hoste poscẽdũ auxi
lium. Sepe quẽ fortuna seruũ: liberũ virtus fecit.
¶ Do. Seruitio premor graui. ¶ Rõ. Juguȝ qui
fert uolẽs leue efficit. Ostẽdam tibi leuimẽ vnicũ
ac peculiũ imortale: dñiq; tui q̃ȝuis potentis arbi
trio exemptũ: qd̃ te liberꝝ atq; ipso dño ditiorẽ fa-
ciet: Sapiẽtie studio incũbe: Jlla te in libertatem
asseret. Dictuȝ Catonis est a Cicerone firmatum.
Solus sapiẽs liber est: ea scilicet libertate qua cer
tior nulla est. ¶ Do. Sub durissimis dñis vitã tra
ho. ¶ Rõ. Nulla re meli⁹ q̃ȝ fide ⁊ obsequio mol
lient: ⁊ fortassis adeo ut qd̃ multis accidit: inde ti
bi uẽtura sit libertas: vnde te seruũ luges: forsan ⁊
aliunde. Hũc siqdem tp̃alis dñs liberat: hũc eter-
nus. Scis quãto periculo Malchus minas heri
p̃sequẽtis euaserit: sed euasit tñ. Jnterim de dño
sic cogita: hic te nutrit tuiq; curã oẽm in se trãstu-
lit: Cum libertate sollicitudinẽ amisisse: qd nisi uti
le dãnũ uoces? Multis serua libertas: multis est
libera seruitus. Nõ tam graue iugũ hoiuȝ q̃ȝ cura
rũ est: qui hoc excusserit: illud ferat eq̃nimis. Hu-
ic tu seruus: huic vni es deditus: imo hic tibi: hic
tuus est dominus: imo procurator est tuus. Non
habebis honores eqdem: nec labores publicos:
non simulatum studijs: non forẽsibus procellis: ⁊
consiliorum uolubilitate rotaberis: nõ nauigij tar
ditas: non agri sterilitas aut annone caritas te tor

quebit. Has molestias dño tuo linquens: sepe illo
dormies vigilante. ¶ Do. Difficilis ⁊ imperiosus
est dñs. ¶ Ratio. Nõ sine causa illi in sortẽ obue- C
nisse in animo tuo pone. Quicquid igitur iustum
iubet: deum ipsum iubere credito. Sin iniustũ ali
quid: maioris domini meminisse conueniet: qui ut
te ad honesta q̃ȝuis difficilia seruuȝ patitur: sic ad
inhonesta vult liberꝝ. Sic intelligo q̃ gloriosoruȝ
terre uereq; fidei p̃ncipum: alter seruos dñis car
nalibus obedire per oia: alter ṽo subditos esse in
omni timore dñis p̃cipit: Jllud adijciens: ut hoc
non tñ bonis ⁊ modestis exhibeant: sed etiam di
scolis: neq; enim de domino iudicare seruũ decet:
sed mores eius qualescunq; p̃ferre. Quo eniȝ im
mitior dñs: eo clarior patiẽtia serui est. Et hec est
gratia cuius apud horum alterum fit mẽtio: nec ta
men ut mores pati: sic ⁊ iperia exequi semp opor-
tet. Sunt enim que iustissime recusentur: si impio
dñi superioris aduersa sint: Cui si cõferatur hic tu
us dñs: non dñs sed conseruus habebitur. Sic er
go per omnia dñis obediant serui: si iusta p̃cipiũt:
non difficultas retrahat: non labor: non obsequia
uel negata premia: uel quod est in rebus amarissi-
mum: irrogata supplicia: Jn oibus obediant: mo-
do iniustitia atq; ihonestas absuerit: Alioquin cõ
tumacia ⁊ libertas: atq; ipȝ pectus ⁊ iugulus ini
quis preceptis ac turpibus opponẽdus est: seruã-
dũq; memoriter: qd̃ premissorum alter ait: qui cũ
seruos obedire per oia dñs p̃cepisset: addidit: Nõ
ad oculum seruientes quasi hominibus placẽtes:
sed in simplicitate cordis timẽtes dñm. Ex his vi
des status tui conditio que nam sit: Non totus est
seruus qui ad indigna iperia cogi nequit. ¶ Do.
Superbo dño. seruio. ¶ Rõ. Quid scis an ille su D
periori domino seruiat? Forsan uxori: forsan mere
tricule: forsan his ipsis quib⁹ imperat: Quot suo-
rum seruoꝝ seruos vndiq; cernimus? Postremo
que durissima oium est seruitus: forsan ⁊ ipse sibi:
hoc est vitijs ⁊ passionib⁹ ac violentis affectib⁹ su
is seruit? Quid vis dicam? Pauci in ueritate sũt
liberi: ⁊ si qui sunt: eo illis laboriosior vita est quo
altior. Multo eniȝ citius multoq; facilius fidelis
serui q̃ȝ iusti regis implentur officia. Diocletiani
iam priuati ⁊ de p̃terito iudicãtis: ⁊ expientia edo
cti dictum memorabile est. Nihil difficilius q̃ȝ be
ne imperare: Propter qd̃ videri põt ipm quidem
imperiũ dimisisse. Tu igitur sortẽ tuã letus ample
ctere: fuscam fateor atq; humilem: sed facilem ac
tranquillam: nisi forte feliciorem reris in spectacu
lo anhelantẽ q̃ȝ in cubiculo quiescentẽ. ¶ Do. Jn
seruitiũ mea me sors impulit. ¶ Rõ. Libẽs faci- E
to quod oportet: Est ⁊ illud quoq; notissimum: ac
necessitatibus humanis aptissimũ consiliũ. Cupi-
as quodcunqȝ necesse est: sic vim ipsam necessitatẽ
eluseris. Fer fortune sarcinam patienter: quã qui
dam etiam sponte subiere. Utqȝ alios seruitio li-
beraret: sibi seruitiũ delegere. Jn qbus est claris-
simuȝ Paulini nomen Nolani presulis: cuius spõ
tanee seruitutis exitus felix: ut debuit fuit. Qui-
dam paruo se precio uendidere: ut serui effecti su-
os dños peccati vinculis absoluerẽt: atqȝ ad uerã
reducerent libertateȝ: in quibus Serapion quidã
egyptius heremicola nobilitatus est. Hec tibi ma
gis exempla profuerint q̃ȝ lamenta. Experire ⁊ tu
tale aliquid: quo uel utilis alteri: uel facilis tibi
saltem seruitus tua sit. Nõ id qdem quod non ha

beas optare:sed eo quod habeas bene uti sapiētis
est. Illud omnibus contingit: hoc paucis. ¶ Do.
F Mortali dño mortalis seruio. ¶ Rō. Immortali
fuire incipe: Ille tibi ꝛ libertatē spōdet ꝛ regnū:
q̄uis ꝛ in hoc statu nec honestis artibꝰ opam da-
re:nec sperare meliora sit uetitū. Et Terentius ser
uus fuit ꝛ didicit:haud seruili quidem ingenio ꝛ
comedias scripsit:haud seruili stilo quo ꝛ liberta
tem ꝛ inter poetaꝝ duces meruit locū. Quō ergo
ꝟtutem solidū aie bonū seruitus īpediet:que nec
aduentitia studia:nec externam gloriā impedire
pōt? Plato ipse in seruitium delatus:tñ ut scriptū
est:qr philosophus maior emēte se fuit: Generosa
professio:que maiorē dño seruum facit. Et est ha-
ud dubie seruus eruditꝰ eo maior idocto dño quo
fortuna q̄libet maior est aius: ꝛ in libero corpe ser
ua mens habitat: ꝛ in seruo libera. Obstare ser-
uitus pōt fori actibus:nō animi. Curia seruū re-
spuit:at nō virtus:non industria:non fides. Titon
Ciceronis seruus fuit:sed his artibꝰ libertatē ade
ptus:elegantem de patroni iocis librū posteris li-
quit. Nō pōt seruus impator exercitus aut Sena
tor esse:at philosophus : at orator:at vir bonꝰ pōt:
Aliqñ etiam discusso seruitio impator ꝛ rex quoq;
Neq; ad regnū modo ꝛ impiū ab hoc gradu per
uenisse aliquos nouimus:sed ad celū ipm. Nō po
test seruus militare hoi:deo pōt:eiusq; militie sti-
pendium est regnare. Dei seruus rex est oium:so-
cius angeloꝝ:horror demonum. Dei aūt seruus ꝛ
seruus hois esse pōt:atq; ita celesti felicitati terre
na seruitus nihil nocet. ¶ Do. Seruus sū. ¶ Rō.
Si semp fuisti:cōsuetudo luctū leniat. Si minus
spera posse te iteꝝ nō esse qd quandoq; nō fueris.
G ¶ Do. Seruus sum. ¶ Rō. Si speras mali finē
minuat spes dolorē. Si desperas:patientia : neq;
malum malo cumules:neq; te angas supuacue sci
ens uolensq;:que totiꝰ humane demētie sūma est.
Sed certe nihil est desperādū :si cūcta defuerint:
mors aderit que te inuito dño dissoluat ac liberet.

¶ De paupertate. Dia. VIII. ¶ Do.

A Auptate psssus sū:assurgere nequeo. ¶ Ra
p tio. Sepe qdem pauptas modestiā psuasit
reluctāti animo:quodq; nequaq̄ philoso-
phia tēptauerat:hec ipleuit. ¶ Do. Paupertas me
um limē obsidet. ¶ Rō. Nō obsidet sed custodit:
neq; hoc illi nouū aut insolitum:ut que urbē Ro-
mā multis olim seculis custodiuit. Inter tentoria
eqdem pauptatis sobrie atq; sollicite:luxus iners:
sopor marcidus ac vitia languida ꝛ eneruata non
subeunt. ¶ Do. Domum meā paupertas inuasit:
¶ Rō. Ultro illi ut occurras cōsulto. Uenietē le
to aio bipatētibus ualuis excipies atq; amplectes:
prima enim frōte rigida ac subtristis : nec imerito
viatori ac viro armato exeq̄ta:eo ꝙ celer minax-
q; sit aduētus eius: At cū in familiaritatē admissa
fuerit ꝛ minime sumptuosa ꝛ secura ac facilis ho-
B spes erit. ¶ Do. Foribus meis pauptas insultat.
¶ Rō. Aperi ocius anteq̄ uectes subita vi cōfrin
gat:atq; ostij vulsis a cardine victrix introeat : ut
enim resistētibus pmolesta:sic cedētibus piucūda
est. ¶ Do. Domū meā pauptas irrupit. ¶ Ratio.
Aduersus fures ꝛ peiores furibꝰ uoluptates per-
uigil excubitrix: Aduersus vulgi morsus ꝛ insulsa
iudicia atq; auaritie seu pdigalitatꝭ infamiā : que
raro alibi q̄ locupletū sedet in limine. Ab his ma
lis nullo melius ingenio custodiri potuit domus
tua q̄ illam custodiret pauptas. Ut diues ꝛ si lar
gus sit si qd tñ sibi reseruat:auarꝰ vulgo dici solet:
sic pauper cupidus quoq; largus habebit. Inui-
det opibꝰ vicinia:paupiem miserat. Illas cupit ac
vitupat:hāc horret ꝛ laudat. ¶ Do. Domū meā
occupat pauptas. ¶ Rō. Iam nullus tibi supbie
locus erit:nec inuidie:nec dānis insignibꝰ:nec dā
noꝝ metui:nec suspitionibꝰ mille:nec insidijs : nec
nausee:nec podagre diuitū hospitibꝰ: Quibus ex
clusis habitatura latius tecū quies ꝛ trāquillitas
ꝛ virtus: Cui eo plus loci erit:quo fortune minꝰ.
¶ Do. Lares meos dura subijt pauptas. ¶ Rō.
Quid queraris scio: Mollius diuitie subijssent:
sed pauptas tutiꝰ. Nulle aūt opes sūt:qbꝰ nō sit an
teponēda securitas. Cū ad felicitatē eni oia q̄cūq;
agunt cupiūtue hoies disponant:esse illa sine opi
bus qdem pōt:sine securitate nō pōt. ¶ Do. Pau
pertate iportuna diu pmor. ¶ Rō. Ut nihil ipor-
tabile diu fert:sic nihil breue difficile. Sed hoc di
cis grauius: Excute aūt illā cū diuitijs anplus au
ro tribuis q̄ ꝟtuti? An ꝛ hoc in paradoxis stoicis
nō legisti:ꝙ solus sapiēs diues est: An legisti forsi
tan sed spreuisti? qd pleriq; faciūt legētes:ut fabu
lentur ornatius:non ut melius viuant:nihil ad ho
nestatem:omnia ad scientiam atq; eloquentiā re
ferentes:quo nihil est uanius.

¶ De damno passo. Dia. IX. ¶ Do.

Pes cūctas trux fortuna preripuit. ¶ Rō
o Nō tibi fecit iniuriā:suū tulit:sed uetus ꝛ
nota hec ingratitudo est : dati imemores:
meministis ablati. Itaq; rare ac tepentes grē:cre-
bre ac feruide sunt q̄rele. ¶ Do. Fortuna ferox:vi
te quoq; necessaria subtrahit. ¶ Rō. Necessaria
subtrahere pōt nemo:quādoquidē uere necessari-
um est nihil sine quo bñ viuitur. Dico aūt bene:nō
uoluptuose:nō insolēter aut splēdide:sed pruden-
ter:sed sobrie:sed honeste. In qbus nullū sibi ius
esse q̄uis isolēs fortuna fatebit. Et certe cū nec to
to qd est usq̄ auro:neq; oi gēmaꝝ pōpa atq; om-
nigenū reꝝ copia:cupiditas expleat:paucis ad-
modū: ꝛ si desint:leui lingue uel manꝰ artificio cō
parādis tollit aut lenit necessitas nālis:sic virtuti
modicū:vitio nil sufficit. ¶ Do. Uictū uestitumq;
necessarium auara fors negat. ¶ Rō. Aliūde petē
dum. Uirtus liberalior q̄ fortuna est:nihil negat
nisi qd ꝛ permissum noceat ꝛ negatū prosit:nihil
eripit nisi qd habuisse damnosū amisisse utile sit:
Nō differt:non imperat:nō retrahit manū:nō ru-
gat frōtē:nō attollit supciliū:nullū despicit:nullū
destituit:nullū fallit:nō seuit:nō irascit :nō mutat:
vna semp ꝛ ubiq; est:nisi ꝙ magis magisq; degu-
stata dulcior idies: ꝛ ppius ɔspecta fit pulchrior.
Ut sis igit uerꝰ diues:ab hac poste nō te fastidiet
nec repellet:q̄uis exerceat:difficiles habet aditꝰ
primos:cetera prona:iucunda:facilia. Semel ꝟo
ubi ad illam perueneris:non senties pauptatem.
¶ Do. Spoliauit ne bonis meis oibus fortuna.
¶ Rō. Fallit te opinio:malū cōe mortalium. Nā
profecto non bonis: ꝛ ut bona pmiserim:nō tuis:
sed que tua forsitan vulgi more credideras. Mi-
rorq; si nondū intelligis aliena. ¶ Do. Fortuna
me nudū liqt atq; inopē. ¶ Rō. Uirtꝰ te uestiet:
ni respuis ac ditabit:nisi forte pluris aurū ꝛ pur-
purā q̄ decoꝝ generose mētis habitū facis: Qd

ſi faceres:tūc uere inopē nudūqꝫ te dicerē. ¶Do.
Cōtra fortune ipetū ⁊ inopie moleſtias nullo ſatiſ
artificio tutꝰ ſum. ¶Rō. Quid miraris:artificiuꝫ
tuū oē ⁊ arma qbus te tueri cogitas in manibꝰ ho
ſtis ſūt. Illa capulū tenet:in te cuſpis obuerſa eſt.
Si ꝯſiliū qris:his omiſſis age aliud : artibuſqꝫ il
lis ingeniū applica in qbꝰ fortuna ius non habet.
Nō diuitijs virtꝰ:ſed vtute diuitie qrunt. Uirtus
vna cōtra fortunā oēm cōtraqꝫ pauperiē ars opti
ma. Legiſti ut ad littus Rhodiū naufragio eiectꝰ
Ariſtippus: ⁊ ipſe nudus inopſqꝫ rex oium:quas
dare pōt fortuna uel auferre:dū locoꝝ nouitate ca
ptus:ut fit:oculoſqꝫ circūferēs:forte illos in qſdaꝫ
deſcriptiōes geometricas defixiſſet:exclamās ꝯſo
latꝰ eſt comites: ⁊ bono aīo iuſſit eē:neqꝫ eni deſer
tis locis applicuiſſe:cernere ſe hoīum ueſtigia: In
de oppidū introgreſſus ad gymnaſium lraꝝ recto
calle cōtendit: Atqꝫ ibi philoſophicis diſputatio-
nibus admirationē pmo:dehinc amicitias optima
tum ⁊ munera meruit:qbus nō tm̄ ſibi ſed etiā ſo
cijs victum ac ueſtitū ⁊ ꝑfectioni neceſſaria mini-
ſtraret. Cūqꝫ digreſſuri qrerēt:qd ille nūciari do-
mi uellet:hoc vnū iuſſit:nunciarent eas opes filijs
parādas que naufragio nō perirēt:qs nec mariti-
ma nec urbana nec bellica tempeſtas eriperet pre-
clare. ¶Do. Reꝝ atqꝫ animi inops ſum. ¶Rō.
Primū te expeditū:ſecundū plane inopem facit ⁊
miſeꝝ. Sed ut Ariſtippi cōſiliū:ſic ⁊ Theophra-
ſti dictum te legiſſe arbitror : Quid vo lectio ſola
profuerit ⁊ meminiſſe oportet ⁊ in uſus tuos lecta
cōuertere. ¶Do. Domo:familia:neceſſarijs atqꝫ
ornamētis oibus ſpoliatꝰ:qd agā:quo me uertaꝫ?
¶Rō. Ad eas opes qbus ſpoliari nequeas : que
te vndiqꝫ comitatū diuitē ⁊ ornatū pſtent: Et qm̄
ut video:excitanda memoria eſt: Theophraſti qd
memorabam dictū ad hunc ſe habet modum: Do-
ctum ex oibꝰ ſoluꝫ : neqꝫ in alienis ꝑegrinum:neqꝫ
amiſſis familiaribꝰ ⁊ neceſſarijs inopē amicoruꝫ:
ſed in omni ciuitate eſſe ciuē:difficileqꝫ fortune ſi-
ne timore poſſe deſpicere caſus: At qui nō doctri-
naꝝ ſed felicitatis pſidijs putaret ſe eſſe uallatum
labidis itineribꝰ uadētem:nō ſtabili ſed infirma cō
flictari vita. ¶Do. Pr̄imoniū paternū habui:per-
didi:qd ꝯſilij capiam? ¶Rō. Pr̄imonium pater-
num duplex: Alteꝝ ex rebus pereuntibus:qd for
tuna moderat̄:ex virtutibus ⁊ doctrinis alteꝝ:qd
extra fortune regnū ꝓcul in tuto poſituꝫ ledi neqt.
Hoc eſt illd qd in pmis amātiſſimi pr̄es filijs tra
dūt:qd niſi repudiet̄:eos in finē ⁊ poſt finē viteqꝫ
exitū:exornat poſſeſſoribꝰ ſuis : nō equeuū modo:
ſed viuacius multoqꝫ perennius. Idqꝫ attēdēs il-
la nobilis moꝝ ⁊ eloquētie ⁊ legū parēs Athena
rum ciuitas: Cū grecaꝝ oium leges urbiū indiſtin
cte filios ad pſtāda parētibus alimenta compelle-
rent:eos ſolos ſtatuit ali oportere:qui liberos eru
diſſent:ꝙ hi ſoli pr̄imonium certū ſuis ſtabile reli
cturi eſſent. ¶Do. Multa mihi ad vitam deſunt.
¶Rō. Cui pauca ſufficiūt:quō deſint multa nō vi
deo. Sed deeſſe vite dicitis qd auaritie deeſt: Ita
fit:ut nō multa tm̄ ſꝫ oia uobis deſint: ⁊ que habe
tis ⁊ que cupitis:ꝙ ⁊ illa tāgere nō audetis: ⁊ hec
aſſequi nō ualet̄:utrobiqꝫ par uel miſeria uel ege-
ſtas. ¶Do. Nimiū pauper dego. ¶Rō. Solare
aīum comitibꝰ magnis ⁊ illuſtribꝰ: Ualerius Pu-
blicola vnus e romane libertat̄ auctoribꝰ : Mene
nius Agrippa romane ſequeſter pacis:vnde ſepe-
lirent̄ qr de ꝓprio nō erat:de publico habuē. Pau
lus Emilius Macedonū regū victor finitorqꝫ re-
gni famoſiſſimi ⁊ antiqui:tā diues glie:tam pecu
nie inops fuit:ut niſi agello tanti viri uēdito : reſti-
tui cōiugi dos nō poſſet. Attilꝰ Regulus: Cneus
Scipio: Quintꝰ Cincinatꝰ romani imperij defen-
ſores:tāta rei familiaris inopia fuere:ut pmus in
Africa maximas res gerēs:ſecūdis in Hiſpania.
Ille ꝓpter villici mortē:hic ꝓpter filie dotē miſſio
nem a ſenatu petere cogerent̄ : ⁊ obtinuiſſent niſi
ſenatus reipublice cōſulens optimoꝝ ciuiū ſuccur
riſſet inopie. Quintio aūt qterna agri iugera arā-
ti:ſenatꝰ ⁊ populi conſenſu rebus in extremis ſum
mū iperiū deferret̄. His accedant Curius hortulo
diues ⁊ Fabricius paruo potēs:qui oblatas con-
tempſere diuitias: ⁊ nihil preter ferruꝫ dextraſqꝫ
⁊ aīum habētes ditiſſimū:grecie regē ac potētiſſi-
mū italie populuꝫ domuere. Auro ipſi eque ac fer-
ro inexpugnabiles ⁊ inuicti. Et qd loqmur ciues:
cū ⁊ ipſe populus romanus ois eximie fons atqꝫ
exēplar hiſtorie tādiu bonus fuerit:ut dicere cepe
ram:qꝫdiu pauper fuit. At libidinibꝰ ꝓbriſqꝫ Ne-
ro obrutꝰ:opes ſuas metiri ac dinumerare nō po-
terat. At Uarꝰ Heliogabalus effeminatiſſimꝰ tur-
piſſimuſqꝫ hoīuꝫ at ueſtri pudor iperij:uētris onꝰ:
dictu fedū ⁊ auditu:ſed pro feda cupiditate morta
lium forſitan non ſilendum : non niſi auro excipi
dignabatur:cum non ſuperiorum mō talium viro
rū cenas ſed deoꝝ ſacra fictilibꝰ agi ſolē meminiſ-
ſet. O urbs miſera ad tā turpes manꝰ fat̄ lapſa uol
uētibꝰ: Sed o auꝝ auaritie uotū igēs: O ſpes ulti
ma ⁊ laboꝝ terminꝰ humanoꝝ:in quos uſus ocu-
loꝝ ſtupor ac mētiuꝫ uertebaris. Laudarē factuꝫ:
aut certe nō arguerē:ꝙ errori hoīum tam obſceno
nulla aptior eſſet irriſio:ſi ab hoīe ſane mētis id fie
ret: Nūc pclaras optādaſqꝫ diuitias:quis negare
audeat : que ſi ferro ac ſcelere peti uelint:dum ſic
ſpretis optimis:ſic peſſimis affluūt?. ¶Do. Pau
perem in laboribꝰ vitā duco. ¶Rō. Cleātes hau
riēde aque ⁊ rigādis oleribꝰ. Plautꝰ ſarcinas mo
le manuarie locare opas urgēte inopia coactꝰ eſt.
Quātꝰ ille philoſophus:hic poeta:ſimulqꝫ qꝫ pau
per ille hortulanꝰ:hic piſtor reliqas tēpoꝝ neceſſa
rie debitas qeti:tāta aī vis erat:philoſophicis ille
vigilijs dedicās:hic ſcribēdis qs uēderet Come-
dijs Lactātius Firmianꝰ vir doctrine mltiplicis:
rariqꝫ iter ſuos eloquij:filij quoqꝫ ſūmi principis
magiſter. Ideꝫ ſūma reꝝ oium:et cōium egeſtate
vitā egit. Pauper natꝰ eſt Flaccꝰ: Inops vixit Pa
cuuius: Inops Statius. Uterqꝫ victꝰ cā:fabulas
uēdicauit. Inops demū aliqn̄ Uirgilꝰ:donec pre
ter ſuū morē:opes igenio acceſſere. Multa ſūt ta-
lia quolibet hoīum in ſtatu: Et omitto illos qm̄ ni
mis mlti ſūt:qui celeſtiū opū deſiderio : nō inopiā
mō ſed famē:ſitim:nuditatē ⁊ extrema oia in ter-
ris:nō eqs tm̄ ſed letis atqꝫ exultātibꝰ animis ele-
gerūt. Si his qſi exēplis humilibꝰ atqꝫ terreſtribꝰ
nō moueris: Ipſe celi dn̄s hic pauper fuit:ut exē-
plo doceret hanc inopie viā eſſe:qua tamen ad ue-
ras diuitias pergeretur. Ipſe inqꝫ per queꝫ reges
regnant:pauper natꝰ:pauper vixit : nudus obijt:
cui cūcta interim obſequebant̄ elemēta: Tu homū
cio domini tui ſortem fers moleſte:nec inepte pu-
det inſolentie. Certe qſqs illū cogitans ſe virtute

uallauerit:in ipsa paupertate ditissimus nulliusqꝫ
H egens rei:opes regias non requiret.¶Do. Nul-
la mihi opū copia est.¶Rō.Ut aio inopi ac deie
cto nulle sufficiūt opes:Sic diuiti atqꝫ erecto nul
la non sufficit paupertas:Nēpe ille alieno nititur:
hic ꝓprio fidit:Edificare in alieno iactura est:que
stus in ꝓprio.¶Do.Pauperrimꝰ sum.¶Rō. Si
necessitatibꝰ obsequeris:pauper nunq̄ esse potes:
Si cupiditatibꝰ:nunq̄ diues.¶Do.Hactenꝰ pau
per:imo mēdicus sum.¶Rō.Fortuna hoīuꝫ non
stat: ⁊ ut sūmis ex opibus ad inopiā extremā : sic
a pauptate ultima ad diuitias magnas creber est
trāsitus.Legisti reor apud Quintū Curtiū histo-
ricum:ut Abdolominus qdam Alexādri iussu seu
ꝑmissu:ex hortulano inopi Sidonis rex: ⁊ ɔtēptu
regni maior est habitꝰ q̄ regno.Certe qᵭ nō legis
se non potes:Et Romulus e pastorali tugurio tā-
te urbis cōditor romanum primus diadema susce
pit:Et regum sextꝰ ex humillima : utqꝫ aliqui cre-
didere:e seruili fortuna ad ipsum regni culmē ascē
dit:nec Alexādri Priamide:nec Cyri illius inter
Persaꝝ reges famosissimi inter opulētiora ꝓmor
dia:aut alia fere sunt rudimēta q̄ Romuli Gaius
Marius qui fuisset ⁊ futurꝰ sepe esset Rome ɔsul:
⁊ anteq̄ honoꝝ gradus ullos anttingeret:mercē-
narius arator ꝓmos in aruis vite annos egerat: ⁊
deinde post tot victorias ac triūphos:iterqꝫ illos
suos septē cōsulatꝰ:ꝑter latebras palustres ac car
cerē exiguū quoqꝫ mēdicauit panē.Julius Cesar
futurꝰ mūdi dn̄s: ⁊ testamēto dn̄os mūdi relictu-
rus adolescēs pauper fuit.Tu hac taliū comitiua
I nō potes aut spare opes aut ɔtēnere.¶Do.Soli
to paupior sum.¶Rō. Bene habet ⁊ solito eris
humilior:expeditior:liberior.Uacui amāt incede
re qui arduū iter agūt.Carebis solitis opibus:si-
mulqꝫ solitis muribꝰ ac furibꝰ ⁊ ꝓteruis seruis :his
qꝫ quibus solēt abūdare diuitie:fictis amicitijs:se
quacibꝰ atqꝫ tenacibus parasitis:totoqꝫ illo grege
domestico arridētiū tibi teqꝫ ridētiū atqꝫ rodenti
um.Deniqꝫ si amissas opes cū amissis tedijs cōfe
ras:lucrū uoces.Certe ut securitatē sileā:humili-
tatē:sobrietatem:requiē:modestiam pauptatis co
mites:si nihil boni aliud illa secū afferret q̄ ꝙ ⁊
fallaciū gregibꝰ adulantium ⁊ seruoꝝ tyrānide su
perboꝝ liberat:abūde erat cause ut nō ferēda mo
do eēt sed optāda : imo etiā arcessenda paupies.
Sed iam satis sit : Maior enim q̄ pro re querela
est:quā in te mirarer:nisi olim ferme in oibus no-
tassem nullū grauius:nullū crebrius lamētū:adeo
nihil iter homines pauptate meliꝰ nihil odiosius.
¶Do.Pauperior sum in vita.¶Rō. Eris letior
in morte. Nemo tam pauper vixit:ut moriēs nol-
let vixisse pauperior.

A ¶De tenui victu. Dia.X. ¶Do.
Enuis victꝰ est mihi.¶Rō.Et tenuis uo-
t luptas ⁊ mūda sobrietas.An tu gule studio
ɔriū malles?¶Do.Asper est victꝰ.¶Rō
Eq̄nimis fer gule illecebris caruisse:cū ad manuꝫ
sint alie dulciores ⁊ q̄ri faciliores ⁊ ꝑuari. Habet
⁊ suas virtꝰ illecebras:Ciceronis utor v̄bo:has gu
stare ⁊ ruminare cū cepis:illas magnopere nō re
quires. ¶Do. Durus est victꝰ . ¶Rō.Duricies
amica v̄tutibꝰ:mollicies uoluptati.Quot aūt ma
gni viri ultro se uoluptatibꝰ abdicātes:hūc quē tu
refugis victū elegere:quoꝝ aliqui cū possent laute
uesci:panē ⁊ aquā in delitijs habuere?An vo uo-
luptati quenq̄ sic obnoxiū opīnemur:ut non illaꝫ
ualde oderit si adiūctū illi dedecꝰ itueri oculis pos
sit?Sed funesta suauitas:v̄tutū hostis acerrima ⁊
titillatio bestialis:quā qui sequit̄:homo qdē vide
ri pōt:uere aūt aial brutū est. Ad hec ⁊ familiari-
tas ɔcta cū vitijs ⁊ ɔsuetudo reꝝ pessima:mortalē
ꝑstringit obtuitū:ut discerni nequeat:q̄ decorū sit
qᵭ torqueat fedūqꝫ qᵭ mulceat.¶Do.Nimis an
gustꝰ est victꝰ.¶Rō.Immo nimis ampla:nimiū
qꝫ capax gula est.Unū visu angustū:re aūt vnū oi
bꝰ in aiaꝫ irruētibꝰ vitijs patēs iter.Hac flāma libi
dinū:hac torpor igenij:hac iraꝝ ⁊ iurgioꝝ feruor
igredit̄:hac iperiosa cupiditas oia pati iubēs:at-
qꝫ facere dū necessaria creditis:que dānosa sūt ⁊
munimē vite dicit̄:qᵭ ruina est.Hac iuidie faces
⁊ emulatio iplacata idignātibꝰ animis:tā gule ali
um obsequētē q̄ uos esse gloriamini:ide laudē spe
rātes:vnde pudor metuēdus erat.Hac postremo
supbia dum iflatꝰ nec se capiēs uēter:aio suū affri
cat tumorē: ⁊ ꝑsuadet illi esse se hoīe aliqd maius:
ꝙ ambrosia ⁊ nectare pastꝰ sit:vides ut vitiū vnū
ex oibꝰ aditꝰ:neqꝫ hūc si aliter neqt inopie uectibꝰ
clausū cupis. O pauptas amabilis:que ɔtinētie
tibi sumis officiū.Utile est cogi ad id qᵭ facē tua
sponte debueris.¶Do.Tenuis me victꝰ extenu-
at.¶Rō.Malles ne igitur tumefieri?Hec tenui
tas podogrā tuis pellet e finibꝰ:dolorē capitis au
feret:cerebriqꝫ uertiginē uomitūqꝫ ⁊ ructū ⁊ nau-
seā ⁊ sudorē tediūq̄ ⁊ fastidiū tuiipsius:pallorē al
ternū ac ruborē:odorē quoqꝫ ⁊ oris ⁊ corpis tibi
atqꝫ alijs iportunū sistet.Preterea pedes instabi-
les:manꝰ tremulas:nutās caput:quodqꝫ est opti-
mū:aiuꝫ ipm moderabit̄ frenabitqꝫ. Et qd igit̄ tā
mlta corpis atqꝫ ai bona paruo cibi desiderio ac
momētaneo gustꝰ icōmodo tibi parta cōquereris
dignꝰ his ꝑditis gustui deseruire?¶Do. Tenuis
victꝰ me fatigat.¶Rō.Cōtrariꝰ fatigaret:nisi for
te onus requiē uocas. Nū legisti lautioris vite te
dia magna esse:ita ut gnqꝫ diebꝰ ɔtinuis nō possit
sine fastidio tolerari ab hoībꝰ tēperatis ⁊ altiora
spectātibꝰ q̄ palatū ⁊ uētrē?¶Do.Supra modū
victꝰ est tenuis.¶Rō.Fuit etas:qn̄ hic fuisset ⁊ est
adhuc gēs aliq̄ ubi eēt victꝰ amplissimꝰ:Ueꝝ mū-
do in deteriꝰ lapso:uos deterrimi oiuꝫ esse nitimi-
ni publice semp ꝓncipes ruine:ut qui optimi oiuꝫ
fuistis:uersis usqꝫquaqꝫ uestigijs sitis oium pessi
mi: ⁊ in tēpoꝝ vitijs ac locoꝝ ꝓcipuū teneatis gra
dū.¶Do.Uictꝰ tenuis mihi nō placet.¶Rō.Ui
ctū tenuē ⁊ v̄tutis ⁊ uoluptatis amatores ac pa-
troni laudāt:Tu quā hēsim sis amplexus nescio.
Plato Syracusias mēses dānat:nec ullo mō sibi
placē ait:bis in die satuꝝ fieri.Epicurus in oleri-
bus suis uoluptatē ac delitias ponit: ⁊ hūc quē tu
fugis victū rebꝰ ac v̄bis ꝓbat.Deniqꝫ ut ait Cice-
ro: Nemo de tenui victu plura dixit:Tu duaꝝ no
tissimos si viaꝝ duces spnis:qd est reliquū:nisi ut
ipetu tui erroris ⁊ v̄tutis hostē:nec amicā uolupta
tis onerosā seq̄ris igluuiē:fedū finē nec tā hois q̄
iumēti:qᵭqꝫ idignāter ac dolēter dixerim:iumen
ta mltū qdē sed pro captu suo uētri ingerūt : Soli
uos aiantiū dn̄i mēsurā uestrā ⁊ nescitis ⁊ frāgit̄:
Neqꝫ de nihilo est qᵭ multi mirantur:qr patrum
⁊ auorum memoria:vinee multo pauciores eēnt:
hoies aūt totidē aut plures : vina tn̄ viliora erāt:

Sic indies creuit ebriorum sitis. ℭ Do. De lauto victu ad tenuē sum redactus. ℭ Rō. Bene habet: qđ modestia neglexit: iplet inopia. Optimum est sponte agere qđ debeas: primum uel coacte.

ℭ De originali inopia. Dia.XI. ℭ Do.

N paupertate etiā nat⁹ sum. ℭ Rō. Quis
i non nudus utero matris egredit? Nil hic precipuū habent reges. ℭ Do. Anteq̃ nasceret pauper fui. ℭ Rō. Bone memorie es si meministi: delicatissim⁹ si sensisti. ℭ Do. In pauptate sum genit⁹. ℭ Rō. An tue tibi q̃rimonie paruū sūt? Hec non tua qdem sed parentū fuerit. ℭ Do. In paupertate natus sum. ℭ Rō. In paupertate moriturus: Similis principio finis manet: nisi forte morientis langoribus mederi auruȝ censes qđ in arcule fundo est. ℭ Do. In pauptate vite mihi pncipium fuit. ℭ Rō. Medium falsē sepe diuitie: at pncipium ꝛ finem uera paupertas tenet: nudum nasci: nuduȝ mori: humana uere conditio est. Nā quid queso purpureum cubile: qd funeralis lectus aureus: ꝛ quecūq̃ sub ipsum vite finem mortalis ambitio meditata est: qd ad febrem: quid ad mortem ipsamq̃ de qua loquimur morietium nuditateȝ? An ut equū phalere: sic parietē aule delectāt? Mulcere ista oculos possunt intuentium. Sensu carentibus delectabile aliquid inesse pōt: delectatio aūt nulla. ℭ Do. Nudus iops nat⁹ suȝ. ℭ Rō. Humanas res pene omnes alterna sors uariat: Ea deȝ quasdam equat quo reliquarum soletur imparitatem: harum prima ꝛ maxima est ipsa hec originis ac mortis equalitas. Multi ꝛ uarij viuentiuȝ sunt amictus: nuditas vna nascentium atq̃ morientium: nisi q̄ illi multa reperiunt ignari: hi omnia deserunt scientes: ut exigui damni sensum debeat ipsa reruȝ pereuntium lenire cognitio. ℭ Do. Nudus in hanc miseram vitam ueni. ℭ Rō. Id recolens animo equiore abibis nudus.

ℭ De numerosa ꝓle grauis sarcina. Dia.XII.

ℭ Dolor.

Umerosa ꝓle p̄grauat⁹ sum. ℭ Rō. Au
n ro ēt atq̃ opibus ibeciles humeri pmi possunt: nemo tn̄ id querit: sed sic p̄mi gaudet. At qui prima inter ueſtre felicitatis dona numerantur filij. His ne te igit̄ p̄grauatū ꝛ non potius subleuatum dicis? ℭ Do. Multos inter filios inops suȝ. ℭ Ratio. Immo vo filij diuitie tue sūt: Quomodo inter diuitias sis pauper videris. Id enim non nisi auaris ꝛ bonoꝝ suorum ingratis accidit. ℭ Do. Filioꝝ in turba egestate sordida laboro. ℭ Rō. Filij non labor sed requies sunt parētū: lenimen laborum: atq̃ ois solatium fortune si boni sunt: aliogn non de numero sed de moribus est querela. ℭ Do. Filioꝝ acie coartatus sum. ℭ Rō. Cur non potius comitat⁹ ꝛ uallatus ꝛ ornat⁹? Certe non tn̄ patres: sed ꝛ matres ornamēta sua filios uocant. Non audisti: ut Cornelia Africani magni filia: dum pdiues mulier Cāpana: que forte in domū eius hospitij iure diuerterat: muliebriter gloriabunda: sua illi longe preciosissima ostentasset ornamenta: generosam uelut ad emulationem prouocata: colloquiū de industria produxit: donec a scholis filij ei⁹ remanerēt: parui tūc pueri qui magni post fuere viri. Quibus illa cōspectis uersa in hospitam: Ornamēta mea ingt hec sunt. Preclare qdem ꝛ ut tāti patris filiaȝ decebat. Tu aūt ornamenta hec tua uocas ipedimēta. ℭ Do. Quis tot B
pascet filios? ℭ Rō. Is qui te a iuuentute tua pascit in senium: qui nō solū hoies: sed pisces ꝛ quadrupedes pascit ꝛ uolucres. ℭ Do. Quis tot natorū corpa uestiet? ℭ Rō. Is qui nō tm̄ aiantia sed agros herbis ac florib⁹ ꝛ frōdibus siluas uestit. Et qd scimus adhuc forsan hi filij te non modo pascēt ac uestiēt: sed ēt tuebuntur: sed etiam honestabūt. Humanaꝝ reruȝ ut a uoluptate alie incipiūt: in laboreȝ ac dolorē desinunt: sic econtra alie amaro pncipio incepte dulci fine claudunt. Qualis est sors virtuosaꝝ oium fere actionū: que igressos cruciant ac ꝓgressos mulceant. ℭ Do. Pauper cuȝ filijs multis sum. ℭ Rō. Miraris q̄si fecundam virorum non legeris paupertatē. Diuersa sunt operum genera ꝛ uaria dona fortune. Nulli oia cōtingunt: alijs uage merces: alijs rigēs tellus: exāgue alijs metallū: viue tibi diuitie obtigere filij: an vo boues ꝛ pecudes ꝛ asini: cameli ꝛ ꝓfuge apes ꝛ colūbe ꝛ pulli ꝛ pauones: serui deniq̃ ꝛ ancille in diuitijs habebunt: soli filij excludent? ℭ Do. O q̄ multi mihi sunt filij. ℭ Rō. O q̄plures alijs. C
Quinquaginta fuere Priamo: Triginta Orodi Parthoꝝ regi: Cētuȝ qndecim regi persarū Artaxerxi. Septingēti aūt Erothinio regi arabū: quorum fiducia fines hostiū alternis aggressus incursibus: egyptū: syriāq̃ uastauit. Et est sane potētie genus quoddā multos filios habere. Scio auteȝ qd dicturus sis. Hi quos memoras magni oēs reges fuerāt: Mihi lōge alia sors est. Nunqd vo rex fuit Appius Claudi⁹? Profecto ne diues qdē prisco illo seculo: videlicet quo ꝓbrum diuitie habebantur: ꝛ pauptati cecitas accesserat ac senect⁹: ꝛ tn̄ de eo scribens Cicero: Quatuor ingt robustos filios ꝛ quinque filias: tātā domū: tātas clietelas Appius regebat ꝛ cecus ꝛ senex. Neq̃ id mirari est q̄ priuata bene regeret: cū tot obsessus incommodis: ipsam quoq̃ rempublicā gubernaret. Humanoꝝ defectuū magna pars in morib⁹ nō in reb⁹ est. Nō erat Appio sors regia: sed nec optabat: sua sorte contētus: exiguos nō lauticijs sed virtutib⁹ adornabat lares: ꝛ victu tenui amplam familiam nutriebat. Quodq̃ multi reges mesti faciūt ꝛ querali: letus ille ꝛ equanimis faciebat. Nō eniȝ fortunaȝ appetituī: sed fortune equauerat appetitū. Nō erat Appio sors Cresi regis: nec ꝯciuis qdeȝ sui Crassi: sed felicior q̄dā alia: q̄uis angustior sua sors: nec ad alienā sortē: sed sicut boni oēs faciunt: ad suā ꝓpriā se formabat: ac suos. Certe nec ego exigo: ut tu forte alia q̄ tua in tuis utaris ꝛ in te: neq̃ ut cibo aut amictu regio tuos pascas aut uestias. Uescunt lauti⁹ regij iuuenes ꝛ uestiunt insignius: sed nō viuūt meli⁹ nec diuti⁹ nec leti⁹: ꝛ qđ ꝓstat: nec securius nec honestius certe nec sancti⁹. Pro his oibus vnū habent quo excellant: pōposius: hoc est stultius viuunt. Suus cuiq̃ viuēdi modus: sua est mensura: Nec idcirco melior: quo maior: Unde fit ut in tugurio sepe letos videas: mestos in regia. Nō est oiuȝ vna capacitas: sed vnus est fons gratie: Unus ille cui dicit: Aperis tu manū tuā ꝛ imples omne animal bn̄dictione. Quid ad rem uasorum seu magnitudo seu paruitas: ubi par est oium plenitudo? Sed multa desunt pauperibus: quanto plura desunt regibus: cum sit illud Flacci uerissimū expertumq̃: Oꝫ multa petentib⁹

D desunt multa. ¶ Do. Laboriosum negocium mul
tos filios genuisse. ¶ Rō. Quid sub celo mihi nō
laboriosum dabis preter vnam: ut creditur: uolu
ptatem: qua tamen nihil est in fine laboriosius: ni
hil quod tot in animis linquat aculeos? An non le
gis apud Flaccū: ut nil sine magno vite labore de
dit moꝛtalibus? At non audis: q̄d poeta alius nō
ineleganter: hac in parte luserit: Cum enim bona
oīa gratis nobis donata esse diuinitꝰ: pij oēs vno
ore fateantur: non donata dicit ille: sed uendita ⁊
p̄cium statuit labores. Sic enim ait: laboribus uē
dunt dei nobis oīa bona. ¶ Do. Molesta est tāto
rum sollicitudo filioꝝ. ¶ Rō. An non inter ueras
sententias illa est: Non posse inueniri vitam homi
nis carentem molestia? Nec minus illam: Omnē
vitam esse toꝛmentū: Quid filij meruere qui si de
sint: cure alie subibunt? Crede mihi: quocunqꝫ te
uertas: quelibet foꝛtune gradum arripias: ⁊ labo
res ⁊ molestie ⁊ difficultates vite aderunt. Quid
lamentis inanibus opus est? ¶ Do. Filijs multis
E pꝛemoꝛ. ¶ Rō. Sic dicis quasi felicitate depꝛi
maris tua: ⁊ nota pꝛima moꝛtalium tibi cumulati
us obuenisse fers grauiter: mirū genus impatien
tie. ¶ Do. Quid vō tot faciam filiabꝰ? Quis tot
dotes expedict? ¶ Rō. Unus est ⁊ feminaꝝ deus
⁊ marium. Is ⁊ filios tibi pascet ⁊ filias. Utqꝫ il
lis ingenium ⁊ viuendi artes: sic is suas dotes da
bit. Itaqꝫ sic scriptum est: Spera in eo ⁊ ipse faci
et. Quod in te est: optimū dotis genus fuerit: sic fi
lias foꝛmare: ut uel absqꝫ dote recto iudicio place
re ualeant atqꝫ amari. Dotem habuit romanū im
perium Faustina: Et quot reris idotate: castiores:
eaqꝫ feliciores fuerint? Non facit faustū coniugi
um dos sed virtus. Fac si potes: ut tuaꝝ nō pecu
nia optabilis sit: sed pudoꝛ: sed modestia: sed inte
gritas: patientia: fides: humilitas: His oꝛnate ge
nus filie tue: hoc onuste auro: his ancillis comita
te: limen adeant cōiugum: nō diuitum sed ꝓborū:
ubi tutioꝛ sepius pudicitia vitaqꝫ dulcioꝛ q̄ꝫ in tha
lamis atqꝫ atrijs regum fuit.

¶ De amissa pecunia. Dia.XIII. ¶ Do.

A P Ecuniam amisi. ¶ Ratio. Et cū illa curas
multas: periculūqꝫ perpetuū. ¶ Do. Per
didi pecuniā. ¶ Rō. Et laborē custodie ⁊
perdendi metum. Sic perdendo pecuniā: duo bo
na: vnūquodqꝫ ⁊ pꝛestantius amisso securitatem
⁊ requiem inuenisti. ¶ Do. Pecuniam perdidi.
¶ Rō. Bene si te illa non perdidit qd̄ iam multis
possessoribus suis fecit. Noxia enim pecunie foꝛ
ma est: uenenosus fulgoꝛ ac pestifer: Itaqꝫ uelut
serpēs squamis aureis placens: mulcēdo oculos:
aīam ferit. Pꝛoinde si hinc saluus es: gaude tibi
ablatū vnde infici posses teqꝫ illesum inter pericu
la transiuisse: letꝰ stupensqꝫ recogita. Sin infectꝰ:
cro nobili: virtutē nēpe rarissimā mercē: magno li-
cet ⁊ quo nullū maius fame precio cōparasti. Is
virtutis cultor uerus est qui in illa nihil penitus
pter illā cogitat. Sed cū reliquorū clarus: tū cla-
rissimus est ꝯtēptus fame virtutis studio susceptꝰ
cū profecto fama viris fortibus: nō auro tantū sed
vita etiaz sit charior. Qui amore virtutis hāc spre
uerit: is spreturus oia credi debet: qꝺ preclaꝝ sed
perrarū: scito quādoqdē magna pars eorū qui vi-
deri uolūt virtuti operā dare: fama eius appben-
sa: sic confestiz in actione lentescant: ut intelligi det̄
vnū hoc illos qꝺ apprehenderint itēdisse. ¶Do.
C Multi grauiter me infamant. ¶Rō. Plures oliz
Fabiū: ⁊ grauius plures etiā Africanū: que res il
lis eximiā in gloriā uersa est. Cōmunē cū talibus
sortē queri desine: paucissimis accidit: omni semp
īfamia caruisse. Delicatissima res est fama hois: ⁊
que sepe rubiginē leuibus contrahit ex causis. Et
ad summā: ut nil clarius fama est: sic nil obscurari
pronius: nilqꝫ peregrinarū ut sic dixeri: capaciꝰ im
pressionū. ¶Do. Graui uror infamia. ¶Rō. Pe-
stis hec uerēdis maxime infesta nominibus: viris
quoqꝫ sanctissimis non pepercit: quoruz princeps
ois expers culpe: ⁊ ipse tamē ab impijs infamatus
ostendit mali huius immunitatē: que nec deo obti
gisset: hominibꝰ nō sperandā. ¶Do. Dura atteror
infamia. ¶Rō. Uirtutē iuidia nō tēptari vix pos-
sibile dixerim: sufficiat nō cōuelli: siue gloriā cum
obtrectatione collidi: si pura si solida est: splende-
scet attritu. ¶Do. Acri uexor ifamia. ¶Rō. Uul-
garis aura cecis ignorantie pulsa turbinibus sum
ma reruz cacumina uerberat: sed non quatit: uel si
quatiat: non euertit. Excellētie tibi cuiuspiā signū
sit: in vulgi linguas quas scopulos icidisse. Humi
lia enim ⁊ circa terram depressa nomina nec pcla-
re laudis lumē excipiūt: nec magne infamie tēpe-
statē: Sepe quod spernitur ⁊ quiescit. ¶Do. Ma
le de me vulgus loquit̄. ¶Rō. Bene ꝙ i linguas
Nō in calamos incurristi: Uehemēs sermo vulgi
est at minime diuturnus: Leuibus aut falsis orta
causis breuia sint oportet: tacebūt cū multa latra-
uerint. Fatigari citius solēt qui cepere feruentius.
¶Do. Uulgi liguis exagitor. ¶Rō. Quid si ora
toris aut poete insignis in stilū ipegisses? ut multi
oliz quos infames posteritati traditos inimici elo-
quentia videmus ut sicut nobile mihi suspiriū Ale
xandri regis: Homerū Eacidē inuidētis: sic metꝰ
nobilis Alexandri principis videat̄ litteratos di-
sertosqꝫ viros ne qd de se asperū scriberēt formidā
tis: q̄ꝫqꝫ nec lr̄atis obtrectationibꝰ succūbēdū: sed
uel pari stilo refellēda calumnia: Qꝺ Tulliꝰ Cris-
po: qꝺ Demosthenes Eschini: qꝺ innumerabilibꝰ
fecit Cato: uel insigni fiducia ⁊ oē theatrū superā
te animi testimonio resistendū esset: dicendūqꝫ qꝺ
Caluo Uatinius perorante: Nō quia ipse disertꝰ
idcirco ego dānandus suz: At nūc periculi nihil est
Siquidē vulgus ut multū strepat q̄ꝫdiu tamen id
faciet: cito uel uolens uel coactum desinet. Ueniet
dies que strepidulis his cicadis loquacibusqꝫ silē
tiuz pacis ponat. ¶Do. Malā famā apꝺ vulgus
habeo. ¶Rō. Ut apud teipsuz: utqꝫ apud bonos
bonam ac perpetuā uerāqꝫ hēas enitere. Nempe
ista quam quereris euanescet. Inane genꝰ ac trepi
dū mortales: qd ad uos uel adulantiū uel detrahē
tiū breue istud ⁊ obscurum murmur? Ueniēt qui
liberius iudicent atqꝫ equius. Et qui sunt inquies
hi iudices? Nosce illos nō potestis: sed ab illis no
sci. Illos dico qui post uos nascētur: quos nec ue-
stri odiū nec liuor: sꝫ nec amor nec spes torserit aut
metus. Si uestrarū estimationē rerū ac sententiaz
īcorruptā vultis: hos iudices expectate breuis est
mora: properāt ecce moxqꝫ aderunt. ¶Do. Infa
miam factis egregijs ⁊ virtute ꝯtraxi. ¶Rō. Est
ubi amor damnis alit̄: crescitqꝫ laboribꝰ: inqꝫ ama
ro: dictu mirū: ⁊ maligno solo radices agit altius:
vnde fit ut factionū amātissimos sepe illos videas
qui multa ⁊ grauia pro factionibus passi sunt: No
ta quidē ⁊ nimiū trita res uestris in urbibꝰ. Pro-
inde nemo uel iustitie uel ueritatis amātior: q̄ꝫ qui
pro hac flagellis sese obtulit ac morti. Et tu igitur
virtutē ama: magisqꝫ ac magis illam cole: pro qua
famā rē pulcherrimā atqꝫ charissimā amisisti: pro
qua nō leue suppliciū fers īfamiā: perditisqꝫ ⁊ spre
tis oibꝰ: eāipsā quā tibi nemo vnq̄ꝫ eripiet virtutē
solā solus amplectere: atqꝫ illi dicito: Hec quidem
O regina pro te uolēs patior: tu me in integrū re-
stitues aut certe vna mihi pro oibus satis es: Tu
me sola sinu pio refoue: sic non fame tantū sed vite
quoqꝫ damna non sentiā. ¶Do. Uulgo passim in
triuijs laceror. ¶Rō. Boni consule. Notū te vul-
gus faciet: clarū virtus: conscientia securū.

De quesito ex indignis laudibus pudore. Dia.XXVI. Do.

a Laudasse arguor indignū. Rō. Malum quidem e bona sepe orit radice. Boni enim et innocui quales ipsi sunt: tales alios opinant. Hinc ad laudandū equo etiā proniores sunt Et quis indignū laudare malū fatear: vituperare tñ immeritū multo est peius. Do. Laudaui idignū. Rō. Si id sciēs: reprehēsibilis. At si ignorās excusabilis. Minus est malum falli q̄ fallere: Falli enim alienum: fallere autē ꝓprium fallentis est crimen. Do. Aliena laus in meā uergit infamiā. Rō. Immo quidē tua: uel culpa: uel ignorātia. Ex alieno enim ut laus: sic infamia nulla est. Do. Laudasse indignum ualde doleo. Rō. Uide ergo ne idipsum sepe doleas. Caue ne temere ad laudandū vituperandūq̄ prosilias. Est enim utriusq̄ rei libido: et ut dicā ꝓprie: morbus ac pruritus quidam lingue mobilis et quietis inscie: Cuius frenū ac custodia inter opera perfectionis eximie numerant: dicente scriptura: Siquis in uerbo nō offendit: hic perfectus est vir. Qua in re nimis sepe fallimini. Et heu nimis illud eiusdē Apostoli uerum fit: q̄ linguā nullus hominū domare pōt: inquietū malū. Ad mentiēdū ergo quotidie uos illa precipitat: quos hinc suus urget impetus: inde falsa rerū species trahit. Sūt enim qui aspectu uel eloquio vitia morū tegūt: Quod de Alcibiade accepimus: de multis vidimus. Sūt qui virtutes uelo occultant ꝯtrario: seu id natura vultus scilicet aut sermonis austeritate insita: seu etiā arte quadam studioq̄ aduersus id q̄d vulgo cōcupiscit adhibito. Nam ut multi qui se bonos: sic aliqui qui se malos fingerēt sunt reperti quo uel humani fauoris pestilentē auram: uel inuisam honorū tēporaliū sarcinā declinarēt: Quod de Ambrosio lectum est: Accedit amor atq̄ odiū: accedit ira et inuidia: spes et metus affectusq̄ animi uarij et occulti: hisq̄ ipsis iterdū quorum sunt incogniti: semꝑ aūt iudicij ueri hostes. Accedit q̄ viuentis laus diuino eloquio ꝓpter vite mortalis incōstantiā ꝓhibet: quāto igit magis vituperatio. Deinceps itaq̄ ad laudandū tardus: ad vituperandū tardior ueni: cū uterq̄ enim: ut dixi: malus error sit: peior est ultimus. Do. Laudādo immeritū erraui. Rō. Errādo dicis: et sepe error vnus multis obstat erroribus: dūq̄ errasse semel pudet: ne similis iterum error obrepat occurrit. Laudasti incaute: linguā frena: Hoc boni saltē illi insit malo. Do. Indignum laudasse pudet ac penitet. Rō. Pudor et penitentia et dolor scale sunt et gradus quidā ad resipiscentiam et salutem. Pauci sunt qui ad rectum iter nisi per deuia multa cespitando pueniāt: multosq̄ ideo uoluptatis seruos in iuuentute vidimus: qui vtutis amici in senio euaserunt.

De amicis infidelibus. Dia.XXVII. Do.

a De amicis queror. Ratio. Quid hic hostibus faciat qui de amicis querimoniā instituit? Do. Amicos experior īfideles. Rō. Impossibilem rem narras. Ne forte autem amicos credideris qui nō erant: nempe id nō modo possibile sed cōe est. Do. Infideles sunt amici. Rō. His querelis plenus est orbis terre: Uerum amicitia infidelitasq̄ nō coeunt. Qui infidelis esse incipit: desinit eē amicus: seu quod potius ut crediderim: nunq̄ fuit. Cūq̄ omnis virtus immortalis sit: omnis fictio eui breuis: nō fides est sublata sed fictio. Dolor. Infidos experior amicos. Rō. Amici falso habiti: si nūc primum infidelis animi latebras pādunt: erroris tui finē letus aspice: et caueto interim ne morbi cōtagia in te serpāt: Sed quicūq̄ illi fuerint: tu amicitie fidē serua: et si nō ꝓpter imeritos: at propter te meritū aliena peste nō infici: quod libentius facies: si quātū tibi displiceat illorū perfidia: ipse tecū acriter excusseris. b Sepe vitij odiū: calcar ad virtutē fuit. Do. Immeritus amicorum odia ꝯtraxi. Rō. Odiosi ciues: odiosi socij: odiosi cognati: odiosi coniuges: odiosi fratres: odiosus demū patri filius et filio pater. Et ad summā: nulla necessitudo est que nō odiis esse possit infecta. Sola quidem amicitia sincera mali huius ignara est. Interq̄ hāc et reliquas hoc interesse diffiniunt: q̄ ille omnes adiūcto odio durant nomēq̄ suum retinēt: huic vni nō modo si odium accesserit: sed si amor abscesserit: amicitia iam nō est: neq̄ vō magis odiosus amicus esse potest q̄ amor etiā odiosus. Do. Perfidos patior amicos. c Rō. Si quid spei reliquū perfer: dū in fidē redeant et ardēter ama. Multi enim tepido amore amicitias extinxerūt: aut parū fidēdo ꝑfidiā docuere. Si nec ita proficis: spesq̄ omnis interijt: utere ꝯsilio Catonis: qui amicitias que nō placēt: sensim diffuendas censuit: nō subito discindendas ne geminum graue damnū simulq̄ et amici perditi videant et quesiti hostes: nisi forte acrior casus ac more impatiens maturo consilio uti uetet: qui si incidat: inter erumnas amicitiarū ultimas numerandus erit ferendus tamē alto aio: ut reliqua cedēdū q̄ necessitati et parēdū tempori: Sed hic casus uere vix amicitie tūc notus est.

De ingratis. Dia.XXVIII. Do.

a m Ultos expior igratos graue vitiū. Rō. Ingratitudinē vituperare supuacuū: oīum nēpe mortaliū hāc sermo ꝯdēnat. Nō ē laborādū ut suadeas: q̄d oibus ꝑsuasū est et inextirpabiliter isitū. Est qui sūmū: est qui solum in vtute bonū locet: est qui neutrū sed in uoluptate virtutū hoste ponat oia. Sūt qui castitatē pulcherrimū ornamētū vite dicāt. Sūt qui hāc ipsam in se ꝯspnāt: In alijs vō uel ridiculā uel difficilē certe lōgeq̄ laboriosā putēt: Q̄d Augustinus tātus vir futurus in se sensit ubi Ambrosij celibatū laboriosū sibi visum ait: qui alijs nō laboriosus mō: sed dānabilis vite status visus erat. Ūn illud Platonis: Qui cū celibē castāq̄ vitā diu tenuisset: ad extremum sacrificasse legit nature: ut sibi illā placaret: quam sic viuēdo violasse et in quā grauiter peccasse videret. Mirū id tā docto homini videri potuisse: sed visū eē non est dubiū. Erūt quoq̄ qui fortitudinem eminētissimā clarissimāq̄ virtutē ducāt: Uulnera aduersis excepisse pectoribus: cāpū rutilo sanguine cruētasse itrepidisq̄ demū animis mortem oppetijsse. Erūt b qui hec oia sūme tribuant isanie: et nil melius securo atq̄ ibelli ducāt ocio. Ueniēt deniq̄ qui iustitiam gubernatricē rerū humanarū et virtutū mrem censeāt: qui religionē iter ad eternā vitam credāt et ad celū scalā. Ueniēt ꝯ qui iustitiā ignauie: religionē amētie ac supstitioni ascribāt: Hi sunt de qbus scriptū est: q̄d vis habēt in viribus: qui oia virorum fortiū esse ꝯfirmēt. Neq̄ solū ex hoc genere violentorum

hominū raptorumqꝫ:sed ex ipsa doctorū acie:quā
tos oppugnatores habeat iustitia facile ē in libris
reipublice Ciceronis aduertere. Sunt qui fidē ⁊
promissorū obseruantiā magnis ⁊ meritis laudi-
bus efferant. Sunt qui fidē frangere nō fallere di-
cant esse:sed plus scire ⁊ esse ingenij. Que lȝ vulgo
multorū hodie sit opinio ⁊ multorū uox:apud La
ctantiū nominatiȝ Mercurio tribuit̃ dicenti: sicut
ille ait: Nō fraudis eē decipere sed astutie. Pul-
B cher enim ingenij deus ⁊ eloquij. Et ad summam
nulla virtus taȝ laudata est quin vituperatores in
ueniat: Gratitudinē nulla barbaries gentium:nul
la morū immanitas nō laudabit:nemo usqꝫ nō vi-
tuperabit ingratitudinē: Sit fur:sit sicarius:sit ꝓ-
ditor sit ingratus:vitiū suū excusare non audebit
sed negare. Que q̃uis ita sint nihilominus tamē
inumerabiles sunt ingrati. Nec est fere vitiū aliud
quod tā multis uerbo dānatuȝ:tā multi rebꝰ ipsis
amplectantur ac teneant. Quid ꝯcludā? Dānan-
dū utiqꝫ nō solū uerbo sed animo maxime atqꝫ iu
dicio ⁊ in se:cuiqꝫ bono fugiendū ac vitandū:in al
tero tolerandū:sicut cetera quibꝰ humanum scatet
genus:quibus mali abundant: boni exercentur.
Perfer igitur ⁊ gaude potius ingratum ferre q̃
C igratꝰ fieri. ¶ Do. Ingratos multos iuenio. ¶ Rō
Uide nequid in te culpe sit. Multi enim dū benefi
ci dici uolunt iactatores sunt atqꝫ exprobratores.
Onerosum genus quorum beneficia plus offēse
preferūt q̃ gratie. Idqꝫ nihil est aliud: q̃ ꝓcio odi
um parere: Mercimoniū insanū. ¶ Do. Bene me-
ritus multos male memores ⁊ ingratos patior.
¶ Rō. Tu ne hoc illis inuides:tuamqꝫ cū illorum
forte cōmutatā cupis? Noli obsecro cuiuscūqꝫ sit
vitiū:virtus tuaȝ ueniat in partē. ¶ Do. Multos
habeo ingratos. ¶ Rō. Quid expectas audire be
nefacere ut desinas:deqꝫ alterius culpa tuū ipe dā
nū facias? Quin tu potius contrarium fac: ⁊ qui
multos habes:cura nunc etiam ut habeas plures
Habebis aūt si multis bn̄feceris. Multi enim sem
per ingrati:sed plures hodie:uereorqꝫ ne cōfestim
gratuȝ esse portentum sit: Ita indies retro eūt om-
nia. Ea petentium improbitas: ⁊ ea debentium
obliuio atqꝫ superbia est:neqꝫ ideo desistēdū neqꝫ
cecorū emulatione eruendi oculi quos potius fa-
cere debet aliena cecitas chariores. ¶ Do. Mihi
multi sunt ingrati. ¶ Rō. An tu multis idē fueris
recordare. Una eniȝ igratitudo aliā punit: sicut in
reliquis vnū sepe peccatū alterius pena est. ¶ Do.
D Multis ingratis ꝓfui. ¶ Rō. Multꝭ idignis ꝓfu
isse satiꝰ q̃ vni digno defuisse. Proinde ꝑge neu ma
lorū odio bonos mores exuas:nec ꝓdesse alijs ces
ses qd ab alijs male sit cognitū. Cognoscēt hi for
tasse melius:si ne id qdē:nosse deū:nosse te satis ē
Nō est uera virtꝰ cui conscientie premiū nō sufficit
¶ Do. Profuisse multꝭ ifelicit̃ cessit. ¶ Rō. Caue
ne vnius crimē obsit alteri:quodqꝫ est grauius ti-
bi. Experire alios cedet forte felicius. Quidā pre
terea diu ingrati urgēte aium pudore:tandē fuere
gratissimi magnoqꝫ cū fenore spes amissa redijt.
Ad hec sepe quod requisitꝰ debitor negauit ultro
nō debitor obtulit: Nullū bonum opꝰ vnq̃ perijt.
Qui bene agit ante alios se cogitet. Una quidem
virtus multis ꝓdest sed prima ⁊ maxima ps vir
tutis in agētē redit. Itaqꝫ ut mali omnes ⁊ ingra
ti sint:nō idcirco vir bonus beneficio cessabit: Nā
que in multos spargit:in se cumulat:sibi ipse bene
ficus vni saltē nō igrato. ¶ Do. Proieci beneficia
in ingratos. ¶ Rō. Atqui gratis dare nec auarus
metuat: Eo autem liberalitas maior:quo spes pre
mij minor est.

¶ De seruis malis. Dia. XXIX.

¶ Do. m Alis ꝓuis obsideor. ¶ Rō. Nūc recte ais
obsideor oli tibi circūfultꝰ videbare:sȝ ob-
sessus eras nō familiari solū exercitu:sȝ ho
stili. ¶ Do. Indomitꝭ ꝓuis ꝑmor. ¶ Rō. Tue acies
ꝯ te militāt:isuaue negociū. ¶ Do. Supbis ꝓuis
obsessus sū. ¶ Rō. Eosqꝫ qui te obsidēt pascē coge
ris inamena necessitas. ¶ Dolor. Seruis obsideor
pessimis uoracibꝰ:huribꝰ:mēdacibus: impudicis.
¶ Rō. Quid ꝓuoꝝ epithetꝭ affluē ē opꝰ? Seruos
dic:oīa dixeris. ¶ Do. Seruis obsideor qd ꝯsulis
¶ Rō. Quid ꝯsulā:seu qd dicā nisi Terētianū il-
lud: Que res in se neqꝫ modū neqꝫ ꝯsiliū hȝ ulluȝ:
eā ꝯsilio regē nō potes. Nota sūt tn̄ hac i re Sene
ce ꝯsilia: Uiuēdū cū ꝓuis familiariter:comiter:cle
mēter:familiarē eē iubet. At qbꝰ? Nēpe his quoꝝ
familiaritas ꝯtēptꝰ ē genitrix. Addit. Nō ṽberuȝ
sȝ ṽboꝝ castigatiōe utēdū:erga surdos scilȝ torpē-
tes dn̄icāqꝫ māsuetudinē duro pede calcātes. Ad
mittēdos ꝑterea in ꝓmonē:in cōsiliū:in ꝯuictū. Et
q̊s q̃so? Utiqꝫ ꝓcaces:stultos:ebrios:ꝑfidos: isolē
tes n̄ neqꝫ ꝓmonē teneāt neqꝫ ꝯsiliū hēant ⁊ ꝯuictū
fedēt salutis vitecꝫ dn̄i ⁊ pximonij ⁊ fame segnes
gule aūt ꝓpe atqꝫ libidinis vigilātissimi curatores
Uerū ille iō fortassis h̄ ꝯsuluit:qa i ꝓuo ueꝝ opina
tur:qd iā an̄ de amico dixerat: Fidelē si credideris
facies. Credo non cogitas ex optimo gn̄e hoium
amicos eē solitos:ꝓuos ex pessimo. Eqdē nō si mil
le ānis lupū agnū credideris:agnꝰ fiet. ¶ Do. Ob
sideor ⁊ ꝓuis qd ꝯsilij affers? ¶ Rō. Nunq̃ aliū-
de q̃sieris qd in te ē:nō obsideberis nisi dū uoles
neqꝫ ṽo nūc obsiderēt nisi q in urbibꝰ male paca-
tis accidit vna ps ai q̄si factio seditiosoꝝ ciuiū ob
sidētibꝰ faueret. Uis hoc malo liberari:purga ani-
mi tui statū. Seruos enim castigare:neqꝫ his Se
nece ꝯsilijs:neqꝫ alijs potes te si uelis cōponere:
Nemo uetuerit: Pōpas abige:pelle superbiā. Ita
enī uel fugabis ꝓuoꝝ inimicā aciē uel imminues.
¶ Do. Multꝭ ꝓuis obsideor. ¶ Rō. Bn̄ si strepitꝰ
vl' inanis q̃rit̃ iactātia:sin obsequiū aut iucūditas
nil peiꝰ. Serui ⁊ si boni sint:qd iter ꝓdigia nume-
rē nūq̃ tn̄ multi bn̄ ꝓuiūt. Int̃ se enī dissidēt:mur
murāt:altercātur:alter ad alteriꝰ respiciēs manus
ipe iteri ociosus cōplosisqꝫ suis sedēs manibꝰ:dn̄i
habitū induisse:suū decus existimat: ⁊ nil cēset ho
nestiꝰ q̃ nihil agere:cuncta pollicitꝰ. De his nāqꝫ
nūc loqmur:qui falsa ꝓfessione uētris ignaui nego
ciū agētes: ꝓuitio humili:non tm̄ uolūtarie sed im
portune sese offerunt. Innumerabilis turba sed vi
lis:q cū tot pateāt artes abiectissima elegerūt:alie
no viuē: ⁊ idipȝ nulla alia re mereri q̃ titulo famu
latus: Nēpe illoꝝ q̊s nō uolūtas ꝓpa sȝ aliena vis
⁊ sua sors ⁊ seruitiū traxit ut numerꝰ rarior:ita cre
brior ṽtus ⁊ notior fides. Nimirū:aliud est seruire
uelle:aliud cogi. Hi ergo fortune memores:ut eos
dē se in oi statu ꝑbeāt:neu virtutē cū libertate per-
diderit:qd iuiti faciūt aliqn̄ fideliť faciūt: cū id ne
queāt q̊s uolētes somnus:uēter:gula: cui cupiditas
mali duces in seruitium deduxere: In quo mirum
non est si ducibus suis student:atqꝫ id agūt quod

secuti falsum simul atq₃ humilem titulum seruitutis assumpserant. Cõtra: hi qui tale nihil qđ sequerentur habuere: naturam secuti ac fortunam: sepe qđ liberi fuerant serui ostendunt. Et si fortasse de talibus intellexerit: possũ inoffensis auribus Senecam audire. ¶ Do. Multi domum serui occupãt. ¶ Rõ. Multe igit̃ lites: multa bella: de re qualibet pugna erit. Noua quotidie crimina ꝑferantur ac purgent̃: ⁊ tu medius iter partes sedeas oportet. Judex factus ex domino: nõ potes litigiũ domo expellere: litigãtes potes. ¶ Do. Obsideor famulis sine qbus viuere nequeo: qd agam? ¶ Rõ. Si eousq₃ peruẽtum est: ut sine hostibus tuis esse nõ audeas: paucitate illoꝝ ac vilitate tibi consule: Pelle formosos: pelle comptos ac callidos: pelle uel facie sibi placẽtes uel ingenio: uel genere. Inter paucos eosq₃ hebetes atq₃ icultos tuti⁹ ages: nõ q̃ meliores: sed q̃ minus ausuri: quos uelut hyeme serpẽtes coacta vis ueneni atq₃ vilis inertie torpor obstrinxerit. Deniq₃ hec summa est: ut in seruo sola qdem aut certe prima fides estimanda sit. Si qd hac in parte ꝑtuleris: crede mihi: magno cum fenore vitiorum qualiscũq₃ illa breuis tibi ueniet uoluptas: Quia sane perrara est fides: ꝓximum remedij genus: ipsa quã dixi paucitas vilitasq₃ nõ plus habẽs boni sed minus audacie.

¶ De Seruis fugitiuis. Dia. XXX. ¶ Do

D Iscesserũt serui. ¶ Rõ. Quorum molesta ꝑsentia erat: gratus debet esse discessus. Nihil ferme displicet cuius cõtrarium nõ delectet. ¶ Do. Abierunt serui. ¶ Rõ. O si redeant videasq₃ oculis qđ animo iam vidisti: quot illos vitia circũstẽt: quot neqtie: quot doli: quot mẽdacioꝝ artes: quot scelerũ ĩpecies: quot furtorũ? Quid ni horreas comitatũ: limenq₃ redeuntib⁹ obstruas: meritoq₃ gaudeas tuam domum malis exhaustam leuatamq₃ põderib⁹? ¶ Do. Serui simul omnes abiere. ¶ Rõ. Simulq₃ cum illis cure graues molesteq₃ sollicitudines metusq₃ ꝑpetui. Cogita quot iplẽdi uentres: quot tegendi humeri: quot armandi stringẽdiq₃ pedes uagi: quot acuti vngues obseruandi? Duro te negocio liberatum dices. ¶ Do. Fugierunt serui. ¶ Rõ. Et cum his odia in dñ̃: ⁊ cõtẽpt⁹: ⁊ murmura: ⁊ querele: qn ⁊ execrationes taciteq₃ deuotiones imeriti capitis: qbus immerito seruitio caruisse qs tam am-
B bitiosus ut nesciat ascribẽdum lucro? ¶ Do. Diffugierũt serui. ¶ Rõ. Quis vnq̃ de fuga hostiũ q̃stus est? Julio Cesari tribuit̃ superbie: q̄ hostẽ quẽ intercipe cogitabat fugientẽ mest⁹ aspexerit: At modestis victorib⁹ terga hostium vidisse satis est: qn ⁊ idẽ ipse alibi fugiẽtib⁹ parci iube: sola hostium cõtentus fuga. Idem facito. Et si tui hostes grauiore supplicio digni essent: fugisse sufficiat: atq₃ illoꝝ fuga tuã metire victoriã: ablatãq₃ tibi necessitatẽ vindicte seuerioris itellige. ¶ Do. Serui fugiere. ¶ Rõ. Spõte igit̃ fecere qđ cogẽdi erãt: grãm habeto: depellẽdi imanes beluas tibi demptus est labor: hinc quereris: fugierũt: qui nisi fugissent tu fugere debuisses. Fugierũt qui aut fugiendi erãt aut fugãdi: Nũc tu liber: nũc secur⁹: nũc
C domus tue dñ̃s remãsisti. ¶ Do. Fugierũt serui. ¶ Rõ. Fugitiuos iudicãdi ius est dño: tu te dñ̃m

dissimula: ne ue hoc iure utere. Si boni essent non fugissent: malos amisisse nõ iactura sed quest⁹ est. Uenenosa aialia tutius est vitare q̃ cape. ¶ Do. Serui me solũ reliquerũt. ¶ Rõ. Uere solũ: vereq₃ inopẽ: si ne solus sis seruili egeas comitatu: ita nec amicus habes: nec teipm̃. Quid autẽ serui ne igitur tui sine te esse cupiũt: tu sine illis esse nõ potes? Uide ne hoc ipso seruis tuis ipe miserior sis. Q̃ si forte non seruos cogitas: sed precium nõ desiderium inane: sed turpis auaritia castiganda est: de quo satius est dictum: dum de amissa pecunia loqueremur.

¶ De vicinis importunis. Dia. XXXI. ¶ Do.

V Icini iportuni sũt mihi. ¶ Rõ. Uide ne tu illis iportunior. ¶ Do. Graues vicinos ꝑfero. ¶ Rõ. Multũ cũctꝭ in reb⁹ ualet opio: leues finge aio: leues erũt. ¶ Do. Uicinos malos hẽo. ¶ Rõ. Mlti suã culpã ꝓximis iputãt. Acutius aliena cernunt̃: discutiunt̃ exacti⁹: seueri⁹ iudicant̃: suaꝝ reꝝ nemo nõ ⁊ mitis arbiter ⁊ pi⁹ est iudex. ¶ Do. Acres amarosq₃ patior vicinos. ¶ Rõ Ne fortassis in gustu sit vitiũ nõ in re: fastidiosis ẽt dulcia amarescũt. ¶ Do. Uicinos duros ac supbos q̃ror. ¶ Rõ. Mltũ sibi qsq₃ ꝑmittit nihil alteri: hinc in iudicio reꝝ mltiplex obligtas ⁊ iuges offensionũ cãe. Et sepe vnde culpa est: ide ꝑmũ orit̃ q̃rela. Quid nũc scim⁹: an tu illis qui tã duri tibi vident̃: dur⁹ ⁊ tetric⁹ ⁊ itractabilis videare. ¶ Do. Asperos patior vicinos. ¶ Rõ. Duplex est remediũ Patiẽtia ⁊ fuga. Primũ ꝓbo: ferẽdi artificio ois mitescit aspitas. ¶ Do. Uicinos pessimos ferre nõ ualeo. ¶ Rõ. Si nec ita ꝓficis: qs te tenet? migra ilico: nõ ut ꝓcaces: ita ⁊ seq̃ces erũt: qđ ferre non potes põdus excute: ⁊ quẽ pugnãdo hostẽ pati nequis: fugiẽdo euade: qd refert quo te tramite in tutũ eripias? Nullũ iter ad tranqllitatem ai difficile iudicandum est. Q̃ si sepe idem feceris nec ꝓfeceris: scito culpã tuam esse: nec minus forsitan alienã. Magna pars litium vulgariũ duos fontes: ⁊ si forte nocẽtiorẽ alterum: nullũ habet innoxium. Q̃uis nẽpe politicũ ⁊ sociale animal dicat̃ homo: si ueꝝ tamẽ inspicit̃ nullũ minus: Uerũq₃ est illud Satyricũ: Maiorem esse serpẽtũ ferarũq₃ concordiam q̃ hoium. Siqdem ursi: apri: tigres ac leones: deniq₃ vipere: aspides: crocodili: ⁊ ad sũmã omne aial ꝑter hoiem: utcũq₃ in sua specie quiescit interdũ homo autem nunq̃. Homo hoiem ꝑmit semp atq₃ atterit: perpetuis bellis ac litib⁹ inquietam vitã sibi prestat ac proximo. Sic enim se res habet: ut ubi maior est locoꝝ vicinitas: ibi videas maiorẽ distantiam animorum. Rara sine iurgijs ac rancore vicinia est. Nemo uestrum: nisi fallor: Arabum aut Indorũ regibus inuidet: Lippus est liuor: longinqua nõ aspicit. ¶ Do. Uicinis obsideor ifestis. ¶ Rõ. Si penitus ab hac peste vis absolui in solitudinem te reconde.

¶ De inimicis. Dia. XXXII. ¶ Do.

I Nimicitias habeo. ¶ Ratio. Fac ut iustitie sis amicus: nullum certius presidium. Uera ṽtus fortune minas calcat ac despicit. ¶ Do. Inimicitie mihi sunt. ¶ Ratio. Et cau-

Margin letters, right column: A (beside "illis iportunior", Dia. XXXI); B (beside "Asperos patior vicinos"); A (beside "Inimicitias habeo", Dia. XXXII).

tior eris ꝛ notior. Multos inimicitie illustrarunt qui obscuri mansissent si hostib⁹ caruissent. ¶ Do. Hostes vndiqꝫ mihi sũt. ¶ Rõ. Obstabũt ne inuisibiles aiorꝫ hostes subeãt uoluptates. Nõ tã hostes tibi sors obtulit ꝙ̃ custodes: malo malũ mai⁹ arcebitur. ¶ Dolor. Hinc illinc hostibus premor. ¶ Rõ. Illi quoqꝫ suis premuntur affectibus: Est ꝙ apud illos ultor tuus: isqꝫ nõ vnus: pro te ptes faciunt ira: metus: odium: inquietudo: nec dum p acti penam criminis exigũt: sic interdum ultio preit offensam: ꝛ fortasse nõ secuturam: Armabunt laborabũt: sudabũt: estuabũt: anhelabũt: trepidabũt: ꝛ fortassis horum nihil ad te. Multi sepe grauibus odijs sibi nõ alijs nocuere. ¶ Do. Est mihi
B pugna cum hostibus. ¶ Rõ. Et illis secum: ꝛ tutius aliquãdo cum hostibus ꝙ̃ cum vitijs pugnatur. Quisquis alium odit: primum aie sue vulnus infligit: primum nõnunꝙ̃ suo corpori. Nimia nempe cupiditas feriendi nocediqꝫ multos incautos nũdatosqꝫ dedit hostibus: sic semper prima pars malorꝫ in suum auctorem uertit: interdũqꝫ nouissima: cum sepe interim sit illesus in quem pernities parabatur. ¶ Do. Undiqꝫ mihi bella cõsurgunt. ¶ Rõ. Nunꝙ̃ clarior sanctiorqꝫ fuit populus Romanus ꝙ̃ dum multis ac grauibus bellis occupabat. Pax initium mali fuit: secuꝫ namqꝫ subijt libido blãda hostis ac pestilens. ¶ Do. Graues inimicitie mihi sunt. ¶ Rõ. Magne inimicitie plerũqꝫ magnarum amicitiarũ fuere principium. ¶ Do.
C Habeo inimicos. ¶ Rõ. Habeto ꝛ fidem simul ꝛ clemẽtiam: de reliquo gcqd euenerit: cura saltẽ ut humanitate sis ac ṽtute supior. Sũt ꝛ sua iura cum hostibus: cum qbus ita rem gere ut amicos fieri posse nõ dubites. Atqꝫ hoc sanius cõsiliuꝫ scito ꝙ̃ Biãtis: qui sic amicos diligi iubet: ut inimicos fieri posse memineris: Qd dictum ꝙ̃uis ab alijs laudatuꝫ: nec mihi certe nec Tullio probat. Est enim uerum amicitie uenenum. In odio ergo cogitãdus amor: nõ odiuꝫ in amore: Lõgeqꝫ Aristotelicum illud in rhetoricis Bianteo cõsilio preferẽdum: Nõ oportet: ut aiũt: amare tanꝙ̃ oditurum: sed magis odire tanꝙ̃ amaturum. Qd ꝓfecto scribẽs Aristoteles: Biantem ipsum callidam ꝙ eius ꝛ maliuolam sentẽtiaꝫ notabat. ¶ Do. Inimicitias habeo. ¶ Rõ. Sed inuitus habe: ꝛ armato semꝑ in pectore corꝫ amicum pacis habitet: atqꝫ ita bellum exerceas ut coactus videare: neu forte odio succũbat hũanitas: neu tam vindicte studeas ꝙ̃ glorie aut saluti. Scis ut Romanis inuisior est Hannibal ꝙ̃ Pyrrhus: cũ uterqꝫ hostis: ꝛ prior Pyrrhus Italiam iuaserit: at nõ delendi aio ut Hannibal: sed vincẽdi. Oibus enitẽdum modis: ut in actu quolibet uera virtus emineat: sic ut nihil bello queri aliud ꝙ̃ pax honesta videatur.

¶ De prerepta facultate vindicte. Dia. XXXIII.

¶ Dolor.

A Ptate faclˀtas eripit ultionis. ¶ Rõ. Cui peccatũ eripit: nihil eripit multũqꝫ tribuitur: quedã habẽtib⁹ eripi lucruꝫ est: ea ne habeant obstare lucrũ maius. ¶ Do. Facultatem ultionis pdidi. ¶ Ratio. Felix iactura qd noceat amisisse. ¶ Do. an optata ꝛ sperata ultione ꝓhibeor. ¶ Rõ. Primũ erat nolle male agere: primum prohiberi. ¶ Do. Necesse est occasionem ultionis omittere. ¶ Rõ. Si pulcherrimũ vindicte genus est nolle ulcisci: pulcherrima est necessitas nõ sini. Ultro virtutẽ amplecti optimũ: primũ est cõpelli. ¶ Do. Ereptã mihi vindictã doleo. ¶ Rõ. Ueniet tps cito forte quo gaudeas: neqꝫ aliter accidisse ullo uelis modo. Quidã ad que coacti ueniunt uelle incipiunt ꝛ amare: ꝛ de necessitate cõsensus orit: dũqꝫ uolũtas fieri incipit: desinit esse necessitas. ¶ Do. Uidebar ulcisci posse nec potui. ¶ Ratio. Nõ posse malũ agere potẽtia magna est: nẽpe que oipotẽtis est ꝓpria. ¶ Do. Uindicta mihi presens excidit. ¶ Rõ. Colubrũ tibi e manib⁹ excidisse credito: vide ne iterꝫ surrepat. Nil homini tã contrariũ ꝙ̃ inhumanitas. Per hãc eni homo esse desinit: idqꝫ sic esse ipsum nomẽ indicio est. Nullus morb⁹ tam ꝑrius: nec mors qdem. Illa ẜm naturã accidit: hec aũt contra. Seuire in hoieꝫ inhumanũ est: ꝙ̃uis meritũ: nõ oportet exulcerati animi motũ sequi: ꝛ ꝓuati memoria doloris nature cõis obliuisci. ¶ Do. Me ulcisci uetitũ in perpetuum doleo. ¶ Rõ. Forsan in perpetuũ gaudebis: Quotiens putas post inimicitias depositas ꝛ in gratiam reditũ corruisse aliquos amicorum in amplexib⁹: cogitãtes: hũc ego perditũ uolui: ꝛ interduꝫ a successu impio parꝫ abfui? O sors optima in ꝙ̃ piã partẽ ꝯsilium crudele uertisti. ¶ Do. Iustã iram exequi nõ sinor. ¶ Rõ. Iustam iram vir inuenias: Cuꝫ sit scriptũ. Ira viri iustitiã dei nõ operat. Et rursus ab altero: Ira furor breuis est. Optimũ igit non irasci: primũ nõ ulcisci: sed frenare iram ne aium rapiat quo nõ decet: tertiũ est ulcisci nõ posse etiã si uelis. ¶ Do. Pulchra mihi ꝑripit vindicta. ¶ Rõ. Pulchrior uenia relinquit: ꝛ pulcherrima oium obliuio. Hec iter oẽs ꝓncipes Iuliũ cesarem illustrauit: Innumere ꝛ ingentes viri huius victorie gloriosissimi sunt triumphi incomparabilis rei militaris excellẽtia: altissimũ ingenium: ꝓclara eloquẽtia: nobilitas generis: forma corporis ꝛ inuicti animi magnitudo: Cũ cũcta collegeris: nil in eo clarius clemẽtia ꝛ offensarꝫ obliuione reperies: Que ꝙ̃ꝙ̃ sibi materiã mortis attulerit: ut iure Pacuuianum illud in funere caneret: omen seruasse ut essent qui me perderent: Ex quo tamẽ necessario moriẽdũ erat: pot quodãmodo tali ex causa optabilis mors videri.

¶ De odio populari. Dia. XXXIIII. ¶ Do.

P Opulus me odit. ¶ Rõ. Habes quẽ ꝑdiderã popularis finẽ grẽ: pro dilectione odium. ¶ Do. Populus grat odit me. ¶ Rõ. Miraris ꝙ sine cã odit: qui sine discretione dilexerat: ꝯsequẽs hoc illi⁹: vnde modestia exulat: ibi regnare ipetũ est necesse. ¶ Do. Odit me populus ¶ Rõ. Hec belua iniurie prompta est: segnis officio: Uulgi amor leuis: odiũ graue. ¶ Do. Populus mihi succenset. ¶ Rõ. Ab amãte plausus: ab irato populo pnities: ipar piculuꝫ ac spes. ¶ Do. Populo odiosus sum. ¶ Rõ. Nihil impetuosius stultorꝫ turbis: ubi insaniã singulorꝫ public⁹ furor: ꝛ furorẽ publicuꝫ singulorꝫ rabies ipellit: alterqꝫ alterꝫ trudit: Nihilqꝫ piculosius ꝙ̃ incidere in illorꝫ man⁹: qb⁹ pro iustitia sit uoluntas: pro maturitate ꝑcipitatio. ¶ Do. Odit me populus. ¶ Rõ. Non amasset utinã: ne nouisset qdẽ. Amor malorꝫ odio finitur. Utrunqꝫ anceps: sola ignorantia tuta est. ¶ Do. Populo sum inuisus. ¶ Ratio. Populus odiosus leniendus aut linquẽdus.

¶De inuidia passiue. Dia.XXXV. ¶Do.
Nuidet̃ mihi a multis.¶Rõ. Prestat in
i uidiosũ esse q̃ miserabilẽ. ¶Do. Jnuidia
exerceor emuloꝝ.¶Rõ.Et qs vnq̃ v̓tuꝭ
amic⁹ exercitio hoc caruit? Percurre aio oẽs ter-
ras: oia secula: cũctas historias euolue: vix insignẽ
viꝝ hac imunẽ peste repies. Nolo nũc narrationẽ
ingredi: que nos lõge nimis a ꝓposito distrahat:
sed si aliqd meministi oĩuz que legisti: non possunt
ignoto tibi esse q̃ plurimi quoruz comitatu nõ tm̃
cõsoleris: sed etiã glorieris. ¶Do. Jnuidet̃ mihi.
¶Rõ. Linque honores ⁊ officia publica: Desine
incessu elato ⁊ supbo comitatu per ora ciuiũ uoli-
tare. Sequestra teipsum quãtum potes ab oculis
multoꝝ iuidoꝝ: nec vultu: nec v̓bo: nec habitu: di-
gito te notãdum p̄beas. Uulgus ⁊ liuor in plateis
habitãt: sicut ⁊ mala ferme oia. Quidã hostes nul
lo melius mõ: q̃ fuga vincunt̃ ac latebris. ¶Do.
Et profugum ⁊ latẽtẽ liuor insequit̃. ¶Rõ. Tol-
le mali mãz: malũ oẽ sustuleris. Nimijs opib⁹ mo
duz pone: qcqd eximia specie inflãmare aios põt:
uel abijce uel abscõde. Si qd est quo carere nolis
aut nequeas: modeste utere: inuidiã quã insolẽtia
exasperat: humilitas lenit. Sũt que illã extinguãt
efficacia qdẽ: sed morbo ipso peiora remedia: mise
ria scilicet ⁊ infamis vita. De quoꝝ altero dictum
est: miseriã solã inuidia carere. De altero Socrati
cum illud. Jnterrogãti eniz Alcibiadi: qb⁹ modis
inuidiã declinaret: Rñdit Socrates. Et viue inqt
ut Thersites: cui⁹ vitã si nescires in homerica leges
Jliade. Jronicũ planeq̃ Socraticũ rñsum: Non
est eniz ꝯsiliũ ut inuidiã vites: vitare v̓tutez: satius
q̃ est Achillẽ esse cũ iuidia q̃ Thersitẽ sine: q̃uis
illud cõstet: magnos interdũ viros ut securi viue-
rent: ⁊ v̓tutẽ ad tp̃s ⁊ ingeniuz occultasse. ¶Do.
Jnuidẽt mihi multi. ¶Rõ. Jnuidiã nisi uel igna-
uia uel miseria vix euades: quã si sic euaseris: in cõ
tẽptũ incides: utroq̃ caruisse difficillimũ. ¶Do.
Jnuidia multoꝝ p̄mor. ¶Rõ. Est ut perhibẽt cal
cande aliud iter inuidie per excellentẽ gloriaz: sed
perraro uestigo signatũ: ita ut plures hoc calle gra
dientiũ in id quod fugiunt relabunt̃.

¶De contemptu. Dia.XXXVI. ¶Do.
Ed contẽnor. ¶Rõ. Si iniuste qdem est:
s nõ ificior qd̓ doleas: feras tñ: alioquin est
qd̓ rideas. Nihil est enim ridiculosius: sed
nil crebrius q̃ contẽni sapiẽtez ab insanis. ¶Do.
Spernor. ¶Rõ. Circa hoc v̓bũ: vnũ q̃tuor bona
esse dixere aliqui: Spnere mundũ: spernẽ nulluz:
spernẽ sese: se sperni: hoc tibi ultimo op⁹ est. ¶Do.
Spernor a multis. ¶Rõ. Si a maiorib⁹ fer: si a
parib⁹ patere. Jlli suo iure utunt̃. Fere nãq̃ contẽ
ptui sunt minora maiorib⁹. Hi se cõtẽptui offerũt:
⁊ maiores fieri qñ aliter nõ possunt: hac temptant
via: Sine minorib⁹: sine illos insanire: neq̃ magni
facias cõtẽptuz: qui illis ifamie sit: tibi glĩe. Spre
uit Achillẽ Thersites: de qb⁹ mõ diximus: Homeꝝ
Zoilus: Augustũ Antonius: Uirgiliũ Euãgelus:
Ciceronẽ Caluus. Et qd̓ ex euãgelio didicimus:
qd̓q̃ est maximũ: Herodes pessim⁹ miserrimusq̃
hoium christũ spreuit. Quid uel ꝯtẽptis hoc no-
cuit: uel contẽptorib⁹ ꝓfuit? ¶Do. Spernor ⁊ irri
deor. ¶Rõ. Jrrisiuũ nescio qd ⁊ histrionũ etiam
esse animis solet: eoq̃ magis quo minorib⁹: quid
minus est opus: Alter alterum ridet. ¶Dolor.
Spernor ab alijs. ¶Rõ. Recordare an tu alios
aut spernas: aut spreueris. Hic est mos human⁹:
spernẽ: ⁊ sperni mutuo nos vicissim odio: mutuo-
q̃ p̄mitis cõtẽptu: ⁊ vultis alijs esse uenerabiles
neminẽ uenerãtes: Placere vultis deo: cui⁹ operũ
nullũ uobis placet eo quo placẽ debet modo: Jn
quo p̄clare qdẽ noster Cicero: si p̄claruz aliqd sub
deoꝝ noie dici posset: Minime inqt conuenit: cum
ipsi inter nos viles neglectiq̃ simus: postulare ut
dijs imortalib⁹ charissim⁹ ⁊ ab his diligamur. Jl-
lud ergo p̄clarius Malachie ꝓphete: Nunqd non
pater vnus oĩuz nostrũ? Nunqd nõ vnus de⁹ crea
uit nos? Quare ergo despicit vnusqsq̃ uestrũ fra
trem suũ. ¶Do. Sperni grauiter fero. ¶Rõ. Et C
si nemo sperni uelit: mlti cupiant timeri: multo tñ
est sperni securi⁹ q̃ metui. Jtaq̃ qd̓ ait Anneus in
epl'a q̃dã: Nõ min⁹ ꝯtẽni q̃ suspici nocet. Nõ ad-
mitto. Jllud ab eodẽ alibi dici rectius estimo: Pe-
riculosius timeri esse q̃ despici. Proinde cũ ueteri
Sapiẽtũ edicto: tria hec vitãda dediceris: de qui-
bus totidẽ cõtinuis tractatib⁹ egimus: ⁊ sint ma-
la oia: haud dubie tñ malũ min⁹ hoc ultimũ q̃uis
ignobilius: nec deest suum cuiq̃ remediũ. Odiũ
obsequio lenit̃: liuor modestia: cõtempt⁹ amicitijs
illustriũ: ⁊ honestis artib⁹ ac v̓tute. Nemo p̄mum
Bruto contẽptior Rome fuit: nemo minus postea
Age ⁊ tu bonum magnumq̃ aliquid: quo contem
ni nequeas.

¶De promissi muneris tarditate. Dia.XXXVII.
¶Dolor.
Ero ꝓmissa cõplent̃. ¶Rõ. Quid singu- A
s lariter de hoc q̃reris qd̓ oib⁹ est cõe? Nul-
la qdez res magis munus ingnat: q̃ dura
frõs ⁊ lẽta dilatio. Sed hic est mos: cito vultis ac
cipe: tarde aũt dare: ad illd̓ alacres: ad hoc mesti:
ad illd̓ p̄cipites: ad hoc segnes. Jngratitudinis du
plex radix: duplex mã q̃relaꝝ: dũ ⁊ illos mora ⁊
celeritas hos cõstringat. ¶Do. Multa mihi pro-
missa sunt: nihil iplet̃. ¶Rõ. Magnis ꝓmissorib⁹
minimũ fidei esse debet. Nota uanitas: note blan-
ditie: nota hoiuz mẽdacia. Multa tibi vnus aliqs
ꝓmisit: sufficit ꝓmisisse: quere aliũ qui ꝓmissũ im
pleat. Non põt vnus oia facere: fecit hoc ꝓmissor
ut eũ interim diligeres. ¶Do. Qd̓ mihi ꝓmittit̃ B
nõ fit. ¶Rõ. Duaꝝ cupiditatũ: potẽtior est que te
net q̃ que poscit. ¶Do. O quot ille pollicitis abũ
dabat. ¶Rõ. Aut irridebat: aut ad tp̃s diligi uo-
lebat: ut dictum est: ⁊ forte dum tibi multa ꝓmit-
teret: vnũ aliquid a te poscebat: qd̓ uel magni pre
cio mendacij bene partuz estimaret: Sepe aũt qui
diuites sunt uerborũ: esse inopes rerũ nosse debue
ras. ¶Do. O q̃ multa mihi promissa sũt. ¶Rõ.
Si mihi credideris: mlta ꝓmittẽtib⁹ nihil credes.

¶De repulsis. Dia.XXXVIII. ¶Do.
Epulsam passus indignor. ¶Rõ. Uis ne A
r igit̃ quecũq̃ poposceris adipisci: ita ut ne
gari tibi nihil possit: vide ne intolerãde su-
perbie sit hoc uelle. Meminisse magni Põpeij de
cuisse: quo nescio an ei⁹ maior vnq̃ fuit: de quo tñ
scriptum est. Queq̃ dari uoluit: sibi posse negari.
Qz mlta Cesarib⁹ supra humanã magnitudinẽ: sũ
mo ẽt iperio gloriosis negata cognouim⁹: ⁊ tu gra
uiter vnã aut alterã fers repulsã? Deniq̃ q̃ multa
quotidie de⁹ poscit ab hoie nulli⁹ rei idigẽs: nec im
petrat. ¶Do. Non possum equo animo repulsam

pati.¶Rō.Cur petendi tibi arrogas licentiam ⁊
negandi alijs carpis libertatē?Quid ꝙ sepe indi
gna petitio dignā repulse ꝓbuit mām?Quid ꝙ se
pe etiam petēti repulsa utilis fuit:cui qđ petierat
ipetrasse dānosū erat.¶Do.Iniustā patior repul
saȝ.¶Rō.si iniusta est repulsa:iusta ergo petitio
gaude cuiuscūq; potiꝰ culpā esse q̃ tuam.¶Do.
Unde nō merui repulsaȝ tuli.¶Rō.Mlti se ma
gna meritos putant:vnde penitꝰ nil merent.Hinc
repulse dolor:hinc q̃rele iste:qbus orbis terre ⁊
B ois vita hoium plena est.¶Do.Pudēdam patior
repulsam.¶Rō.Pudēdū nihil p̄ter culpā.Quē
pudorē tibi inferre potuit qđ tui nō erat arbitrij?
¶Do.Repulsam patior vnde nō credidi.¶Rō.
Credulitas incerta est:certa aūt res:Nō posse qđ
petitur negare:nō est liberi sed serui:Non posse re
pulsam pati nō est ciuis sed tyrāni.¶Do.Optate
sperateq; rei passus sum repulsam.¶Rō.Si qc-
quid sperant cupiūtq; hoies assequerent:dij eēnt
oēs.Tu vo ut indignationes multas ac dolorē fu
gias repulsaꝝ:disce optare possibilia ⁊ honesta:nō
assequi uelle qcqd incōsultus ⁊ inexplebilis appe
titus optauerit:qcqd spes vna suggesserit.¶Do.
Non tm̄ repulsus ego sed indignus mihi antepo-
situs fuit.¶Rō.Et quotiēs indigni dignissimis
preferuntur:⁊ quotiens indignos indignissimi iu
dicāt:alienarum seuerior:suaruȝ qsq; fauorabilis
rerum iudex.Multi se indignos dicūt:pauci cre-
dūt.¶Do.Parue rei patior repulsā.¶Rō.Mul
tis parua negata:magna ultro oblata vidimꝰ.Si
repulsis compensent munera:fortune lāces equa-
bunt:sed uos illas indignatione augetis:hec obli
C uione atq; dissimulatione minuitis.¶Do.Dignꝰ
eram:ut arbitror:non repelli.¶Rō.Ut sit ita:an
tu oia pro dignitate hominū dari existimas ac ne
gari?Utinam ita esset ut ⁊ plures bonos spes pre
mij ⁊ pauciores malos faceret metꝰ pene.Sed
non ita est:Amor:odiū:spes:cupiditas:affectꝰ in-
conditi:cūcta permiscuere.In te vno fortune stilū
publicū vis mutari:⁊ non te potius ad cōem cur-
sum humani moris inflecti.¶Do.Quāto idigni
or mihi anteponit competitor.¶Rō.Et Lucius
Flaminius mox ob indignuȝ facinus iudicādus:
⁊ ordine senatorio amouendus Scipioni Nasice
prelatus fuit:viro oium optimo senatus ⁊ populi
sententijs iudicato.Et Uatinius Catoni:illauda-
tus laudatissimo:non solū populi amicoꝝ simulq;
hostiū iudicio:sed toto etiā Ciceroniano uolumi-
ne:quid hic dicis ut sint grauia:nō sunt noua que
pateris.¶Do.Multū sperabā:modicum nō me-
D reor.¶Rō.Ut multū quoq; merearis:dixi iam:
non oia pro meritis dari.Quid ꝙ semel negatū:
eidē idip̄m mox cōcessum vidimꝰ?Qđ in ipso de
quo loquor Scipione accidit:repulsaꝝ duritiē se-
pe pertinax virtus infregit.Testes sunt Emilius
Paulus:Metellus Macedonicus:Lucius Mu
mius:qui cōsulatꝰ repulsaȝ passi oēs:ijdē speciosis
simis cōsulatibus ac triūphis postmodū honesta
ti:suis ciuibꝰ qbus cōtēptui fuerāt spectaculo fue-
re:nunq̃ ad id ꝑuenturi si repulsas populi lamen
tis potius acerbare q̃ virtutibꝰ supare uoluissent.
Lucius Sylla q̃uis in finē ciuilibꝰ discordijs irri
tatus:famā suā nota crudelitas infecerit:nobilita
te tm̄ ⁊ gloria insignis ciuis:nō cōsulatus sed p̄tu
re:tanto minoris rei repulsam cū tulisset:summaȝ

reipublice post adeptus ⁊ preturas ⁊ cōsulatus
⁊ imperia:nō tm̄ cōsequi potuit:sed donare:Nō
debet repulsa spem auferre sed afferre:sollicitudi-
nem ac virtutē acuere:que nil tam asperum qđ nō
leniat:idq; etiā si qn̄ non fecerit:non tamē ideo de
ferenda est:ne propter seipsam suumq; propriuȝ fi
nem culta videatur.Deniq; hi repulsas suas forti
animo tulere:At Publius Rutiliꝰ repulsa fratris
audita:quam erat passus impetitione cōsulatꝰ:sta
tim morte obijt repentina.Elige utrū seq malis.

¶De iniusto domino. Dia.XXXIX. ¶Do.

Niustum dn̄m patitur respublica.¶Rō.
i Sed fortassis id merita:⁊ id sceleri scelus
est debitum:non solum apud inferos:sed
ubiq; fieri iudices:ubiq; iustitia suum opus exer-
cet:⁊ si sepius cunctetur interdū ꝓperat:Uerum
q; re ipsa fit:qđ scribit:Utiq; est deus iudicās eos
in terra.Demones ex hoibꝰ fieri:qdā opinati sūt:
perpetua criminum licētia peccādiq; libidine:qđ
ut forte tolerabiliter dictum sit:malarum uolunta
tum siīitudo effecit:qua homo malus atq; in ma-
lis obstinatus pene demoneȝ equat.Cui sentētie:
si recipitur:illud fortasse non dissonū fuerit:ut per
missu diuine iustitie demoneȝ demon p̄mat:Qua
in re illud dumtaxat:ut videtur:est miseruȝ ꝙ nō-
nunq̃ sceleratorum supplicijs miscentur innoxij:
⁊ nimis uerum crebrūq; cōprehendit illđ Flacci:
Sepe dies pariter neglectꝰ incesto:addidit inte-
grum:qđ ipsum non sine certa:licet uobis occulta
iustitia dei fieri indubitata fide credit.¶Do.Cru
delem dn̄m perpetimur.¶Rō.Crudelitas mala
qdem ⁊ nature hoium aduersa:sed utile vitijs:⁊
lasciuienti populo:frenum:pauor:vndecunq; ori-
ens:Amare inscijs expedit timere:qcqd id qdē sit.
Nemo tam trux dn̄s ut non truculentior sit uolu-
ptas prosperitatis comes ac filia.Male agenti-
bus nihil peius q̃ securitas ac libertas.Qui ni-
hil metuit:proximus est ruine.¶Dolor.Iniquuȝ
dominum infausta plebs patitur.¶Ratio.Nul-
lus:mihi crede:misera in plebe miserior q̃ tyrānꝰ
Quod si dubitas Dionysium contemplare.Ille
vir improbus nec indoctus:de seipso suaq; tyran-
nide quid sentiret:apertissime pendētis supra ami
ci uerticem gladij cuspide declarauit.Nota est hi
storia.Timet plebs tyrannum:⁊ tyrannus plebē:
Sic reciproco pauore se cruciāt.Hoc refert ꝙ mi
seria plebis apparet:⁊ tyranni latet.Non minus
tamen affligit purpureo uelamine tectum vulnus:
neq; minus auree grauant cōpedes q̃ ferree.Est
⁊ sua:ut in sordibus utq; in fumo:sic lauticijs ac
splendore miseria.Aurea quidē tyranni uestis ex-
trinsecus:obuerte illam:ardentibus intus aculeis
plena est.Ita ut vides non penitus aut impune se
uiunt tyranni:aut inulta plebs premitur.¶Dolor
Inclementissimus nobis est dominus.¶Ratio.
Non tot passiȝ essent domini:nec tam late furerēt:
nisi populi insanirent:⁊ cuiq; ciuium pro se chari
or foret res priuata q̃ publica:uoluptas q̃ gloria
pecunia q̃ libertas:vita q̃ virtus.¶Dolor.Unū
dominum serua fert patria.¶Ratio.At vnuȝ sed
triginta simul illa legum nobilis mater grecieq;
lumen alterum Athene.¶Dolor.Patria domi-
num vnum fert.¶Ratio.Multos autem Roma
quis Caligulas nesciat ac Nerones ⁊ Domitia-
nos at Comodos ⁊ Heliogabalos ⁊ Bassianos

⁊ Galienos:Ac ne singula iperij probra exequar
Maximos ⁊ pietatis hostes Julianos ac Deci-
os?Sardanapalum Assyria pertulit:Cyrum per-
sis:Alexādrū grecia atq; asia reges dictos:Uere
aūt tyrannos acerrimos ⁊ imites tulit:⁊ Dionysi
os Sicilia Phalaridē:Agathoclem Lacedemō:
Cleomenē:Nanideq;:quē Argi quoq; perpessi:
femineaq; uxoris auaritiā:que viro ipō rapacior
in seru suo tyrannidē miris modis exercuit. Sed
quo feror?qs aut ueteres aut nouos numeret tyrā
nos?qui tā multi hodie:tāq; alte:hinc suis opib⁹
ac potētia populoꝝ:illic morib⁹ atq; demētia radi
cati sunt:ut nec numerari iam ualeant:nec cōuelli:
neq; minus apō uos q̄ apud egyptios aut Me-
dos libertate pessundata ac sepulta:uersa seruitus
in nām sit:sic ut pars maior populoꝝ tyrānum si
non hēat:qsitura pcario seu pcio emptura videat:
usq; adeo pñes uestros eē q̄ nati erāt puduit:uos
enim pene oēs in seruitio nati atq; educati:ut do-
loris antiquā:sic nouā querele mām nō habetis.
¶Do.Potētis dñi graui premimur iugo.¶Rō.
Aristophanis poete utilis fabella:que monet non
nutriēdum in urbibus leonem:tñ si nutrit⁹ fuerit:
obsequendū illi esse:Nec tyrānidis nāle malū im-
patiētia cumulandū:quāq; ipse feceris potētiā de
tractandū.Raro eqdem tyrānus absq; culpa ciui
um surrexit in populo.Uet⁹ est aūt uerbū.Ede qd
nutristi.¶Do.Dñm importunū patimur.¶Rō.
Si ois potestas a deo est:seu ad bonoꝝ exercitiū:
seu ad maloꝝ penā:par est ut diuino impio te sub
iectū sentias:nō humano.Cuius si minister imi-
tior videtur:patiētia fortassis efficiet ut mitescat.
Uix est enim ullum tā ferox igenium:ut nō obedi
entia ⁊ obsequio leniat:uel ferēdū deniq;:uel po
nendū est omne qd pmit.Nempe nihil est tertiū pre
ter impatientiā:que ut dixi:molesta nō minuit sed
aceruat. ¶Do. Malus nobis est dñs.¶Ratio.
Oēs uos vnū habetis notū hostē:Unus ille mul
tos habet incognitos:periculosior status. ¶Do.
Dñs nobis est pessimus.¶Rō. Sed nō erit diu:
si bene philosophis visum est:Uiolētum nihil esse
diuturnum.Et sane si uel vnum patria ciuē bonū
habeat:malum dñm diutius non habebit.

¶De indocto preceptore. Dia.XL. ¶Do.

St mihi pceptor indoct⁹.¶Rō.Et si do-
e ctū facere non possit indoct⁹:uerūq; sit cō
mune illud signum:sciētiẽ est posse docere:
sub indocto tñ preceptore doct⁹ aliquis fieri pōt:
uel per seipm:uel qd est uerius:influctia celesti at
q; ispiratione.Et ut Ciceronis utar uerbo:aliquo
afflatu diuino:sine quo nec doctū certe nec bonū
virum fieri posse credēdum est.Hoc enim nō solū
uera religio sentit:sed gentilis quoq; philosophie
consentit auctoritas.¶Do. Jndoctū pceptorē no
lens audio.¶Rō.At celestem pceptorem audi li
bens:qui fecit aures tibi:nō has tñ quas videm⁹:
sed inuisibiles alias intus in aīa.Jllū audi:qui do
cet hoīem sciētiā:sicut scriptū est.Quo insuper ta
cēte:frustra preceptor quicūq; mortalis q̄uis do-
ctissimus laboraret.¶Do.Preceptorē indoctum
egrefero.¶Rō.Uel ab illo fugiēs aliū quere:uel
ad teipsum redi:Et memēto Epicurū sepe a Cice-
rone licet irrisum:visum tñ Senece magnū virū:
non indoctū modo pceptorē habuisse:sed nullū:
ut gloriabūdus idem ipē cōmemorat. Augustinū
do:qd de seipso testat:cui nō oia credē nefas est:
Et aristotelicas cathegorias:que inter difficilli-
ma numerant:⁊ artes liberales quas singulas a
pceptoribus didicisse magnū ducitur:nullo homi
num tradēte:ut idem ait:oēs intellexisse.Nouissi-
mūq; Bernardū viꝝ doctrina ⁊ sāctitate charissi
mū:oēs suas litteras quaꝝ inter cunctos sui tpis
abūdantissimus fuit:in siluis ⁊ in agris didicisse:
non hoīum magisterio:sed meditādo ⁊ orādo:nec
ullos vnq̄ alios:ut de se etiā ipse ait:pceptores ha
buisse q̄ querc⁹ ⁊ fagos.Hec si facta sunt:cur non
iteꝝ fieri possunt?Qd nisi sic esset:qd fecissent pri
mi hoīū:qbus nec preceptor ullus erat:nec repti
aliqui?Mirādo igit:cogitādo:assurgēdo ⁊ ingeni
um acuēdo eaipsa que uos cum oībus pceptorib⁹
uestris vix itelligitis inuenere.Aude ⁊ tu aliquid
teq; magnis inserere ne diffidas:Si mortalis de
fuerit:eternus aderit preceptor:a quo sunt oēs:⁊
oia ille fecit ⁊ ingenia ⁊ scientias ⁊ magistros.

¶De discipulo indocili ac superbo. Dia.XLI.

¶Dolor.

Jscipulum habeo indocilem.¶Rō.Per- A
d dis operā:littus aras:semina proijcis:na-
tura non vincitur.¶Do.Discipulum indo
cilē sors dedit.¶Rō. Terre aride colonus:solue
boues:qd te torques?Jlli parce ⁊ tibi:cū tot sint
labores necessarij ⁊ ineuitabiles:supuacuos que-
rere stultitia est.¶Do.Discipulum habeo littera
rum indocilē.¶Rō. Si docilis est virtutū:illic
insta:meliorib⁹ illum artibus ornaueris.Or si neu
trum capit:uacuū sine:ne ue quid in pertusum uas
effuderis quod neq; ibi subsideat:teq; iugi tedio
exhauriat:Sic habeto eniꝫ:Omnes qui sunt:qui
q; erūt aut fuerunt virtutibus aut doctrinis clari:
non posse vnum ingenium accēdere:nisi alique in-
tus in animo scintille sint:que preceptoris spiritu
excitate ⁊ adiute:generosum discipline fomitē ar
ripiant:Alioquin algidum in cinerē ne quicq̄ fla-
bis.¶Do.Jntractabilem discipulū ac supbū ha- B
beo.¶Rō.Superbia hostis ingenij est:dūq; sub
esse dedignatur:⁊ discere negligit discipulus inso
lens:egre manū ferule subijciet:doctrine animū:
reprehensionibus aurem:collū iugo.¶Do. Ha-
beo prosperitate tumidū discipulū. ¶Rō.Sicut
tumor oculoꝝ visui:ita tumor animi igenio nocet:
ut disciplinis aditus fiat:comprimēda est omnis
elatio.Scis ut Alexāder macedo:cum aliquādo
mathematicis animum applicasset ⁊ geometrica
sibi quedam obscuriuscula traderentur:difficulta
tibus offensus preceptori imperat:ut idipsum cla
rius tradat:Et quid ille respondeat:Hec inquit
eque omnib⁹ difficilia sunt:Ut scilicet omnem illi
speꝫ regij fastus excuteret.Sic est eni hercle:Nul
le sunt fortune partes in ingenij rebus:quisqs do-
ctus ac sapiēs fieri vult:obliuiscatur interim se po
tentem.¶Do.Discipulū rudē elatumq; habeo.
¶Rō.Cōtra uentū aduerso flumine nauigas:cō C
trahe carbasa:terram pete.¶Do. Contumacem
habeo discipulum proteruumq;. ¶Rō. Non ha-
renam tñ fodis:sed serpentem nutris:aconitū ex
colis:hostem doces.¶Do. Dure discipulum cer
uicis instruo.¶Rō.Surdo canis:sed sic est:hos
clamor:hos silentium delectat:Potentissima sem
per in rebus omnibus consuetudo est. Uide ut
piscator tacitus:clamosus uenator:at clamosior

aliquanto schole arbiter q̃ silue. ℂDo. Duricor-
dem discipulum nactus sum. ℂRō. Sepe facili-
us ursi caput mollias q̃ hois: qd vis aũt? Est in
fabulis lupũ ac vulpeculam litteras didicisse: Nā
elephantis studiosi non anilis fabula est: sed natu
ralis historia: Et hic tuus forsitan studio naturam
leniet: Apud me autē: vna fere pastoris ac ꝓcepto-
ris vita est: Mirum nisi uterq; tandez a conuictu
mores traxerit. Ille beluas regit: hic pueros.

ℂDe nouerca. Dia.XLII. ℂDo.

A Ouercā habeo. ℂRō. Ergo ⁊ p̄rem. Sic
n sunt ferme res humane ut tristia letis ⁊
amara dulcib⁹ tēperentur: atq; utinam ex
equo īpermixtũ hic dulce nō habitat. ℂDo. Iniu
sta mihi est nouerca. ℂRō. Nō inepte Uirgilia-
no epitheto uteris: quāto aũt illa iniustior tibi: tā
to in illam ut sis iustior enitere. ℂDo. Nouerca
mihi supbissima est. ℂRō. Et femine ꝓpriũ super
bia: ⁊ nouerce est: Si gemine cause vnũ pariũt ef-
fectum: non est qđ stupeas: est qđ feras: teq; ⁊ pre
B uignũ simul ⁊ filiũ bonum ꝓbes. ℂDo. Supbis-
sima est nouerca. ℂRō. nulla re melius q̃ humi-
litate vincit supbia. ℂDo. Nouercā ferre nequeo
ℂRō. At fer p̄rem: si hũc ualde diligis: facile illā
fers. ℂDo. Nouerca īpia atq; īportuna est mihi.
ℂRō. Esto illi pius ac patiens: pietatē p̄ri debes:
patiētiā femine: reuerētiam nouerce. ℂDo. Inso-
lens est nouerca. ℂRō. Noli pati ut potētior sit
illius insolētia q̃ pietas tua. Nihil durꝝ: nihil ar-
duum est pietati: hec ad deũ hoies erigit: deumq;
ad hoies inclinat: quotiēs nouerca seuierit: nō tu
C illam sed p̄rem cogita. ℂDo. Iniuriosa est nouer-
ca. ℂRō. Muliebres iniurie ꝯtemptu melius q̃
ultione plectunt. ℂDo. Grauē patior nouercam.
ℂRō. Bene ais patior. Succũbere eniz ⁊ mulier
culā pati nō posse non est viri. ℂDo. Odit me no
uerca. ℂRō. Ipsam ama: Nā ⁊ inimicos diligē:
fallit. ¶ Dolor. Multum solita de copia deptum ē. ¶ Ratio. Id modo subducitur quod plus equo uel dederunt anni precedentes uel sequentes dabunt: Modestie quantulumcunqꝫ sat est: Auaritia lucro crescit: eoqꝫ fit pauperior quo plus habet. Magna vitiorum genitrix: magna nutrix atqꝫ hortatrix est copia. Patere malis tuis demi aliquid: quo minus copie: minus erit insolentie: minusqꝫ libidinis. Adde ꝙ hec tui ruris iniuria apō multos beneficium ac largitas haberetur: tuqꝫ ipē si assueuisses inopie: ubertatem hanc ⁊ copiam iudicares tantum in iudicio rerum semper consuetudo preiudicat: tantamqꝫ vim habet: nunc quid mirum si temperata fastidiunt: qui superuacuis assueuere: qua nulla maior ꝓcella modestie est. ¶ Do. Sterilitas urget insolita. ¶ Ratio. Sepe quidem fortiores viros plaga fert sterilis: fertilior molliores neqꝫ fert modo sꝫ facit: atqꝫ alibi natos durat aut mollit. Sic molliuit Gallos primū: post romanos Asia: Alexandrum Babylon: Hannibalem Capua Contra vō Romanam indolem durauit ⁊ cotis in morem acuit illa arens ⁊ scopulosa pars Lygurū: Te quem copia molliebat duret. Sobrietatem te doceat ager tuus: ⁊ quod libri uberes nequiuere: glebe faciant aridule. Nemo despiciendus est magister discipline utilis: Disce bene viuere: disce uel senex disce: uel nolens: disce deniqꝫ uel idignans.

¶ De villico malo ⁊ superbo. Dia.LIX. ¶ Do.

A
v Illicū insolentē patior. ¶ Rō. Insolentem tantum ⁊ non furē: bene tecū agit. ¶ Do. Uillicus malus est mihi. ¶ Ratio. Malū fer equanimis: villicus nisi pessimus bonus est. ¶ Dolor. Uillicum durꝫ egrefero. ¶ Ratio. Mollem delicatumqꝫ ferres egrius: durities rusticorū epitheton est: duris cum bobus: cum stiua ⁊ uomere: cum ligonibus ⁊ rastris: dura deniqꝫ cū tellure luctantur: quid ni ipsi etiam duri sint: si nil aliō est q̄ꝫ durus: bonus est villicus. ¶ Dolor. Rusticum importunum ferre nequeo. ¶ Ratio. Atqui uel feras villicum: uel ipse villicus sis oportet: uel incultum rus elige: Dura sunt omnia. ¶ Dolor. Rusticus intractabilis: indigestus est mihi. ¶ Ratio. Nil horum impremeditatum tibi esse debuerat: mox ut terram habuisti labores uarios presagire sterilitatem ⁊ villici fastidia debuisti. Dixi dū rure gloriareris exculto rusticos ultimos hominum terris abeuntem iustitiam reliquisse. Si vnqꝫ genus humanum reuiuisceret eosdē illos puto ultimos reperturam: ita quos sequebantur ꝓcesserūt: malorūqꝫ omnium pessimi facti sunt. ¶ Do. Asperrimus villicus est mihi. ¶ Ratio. Ubi ueritas dixit: ꝙ terra homini spinas ⁊ tribulos germinaret subintelligendum fuit: ⁊ rusticos tribulis cunctis asperiores. ¶ Dolor. Uillicus est mihi nequissimus ¶ Ratio. Aut villici nequitiam tolerare condisce: aut famem perpeti. Mutare enim villicū nō proderit: Ad vnum modum ferme omnes facti sunt: nisi ꝙ semper peior est ultimus. ¶ Dolor. Uillicus fur est mihi. ¶ Ratio. Dixisti tandem quod dicturum prestolabar: Ita enim furtis addicti sunt: ut eis aliquanto sit dulcius: id modicum quod furantur: q̄ꝫ quicquid ex omni iusto labore percipiunt: ⁊ hoc ipsum tandem est ferendum: nec queri vnus debet quod omnibus est commune. Profecto autem ⁊ si poeta rusticos ultimos a iustitia derelictos faciat: ut bis dixi: apud uos tamen hominem primum humano semine genitum ⁊ agricolam fuisse constat ⁊ parricidam: ut fuisse semper pessimi videantur: dumqꝫ id recolis non mireris fures. ¶ Do. Uillici culpa rus perditum ac desertum est. ¶ Ratio. Hoc quotidie multis clarioribus Anaxagore accidit: ⁊ Archyte: uterqꝫ credo doluit: neuter excanduit.

¶ De furtis. Dia.LX. ¶ Do.

i D modicum quod superest a furibus vix defendo. ¶ Ratio. Rure te villicus tuus patientiam mali huius edocuit quamqꝫ i urbibus exhiberes. ¶ Dolor. Me fures infestāt. ¶ Ratio. Contra hoc malum nil querelis agitur: supplicijs opus est. Interim custodia proficit vigilanti. Sunt qui nihil custodiant ⁊ accusant fures: cū uetus sit prouerbium: ꝙ occasio furem facit. ¶ Dolor. Limen meum fures obsident. ¶ Ratio. Claude hostium obde seram: aperi oculos atqꝫ intende: si negligis temetipsum culpa. Raro fur intētis obfuit. Illi iustius queruntur quibus non sunt domus: quales sunt quidam populi sub meridieꝫ ⁊ sub arcton: ⁊ ideo apud Scythas ut scriptuꝫ vides: nulllum scelus furto grauius. Et sequitur ratio: Quid enim inter siluas superesset si furari liceret? ¶ Dolor. Fures mihi subtrahunt res meas. ¶ Ratio. Suas fieri uolunt nec tu uetas. Puta ergo negligentiam tuam plecti: rerumqꝫ te tuarum custodiam hoc precio doceri: Utilia non discūtur gratis. ¶ Dolor. Mihi molestissimi fures sunt. ¶ Ratio. Importunū plane genus hominum iure optimo bonis omnibus odiosum: non modo ut pestilens sed ut vile sic enim habe: Non enim aliter q̄ꝫ summa animi vilitate aliquem ad hoc trahi. Haud immerito igitur Aurelius Alexander princeps iuuenis sed bonus: tanto furum odio flagrauit: ut de illo scribat Helius Lampridius: si quem talium vidisset: paratum digitum habuisse ut illi

oculum erueret: tantiq; eũ stomachi fuisse i furtorum infamia laborantes: ut si eos casu aliquo videret commotione animi choleraz euomeret toto vultu inardescente ita ut nihil loqui posset: Nobilis prorsus indignatio generosi animi: uere ingens furum feditas: que viro forti & sublimi sic subito nauseam extorqueret: Quinimmo cum quidam ex honoratis aliquando furti reus ambitiose tandem fauore quorundam amicorũ regum ad militiam aspirasset: & statim in furto deprehensus esset. Uix enim illi vitio assueti desistere vnq; sciunt: Quesiuit Alexander a regibus qui illum promouerant: quid apud eos paterentur fures: cumq; illi respondissent: crucem ilico eum de illorum sententia crucifixit. ¶ Dolor. Furtis infestor. ¶ Ratio. Contra furta bona est vigilantia atq; custodia: sed optima ẽ paupertas. Q̃diu aliquid erit quod furibus dulce sit: eorum uel manus certe uel oculos non euades: Uis fures non metuere: pauper esto.

¶ De rapinis. Dia.LXI. ¶ Do.

a Predonibus spoliatus sum. ¶ Ratio. Omnis ciuili lege: nisi fallor: scriptũ sit q; nullus fur improbior q̃ qui vi rapit: sũt tamen clandestini fures me iudice viliores. Illi enim fraude agunt: hi autem vi. Et ideo iuxta sententiam Ciceronis: Illi vulpeculis: hi leonibus assimilantur. Adde q; fures rebus spoliãt ingeruntq; suspitiones: At predonibus spoliasse fere sat est: suspitionibus nõ relinquũt locum. ¶ Dolor. In predones incidi qui me nuduz reliquerunt. ¶ Ratio. Incidit in predones Cesar: a quibus non spoliatus modo sed captus magno se tandem precio redemit: futurus rerum dominus: q̃uis huic damno solatium ultio mox secuta prebuerit: non exiguum lenimen iniuriarum. Incidit in manus hostium Regulus totiens iã victor: qui magno cum imperij uestri damno atq; discrimine eundem immani supplicio peremerunt. Incidit in hostes quoq; Ualerianus Imperator: qui eum multo cum imperij dedecore fedo senili seruitio confecerant: Tu si nihil ultra q̃ spoliatus es: & fortune tue & predonibus gratiam habe qui tibi libertatem vitamq; reliquere. Non est enim aliud beneficium latronuz q̃ quod Cicero ait i Philippicis: ut commemorare possint his se vitam dedisse quibus nõ ademerunt. Fer tu igitur sortem tuam communem tibi cum magnis his atq; alijs claris viris: & si comparetur: facilem etiam atq; optandam: neq; felicior esse uelis his qui dicũtur felicissimi.

¶ De dolo malo. Dialogus.LXII. ¶ Do.

a Circũscriptorib[9] sum deceptus. ¶ Rõ. Miraris: Mirarer ergo si inter homines cõuersando illesus euaderes. Quis homo enim hominem nõ decipit? Fides exulat regnat fraus: hoc ne nunc nouiter perpendis? Non tanto studio neq; tot laqueis uenatores atq; aucupes feras ac uolucres captant: quot uersuti homines alios quosq; simpliciores. Quod si vnq̃ uerum fuit: uestra etate uerissimum est. Monstrantur digito fraudum magistri: & ille prudentior iudicaf qui peritior est fallendi. Uis ne igitur non decipi? aut morere: aut fuge hominum consortia. ¶ Dolor. Dolo malo vnde non timui circumuentus sum. ¶ Ratio. Si timuisses deceptus forte tam facile non fuisses: & nunc cogita an tu quenq; aliquando fefelleris. Estis, enim fere omnes ad fallendum proni: feres autem facilius ab altero tibi fieri: alteri quod feceris. Sed uos & que facitis alijs non sentitis: & que ab alijs fiunt uobis pati non potestis: rerum omnium iniquissimi iudices. ¶ Dolor. Dolo amici damnum tuli. ¶ Ratio. **B**
Erras ut in multis: Nullus in amicitia dolus est. Sed in hac etiam vulgo erratis: amicos creditis qui non sunt. Amicitiamq; rem inextimabilem atq; sanctissimam facili probatis experimento usq; adeo rerum vilium curiosi: leui comessatione: aut breui confabulatione queritis amicũ: Nec citius q̃ritis q̃ perditis: si tñ qđ nõ habetur perdi potest. Postea ab amicis uos deceptos dicitis: & hanc infamiam amicitie inuritis innocenti. ¶ Dolor. Dolo damnificat[9] sum. ¶ Ratio. Multis profuit fallaciis cautior in reliquis: Quidam parue rei damno maximarum rerum pericula declinarunt. ¶ Dolor. Circumscriptor iniquissimus me fefellit. ¶ Ratio. Immo tuuz exercuit atq; excitauit ingenium docuitq; non fidere nisi expertis & probate fidei. Enumerarem exempla quibus casum tuum solareris: nisi essent innumerabilia. Quis enim viuẽs non decipitur? Quicquid mali mortalibus accidit minus est q̃ quod homo patitur ab homine **C**
Et quoniam sequi omnia nec possibile nec necesse est: Memẽto Caninij: qualiter Syracusis fuit dolo malo quondam a Phitio circumscript[9]: Habet tamen Caninius quo solari queat eques Romanus ab extraneo & viuente deceptus: cũ Augustus Cesar Imperator romanus a romano ciue moriente delusus sit: Nota res est: ut Marius quidam qui ipsius Augusti beneficio ab infimo militie gradu ad summos honores atq; opes ascenderat: semper publice predicare solitus: se illum vnum heredem habiturum eiq; bona sua omnia relicturum: a quo omnia percepisset: idipsum cum pridie q̃ obiret eidem affirmasset: Augusto fraudulentum spiritum emisit tandem nulla Cesarei nominis: uel tenui mentione in testamento habita. Dignus uere cuius cadauer vnco in Tyberim traheretur: qui dominum ac benefactorem suum fallere nec morte dedisceret.

¶ De habitatione angusta. Dia.LXIII. ¶ Do.

A
a Anguste habito. ¶ Rõ. Angusta dom[9] ad multa est habilis: Inter alia ꝯ fures utilis: de quibus paulo ãte querebaris: qui in ea latebras non habent: sicut ex aduerso de magna domo recte dicitur: q; dominum fallit: & prodest furibus: Artã sane uel amplam domum pro numero inhabitantium accipio: tu nunc ut tibi videris anguste habitas. At quanto habitat angustius anima tua q̃toq; fedius inter saniem & cruorem: nec migrare illam

inde si fieri possit vnq̃ uelis. ¶ Dolor. Arta domus est mihi. ¶ Ratio. Domus lutea celestem animum non angustat: Sepe parua domus magne glorie capax fuit: cum magna interim multe infamie plena esset: Non format domus animum: sed ab illo formam accipit: Ut leta igitur atq̃ honesta pauperum tuguria esse possunt: sic infames mesteq̃ regum arces diuitumq̃ palatia.
B Nulla tam parua domus est quam nõ amplificet magnanimus habitator magnoq̃ hospiti prestet idoneam. ¶ Dolor. Parua dom9 mea est. ¶ Ratio. Parua Euandri regia magnũ cepit Alcidem modicis edibus futurus mũdi dominus natus est Cesar: Pastorali casa romulus ac remus tam magne urbis auctores educati. Non amplis atrijs habitauit Cato: Volubili dolio Diogenes: Angusto tugurio Hilarion: Imis terre specubus sancti viri: in exiguis hortulis magni philosophi: Sub diuo modicis ue sub tentorijs summi duces: In stupendis palatijs Caius & Nero: Tu cum quibus habitare malles elige. ¶ Dolor. Angusta est mihi dom9
C & humilis & inculta. ¶ Ratio. Muri fures uentosq̃ submoueant: & utrisq̃ peiora vulgi tedia: tecta: frigus: estum: soles: imbres arceant: turres aeree uolucribus: domus ampla superbie: ornata luxurie: referta cupidini: nullum virtus spernit habitaculum nisi vitijs occupatũ. ¶ Dolor. Perangusté habito. ¶ Ratio. Vis ne tibi domus omnis amplissima videatur: sepulchrũ cogita.

¶ De carcere. Dia. LXIIII. ¶ Do.

A Carcere claudor indigno. ¶ Ratio. Melior est indign9 carcer: q̃ indigna libertas multoq̃ satius immeritum pro iustitia mala pati: q̃ per scelus bonis affluere q̃uis nec mala illa dici debeant: neq̃ hec bona: sed loquor ut vulgus quod dolorem malum ingens: uoluptatem summuz bonum iudicat. ¶ Dolor. Carcere clausus sum. ¶ Ratio. Quis non carcere clauditur: aut quis inde digreditur nisi dũ moritur? Vetus hec tua omniũq̃ sors est: vnde proprie: vnde noue igitur querele. Ita enim scito: ex quo die natus es & anteq̃ nascereris: in carcerem atq̃ in vincula missum te illius imperio cui omnis celi ambitus exigua domus est: Et si quid summo creditur poete: tenebrosum utiq̃ carcerem & cecum. Illius carceris exitum si felicem cupis huius angustias nõ horrebis: sicut nec supplicia: nec mortem: nec humani aliquid: ad quorum patientiam & contemptum nisi preparatus armatusq̃ erit animus in quacunq̃ fortuna calle graditur ancipiti. ¶ Do. Turpi carce
B re claudor atq̃ angusto. ¶ Ratio. Nullus carcer turpior & angustior nullus: q̃ iste corporeus quousq̃ adeo delectaris: atq̃ vnde tantopere solui times. ¶ Dolor. Carcere detineor importuno. ¶ Ratio. Multos periculo instanti atq̃ hostium manibus carcer eripuit. Multis limẽ carceris pro clypeo fuit: & quod intrasse profuerat: exisse nocuit: ut exitu admoniti quod horruerant: utile: quod optauerant miserum faterentur. ¶ Dolor. Carceri mancipatus sum. ¶ Ratio. Quid scis an fortasse non carcer: sed ut dicitur custodia sit? quotiens vinculis explicitos hostilis mucro: siue hoste seuior paupertas inuasit quotiens euasisse penituit: & carcerem que diuturnum queri ceperant: non fuisse perpetuũ questi sunt? Vidimus in carcere quosdam laute viuentes mox inde digressos tenuez ac difficilẽ vitam mesto fine clausisse. ¶ Dolor. Miseram in carcere vitam dego. ¶ Ratio. Quidam libros in carcere texuerunt: tu querelas texis inutiles. Quidam litteras in carcere didicere: tu patientiam dedidicis. ¶ Dolor. Carcerali custodia vinctus teneor. ¶ Ratio. Pleriq̃ cauernis ac speluncis: alij se murorum angustijs inclusere carcerem spontaneuz uel dei amore uel mũdi odio vulgiq̃ fastidio eligentes: Tu si hoc aio non es tuiq̃ carceris finem cupis: expecta: Aut te hinc homo eruet: aut mors que clauem carceris alteram habet. Unus quidem introitus: exit9 multi sunt: Alium misericordia: alium ius eruit: alius innocentia sua: alius custodum negligentia euasit: alius precio: alius igenio: & uel subterraneis cuniculis: uel per tenebras amice noctis elapsus est: quibusdam patrum memoria terremotus & ruina carceris viam fecit: Ad postremum quos nihil emiserit: mors absoluit. Nec minus uarij euadentium euentus. Marium consulatui carcer dedit: Julium Cesarez Piratarum custodia summum misit ad imperium. Hac etate quidaz de limine carceris ad dominium transiuere: & catenam sibi excussam iniecere alijs. Deniq̃ regulum & Socratem multosq̃ alios non tã carcer extinxit: ut visus est: q̃ carceri clarus finis eripuit. Et ad summam: quosdam carcer ad insignem: gloriam: alios ad eximiam fortunã: ad regnum alios: multos ad celum misit: ad sepulchrum omnes: nullum cepit quem non redderet.

¶ De tormentis. Dia. LXV. ¶ Do.

Iniuste torqueor. ¶ Rõ. Quid nũc diceres si iuste? Nullum nempe tormentuz conscientia maius est. Illa incolumi: hec externa despicito: intra te est consolator tuus. ¶ Dolor. Torqueor prorsus indigne. ¶ Ratio. Tortoris miserere tui: ille te grauius torquetur: q̃uis enim mundus obstrepat: minus mali est pati iniuriam q̃ inferre. ¶ Dolor. Torqueor. ¶ Ratio. Nouuz mali ueteris lamẽtum: Nunquid enim non antea torquebaris: inter tormenta vixisti: inter tormenta moriturus: quid nunc noui accidit? Mutantur tormentorũ species: tormẽta nõ desinunt: Excute totum tẽpus etatis: quem sine tormentis diem egeris recordare. Aliqua falsis forsan gaudijs adumbrata reperies: ueris autem plena tormẽtis: quib9 si acriter estimes: nullam vite partem uacare fateberis. Unde non immerito quibusdaz omnis vita suppliciũ visa ẽ: Sed uos nihilominus q̃ he philosophice uoces tangunt: herent quidem aurium uestibulo: mentis claustra non subeunt: hic ad omnem corporis offensiunculam ingemiscitis animi iuge mortiferumq̃ supplicium non sentitis: Illic impatientes: hinc hebetes. ¶ Do

lor. In eculeum leuor. ¶ Ratio. Quid refert in eculeũ an in lectulum torquendus ascenderis? Te carnificis nodus premet: At hunc febris: hũc podagra: hũc uxor: hũc filiꝰ: hũc amica: hũc diuitie: hunc paupertas: hunc medici manus: hunc magistri ferula: hunc nequã seruus: hunc dominus insolens: hunc infinita cupiditas spesq; anhelat: hunc tortore quolibet peior metus: Perquire mortalium status: vix ullum inuenies non in eculeo pendentem. Sed cum mille sint eculei: nisi ligneum non timetis? ¶ Dolor. Torqueo. ¶ Ratio. Aut innocentia in tormentis: aut iustitia teipsum consolare: Nam si iniuste torqueris gaudendum est: experimentũ tibi atq; alijs ⁊ fulgor quidam tue virtutis accesserit: attractati ac sublati fragrantior ac notior fama erit: Ut bene oleant: terũtur aromata: ⁊ pulcherrima rerum ne lateant attolluntur. Sin id iuste pateris acquiesce remedio: ⁊ concrete sordes flammis aut asperitatibus eluuntur: ⁊ magni mali medicina tristior sit oportet. Quem morborum tedet: amara non respuat: quem scelerũ penitet: supplicia non recuset. ¶ Dolor. In eculeum tollor. ¶ Ratio. Si immeritus habes unde ex alto seuitiam alienam despicias. At si meritus: vnde a terra diuulsus ipse tuum clarius aspicias crimen: quodq; commissum doles non doleas plecti. ¶ Dolor. Torqueor. ¶ Ratio. Aut temptatur virtus: aut punitur vitium: alterum sepe utile: alterum semper expediens. Bona exercitatio iusti est: pessima nocentis impunitas. ¶ Dolor. Torqueor. ¶ Ratio. Disce iter ad patientiam ⁊ ad mortem.

¶ De iniusto iudicio. Dia.LXVI. ¶ Do.

Iniusto iudicio damnatus sum. ¶ Ro. Unius iudicis: aut paucorum uoce testium damnatus populi uocibus: aut tacito iudicio: quodq; est melius conscientia ipsa tua: quodq; est optimum diuina sententia absoluendus. Siquidem ad tribunal eternum iudicis iusti prouocatio salua est: Solet is perperam iudicata rescindere. ¶ Dolor. Iniuste iudicor. ¶ Ro. Ut iustitia iniustos: sic iniustitia iustos premit. Ubi igitur iniusta damnatio: ibi iustus est reus: Nemo autem tam demens nisi insaniat ut hec peruerti seq; iniusto iudicio premi uelit. Nemo tam pauidus nisi sit pessimus: ut nõ potius damnari eligat iniusto iudicio q̃ absolui. Tanto enim id satius: quanto est melior oppressa iustitia q̃ imperiosa neqtia: quantoq; est optabilior mẽs bona q̃ propitia fortuna: q̃uis illa laboribus: hec delitijs affluat. Plus dicam: tanto est melius iuste etiam damnari q̃ iniuste absolui: quanto est peius impunitum q̃ punitũ crimen: In hoc enim sceleri iuncta iustitia est: malo quidem magno bonum ingens: In illo autem scelus ⁊ impunitas: que nescio an scelere ipso peior sit: vna certe ⁊ iustitie hostis ⁊ multorum radix est scelerum. ¶ Do. Iudicio grauor iniquissimo. ¶ Ratio. Mens in solido fundata ⁊ bene sibi conscia humeros habet inexpugnabiles: superimpone quantumlibet damni: infamie: supplicij: nullo fasce curuabitur: ⁊ viribus suis ⁊ multo maxime celesti ope consistet. Erũt preterea quorum sese paribus soletur euentibꝰ haud spernendi comites. Rome Furius Camillus ac Liuius Salinator: Athenis Aristides atq; Melciades multiq; alij: Inter quos quidem: qđ mireris: Cicero ⁊ Socrates: an te horum alicui: an Publio Clodio similem fieri malis: atq; horum quisq; ciuis optimus ⁊ in sua urbe clarissimus: sed iudicio dãnatus: ⁊ uel in exilium: uel in carcerem uel in mortem actus. Ille vero scelestissimus: ⁊ inter multa flagitia notissimi quoq; cõuictus adulterij: violentarumq; religionum concordibus omnium iudicum sentẽtijs absolutus est: quisq; ne adeo false metuens infamie est: qui nõ illius absolutioni Ciceronis hostis sui damnationem atq; exiliũ anteponat: Sed humana hec atq; communia. Sin altius aspicis: videbis pressum falso iudicio celi regem familiamq; eius electissimam tanti uestigijs herentem ducis: ⁊ qui hunc postea secuti sunt: tanta innocentia tantisq; virtutibus in hos ipsos iudiciarij turbinis incursus ac scopulos incidisse. ¶ Dolor. Falso iudicio offendor. ¶ Ratio. Est qui te iudicet: Is qui facit iudicium iniuriam patientibus: quiq; ait: Mea est ultio ⁊ ego retribuam eis in tempore. Est ⁊ ubi non cogitas: ipso iudicis aut testis in pectore: magni ibi habitant ultores: nullus belue morsus est acrior q̃ cõscientie. ¶ Dolor. Iniusto iudicio lesus sum. ¶ Ratio. Illatis iniurijs bene uti: ars non ultima est: qua instructo sepe profuit iniquitas aliena: cum sua cuiq; semper noceat: prosit nunq̃. ¶ Dolor. Innocens damnatus sum. ¶ Ratio. Quid igitur nocens malles? Sic enim Xantippe cõiugi Socrates moriens respondet: muliebriter lamẽtanti: quod is innocens moreretur. Atqui ⁊ si aliqui contrarium opinati sint: longe tamen est innocentem condemnari tolerabilius q̃ nocentem. Hic enim solum supplicium graue est: illic ⁊ causa supplicij. ¶ Dolor. Iniusto populi iudicio damnatus sum. ¶ Ratio. Expectas ut populus in te rectũ videat: quod nec in se nec in alio vnq̃ vidit? Magnum tue innocentie argumentum fuerit a nocentibus condemnari. ¶ Dolor. Populus immeritum me condemnat. ¶ Ratio. Idem hercle non immeritum: sed multa ⁊ magna promeritum Camillum: de quo nunc loquebar: ⁊ Liuiũ ipsum: deniq; Scipionem Africanum aliosq; Cornelios tales viros iniustis iudicijs agitatos ad uoluntarium coegit exilium. ¶ Dolor. A rege innocens condemnor. ¶ Ratio. Et regum plerunq; sententie non iustitie sed vindicte sunt: Quisquis liberius uerbum contra licentias regias emiserit: cuicũq; in interitu libertatis frons obductior fuerit: is lese reus erit maiestatis. ¶ Dolor. Sed cõdemnor a iudicibꝰ. ¶ Rõ. Iniquo iudice nullum uenenosius est aial: A serpẽte lesos se dolent quidem hoies non q̃runt: Fecit enim serpẽs qđ suũ erat: q̃uis non qđ placitũ patienti: Certe iudices erant qui eos et de qbus dixi Socratem condemnarunt: Clodium absoluerunt: quorum utrũ esset iniquius dubitari potest. Proinde in populis aut sub regibus atq; iudicibus degenti: propositum animo esse debet: aspera quelibet

⁊ iniuſta patienda ſi ueniant: nõ deflenda cũ uenerint.

¶ De exilio. Dia.LXVII. ¶ Do.

A Xilio pellor iniuſto. ¶ Ratio. Quid tu
e igitur: iuſto pelli malles exilio? Nempe quod ad iniurie cumulum ais: in diuerſum trahitur. Habes enim iniuſti exilij ſolatium comitem iuſtitiam: que iniuſtos ciues deſtituens te ſecuta tecum exulat. ¶ Dolor. Iniuſto exilio pulſus ſum. ¶ Ratio. An te rex expulit: an tyrannus: an populus: an hoſtis: an tuipſe? Nam ſi rex: aut iniuſtum exilium non erit: aut ipſe non iuſtus: atqꝫ ita nec rex quidem. Si tyrannus: ab illo te pulſum gaude: ſub quo boni exulant: fures imperant. Si populus: moribus ille ſuis utitur: bonos odit: ⁊ his quoqꝫ multiceps tyrannus nunqꝫ ſui ſimilem pepuliſſet: Non te igitur patria ſed malorũ cetibus arceri: neqꝫ in exilium ſed in partem bonorum ciuiũ cogi putes. At ſi hoſtis: agnoſce iniurie leuitatẽ: non hoſtiliter ſeuijt: qui omnia cum poſſet patriã abſtulit: ſpẽ reliquit. Sin tuipſe: mores populi peroſus aut tyranni habitum elegiſti: non modo ne doleas: ſed etiam gloriare virtutem patrie pretuliſſe: non tu flebilem ſed honeſtam ⁊ prorſus inuidioſam bonis atqꝫ optabilem: nõ iam exilij ſed abſentie cauſam habes. Sponte Pythagoras Samon liquit: Athenas Solõ: Lycurgus Lacedemona: Romam Scipio.
B ¶ Do. Exilio damnatus ſum. ¶ Ratio. Multos exilium honeſtauit: multos acrior aliqua fortune vis atqꝫ iniuria notos reddidit ⁊ illuſtres. Quid te uetat illis inſeri: qui quaſi ignem de ſilice claram famam colliſionibus queſiere? ¶ Dolor. In exilium agor. ¶ Ratio. Habes in hiſtorijs magnos rei huius ſocios: quorum ſpecioſiſſimus comitatus: non ſenſum modo doloris imminuat ſed obliuionẽ afferat. Non minor in exilio Camillus fuit qꝫ fuiſſet domi: Quantus ciuis: quantus exul: qui victorias ac triumphos non iuſtitia minus qꝫ proſperitate conſpicuos in Capitolium duxit: mox hinc pulſus pro accepta iniuria igrate ſalutem patrie rependit. Non facile aliud tam clari exulis exemplum fateor: Sed Rutilius ⁊ Metellus tam nihil exilio fracti ſunt: ut Rutilius reuocatus ab illo cuius nutui non parere capitale erat: exilium amplexus: reditum contempſerit: ſeu ne ulla in parte ſenatui iniuſtiſqꝫ licet legibus patrie obſtaret: ſeu ne forte exul iterum fieri poſſet. At Metellus eodem quo in exilio profectus erat: vultu atqꝫ animo remearet. His Marcellus accedat: hic ultimus qui in belli ciuilis tempus incidit: pulſus nempe: non ſolitam modo conſtantiam honeſtarumqꝫ artium ſtudium non omiſit: ſed ſtrinxit artius: ⁊ publicis liber curis: vni excolendo animo tã ardenter incubuit: ut ad ſcholas miſſus honeſtiſſimas: non ad exilium videretur. Quod quidem in Cicerone conſpectius operum ſplendor ⁊ litterarum copia maior facit: non exilij modo ſed carceris dulce ſolatium.
C ¶ Dolor. Exilium patior. ¶ Ratio. Exiliũ breue cito te patrie tue reddet. Longum vero aliam tibi patriam dabit: vnde exulent qui te exulem voluere: dediſſetqꝫ nunc ſi ad naturam rerum non ad opiniones hominum aſpiceres. Ualde enim anguſtus eſt animus qui ſic ad vnum terre angulum ſe applicat: ut quicquid extra ſit exilium putet: Multum abeſt exilij deplorator ab illa animi magnitudine: cui totus orbis carcer exiguus videtur. Interrogatus Socrates: cuias eſſet: mundanus inquit ſum. Uere Socraticum reſponſum: Athenienſem ſe alius reſpõdiſſet: Socrati autem patria omnium mundus erat: non hic ſolum quem vulgo mundum dicitis: cum pars ultima mundi ſit: ſed celum ipſum quod hac rectius appellatione comprehenditur. Illi patrie deſtinati eſtis ad quam ſi ſuſpirat animus: qualibet in parte terrarum peregrinum atqꝫ exulem ſe nouerit: Nam quis patriam uocet ubi non habitet niſi ad breue tempus? Illa uere cuiuſqꝫ patria dicẽda eſt: ubi quiſqꝫ perpetuo ſecurus ac tranquillus deget: Quere hãc in terris: puto irrita erit iquiſitio. Ut nature autem lex eſt data mortalibus ac preſcripti fines: dũ hic viuitur terra omnis patria ueſtra eſt: Intra quam qui ſe exulem facit: non tam rei qꝫ animi vitio laborat. Non habemus hic manentem ciuitatem dixit Paulus. Omne ſolum forti patria eſt. Inquit Naſo. Omne homini natale ſolum: ait Statius. His te uocibus armatum uelim: quibus ubiqꝫ vnus ⁊ uel nunqꝫ uel ſemper in patria tua ſis. ¶ Dolor. Ire in exilium iubeor. ¶ Ratio. I ſponte peregrinatio erit non exilium: ⁊ memento quibuſdam exitum: quibuſdã vero reditum pro exilio fore: Sunt quibus nunqꝫ peius qꝫ in patria ſua ſit. ¶ Dolor. In exiliũ cogor. ¶ Ratio. Cupiendo quod cogeris: efficies ne cogaris. Omne violentũ patientia vincitur: ⁊ deſine eſſe violentum quod uolenti fit. ¶ Dolor. Ire in exilium eſt neceſſe. ¶ Ratio. Tu fac uolens quod uel nolens faceres: fac letus omnia nequid meſtus patiaris: Ita omnem vim neceſſitatis: omnes clauos quos adamãtinos illi tribuunt catenaſqꝫ: omne tedium moleſtiamqꝫ diſcuſſeris: Sed uos impoſſibilia cupitis: neceſſaria fugitis: utrunqꝫ ne quicqꝫ. ¶ Dolor. In exilium eo. ¶ Ratio. Immo forſan in requiem: ſub obtentu falſe miſerie uera felicitas: iam ſaltem ab inuidia tutus eris: propera mixtamqꝫ cũ gloria ſecuritatem arripe: Tutis ⁊ honeſtis latebris nihil eſt dulcius: nulle his conferri poſſunt urbium platee. ¶ Dolor. Pellor e patria. ¶ Ratio. Pulſum te peſſimis: optimis inſere: neqꝫ te patria: ſed patriam te indignam rebus proba. Sẽtiat illa quid perdidit: tu nihil perdidiſſe te ſentias: mali ciues tui tedio ſimulqꝫ pñſentis odio ac ſuſpitione careant: boni autem amore abſentis ac deſiderio teneantur ſequanturqꝫ oculis atqꝫ animis abeuntem: Illi ſe ſolos linqui doleant: tu te comitatũ gaudeas proficiſci: neqꝫ in tergum reſpicias neqꝫ reditũ cogites: neqꝫ cũ illis eſſe cupias qui te cupiũt abeſſe: neqꝫ demum qđ a te fieri debuit: ab alio factũ egreferas: Debuiſti cedere ciuium inuidie: utqꝫ illam fugeres ultro in exiliũ ire. Huius ego conſilij dux erã: Nec exempli duces deerãt clariſſimi: Nã in primis tres magnos Scipiadas id feciſſe noueras:

tanqꝫ perseueranter ut patriam sua presentia qua
nil clarius habebat spoliatam indignam quoqꝫ ci-
neribꝰ defunctorum: Quidam insuper famoso di-
gnam epigrāmate iudicarent: Noia sunt imortali
memoria que tibi per famam perqꝫ ois historie fi-
dē ignota esse nō poterāt: Africanꝰ Nasica: Lētu-
lus. ❡ Dolor. Mittor in exiliuz. ❡ Rō. Immo in
experimentum tui: videris quem tu in exilio pre-
beas: si succumbis exul uerus: si ꝯsistis exilio cla-
rus: ut multi olim qui inuicti ⁊ fulgidi per asperi-
tates incesserunt: ut sequentibus rectum iter ostē-
derent. Sine tyrannos seuire: sine populū furere:
sine hostes ac fortunam fremere: Pelli potes: ca-
pi: cedi: perimi: vici aūt nisi manū extuleris nō po
tes: neqꝫ ornamentis tuis spoliari: cum quibꝰ quo
cunqꝫ ieris ⁊ ciuis ⁊ patrie principum vnus eris.
❡ Dolor. Exulatum pergo. ❡ Ratio. Perge ala-
cer: I securus: nescis q̃ longa sint brachia tui re-
gis: Nihil illi longe est: Ubiqꝫ te proteget qui pro
texit in patria.

❡ De obsessa patria. Dia. LXVIII. ❡ Do.

o Bsessa est patria. ❡ Rō. Obsessa fuit Tro
ia: obsessa Tyrus: obsessa Carthago: ob-
sessa Hierosolyma: obsessa Numantia ⁊
Corinthus: euerseqꝫ omnes: quez iam pudeat ob
sideri? Ipsa urbiū caput Roma obsidione tēpta-
ta est. Sed cū iā Roma eē desijsset: qd Capua: qd
Tarentum: quid Syracusas: quid Athenas: quid
Uehios minores ue alias loquar? Sunt ⁊ sua ur
bibꝰ fata: ⁊ pauce fatū obsidionis euasere. Sed
longitudo temporum notitie rerum obstat: ut ip-
sis etiam ciuibus suarum fata urbiuz sint ignota:
Tu presentem sentis obsidionem: nec futuras pre
uides: nec preteritas meministi: Sic est usus qd
te premit defles: Ualde sensibus dediti estis be-
luarum more. ❡ Dolor. In patria sum obsessus.
❡ Ratio. Dicebam te incommodum tuum flere:
iam optabile videri possit exilium: eo ꝙ minus of-
ficiat libertati: neutrum tamen officit: Si libertas
animi uera est: Ille ⁊ inclusus egredi: ⁊ exclusus
regredi ⁊ ubi uoluerit esse potest. ❡ Dolor. Ob-
sessus in patria mea sū. ❡ Ratio. Obsessus ⁊ Pria
mus: non ciuis sed rex in patria sua fuit: cum tota
illa famosa magis q̃ fortunata familia. Obsessus
Argis Antigonus Macedonuz rex: ⁊ Eumenes
Pergami: Obsessus hac etate intra urbem Ianue
rex Sicilie Ropertus: nullo ueterum regum mi-
nor: Si que ueros reges facit uera virtus atten-
ditur: tu homuncio sortem regiā lamentaris? Ob-
sessus Ambrosius: obsessus Augustinus: ambo si
mul intra Mediolani ambitum. Obsessus ad ulti
muz Augustinus idem intra episcopij sui muros:
quo tempore miseratus lachrymas suas deꝰ a ter-
rena illū obsidione ad celeste regnum transtulit.
❡ Do. Obsideor. ❡ Ratio. Et quis oro non obsi-
detur? Hos peccata obsident: illos morbi: hos ini
micitie: illos cure: hos negocia: illos ocia: illos di-
uitie: hos paupertas: illos infamia: hos laboriosa
celebritas. Omnes corpus quod tantopere coli-
tis ⁊ amatis: ille uos carcer artissimus circumcin-
git atqꝫ obsidet obsidiōe perpetua. Ipse orbis ter
re ubi fremitis ⁊ bellis assiduis insanitis: ubi im-
periorum terminos ac regnoruz tanto studio pro-
latatis: qua a uobis incolit: qd est aliud q̃ qd ait
Cicero: q̄si q̄dā parua isula circūfuso illo mari: qd
magnū: qd oceanū: qd atlāticū appellat in terris:
quod tamen tanto nomine q̃ sit paruū vides? Un
diqꝫ obsessi estis omnes: tu te obsessum ut rem no
uam narras: Uide potius si quid in te opis aut cō
silij est quod possis ad tutelā patrie conferre: Hoc
fac potiꝰ ⁊ memento Syracusij Archimedis ope-
rosi senis: Querele enim nec tibi nec patrie profu
erint. ❡ Dolor. Obsideor intra patriam meam. C
❡ Ratio. Quid tu igitur an alibi malles obside-
ri? Posses id fateor malle ⁊ quidem pie: quo scili-
cet te obsesso illa esset immunis. Ceteruz quod ad
te attinet: an solamen exiguum videtur: quicquid
sit in patria tua pati: ut quantuz ledit aduersitas:
tantum leniat locus ipse. ❡ Dolor. Intra muros
patrios coartatus sum. ❡ Ratio. Ita hoc dicis
quasi nulle maiores uobis sint angustie q̃ muro-
rum. Q̃ multi ex his qui in urbibus habitant: sic
assidui in curia atqꝫ in foro sunt: ut vix toto q̃ lon
gus est: anno semel portas urbis aspiciant. Adde
nomen obsidionis: erumpere gestient: ⁊ vincti si-
bi compedibus videbuntur artissimis: non hoc fa
cit obsidio sed opinio: qua nihil est in uestre morta
lis vite fluctuatione potentius. Fabulaz locus po
scit. Decrepitum quendam senez fuisse nuper Are
tij fama est: qui nunq̃ patriuz limen excesserat: id
cum ad aures presidentium peruenisset: ludendi
studio hominem ad se uocant: ⁊ sibi compertum
dicunt illum clam urbem egredi solitum occulta
cum hostibus habere colloquia. Ille autē per san
ctos iurare se non solum tunc presentis belli tem-
pore: sed nec vnq̃ ulla pace per omnem q̃uis lon
gam vitam muros urbis egressum. Contra illi in-
credulitatem fingere ⁊ suspectum eum reipublice
dicere. Quid multa? Graui ni pareat pena impo-
sita: ne egrediatur imperant: Illum ferunt impati-
entia prohibitionis irritatum: die postero: quod
nunq̃ antea visum erat: extra muros patrie depre
hensum. Sic inuetituz semper peruicatia animos
urgente nitimini: ⁊ tu nunc te artatum dicis: ⁊ ti
bi urbs tota non sufficit: cui nisi obsidereris: forte
pars minima domus forsitan vna sufficeret: quod
maxime studiosis euenire solet. Quid ꝙ fere om
nis obsidio breuis est? Adest loci solamen ac tem-
poris equanimitas: sola deest ut lugeatis ⁊ quera
mini non natura rerum sed mollicies uestra est.

❡ De patria euersa. Dia. LXIX. ❡ Do.

q Uid ꝙ euersa funditus est patria. ❡ Ra-
tio. An non fortunas quarundam ex his A
quas pauloante nominabam: ⁊ similes
aliarum innumerabilium audiuisti? Tyrū ⁊ The
bas ⁊ Persepolim Persici regni caput euertit
Alexander macedo: Quod mireris: ad suggestuz
scorti vnius magne urbis tenuis fortuna est. Tro
iam euertit Agamemnō: Saguntū Hānibal: Car
thaginem atqꝫ Numātiā Africanus minor: Hie-
rosolymā Tytus: Aliasqꝫ alij. Romā nullus in to-
tū diruit: sed senectꝰ attriuit: ciuilibꝰ adiuta discor-
dijs. Et qd refert qs euerterit: quā cōstet euersaz?
Ruine mediolanēsis recētior fama est sub Frede-
rico impatore barbaro ⁊ imani: Quid tu ergo tuā
pr̄iaz rebaris excēptā impio fortune: cui urbes ma
xime atqꝫ imperia subessent? An usqꝫ adeo te fefel

lit amor:ut urbem vnam:q̃ tu ibi natus esses:fingeres immortalem:cuz sit mundus ipse mortalis? Celum ruet ac terra:montes ⁊ maria mouebũtur: ⁊ creata de nihilo in nihilũ redigentur: Tu ruisse tuam patriam aut miraris aut quereris:Sunt qd̃ pauloante dicebaz:ut hominibus:sic urbib⁹ mores sue.Non tam crebre ille quidem q̃ ⁊ pauciores urbes ⁊ diuturnioris eui sunt:morti tamẽ obnoxie:non sunt eniz soli homines sed preter aios:

B humana cuncta mortalia. ¶Dolor. Patria ruit. ¶Ratio. Resurget forsitan:Nam ⁊ alique surrexerunt: ⁊ quibusdam cecidisse materia fuit felicius resurgendi. Nempe hodie Saguntum ⁊ Mediolanum sedibus suis stant:At Mediolano proxima laudum Pompeij ultima:ut aiunt: mutauit locum ijsdem barbaricis manibus: ⁊ sub idẽ tempus euersa:Similiter ⁊ Hierosolyma ⁊ Carthago.Spera ergo si spes cecidit: ⁊ de patria actum reris:caue tu succubuisse fortune. Peior est enim animorum deiectio q̃ murorum:Uirilis non feminea:virum decet pietas:q̃uis doleas patriam cecidisse:noli tamen simul occumbere quando tua nil iam ruina reipublice collatura est:quin teipsuz ⁊ si que sunt ciuium reliquie ad feliciora tempora reseruare satage:factis prius non lamentis opus est:ubi sit etiã ipsa fuga laudabilis. Audisti ut Terentio Uarroni cui⁹ culpa ac temeritate pene ruerat imperium romanum:publice ab omnibus gratie acte sunt:q̃ de republica non desperasset quod fecisse collega eius vir clarissimus: ⁊ culpe omnis illius expers videbatur:si aliud nihil est reliqui: At tu saltem cum Biante bona tua tecum portãs: q̃uis nudus:muros patrie tue cadentis egredere: ⁊ ad illam patriam aspira:cuius regni non erit finis. Quo cum tandez deo te uocante conscenderis:non obsidionez metuas:nec ruinam:nec eorũ aliquid que uestris in urbibus metuuntur.

¶De metu perdendi in bello. Dialogus.LXX.
¶Metus.

A b Bello vinci metuo. ¶Rõ. Pacem quere. ¶Metus. Ualde vinci metuo. ¶Ratio. Timor modestus cautionem: uehemens uero desperationem parit:quaruz altera nil in bello melius: altera peius nihil in rebus omnibus. ¶Metus. Magno prelij quatior terrore. ¶Rõ. Quid bellantium timor mali ferat atq̃ ex timore oriens mesticia:Flaminius ad Thrasumenũ:Crassus apud Charras: Pompeius in Thessalia expertus est:quibus in locis ⁊ sepe alibi uerum poeticum illud apparuerit: Pessimus in dubijs augur:timor. ¶Metus. Euentum pugne nimis horreo. ¶Ratio. Differ interim dum spes redit:male pergitur vnde abstinendum mens terrorq̃ denunciant. Solet inesse animis presaga quedã vis: cui obstare fortassis non sit usq̃quaq̃ consilium: Non est exemplorum numerus seu ueterum seu nouorũ:clarissimis tribus uti satis habui. ¶Me-

B tus. Instantis pugne casum metuo. ¶Ratio. Excute res tuas quas te melius nemo est qui nouerit: Uide ne non rei natura uel virium defectus: sed presagium sibi fingat ignauia:cui nihil usq̃ nõ formidolosuz ac difficile est. Hec si libertati igitur si glorie:si saluti tue officit:virtutis auxilio cõprimenda est:excitandusq̃ animus ⁊ monstrandum illi sepe pauciora esse ⁊ leuiora pericula q̃ pauores:obuersari:sepe oculis falsas imagines rerum terribilium:quibus consternati quidam sine ferro paratam sibi victoriam tradidere hosti. Non est enim falsus atq̃ inanis metus ṽo lentior:sed eo sepe uehementior:quo pauentez maiora omnia sibi fingens error quoqz precipitat: Atq̃ ita q̃ poeta idem ait:Male cuncta ministrat impetus. Si nec his attollere iacentez animum potes sed virtutez pauor exuperat:cãpo abstine. Uix bene geritur: qd̃ pauide gerit̃. Sic affect⁹ in aciẽ si descẽdas:te cũ erit qui ꝯtra te dimicet: tui enim ipsius aduersus te melior pars rebellat. Malus semꝑ hospes animi:pessimus in bellum comes metus.

¶De stulto ⁊ temerario Collega. Dialogus.LXXI.
¶Dolor.

f Stultum habeo ac temerarium collegam. ¶Ratio. Est aliquid cause fateor ut timeas:sed ex aduerso aliqd est ut speres:Hoc enim ut quibusdam calamitatis:sic alijs gl'ie ꝓbuit materiaz:Temeritas Terẽtij Uarronis:Emilio Paulo mortem peperit. At. L. Furij ⁊ Minutij temeritas. M. Furio Camillo ⁊. Q. Fabio Maximo singularem gloriam quesiuit: Note sunt historie. ¶Dolor. Est mihi collega preceps ⁊ inconstans. ¶Ratio. Esto tu constans ⁊ modest⁹. Nus q̃ virtus clarior eminet q̃ suo admota contrario. Cur non tu potius illum regas q̃ te ille ꝑcipitet? ¶Dolor. Est insolentissim⁹ collega. ¶Ratio. An tibi excidit:ut ipsi de quo nunc diximus Camillo: tribuni militum consulari potestate quinq̃ simul college imperio pares ultro se submisere. Habet hoc virtus excellens:possessoribus suis auctoritatem:miratoribus reuerentiaz ac pudorem cõfert: Nullo melius modo college insolentiam represseris q̃ industria ac virtute. Sic efficies ut illum tibi parem dici pudeat:sicut puduit Minutium: ⁊ aut se sponte subijciat honestiore suffragio q̃ si eũ tibi populus subiecisset:aut omnes intelligant illũ tibi parem nomine:rebus imparez: ⁊ quicquid bene gesseritis tuum esse:quicqd secus illius. ¶Do. Collega mihi stultus obtigit ac peruersus. ¶Ratio. ¶Quedam per contrarium discuntur. Solẽt magistri tardiusculis discipulis ineptum aliquid proponere:quod cum respuerit: discentis ingenium ad uera facilius retrahatur:Redit ad memoriam obscuri hominis clarum uerbum. Ante non magnum tempus cum Florentia ciuitas statũ mutasset:qd̃ crebro nimis ac libẽter facit:atq̃ ad imã plebẽ frena reipublice peruenissent:vnus ex isolẽti grege qui diu tenuerat illa ⁊ mestus amiserat: vicini inopis mechanici humilitatem spernens: Et tu inquit qui neq̃ litteras noueris: neq̃ vnq̃ patrios fines excesseris: vili semper artificio vitam trahens cum paribus tuis:qualiter hãc tãtã ⁊ tam nobilem urbem reges? Ille aũt nihil mot⁹ Et quid negocij inquit est? Quid uos egeritis nullus ignorat:si per omnia contrarium agimus:aberrare non possumus. O uerbum dignũ docti hominis ex ingenio prodijsse. Tu nunc igitur in collega tuo contrarium tibi statuas exemplar:cui dissimillimus fieri uelis.

¶ De inconsulto ⁊ precipiti magistro militie. Dialogus.LXXII. ¶ Do.

A e St mihi magister militie inconsult⁹ ac preceps. ¶ Rō. Hoc aliquanto periculosius non negem. Legiones uestras interroga iacentes ad Trebiam: ad Trasumenum: ⁊ ad Cannas: multisq; alijs in locis. Si remedium vis dubiam linque militiā. Si forte non datur: at tu fortiter atq; industrie ministerium tuum age: ut inter tui ducis errores tua virtus emineat: nec te ruina opprimat aliena: sed tu potius si qua est via publice humeros subijcias ruine: Rem difficilē: sed neq; impossibilem: neq; insuetam iubeo: Ut enim sepe multis militibus obfuit vnius ducis ignauia: sic interdum vnius viri virtus ⁊ exercitium seruauit ⁊ ducem. Neu sim longior q̃ oportet: Tu res suis in locis queres: mibi nominum ⁊ temporum commemoratio sola sufficiet. Publius Deci⁹ bello Sannitico: Calphurnius Flamina bello punico primo: Africanus minor bello punico tertio: tribuni omnes militū ducumq; ⁊ exercituum seruatores: tanta esse tua virtus ac felicitas pōt: ut aliena infamia eximiam in gloriam tuam uergat. Anceps sane negocium: sed extrema in necessitate vnicum. Proinde utcunq; alios fortuna rotauerit: tu virtutis gubernaculum si mihi obsequi uolueris: nec in pace: nec in bello: nec in vita destitues nec in morte.

¶ De infausto prelio. Dia.LXXIII. ¶ Do.

A a T prelio victus sum. ¶ Rō. Iā timor euanuit: sperare incipies: hec est horum series affectuum: Nam cum spes ⁊ metus de futuro sint: iam ut futurū potest eē quod speres: sic futurū esse desijt: quod timebas. ¶ Do. Magno prelio victus sum. ¶ Rō. Tantū ne animo victus sis: Nempe ille si cecidit actum est. Meministi: ut Marcellus prelio victus die proximo in aciem redijt: victoremq; suum maiore q̃ ab illo pridie victus erat ꝑlio vicit. Et Julius Cesar ad Durachiū īferior: ad Pharsaliam mox ingēti prelio victor fuit. Multi prelio victi: bello fuere victores: Nō cadunt animi virorum fortium vnius lucis euentu: non magnanimi tm̄ sed longanimes sunt: Uict⁹ hodie: cras pugnabis cautius. Ducis artem infausta prelia quasi tristes fidiq; edocēt magistri: atq; ubi sit erratum plagis admonent: Sic agricolam sterilitas: architectum lapsus edium: equitem casus crebri: nautam graues acuunt procelle: errando di-
B scitur. ¶ Do. Uictus sum. ¶ Rō. Non est vict⁹ nisi qui se victum credit: cuius spes obruta ⁊ extincta est: cuius animus amara deposuit. Aspice romanos animos: cum semper: tū ꝑsertim bello punico secundo: non tam defectione sociorum: nō cōspiratione regum ac gentiū: non tot infelicib⁹ prelijs ac ruinis pene ultimis victi sūt: nulla vnq̃ apō illos mētio pacis: nullum diffidētie uestigium: nulla deniq; nisi alta prorsus ⁊ inuicta cōsilia. Hoc sane quid est aliud q̃ virtute animi fortune duritiē mollire: atq; illam in pudorem sui ⁊ amorē tui cogere? Tandē igitur ut dignū erat emersere: ⁊ millies strati surrexere altius: ut non hostes tm̄ suos modo tam formidabiles: sed totū mox ex ordine terrarum orbem virtus illis ac fortuna subijceret.

¶ Dolor. Uictus sū fateor. ¶ Ratio. Nunc demū incipis nosse fortunam: ⁊ hoc saltem boni fugiens inuenisti: Nemo ferme res magnas gratis discit. Multos docet experientia: quos schola nō docuit: ⁊ preceptoribus surdum caput hausit oculis quod auribus non ualebat. Nulla rerum humanarum certior magistra q̃ aduersitas: nulla discutiendis errorib⁹ aptior. ¶ Do. Magno fortune vulnē corrui. ¶ Rō. Surge ne iaceas: Nusq̃ clarius q̃ inter fortune vulnera ꝓminet animi magnitudo. Nūc nosce teipsum quantarumq; sis virium ualde ictus intellige. ¶ Do. Speratam victoriam C amisi. ¶ Rō. Si insperatam: prudentiam quesiuisti: non speranda rerum permutatio videri debet. ¶ Do. Uictus sū bello. ¶ Rō. Bello vict⁹ libertatem retinet ac vitam: vitio autē victus utranq; amittit: quisquis igitur illi succumbit uere vincit. ¶ Do. Uictus sum. ¶ Rō. Quid scis an illō magno Pompeio Thessalico dictum: dicere ⁊ tibi cōueniat? Uincere peius erat: Ut dāni plus: sic peccati minus solet habere qui vincitur. Lucrum ingens quod optantes qdā: nō vinci modo sed mori etiā elegerunt: Et profecto mercanť egregie qui morte corporis querunt anime salutem: sed plerisq; malis suis gaudent bonis aguntur: tanta hominum mentes habet cecitas. ¶ Do. Uict⁹ sum. ¶ Rō. Potest id quidem tibi nō scientie militaris inopia sed fortuito contigisse. Nusq̃ enim fortunatior: ut ita dixerim: fortuna q̃ in ꝑlio: cū multa alibi: illic oia posse illam perbibent. ¶ Do. Prelio D victus excessi. ¶ Rō. At nō cōtinuo nudus. Possunt arma victis auferri: uera autem bona que sūt arma animi etiam qui videntur victi retinent. Ea eni ut ex incendio ac naufragio: sic aduerso ex prelio efferūtur: Nec illa tm̄ que in animis abdita ferro tangi nequeunt: sed illa quoq; que maxime periclitari in prelijs ac ferro exposita videntur. Itaq; non quisquis bello vincitur: bellicis simul spoliať laudibus: licet etiam armis amissis ex acie fugientem: quodq; est maius in acie pereuntem secū ducis eximij nomen ferre: Nam ⁊ ad Thermopylas Leonidam non tam victum q̃ vincendo fatigatū inter ingentes stratorum hostiū cumulos occidisse cum suis grece memorant historie: q̃ Deiphobo famam Maro approbat: ⁊ in cāpis Emathijs si Lucano creditur stetit ordine certo īfelix acies: Et nouissimo prelio quod in Africa cum Hannibale gestum est: nec melius instrui aciem: nec acrius potuisse pugnari: ut de victore victus: sic ⁊ de victo itidem victor ipse confessus est: uterq; ingens rerum talium estimator: Quid amisit autē qui ueram artis sue gloriam: ⁊ bene geste rei conscientiam non amisit?

¶ De bello ciuili. Dia.LXXIIII. ¶ Do.

b Ello q̃timur ciuili. ¶ Ratio. Nomē hoc a ciuibus tractum: ⁊ tu vnus es ciuium: A Uide ergo ne ⁊ tu vnus sis huic malo fomenta prebentiū ⁊ virili parte culpe non careas? Hic enim est mos alter alteꝝ inflāmat: donec singuli furorem publicum exciuerint: tum demū furor publicus singulos urget ac precipitat: nec vnq̃ publicum malum a se incipit: q̄uis accessione auctum totam infecerit: siue etiam euerterit ciuitatē: si primā tamen queris originē singulorum: in

erroribus radicatum est. Hoc est autem quod ca-
uendū moneo: ne tu quoq; vnus fueris ex his qui
uel materia uel flatu ciuile incēdiū aluerint. Mul
ti enim faciunt vnde mox querāt: & q̄si ab altero
inflictū vulnus suis manibus factū lugent. Mul
ti iam suo incendio periere. Quod si tibi nihil es con-
scius: pius est dolor boni ciuis in calamitate publica
sed quem soletur innocentia. Humanis enim ma-
lis nullum flebilius culpa est: immo quidē: ut qui
busdam maximis viris placet: nullū aliud est ma-
B lum. ℂ Do. Ciuili uexamur bello. ℂ Rō. In furo
re ciuium te sequestrum pacis exhibe: si id frustra
est: at tu saltem pro libertate uel solus pro iustitia
partes fac: quod & si patrie fortassis inutile: at tibi
certe laudabile: Utriusq; rei exēplū: vna tibi urbs
dabit: Menenium Agrippam: & Portium Cato-
nem hunc nouissimum. ℂ Do. Implacabile ciuib9
bellum est. ℂ Rō. Si nil opis in te est: ambi alios:
increpa: deprecare: obsta: castiga: obsecra: ingē qui
bus potes publicam ruinam que priuatas in se cō
tinet: & cum nullius propria videatur: est omniū.
Deniq; hinc pietate: hinc terrorib9 aīos placa. Si
nil apud hoīes proficis: deum ora: opta ciuium re
sipiscentiam: & salutem patrie: modisq; omnib9 bo
C ni ciuis officium imple. ℂ Do. Bello ciuili respu-
blica in extremo est. ℂ Rō. Ne quid uel ciuilibus
uel externis bellis inopinum accidat: ne quis ipa-
ratum casus opprimat: semper hoc vnū uolue ani
mo: nō homines modo sed preter animos huma-
na omnia esse mortalia. Et ut hominibus: sic urbi
bus & magnis imperijs suos morbos nunc extrin
secus obrepentes: nunc ipsum intra corpus exor-
tos in quibus sunt secessiones & simultates & dis
cordie & bella ciuilia: Esse omnibus constitutum
terminum qui preteriri non poterit: suum finē cū
ctis que videntur instare: & si paululum differa-
tur: affuturum tamen. Ubi sunt urbes clarissime:
fuisse siluas asperrimas & futuras esse. Stulte de
se sperare urbem aliquam quod assequi regina ur
bium Roma nequiuerit. Hoc inter fata hominum
atq; urbium interesse: q illa propter innumerabi-
lem infinitāq; frequentiam & vite breuitatem quo-
tidie in oculis sunt: Hec propter raritatem atq;
euū longius: vix semel multis in seculis & cum stu
pore cernuntur. Hec te cogitatio firmiorem con-
tra omnes casus tam publicos q̄ priuatos faciet.
hec tibi demum & si non amenā at utcūq; tolera-
bilē viam sternet ad inopiam: ad exilium & ad mor
tem: docebitq; hoc proprium patrie tue malū: qđ
omnibus est cōmune.

ℂ De discordia aī fluctuātis. Dia.LXXV.

A ℂ Do. Animi discordia laboro. ℂ Rō. Nullum
a hoc bellum peius ne ciuile quidem. Illud
enim ciuibus inter se: hoc homini secū est.
Illud inter partes populi in plateis urbium: hoc
itus in anima: interq; ipsas partes anime geritur.
Itaq; cum sit belli quedam species que plus q̄ ci-
uile bellū dicit̄: ubi non solū ciues sed cognati ēt
inter se pugnant: quale inter Cesarē & Pompeiū
fuit: de quo dictum est. Ille locus fratres habuit:
locus ille parentes: quanto hoc bellum iustius no
men id uendicat: ubi non pater contra filium: nec
frater aduersus fratrem: sed homo ipse contra se li
tigat: quo durante litigio nulla quies animo: nulla
potest esse securitas. ℂ Do. Discordat animus: &
diuersis secum pugnat affectibus. ℂ Rō. Diuersi
tatem illam abijce: Unum uelle incipe: tunc cōpo-
sita erit & immota pax animi: cum discordes affe- B
ctus quasi seditiosi ciues in vnam conuenerint uo
luntatem. Alioquin ut cōtrarij & corrupti humo-
res febrem corpor: sic contrarij affectus febrē pa-
riūt aīorum: que tāto est periculosior: quāto & ani-
mus corpe est nobilior: & eterna mors terribilior
tpali: Utrobiq; tm̄ adhibitum tēperamentū & eq̄li
tas quedam ad salutē est via. ℂ Do. Pugnat ani
mus nec qđ uelit eligit. ℂ Rō. Malū simul mali
q; cām stringis: q nempe non eligit ideo pugnat.
Eligat & confestim pugna cessabit. Eligat dico bo
num uelle: Nam si malū magis magisq; certabit:
Uitia enim inter sese pugnant. Semper virtutum
concordia sūma est. ℂ Do. Animus in ptes scissus
dissidet. ℂ Rō. Animū in tres ptes distinxere phi
losophi: quarum p̄mam in arce: hoc est in capite lo
cauere: moderatricem vite humane: celestem: sere
nam: semper deo proximam: ubi tranquille hone-
steq; uoluntates habitant. Duarum reliquarū alte
ram in pectore ubi ire estuant atq; impetus: Alte-
ram subter p̄cordia: ubi concupiscentie atq; libidi-
nes: duplex huius pelagi tempestas: qđ agēdum
igitur tibi sit vides. Fac qđ Menenius ille cuius
pauloāte memini: psuasit plebi ut subesse patricijs
in aīum induceret: quo ipetrato: urbem scissam in
duas: ad vnitatem salubrici ꝯsilio reduxit: Et tu
coge: uel ꝯsilio: uel vi partes ignobiles parere no-
bilibus: tum demum & non aliter animi pacē spe-
ra: qua sublata qđ aliud q̄ uaga semper & ꝓpositi
inscia: & fluctuans & inconstās vita hoīū est & ce
ca prorsus & misera? Multi prius ex hac vita ab- C
eunt q̄ quid uelint sciant. ℂ Do. Fluctuo in consi
lijs nec quid uelī scio. ℂ Rō. Iā dixi: multis hoc
accidere: non vno aliquo tm̄ in tpe sed & in oī vita
& usq; post vite finē. Et profecto ex oibus que di
xisti: dicturus ue es: vix hoc malo peius aliquid
inuenies. ℂ Dolor. Fluctuo & in diuersum agor.
ℂ Ratio. Maximum argumentum male se habē
tis animi fluctuatio est. Ut enim corpus egrum se
pe thoro uoluitur: sic eger animus consilijs agita-
tur: de quo vix ulla mihi spes salutis parūper abest:
quin melius sperem de homine vitijs pertinaciter
inherente: qui si ꝯuersus fuerit ad virtutes: in his
forsitan constans erit: q̄ de homine uario: nullis
se consilijs applicāte qui & si boni aliqđ inceperit:
non consistet neq; perseuerabit: indocilis stare. Et
fieri potest ut de hoc intelligere liceat Senece il-
lud obscurum: Quod tota vita elabitur aliud agē
tibus: modo enim hoc modo illud agentes nunq̄
idem: semper aliud agere sunt dicēdi: q̄uis & ali-
os sensus loc9 ille recipiat. ℂ Do. Inter uarias cu
ras iactor. ℂ Rō. Quasi iter tumidos fluct9 vite
tue puppis ꝯsilij iops & magistro destituta cōcuti
tur naufragio proxima: ni tu illam dum nondum
manu clauus excidit tuto aliquo & salubri sistas in
portu iactisq; ancoris conquiescas prius q̄ te ani
mi tempestas oppresserit. ℂ Dolor. Fluctuo ꝓpo-
siti incertus. ℂ Ratio. Hinc preter anime pericu-
la: que innumerabilia & immensa sunt: ipse quoq;
aris habitus prodit uarius & inconstans: similis-
q; animo a quo vultus fingitur: ut ait Cicero: dū
q; hoc in statu fueris: nunc letus: nunc tristis: nūc
pauidus: nunc securus: nunc celer: nūc tardus in-

cedes insigni uarietate conspicuus:quale aliquid traditur de Lucio Catilina:At ubi te primum cōposueris atq; ad vnum aliquid direxeris: vnum uelle ceperis:quod bonum utiq; sit oportet:quoniā natura maloꝝ semp uaria est:Ubi hoc inq; feceris:preter animi quietem rerum optimam vniformitas quoq; vultus ac tranquillitas consequetur:nec spe ulla:nec metu:nec merore mutāda nec gaudio:res quidem uenerabilis ꝛ paucoꝝ hoīuz: que apud ueteres grecos in Socrate apō uestros in Lelio laudata est. Postremo vō in principibus uestris Marco Antonio ꝛ Aurelio Alexandro.

¶ De ambiguo Statu. Dia.LXXVI. ¶ Do. Ambiguo in statu sū. ¶ Rō. Quid est que
a so de quo ambigis? Moriēdū ne mortalibus:an sperneda que fugiūt ꝛ nullā in prosperis spem habendā:an ineuitabiles casus reruz esse sed tolerabiles:nec flecti gdez sed frangi posse fortunā? At hec oīa certa sunt. ¶ Do. Ambiguo in statu positus gd de me futuꝝ nescio. ¶ Rō. Ubi: qn̄ qliter moriaris ambigere gdez potes:mori autem oportere:nec male mori posse:qui usq; in finē bene vixerit:nec cito mori qbusuis in spatijs vite viri boni munus ipleuit:Uel si id nō licuit:at spez dedit:nec alibi q̄ in patria qui mundus omnem sibi p̄iam fecit:nec alibi q̄ in exilio:qui uerā suspirat ad p̄iam:dubitare ni desipis nullo potes modo. Unde igit̄ iste ambages? de fortuna forsitan: an tibi fidem:quod vix ulli vnq̄ fecit:an suos potius mores seruat tanq̄ pelagus procellosum: nūc ficta tranquillitate fallax: nūc fluctibus altis minax:nūc horrida naufragijs? Ne de hoc quidē ipso:si qua tibi experientia rerū est:dubitatio ulla supererit:q̄uis enim euēt⁹ ambigui:ipsa tn̄ ambiguitas:ipsa ꝛ virt⁹ que te inter incerta certū faciet: certa est:cui cum te totū dederis:pulsa omnia nihil erit ambigui. ¶ Do. Ambiguus status est mihi. ¶ Rō. At non ambiguus deo:id sat est:illi teipsum fidens crede: ꝛ dic ei. In manib⁹ tuis sortes mee. Id cū pie feceris:pone metū:pone ambiguitatem:pone sollicitudinē. Ille scit gd de te actur⁹ sit:nullius rei dubius:parua gdez sed firma in nauicula magnum sulcas mare. Fidus tueq; salutis amantissimus gubernator est:Quid refert an viā uector ignoret si magistro nauigij nota est.

¶ De vulnerib⁹ acceptis. Dia.LXXVII. ¶ Do. Ulneribus crucior grauissimis. ¶ Rō. O
v si aīe tue vulnus aspicias:q̄ tibi hec leuia videant̄:sed uos delicatissima corpa insensibiles pene aīas habetis. Altera uestri pte nihil: altera pati oīa parati:qōq; est funesti⁹ non sentire. ¶ Do. Ulnerib⁹ inflictis afficior. ¶ Rō. Hostilis mucro loricā penetrat:nō aīuz. Ille nisi ultro suis sese armis spoliet inuiolabilis ferro est. Disputatū habes a magno quodā viro:paruo gdez sed argu to uolumine:neminē ledi posse nisi ledat̄ a seipso: Cui sententie:q̄uis ab opinione hoīum uehementer abhorreat: pro veritate subscripserim. ¶ Do. Grauissimis multisq; vulneribus laniatus sum. ¶ Rō. Nullū vulnus grauius esse pōt q̄ ad mortē:talia vō vno in corpe multa esse non possunt. Si vnū ergo grauissimum:reliqua oīa leuia sint oportet. Trib⁹ ꝛ viginti vulneribus cōfixus Cesar:vnū non amplius letale habuit:ut sane fuerint cuncta letalia: plus ne q̄ semel mori potuit? Multa lz ac ꝓfunda sint vulnera:vnus est vulneꝝ effectus: quorum sepe etiā in corpus extinctum inhumana repetitio nō vulnerati penā:sed seuitiā vulnerātis exaggerat. ¶ Do. Ulnerib⁹ debilitat⁹ sū. ¶ Rō. Sic utinā simul debilitata supbia cū sororib⁹ suis: accesserit vulneruz comes humilitas:ne de nihilo scriptū sit:Humiliasti sicut vulneratū supbuz: Bonum vulnus ꝛ utile qō pluriū ac maioꝝ vulneruz medicina est. ¶ Do. Ulneribus deformat⁹ sum. ¶ Rō. An adolescentis illius obliuisceris: cuius mētio bis in hoc sermone incidit: Sero gdē spōte faceres qō ab alio factū gemis. ¶ Do. Trāsuerso vulnē facies exarata est. ¶ Rō. Nō vuln⁹ sed causam vulneris attendo. Iusto cicatrix bello parta miris modis honestat faciem: Uiri fortis speciosum pro iustitia susceptū vulnus multoq; speciosi or est mors. ¶ Do. Ulnere accepto claudus suz. C
¶ Rō. Dictū tenes Horatij Coclitis:qui cū die il lo quo mirabili magis q̄ credibili fortitudie atq; constātia solus Tusci regis exercituz supplicio in ponte sustinuit:testudine suoꝝ manib⁹ a tergo fracta ꝛ collapsa hostibus clausum iter sentiens:utq; erat armatus ꝛ mille hinc atq; illinc missilibus circumuentus: ex alto se in tyberim ꝓiecisset vnoq; cum vulnere vnde claudus mansit inter ruēdū accepto:nando ad suos corpe reliquo incolumis peruenisset. Idq; vitiū sibi post tps ipetitione honoris obijceretur:sic elusit aduersariū: Minime eniz ingt claudico:sed ita dij imortales uoluere:ut per singulos passus meminerim triūphi mei:preclarum plane factisq; par dictum. ¶ Dolor. Manum vulnere perdidi. ¶ Ratio. Si leuam:damnum leuius: At si dextram: Marci Sergij viri fortissimi remedio uti licet:qui hac manu bello punico amissa sibi ferreā fabrefecit:cum qua multis ac trucibus prelijs:nō ociosus bellator interfuit. Id si parum successerit:dextre offm̄ in sinistrā trāsfer. Nosti ut Cesareus miles Attilius bello Massiliensi: cum iniectam puppi hostili dextram amisisset:leua prehensam tenuit donec pelago mergeretur.
¶ Do. Utraq; manus ferro abscissa est. ¶ Ratio. D
Ubi plus licētie fortuna: ibi plus negocij virtus habet:fortune tamen oīs aculeus virtute contūditur:hac armatus ēt sine manibus fortis erit. Memento Cinigeri Atheniensis:qui post Marathoniam pugnam: opus immortale Melciadis hostibus ad naues profugis imminens:obtruncata manu dextra qua vna nauium fuge plenam strinxerat:sinistram mox adhibuit:qua rursus abscissa fere in morez morsu post affixo sic tenuit quos aliter nō ualebat. Nec tibi miles ille Cannēsis exciderit:qui vulneribus usu manuum priuatus contra suis intentum spolijs victores:qō vnū sibi supererat dentibus quidem pro manibus usus est: ceruicemq; eius arreptaz ulnis implicuit nec laxauit prius q̄ auribus truncis ac naribus:os hostis lacerum tuens:seq; ultus moriens iam letior expiraret: Ferocia hec: Illa suauiora mitibusq; animis aptiora remedia:ut semper ceu rem fragilem caducamq; teq; ueļociter deserturaz corpus aspicias:ut cū id euenerit:nec ꝓcidas nec mireris gdē sed exteriore mēbroruz ministerio amisso in ipos aīe sin⁹ itimos te ꝓuertas:ubi iuenies aligd magnifice loquēdū agēdūq;:nec lingua op⁹ esse nec manib⁹. ¶ Do. Ulneribus deformatus suz. ¶ Rō. E

Dixi iam:immo si causa vulnerum pulchra est:ho nestatus ac insignitus viri quidem fortis pro iusti tia magnū aliquid aggressi durumqꝫ aliquid per pessi:non fedis frons sulcata vulnerib⁹videri de bet:sed notis stellata fulgentibus:neqꝫ vō cicatri ces aut vulnera sed virtutis sunt dicenda uestigia ꝛ preclaris affixa frontib⁹signa meritoꝝ. Proin de si Cesareum illū quoqꝫ Centurionē Cesiū Sce uam mire viꝝ fortitudinis sed iustitie nulli⁹:mille laceꝝ ꝓfossumqꝫ vulneribus hostes quoqꝫ uenera ti: ꝛ ꝓpter vnius virtutis admirationē vulnera ip sa deosculantes armorum fragmina ꝛ sagittas ꝛ tepenti cadauere eductas deoꝝ templis ceu sacrū aliquid affigebāt. Quid de fortis iustiqꝫ viri pre ciosis vulneribus sentiendū sic intelligis. ℭDo. Vulneribus multis infirmus ac deformis sum. ℭRō. Curate miseri vulnera: nisi nunc sanentur besura perpetuo. De his enim terra viderit que il la conteget consumetqꝫ:cicatricosaqꝫ corpa excipi ens:plana restituet. ℭDo. Inflicto vulnē hac aut illa parte corporis truncus sum. ℭRō. De parti bus litigas:totum ilico relicturus.

ℭDe rege sine filio. Dia.LXXVIII. ℭDo.

A R Egnum est mihi non filius. ℭRō. Paruꝫ ne tibi igitur sollicitudinum ꝛ curarum regni onus imposuit nisi filij insup pōdus accesserit? Sarcinis uestris delectamini ꝛ dulce est uobis sub fasce succumbere. Nullū publicuꝫ pon dus regno grauius:nulla priuata sarcina grauior ꝙ̄ filius etsi nulla charior. ℭDo. Cui regnum di mittā:nullus est filius? ℭRō. Dimitte ciuibus li bertatem: nil illis gratius: nil te dignius potes. Fuerunt qui viuentes nec successore carentes hoc ipsum facere meditati sunt:Hiero Syracusius ꝛ Augustus Cesar. Quāto vō satius fuerit multis benefacere cum possis:ꝙ̄ optare ut vni malefaci as? Quid est aūt melius:qd dulcius ꝙ̄ in liberta te viuere:quid peius:quid periculosius ꝙ̄ regna re? ℭDo. Non est filius quē heredē regni faciam. ℭRō. Nō est tibi materia perpetuāde tyrānidis: Nam quid sunt aliō regna ꝙ̄ uetuste tyrānides? Non fit bonum tempore qō natura est maluꝫ. Ad de quod persepe qui in regna succedunt a maiorū suorum calle discedunt: Exemplo sunt Hierony mus Siculus tyrannus: ꝛ Jugurtha Numidic⁹: qui romanorum amicitiā tanta fide ab auis tanqꝫ fideliter diu cultam:cuꝫ sua uterqꝫ pnitie:alter in solentia:alter perfidia violarunt. Non habes igi tur successoreꝫ regni:nō habebis tuoꝝ actuū euer sorem:sed habebis populum tui nois amatoreꝫ ꝛ cultorem:tui memorē:libertatis tibi per secula de bitorē. Bene tecū egisse fortunā credito: ꝛ melius multo ꝙ filiuꝫ tibi uel abstulit uel negauit:ꝙ̄ ꝙ re gnum dedit. ℭDo. Sine filio rex sum. ℭRatio.

B Nunc honestius atqꝫ liberius regna: Sepe amor filioꝝ ab amore virtutis aīum deflexit. Legisti ut apud Taprobaneꝫ insulā ingētem:que longe trās indiam in orientali sedet occano:per transuersum diametrum obiecta britannie:rex arbitrio populi consentientis eligitur:vir ex oibus optimus. Ni hil sanguis:nihil opes prosunt: Omne suffragiuꝫ de virtute oritur:ita ut nunꝙ̄ iudicio fauor offici at. Sancta ꝛ felix electio que ad nostros reges uti nam puenisset:neqꝫ malis peiores ꝛ peiorib⁹pessi mi succedētes orbē terraꝝ tradita per manus ne quitia ac superbia corrupissent. Illic tamē quantū libet optimus ac perfectus vir vnanimi sententia oium comprobatus:ad regnum tamē non perue niat nisi ꝛ senex ꝛ filijs carens:ne aut etatis fer uor:aut filij amor transuersuꝫ quo non expedit ani mum agat. Ita qui ꝛ si filium habet:ad regnū nō assumit: ꝛ si post regnuꝫ illi forte fili⁹ natus sit:sta tim regno cecidit. Neqꝫ eniꝫ prudētissimi viri pos sibile opinati sunt ut idem animus simul ꝛ popu lum curet ꝛ filium.

ℭDe regno amisso. Dia.LXXIX. ℭDo.

R Egno excidi. ℭRō. Jam solatij gen⁹est fi liū non habē. ℭDo. Regno excidi. ℭRō Utilis casus:in precipiti sedebas: saluus in plano deposit⁹: ꝛ piculosam altitudinē post ter ga respiciens:videbis te regni solio descēdentem: ad priuate vite requieꝫ ascendisse. Et si nulla est si ne securitate iocūditas:nulla felicitas:aliꝙ̄to iu cundius te:aliquātoqꝫ felicius atqꝫ ita altius esse ꝙ̄ fueras cognosces. ℭDo. Regno depulsus suꝫ. ℭRō. Habeto gratiā depellētiū:duꝝ aurib⁹:aio li quidū qō iubeo. Depulsus enim es vnde erat ab eundū: ꝛ qō sponte debueras coact⁹facis. Optā da vis egdem nō deflenda. Nam qs pudor homi nem natum aut regnuꝫ sup hoies optare:aut se pa rem factū hoibus indignari: si excellere pulchrū atqꝫ optabile:qd ni omniuꝫ pulcherrime rei excel lentie exoptanda sit? Nō supbie igif neqꝫ licentie: sed virtutis:ex qua uera diademata regum nō ex gemmis auroqꝫ fieri: Nemo tā auri cupidus aut gēmarum est qui neget: Quis aūt queso hoiuꝫ nō videt:inter hoies pncipatum humanitati debitū: non opibus que opulentū hoiem faciunt:non hu manum magis atqꝫ ita nec meliorem certe nec ho minibus altiorem? Sed hic vnus ex multis erro ribus uestris est in excellentie appetitu: ꝙ̄ in sua sede ꝓtentā ubi nō est queritis:nō videntes conse quentiam reꝝ uerā ꝛ causaꝝ. Sicut enim inter di uites diuitijs:inter robustos viribus:inter formo sos forma:inter disertos eloquentia: Sic ꝑfecto inter hoies humanitate ꝑcellif. ℭDo. Regia de sede cecidi. ℭRō. Si incolumis perrarum. So lent enim qui sic decidūt perire regnoqꝫ simul at qꝫ aia spoliari:qbus illa relinquif:trāquillior gra tiorqꝫ si sapiunt vita est: Qō illos minime latuit: qui non collapsi aut depulsi:sed ꝛ stātes ꝛ uolen tes:aut imperio cessere:aut pontificatū iam subli miorē regnis ꝛ imperijs reliquere. In qbus Dio cletianus claꝝ nomen habet:qui dimissuꝫ ultro ad imperiū reuocat⁹ spreuit opes turbidas:ancepsqꝫ fastigiū ꝛ quesitū ab alijs querendūqꝫ tātis cedi bus rursus oblatum exptus exhorruit: ꝛ philoso phice grauiterqꝫ cuꝫ amicis iocans:oleribus que in hortulo suo ꝓuatus sibiipse plantauerat:postha bendū censuit. ℭDo. Regia arce detrusus sum. ℭRō. Latentium illa discriminum plena erat:in ter que dudum cecus animi:quibusdam uelut au reis nec minus urgentib⁹:qꝫ fulgidis manicis at qꝫ compedibus:tenebaris:quibus nūc solutus lu mine reddito quod fortuna suis auferre sequaci bus solita est:illius circulatricis instabiles ludos vides. Et quis auarus adeo:ut nō auro visum re dimat:eligatqꝫ inopē magis integritatem nobilis simi sensus:ꝙ̄ diuitem cecitatem? Atqui non mi nus nobilis:sed sine comparatione nobilior animi

visus est q̃ corporis: Illum gaude regni nutantis ipēdio redemisse: rem magnaꝫ paruo precio: neqꝫ rem vnam tātum: non modo enim cecitas cum regno abijt: sed libertas redijt: publico seruitio liberatus es. ℭ Do. Regia exuor maiestate. ℭ Rō. Chlamys regia sceptrūqꝫ ꝛ diadema: crede expertis: pōderosissima rerū sunt: multiplici leuatus fasce queri desine. ℭ Do. Regnū amisi. ℭ Rō. Immo quidē euasisti ꝛ nudus ex ingēti fastigio enatasti: Solēt terre redditi querelas p̄mere uotaqꝫ soluere. ℭ Do. Regni felicitatē ꝑdidi ℭ Rō. Seu felicitatē miseram: seu felicē miseriaꝫ dici mauis: hanc fateor ꝑdidisti: seu utranqꝫ simul falsam felicitatē ueramqꝫ miseriā. ℭ Do. Regnū simul ac potētiam regiasqꝫ opes perdidi. ℭ Rō. Gaudēduꝫ ꝑditis que te perdere potuissent. ℭ Do. Regni potestate careo. ℭ Rō. Et regni curis ꝛ casib⁹ quorum tedio atqꝫ odio quidā solio excedere uoluerunt: quod ut uellet: Augustuꝫ modestia: Neronē met⁹ impulit: Nōnulli etiā excesserūt: ut pauloante memoraui. Id qui uelle nō potest (Sunt enim ꝑuicaces ꝛ indomite uolūtates) necessitati salteꝫ victoriqꝫ suo gratias agat ad eū statū vi redactus queꝫ optasse debuerit. Primuꝫ boni animi uotum esse debet: honesta ꝯsilia libēter amplecti: ꝓximū uel coacte: Quod magnū illuꝫ Syrie regē non p̄terit Antiochū: qui omni que cis taurū est Asia p̄uatus: senatui populoqꝫ romano gratias agebat qd̄ eum magna nimis sollicitudine liberatū ad mediocria redigissent. Facete quidē ille si ficte: sapiēter grauiterqꝫ si uere. ℭ Do. Regni e solio descēdi. ℭ Rō. Dicebā suꝑbie ipudētis: addam ꝛ amētie negligētis esse conditionis oblituꝫ fastidire: qd̄ sis eē uelle qd̄ nequeas: Nō p̄n̄t oēs hoies reges eē sit satis esse homies: quid nō sui regni auidis sua sordet humāitas: Quiescite miseri: bene secuꝫ agi putāt hi qui reges esse desierint. Cum enim dura omniū mortaliū: tum durissima regum sors: quorū ꝛ vita innocēs labori ꝛ scelerata infamie: atqꝫ utraqꝫ periculis exposita: quocūqꝫ se uerterit difficultatum scopulos rerumqꝫ naufragia circa se videt: Hinc erupisse tu miserum ducis: nil vnq̃ tibi felicius accidit q̃ quod miserrimum arbitraris. ℭ Dolor. Regnum meum ad alium translatum doleo. ℭ Ratio. Non tuum certe: sed fortune: que si donare illud tibi potuerat: cur auferre cum uelit ꝛ transferre non possit? Uide autem ne preter trāsferentis uolūtatem: que sola sufficiēs est: alie etiam cause fuerint trāsferendi: Ille scilicet quas qdam sapiēs vir expressit: Regnum inqt a gente in gētem trāsfertur ꝓpter iniustitias ꝛ iniurias ꝛ cōtumelias ꝛ diuersos dolos. ℭ Do. Rex esse desij. ℭ Rō. Hō esse incipis. Ea est enim regnum insolētia: ut qd̄ esse dignatus est dici se hoies dedignētur.

ℭ De Proditione. Dia.LXXX. ℭ Do.

p Roditus suꝫ ab amicis. ℭ Rō. Hostibus credo: Si amici enim essent: nō te ꝓderent ℭ Do. A familiaribus sum ꝓdit⁹. ℭ Rō. Ambiguum est nomē: ꝛ familiaris amicus ꝛ familiaris hostis dicitur: quo periculuꝫ maius vita hominum nō habet. ℭ Do. Proditus sum ab eis quibus ante alios fidebam. ℭ Rō. Uix fallit̃ qui nō fidit. Enimuero quo maior qsqꝫ: eo minus pōtute fidere: eoqꝫ plus fidere ac pluribus est necesse. Unde fit: ut cum commune: tum uel maxime regium sit ꝓdi: neqꝫ omnino ullum genus tam obnoxium huic malo: Proditus a suis: ut fama est: Priamus: Proditus Minos: Nysus: Dethes: Agamemnon: Alexander: ꝛ ante ipsum Darius. Proditi ex nostris Romulus: Tarquinius Priscus: Seruius Tullus: Africanus minor: magnusqꝫ Pōpei⁹ ꝛ Julius Cesar: ꝛ mille alij: uel reges: uel regibus altiores. Et qd proditos loquor: quasi querēdi sint? Quis autem non proditur ꝛ in ꝑuis quotidie ꝛ in magnis: nisi cui nullus est penit⁹ a quo prodi possit? Proditus ad extremum Christus: nec regum peste terrestriū celestis ille rex caruit. ℭ Do. Proditus sum magisqꝫ meorum fraudibus: q̃ ꝓprijs tāgor incommodis. ℭ Rō. Pie id qdem ac magnifice: Nam ꝛ Africanus ille cui⁹ proxime memini sese territum: nō tam mortis metu q̃ insidiarum a suis apud Ciceronem dicit: Uerumtamē neutro nimium tāgi debes: quādo enim ita iacta sors est ut lucruꝫ ac perfidia ꝓditoris: bona fides damnumqꝫ sit ꝓditi: elige utrum mauis. ℭ Do. Proditor me fefellit. ℭ Rō. Plus ille sibi nocuit q̃ tibi: te prodidit: se perdidit: te pupugit: se cōfodit: te dum spoliat se ꝑimit. Tibi enim regnū forte uel opes: sibi aiam: famam: conscientie quietem cōuictumqꝫ hominum eripuit. Nil scelestius proditore: nil turpius sol videt: cuius obscenitas tanta est: ut qui artificio eius egent execrentur artificem: ꝛ qui ceteroꝝ scelerum famam querūt: huius ifamiam reformidēt. ℭ Do. Proditus sum. ℭ Rō. Proderit forsan ne tam facile iterum ꝓdi possis. Multi sepe paruis damnis admoniti: magnis occurrere didicerunt. B

ℭ De amissa Tyrannide. Dia.LXXXI. ℭ Do.

t Yrannidem amisi. ℭ Rō. Si utile damnū est amisisse regnum: quanto est utilius tyrannidem amisisse? Et si enim: ut dixi: cuꝫ de rege sine filio loqueremur: pene oīa regna tyrannides fuerint: tempore tn̄ quesierūt robur: ac obliuione hoīum uelum sibi iustitie texuere: tyrānidis iniustitia simul ac nouitas odiosa est. ℭ Do. Tyrannidem deposui. ℭ Rō. Sarcinaꝫ reipublice grauem: tibi ꝑiculosam: nulli bono utilem: damnosam multis: oībus odiosam. ℭ Do. Tyrannidē exui. ℭ Rō. Ne sis nudus: idue iustitiam: modestiam: parsimoniam: honestatem: pietatem: clemētiam: charitatem: uestes optimas: quibus cōparādis: nullo opus est auro: sed sola animi uolūtate. Uestes paratas bonis oībus: tyrānis uel incognitas uel inuisas: qui margaritis ac purpura obuoluti: humanitate interim ac virtutibus nudi sunt. ℭ Do. Ciues mihi tyrannidem extorserūt. ℭ Rō. Libertatem sibi debitam receperunt: vitam tibi inde debitam reliquerūt: Tu hāc ciuibus tuis debes: qui tibi p̄ter odium nihil debēt: Ita pro gratiarum actione querimoniam instituis. At iaꝫ prideꝫ mos iste percrebruit: ut qui fecit iniuriam queratur: qui passus est sileat. ℭ Do. Longa tyrannide spoliatus sum. ℭ Rō. Seruierūt tibi qbus forsitan te seruire dignius fuit: nūc iniuriam longi ꝛ iusti seruitij finem uocas: cum iustitie principium iniustitie finis sit: ut si multorum calamitates populorum vnius hominis pauisse licentiam turpe fuit: pulchrum sit pascere desijsse: deqꝫ hoc cōqueri impudentie sit extreme. ℭ Do. Longa tyrannide

C sum deiectus. ¶ Rō. Spōte descēdisses melius: optime vō nō ascendisses: Nūc qualitercūqꝫ descē disse: bonū ideo: quia iustum meliorqꝫ coacta iusti tia: q̄ȝ uolūtaria iniustitia est. Audite impiū tyrā nū apud inferos exclamātē: Discite iustitiā moni ti. Audite ꝛ me apud superos exhortantē: Discite iustitiā uel coacti. Hec enim tēpestiua: hic utilisqꝫ ni respuit̄: Illa ibi admonitio utiqꝫ sera ē: Frustra enim discit̄ qđ fieri amplius nō pōt. Ponite vō iā tumētes animos: superbiāqꝫ ꝛ ferox dn̄andi uotū ponite: ꝛ si nō prius saltē post tyrannidē amissam: tyranni esse desinite ꝛ optandi: quod iam assequi nō potestis: finē facite: si nō iustitie saltē uerecun die hoc prestate: ut mutatis moribus ꝛ nouo habi tu mētis assumpto amissione diuitiaꝝ ditiores fa cti quantū fortune detrahitur: tantū animis addi disse videamini. Nunq̄ȝ ne igit̄ aduertistis: ut non solus ille rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū oīpotens a quo omnis potestas est in celo ꝛ in terra: manū mune ribus suis plenā ꝛ extēdit ꝛ retrahit: occultis se pe iustis semper ex causis sed tēporalis quoqꝫ rex regē: tyrannus tyrannū: ꝛ gēs gentem deijcit atqꝫ pessundat. An vō nec prophetā illū querulū audi uistis: Et cōgregabit inquit quasi harenā captiui tatē: ꝛ ipse de regibus triūphabit: ꝛ tyranni ridi culi eius erunt? Coaptate animū fortune: seu diui ne potius uolūtati: ꝛ cauete ridiculū fedūqꝫ illud exemplū Dionysij tyrannoruȝ pessimi: qui patria pulsus in exilio puerilium litterarū scholas tenuisse dicitur: ut quā in ciues non poterat in pueros tyrā nidē exerceret: Trux ingeniū affixūqꝫ ꝓposito ho nestiqꝫ insciū atqꝫ equi iuris impatiēs. ¶ Do. Ty

D rannide amissa ualde doleo. ¶ Rō. Quātū dole res iuste possessionis amissionem: qui tam doleas iniuste: quātū re ꝓpria spoliari: qui sic doleas alie na? ¶ Do. Tyrānide me deiectum grauiter fero. ¶ Rō. Feres leuius si causam libres. Multi qui dē tyrannorū solo nominis odio ceciderunt. Plu res tamē certas cadēdi causas habuisse notissimū est ꝛ quotidie fit notius. Apud Aristotelē quidem legis in politicis: ꝙ ꝓpter uxoruȝ iniurias multe tyrannides perierūt. Id quoquo modo seu actiue seu passiue acceptū fuerit: uerū erit: hoc est seu ꝓ pter iniurias a tyrannis illatas uxoribus alienis seu alijs illatas ab uxoribus tyrannorum. Primi exemplū habes: nō modo tyrannidū: sed regnorū Troiani scilicet ꝛ romani. Secūdi vō Agidē La cedemonū tyrannū: qui cū ipse sibi subditos spoli asset: ad spoliandas eorū uxores amatissimā suaȝ ꝯiugem destinabat: que sibi causa nō ultima eē po tuit maturāde calamitatis q̄ȝuis hic Aristoteli no tus esse nequiuerit: qui etate floruit Alexādri: ne qꝫ tam longeuus fuit ut ad huius etatē peruenire potuisse videat̄: cū tn̄ eisdē in libris nō sine admi ratione quadā Hieronis ac Gelonis nomē iueniā qui qualiter sibi noti esse potuerint: attenta ratio

E ne tēpoꝝ nō satis expedio. ¶ Do. Nec ego alienis iniuriosus uxoribus: nec mea uxor alicui tyranni de: tamē excidi. ¶ Rō. Sepe se nocētissimi inocē tes putāt: sunt tamē ꝛ alie nō minores cause preci pitande tyrannidis: Insolentia scilicet que Julio Cesari apud historicos obijcit̄: Illa presertim ꝙ senatui se honorificētissime adeunti nō assurrexit: que hodie nec causa quideȝ ulla esset. Crudelitas quoqꝫ que Mezentiū apud Uirgiliū ad suppliciū reposcebat: Gaium vō Caligulā: ꝛ Neronē ꝛ Do mitianū ad suppliciū traxit: Et inuidia qua maius tormētū nō inuenisse Siculos tyrannos Flaccus ait neqꝫ uestros hodie maius inuenire res loqui tur: Postremo nulla tyrannoruȝ aut maior pestis aut crebrior auaritia est. Itaqꝫ relique singuloruȝ hec est oīum. Relique singulos ciues afficiūt: he populū vniuersum. Superbia ꝛ inuidia ipsos in ter tyrānos regnāt: Crudelitas inter paucos seuit Auaritia inter oēs. Quiescit illa nonnunq̄ȝ ac mi nuit̄: hec semper crescit ac vigilat. Qui preesse igi tur in populis uolunt: vitare in primis hoc vitium decet oēmqꝫ vitij hui⁹ infamiā oēmqꝫ suspitionē: Nihil est eniȝ quod odiosum eque faciat tyrannū: eque presidentia ac dn̄io indignū. Reliq̄ interduȝ magnanimitatis aut iustitie sese uelo tegunt: hoc vnū vilitatē aī miseriāqꝫ nō exuit: ꝛ ꝯ cōeȝ huma ni moris errorē: ut nil miseri⁹ nil vilius auaritia ē: sic nil quoqꝫ miserius credit̄: nil vili⁹. Ideoqꝫ hoc vitio laborātes indignissimi honore ꝛ imperio iu dicant̄. Indignātur hoīes illi subijci: qui auaritie sit subiectus: atqꝫ illū alienū in corpus ius habere quod suū nō habeat in metallū: Uelle sibi licitum aliorū vitā: ne dicam pecuniā extorquere: suā tan gere nō audēti. Prima quidē igit̄ ad securitateȝ ꝛ quietē via est: non modo tyrannidis appetitū: sed oēm regnādi cupidinē abiecisse: Nā quid stultius quid laboriosius: qđue periculosi⁹: q̄ȝ totius in se vnū populi sarcinas transferre fragilem forsitan suis proprijs perferēdis? Sin eligere meliora: cō suetudo ueri hostis: ꝛ opinionū puersitas nō per mittas. Illud est proximū Aristotelici dogmatis meminisse: ut scilicet nō tyrannū quis se prebeat: sed reipublice curatorē. Introitus inquit ꝛ obla tiones oportet videri colligere dispositionis gra tia: ꝛ si aliquando opportunuȝ fuerit uti ad belli cas opportunitates: Uniuersaliter aūt exhibē se ipsum custodē ꝛ camerariū tanq̄ȝ cōmuniū nō tā q̄ȝ ꝓpriorū: Et iterū preparare inquit oportet ꝛ or nare ciuitatē tanq̄ȝ ꝓcuratorē existētē nō tyrannū Et rursus oportet nō tyrannū: sed economū ꝛ rega lē videri esse subditis: ꝛ nō suimet curantē sed pro curatorē mediocris vite persequi nō excellētias. His quidē horūqꝫ similibus: ut Aristoteli placet ꝛ mihi fit durabilior principatus: Ita tamē talem videri expedit: ut uere etiam talis sit. Simulatio enim tot sub oculis hoīum quos res tangit q̄libet arte uel ingenio longa eē nō pōt. Uide nūc igitur an in parte horū aliqua erraueris: ꝛ queri desine ꝛ mirari: neqꝫ enim tyrannidē his vitijs obnoxiā desinere: sed durare mirabile est. Ad summā ꝛ re ges ꝛ tyrāni oēs: ꝛ quicūqꝫ in potētatu aliquo sūt debēt si regnare diu uolūt: acriter excutere memo riterqꝫ dictū illud Catonis apđ Liuiū: Auaritia ꝛ luxuria oīa magna imperia euerterunt. ¶ Do. Amissa tyrannide priuate redditus sum fortune. ¶ Rō. Hostis ciuiū eras: factus es cōciuis: equā disce ciuilitatē: ꝛ beneficium fortune humilioris agnosce: cū honestius: tū tutius inter ciues bonos q̄ȝ super oēs ciues viuat̄. Iā tibi tranqllior rerum status: iam securior vita erit: sine metu: sine suspi tionibus: sine excubijs: sine ferro quib⁹ in malis: que nam vite suauitas speranda sit nescio. ¶ Do. Tyrannide perdita priuatus dego. ¶ Rō. Elige an lamētis acerbare fortunā malis an equabilita

te lenire: Profecto enim si nō vulgi strepitum: sed
aium ipse tuū ⁊ in silentio preteritiq; memoriam
interroges: multis te explicitū atq; elapsū3 malis
inuenies. Iā tutus viuere siccusq; iam mori pote
ris: nec sanguine madidus nec ueneno.

¶De perditis arcibus. Dia. LXXXII. ¶Do.

A Alidis arcibus spoliatus sum. ¶Ratio.
u Adhuc ergo tyrannidis supererāt semina
que iam tandē amissis arcibus abiecisti.
Non est satis uenenosum stipitem precidisse: ni ra
dicem vulseris: qui arcibus fidit tyrannus eē non
desijt. ¶Do. Montana arce priuatus sū. ¶Rō.
Ubiq; arces sunt compedes libertatis: At in mon
tibus nimbi etiā q̄dam sunt quodāmodo vñ ūra
superbia in subiectos tonet ac fulminet: his puari
nō modo nō flebile: sed optandū est. Sunt eni ali-
qua ex his etiā que bona vulgus appellat: quibus
boni quoq; modestiq; animi tenerent atq; ad illi-
citū urgeantur: quibus motib⁹ si obstare virtutis
ope nō ualeas: quid ni optanda sit amissio eax rex
que hos pariunt motus? ¶Do. Arcē fortissimam
amisi. ¶Rō. Tu fortissimā dicis: fragilē probat
euētus. Amisisti potius rem usu ineptam: difficilē
q̄ custodiat: rem inutilem tibi: vicinis oibus odio
sam. Iā dormire noctib⁹ incipies ⁊ dormire alios
B sines. ¶Do. Tutissima mihi arx diruta est. ¶Rō
Quomō esset tuta que perijt: ipse tecū cogita: ego
aūt tibi ostendā munitissimā tutissimāq; arcem si
ne muris: sine turribus: sine ullo prorsus operoso
rerū apparatu: Si vis tuto viuere bene viue. Nil
virtute securius. Bene aūt viuere nō hoc dico sup
be: laute: pompatice sed iuste: sed sobrie: sed mode
ste. Nullis opus est arcibus: que nō tutū te pstite-
rint sed sollicitū: formidabilē ac molestum. Que
est aūt hec uoluptas metui nec amari? An illd La
berij notissimum nō audisti: Necesse est multos ti
meat quē multi timēt? Hoc ille dixit in Juliū Ce
sarē: Quāto id in alios illo ⁊ minores formidabi-
liores rectius dici potest: nescio quidē: cur tā mul-
ti cupiāt timeri. Nemo enim gratis metuit vna ⁊
metuit: ⁊ periculosi⁹ vni ē multos metuere q̄ mul
tis vnū. Nōne satius multo est q̄ nullus te metu-
at ⁊ tu nullū q̄ q̄ te multi metuant ⁊ tu multos?
Segregari enim ista nequeūt semperq; metu me-
tus querit. Poscis huius dicti cām: Illa profecto
est quā Ouidius Naso ait: Quia quē metuit q̄sq;
perire cupit: dictū pus ē ab Ennio: Quē metuunt
inquit oderūt: quē q̄sq; odit perijsse expetit. Eras
in tua arce metuēdus sed ⁊ metuens. Et quos in-
quies metuebā? Immo vō q̄s nō oēs metuet qui
metui ceperit: sed illos in primis a quib⁹ ipse metu
itur? Nā Cicero Enniū secutus: Qui se inquit me
tui uolēt a quib⁹ metuent: eosdē metuant ipsi neces
se est. Sepe idē repeto: quia ita se res habet: nec ad
uertitis in hoc ceci: ut in reliquis dū supra oēs esse
nitimini infra oēs estis: quid est timore depressius
sic conatus ois uester in aduersum desinit. ¶Do.
C Arcē mihi charissimam amisi. ¶Rō. Fac tibi cha
riorē aliā quā nō pdes: Circūualla animū pijs in-
tētionib⁹: honestis vitā actib⁹: prudētiā ac fortitu-
dinē an̄ fores loca: iustitiā atq; modestiā i ppugna
culis humanitatē ac māsuetudinē vndiq; in muris
spem: fidē: charitatē arcis in medio: pudentiā su-
preme turris in uertice: bonā famā in circuitu dei
atq; hoim: adsit amor: absit metus: dignos cole:
ceteros preteri neq; cultos neq; offensos. Ita nec
te alius: nec tu aliū cōtremisces: ⁊ in domo humili
tutius viues q̄ in arce vixisti: Hāc tibi arcē nemo
usq; inuadet: hāc tibi nemo poterit aut uolet eripe
re: Hac malos in stuporē: bonos in amorē imitan-
diq; studiū excitabis. O q̄ facile erat tranquillā
serenāq; vitā agere ni uos eā inquietā ac turbidā
fecissetis: Dia ferme ⁊ uestrā ⁊ primorū in perni
tiē pquirētes. Ad quid enim arces iste nisi ad ūrā
simul alienāq; molestiā: ut neq; uos vnq̄ scilicet
quiescatis: ⁊ instar aranearū muscas captātiū pre
tereūtibus insultetis: Atq; cūctis animātibus lu-
strātibus lustra sufficiūt ac nidi: solus homuncio
arces querit: quo nullū animal supbius nullumq;
timidius.

¶De senectute. Dia. LXXXIII. ¶Do.

Enui. ¶Rō. Uiuere optabas ⁊ vixisse te A
s penitet: an quid aliud rei est? ¶Do. Se-
nui. ¶Rō. Ibas assidue ⁊ peruenisse te stu
pes: stupēdū potius nisi quo semper ires aliquan-
do peruenires. ¶Do. Senui. ¶Rō. Quid ni viuē
do senueris ⁊ eūdo pcesseris? An tu etatē retrogra
dā expectabas? Ut uelox utq; instabile: sic ⁊ irre-
meabile tps est. ¶Do. Uelocissime senui. ¶Rō.
Dicebā tibi tēpus fugere: iam credere incipis: di-
ci nequit nō modo inter opiniones hominū diuer
sorū: sed vnius eiusdē hominis quid intersit. Iuue
nis ante oculos etatē habēs longissimā opinatur
hāc ipsā senior a tergo respiciēs videt esse breuissi-
mā. Sēper futura pteritis lōgiora videtur: cū uel
eque sint breuia: uel eo ēt breuiora: quo ad finē p-
perātibus nālis mot⁹ solet esse uehemētior. ¶Do.
Senui. ¶Rō. Est vnde gaudeas: si tamē nō inter
vitia senuisti: aut si uel ad ultimū surrexisti: bona
tibi ⁊ utilis est senectus: nec exiguū diuini fauoris
iudiciū. Meministi ut egyptium illum senem Ce-
sar alloquit: nec ingratum deis etatis asserit argu
mento. ¶Do. Senui. ¶Rō. Hac in re saltē vnus B
ex paucis ex tot enim millibus milliū eorū qui na-
scuntur: quota pars illox est qui ad seniū usq; pue
niāt: Ex hisipsis paucissimi sūt quib⁹ iustū senectu
tis spatiū explere datū sit. ¶Dolor. Senui ualde.
¶Rō. Prodigiū ac stupor ualde senis occursus
metiēti aīo: quot ille periculosis passibus huc ue-
nerit. Insignis quidē senū raritas: ingēs casuū vi
te mortalis argumentū est. ¶Do. Senui. ¶Rō.
Durū ac difficile stadiū cucurristi: mirū: nisi iā fes
sus ⁊ quietis appetēs lete proximā methā spectes
¶Dolor. Cito senui. ¶Ratio. Uite cursus nunc
breuis: nūc breuissimus: lōgus nunq̄: durus sem
per asperq; ⁊ ambiguus: huius ultima pars sene
ctus: finis aūt est mors. Quid hic hēs querimonie
singularis? senuisti. Peregisse iam debes vite mu
n⁹: uenisti ad exitū: qesce. Amēs viator ē qui labo-
re vie exhaustus uelit ad initiū remeare. Nihil fes
sis grati⁹ hospitio. ¶Do. Senui. ¶Rō. Multū
tibi placuit vite labor si eū transisse fers grauiter.
¶Do. Senui. ¶Rō. Si viuere delectabat en vi- C
xisti: si oportebat paruisti. Et q̄s sane mētis uel qd
fieri optauerit factū doleat: nisi male se optasse sen
tiat uel qd neq; omitti neq; sine multo labore agi
poterat actū esse nō gaudeat? Undiq; igit gauden
dū tibi est seu uoti cōpos delectabilis: seu necessa
rio ⁊ graui functus officio. ¶Do. Senui ⁊ volu-
ptates corporis fugauit etas. ¶Rō. Utere animi

uoluptatibus que nec minores ⁊ profecto stabilio
res sunt: nec vnq̃ fugiūt nisi cū anima: huic herēt:
hāc sequunt̄: At corpee uoluptates uenientes cul
paȝ ferunt abeūtes penitētiam pudorisq; ⁊ dolo-
ris materiam relinquūt. His te explicitū ac liberū
gaudere debes: ⁊ liberatrici tue gratiam habere
que te manibus tuorum hostiū eduxit tibiq; debi
tū munus sed neglectum dilatūq; suscepit. ¶ Do.
Senui solitisq; uoluptatibus careo. ¶ Rō. No-
uis assuesce: habet ⁊ senectus uoluptates suas: q̃s
gustare ubi ceperis: que nunc doles amissa fastidi
D as ⁊ reuerti nolis. ¶ Do. Senui ⁊ icanui. ¶ Rō.
Boni senis uerenda canicies plus habet: nō mo-
do auctoritatis sed honeste ēt uoluptatis: q̃ȝ fede
oēs iuuenuȝ illecebre. Neq; vo mutati coloris te
peniteat: Nā quis tā corrupto sensu tāq; obliquo
potest esse iudicio: ut nō cādidoꝝ calathos liliorū
q̃ȝ nigrantiū carbonū cistas aspicere: seq; si trans-
formādus sit: cygno similem malit esse q̃ȝ coruo?
¶ Do. Senui ⁊ squalentes arant vultum ruge.
¶ Rō. Et tellus arata fructū fert uberius: ⁊ vite
maturiores fructus bene culta in senectute ꝓue-
niunt. Ruge te offendunt oris: vultū animi cōpo-
ne: Non illū ruge occupāt: nō uariant anni nisi ut
formosior fit indies: Deniq; semꝑ te si nō tu eū ne
glexeris honestabit. ¶ Do. Senui rugisq; ⁊ ifor-
mi situ obsitꝰ vix me ipsum agnosco. ¶ Rō. Hoc
tibi iam ab initio euētuꝝ dixi: minus quidē auide
speculo imminebis: minus tuis forsitā: minꝰ haud
dubie muliercularū oculis placebis: quibꝰ placere
uelle maior ue uanitas an libido sit nescio: At qui
fidem: qui cōstantiā: qui grauitatē: qui prudētiam
querūt: certiꝰ inter has rugas q̃ȝ in planis ac mol-
libus mexillis se quod cupiūt reperturos sperēt.
¶ Do. Senui meliorq; post tergū etas remanet.
¶ Rō. Immo deterior: Nō semꝑ que delectant
magis atq; optantur meliora sunt: Multi malum
suum concupiscūt: qd̓ nō esset nisi quia illud Saty
rici ueruȝ est pauci discernere possunt uera bona.
E ¶ Do. Senui ⁊ letiores abiere dies. ¶ Rō. Om
nium ferme dies temporum inter se simillimi: ani
mi hominum diuersi: quin vnus idēq; animꝰ secuȝ
discors: hinc iuuēte furor: hinc impatiētia senecte:
talibus vitā impleuere iudicijs: ut melius putet
esse qd̓ peius est optimumq; quod pessimū. Cete-
rum dies omnes in se boni: Bonus enim rex est ⁊
cōditor seculorū. Itaq; hic feruidus: hic gelidus:
hic siccus: hic humidus: hic nubilus: hic serenus:
hic turbidus: hic trangllus: si ad vniuersi decoreȝ
natureq; ordinē aspicias boni oēs: Ad uos auteȝ
uestrumq; iudicium relati: ex equo ꝓpe oēs mali
mesti: dubij: solliciti: laboriosi: anxij: amari: queru
li: flebiles: erūnosi. In his tu mihi nescio quos no
minas letos dies: qui dū aderāt: tristes lamētisq;
suis pleni erant: nūc ut leti videantur: nihil est cau
se nisi ꝙ abierūt: quodq; illis preciū desideriū ti-
bi auget irredituri: multaq; secū tibi olim segnius
forsan amata rapientes: Stultus enim nihil pene
amat nisi quod perdidit. ¶ Do. Senui: O si dila-
psa redeat iuuētus. ¶ Rō. O nō minus stultum
q̃ȝ inane uotū ut tu sentis: At si altius aspires: non
inefficax: redibit enim in tempore: ⁊ ut scriptum
vides: Renouabit̄ ut aquile iuuentus tua. ¶ Do.
F Senui ⁊ etas bona retro est. ¶ Rō. Ois etas ut
bona bonis: sic male viuētibus mala: utrisq; autē
breuis: prorsus ⁊ extremo ꝓxima est: ubi uos ma
net hinc bonorum merces: hinc suppliciū malorū
que nā hec igitur etas bona: ubiq; aspera sempq;
fugax: nisi quantū ad eternitatē via est? Alioquin
⁊ si dulce aliqd inesset oēm fuga dulcedinē extin-
ctura videret̄: Quis eniȝ fugiēs degustat? Fugiē
ti Dario fetide atq; obscene potus aque suauissi-
mus fuit. Sitis ut putat Cicero: ut ego sentio: gu-
stū metus extinxerat. Urgebat in tergū Alexāder
victor: Uos a tergo rapidum tempus premit. An
ni celeres precipitesq; dies: hore uolatiles: Ante
oculos aūt mors ē: nec artatis reditus: nec impul
sis mora: nec preuentis est transitus. Uie huiꝰ tot
difficultatibus tantisq; terroribus obsesse: que nā
queso pars bona est? sed intelligo: nempe etatem
probris ac libidinibus aptiorē bonam dicitis. Est
hic quidē fandi mos ut bonum dicatur quod affe
ctui intentis aptissimum est: q̃ȝuis effectus ipse sit
pessimus: Sic catenā predo captis insontibus: sic
tyrannus arcē libertati plebis impositam: sic uene
ficus presentaneum aconitū: sic siccarius pugionē
promptū cedibus bonum uocat: Sic uos igit̄ eta
tē bonā que ad id scilicet qd̓ maxime cupitis apta
est uocatis. Itaq; neminē istorū qui annos irredu
ces deplorāt: Pueritiam quidem uel infantiaȝ vi
deas optari: que profecto optime partes essent si
abesse q̃ȝ longissime a senio bonū eēt: ut memorāt
sed nec adultam ac solidā iuuētutē nec incipienteȝ
nec adhuc vir idē senectā pessimā oēs ⁊ periculo-
sissimā vite partem: adolescentiam requirunt: O
quintū ⁊ vigesimū annū dicūt: ubi te reliquimus:
ne quē lateat q̃ȝ uos preteritarū peniteat feditatū
qui nō nisi tempus apprime illis idoneū exopta-
tis. ¶ Do. Senui: cur non cū Uirgiliano rege su-
spirē: O mihi preteritos referat si Iuppiter ānos. G
¶ Rō. At nil tale suspirantē legimꝰ Socrateȝ nil
Platonē: nil Fabiū: nil Catonē ⁊ fuere senes: Sed
sunt fateor sapientes regibꝰ rariores. Itaq; si rex
Euander fuit sapiēs nō eque sane illud Euandriū
suspiriū iā cōmune nostris senibꝰ vulgatūq;: Sur
dam stulti senes ⁊ ꝓfugam adolescentiā reuocāt
ac suspirant: Nec suspirijs tantū seu tacitis uotis
sed medicaminibus irritis atq; inani artificio na-
ture vis affertur idomite: Qua in re facete admo
dū lusit Hadrianus princeps canescenti cuidam
cui aliquid negauerat: eundē postea ad easdē pre-
ces medicato interim crine redeuntem ita repulit:
Uade inquit hoc iam patri tuo negaui. ¶ Dolor.
Senui: o si mea nūc redeat iuuētꝰ. ¶ Rō. Reuer-
surā modo illā dixi: iam reuersam dico. Si tā faci
le uotorū oium compos fias: nihil incassuȝ uoles:
pauper certe diuitias optare pōt: libertatē seruus:
speciē deformis: sanitatē eger: fessus requiē: exul
redituȝ: At iuuentam optare uerus senex nequit:
Puerile potius uotum est. ¶ Do. Senui: heu cur H
tam cito dulcis me iuuenta deseruit. ¶ Rō. Nun
q̃ȝ nō cito deseruit quod iuuabat: nunq̃ȝ non ꝓpro
pere affuit quod angebat. Uanū autem est optare
quod haberi nequit nocuitq; habitū ⁊ si redeat no
citurum sit: sed iam parce suspirijs: dū hoc animo
fueris cito canꝰ fieri potes: senex nunq̃ȝ desideriuȝ
enim iuuentutis in sene quid est aliud q̃ȝ quedam
pueritia senectutis? ¶ Dolor. Senui icuruatusq;
sum. ¶ Ratio. Iam iam terraȝ aspice: vnde uenis
⁊ quo ꝑgis cogita: hinc egressus: huc redis. Na-

tura te principij simulq; finis admonet. Poteras
aberrare:publicū tibi iter ostendit:sane id quidez
est satis ingredi:uel curuatus intēde: Solent ceci
in via manu retrahi. ¶Do.Subito senui. ¶Rō.
Immo sensim:pedetentim:paulatī:leniter:sed ni
hil cogitantibus omnia subito eueniunt:sicut ecō-
tra cogitantibus omnia nihil est subitum:q; si flen
da tibi fuerat senectus:singuli dies vite flēdi erāt.
Illis eniz passibus ad hunc terminū ibas. ¶Do-
lor. Heu senui. ¶Ratio. O uotorū instabilitas:
huc maxime anhelabas:huc peruenire optabas:
huc nō posse pertingere formidabas: quo cū per-
uētū esset ingemisceres: mōstrum incredibile:ni-
si tam crebrum esset:senes fieri uolūt omnes:senex
esse vult nemo:immo vo senex esse ad miseriam:se
nes dici ad iniuriam trahunt:quasi sit probrum se-
nuisse:qd profecto nullis videri debet nisi quib⁹ de
decus sit vixisse:que ingēs nō inficior turba est:cui
te tamē exemptū esse oportet:ut nostro colloquio
frui possis:Alioquin ut auribus illabantur: sana
cōsilia in animū nō descēdēt. ¶Do. Tandez senui
¶Rō. Et quos ager: & quos equor: & quos bel-
lū: & quos alea decipit:singula detrimēta dinume
rant:tu vnus in finē expergisceris: & tu queri inci-
pis dū iuxta est querelarū finis omnium. ¶Do.
Senui. ¶Rō. Stultū est senectutē non cogitare
nisi cū uenerit: Nā profecto si uenturam: si assidue
uenictē prospexisses:presentez imperturbatus aspi
ceres. ¶Do. Heu mihi iam senex sum. ¶Ratio.
Hoc ne igitur defles:durū ac difficile munus iples-
se dumosumq; iter ac scrupeum transisse atq; ina-
menam hāc fabulā peregisse? Atqui comico more
plaudēdū erat. ¶Do. Senex suz. ¶Rō. An obli
tus es ut nuper tibi perfamiliariter notus vn⁹ mo
dernorū sententiam rei huius ex tempore protulit:
nō modernam sed antiquis parem? Amico enim
dicēti: Compatior tibi:nā ut video iam senescis:es
ses utinam qualis eras quando te primum noui:
Subito ille respōdit: Parū ne tibi ergo amēs vi-
deor nisi ampliorē mihi nūc etiā amētiā imprece-
ris? Noli queso mihi cōpati q; sim senex: sed com
patere q; iuuenis fui. O quantū sensum tegit bre-
uis ista responsio:quod metiri nequit nisi qui eta-
tis huius bona probauerit & illius mala memine
rit. Bono tuo igitur gratulare q̃q̃ illō quoq; uerū
sit q; sepe bona inuitis eueniūt & mala nolētibus:
Uiro aūt bono & virtutū amico & passionū hosti:
pluris est haud dubie dies vnus huius quod accu
sas temporis integer:q̃ illius alterius integer an
nus. ¶Do. Heu mihi nā senui. ¶Rō. Jam si per
stas tibi quoq; cum vulgo iure dicitur nō senuisse
miserū sed vixisse:ita ut hec sub vite finē tam ine-
pte diceres: Parcite aūt iam lamētis querulū ge-
nus: & uolētes ite sub imperium nature nihil flen
dū quod illius immota lex statuit. Quid natura-
le autem magis homini nato q̃ viuētez senescere:
senem mori? At uos cōditionis immemores utrū
q; respuitis:cum uel alterum uel utrunq; necessa-
rio obeundū sit. Quod si neutrum uolebatis: & tertio
abstinendum erat:nascendum mihi credite nō fu-
it. Patimini senescentibus statim membris aios
aliquando senescere:neq; semper in uobis proverbiū
uerum sit: Posse vnū animū corpora multa consu
mere:finite sine murmure corpus:simul atq; aiuz
ad extremū ferri:simul intrauere:simul exeant:ne

q; altero ad metham properante alter retrorsum ni
ti uelit alterūq; retrahere:frustra tergiuersamini:
ire oportet:nec redire licet nec subsistere: Idq; uo
bis facilius debet esse immortalitatē anime & cor
poris instaurationē expectantibus: q̃ ceteris qui
buscunq; quib⁹ uel horum alterū defuit uel utrūq;
Frustra inq̃ obluctamini humanumq; iugum qd
nascēdo subijstis excutitis. ¶Do. Senui & vires L
corporis iminute sunt. ¶Rō. Si aucte vires ani
mi:bene est:feliciter permutasti. Maiora enim ge
sta esse semper & geri posse animi viribus q̃ cor-
poris: Nemo nisi animi inops est qui nesciat: Sin
vires etiam animi ut sepe accidit: per ignauiaz de
creuere:fateor inutiliter vixisti:tuū crimē nō eta-
tis. ¶Do. Senui & res meas agē nequeo. ¶Rō.
Si quid animo sit agendū tanto id a sene melius
fieri constat:quanto & experientie: illi plus est re-
rūq; notitie & passionuz minus ac malis vinculis
expeditior animus: At res alias nō agere senez de
cet:sed egisse cui corpore⁹ labor omnis a tergo est:
Cui si nunc etiam inheret nec auelli vult ridiculū
illud antiquū renouat Romani senis:qui iussus a
principe fori laboribus abstinere quorū ferias im
becillis hinc etas:hinc fortuna opulens merebatur:
sic indoluit ut se quasi mortuū fieret atq; ab omni
familia fieri uellet. Mirus senex qui quietem ceu
speciem mortis horreret:cum nihil seni apti⁹ quie
te nihilq; sit turpius sene laborioso ac sollicito: cu
ius vita omnis tranquillitatis exemplar esse de-
bet. Didicisse & potes a philosophis:quid est illud
quanq; optabile senibus bonis viuere: vita ut me
morant peracta: qua maxima tamen pars morta-
lium inexpleta moritur. ¶Do. Senui & repente
fugit etas mea. ¶Ratio. Forma:ualitudo:ueloci M
tas:vires:uestra fere oia fugiūt:virtus manet nec
cessura senio nec morti. Illi vno bono stabili ab ini
tio insistendum erat:si neglectum fuit difficili⁹ ad
extremū fateor:sed virtutis studiuz nulla etas re-
spuit:immo quo difficilior eo clarior virtus. Mul
ti nosse seipsos ac sapere vix tandē in senio cepere:
serum quidē at intempestiuum minime: & si enim
non iam vite desinenti at instanti saltē morti utile:
Cui hercle vni hore ut sine horrore mestitiaq; trā
sigi posset si non ultimū modo sed totū vite tēpus
impenderetur bene nisi fallor:impensum eēt: Naz
nec frustra nascitur qui bene moritur: nec inutiliter
vixit qui feliciter desijt. ¶Do. Senui iam vicina
mors est. ¶Rō. Mors eque omnib⁹ vicina eē po
test: & sepe ibi quoq; vicinior est ubi videtur ab-
sentior. Nemo taz iuuenis qui nō possit hodie mo
ri: Nemo tam senex qui non possit annū viuere: si
nil aliud q̃ senectus icidat. ¶Do. Prorsus senui. N
¶Rō. Immo maturuisti:an hoc defles:an poma
cum maturuerint querātur? si sensus illis ac sermo
datus sit & non potius gratulentur se ad id perue
nisse ad quod nata erant. Est ut ceterarum rerum
sic etatis maturitas quedam que senectus dicitur:
quod ut ita esse videas & etas & mors iuuenū acer
ba quidem & dicitur & acerba est: Acerbitati autē
obiecta maturitas que cum in pomis ac frugibus
bona sit:quid nisi in homine sit optima:non q; ne-
sciam anteq̃ maturescant multa marcescere: ea
vo non etatis culpa sed peruersitas est nature: nō
quidem omnium sed multorū qui ad bonum nati
magno nisu in aduersum tendunt. Maturuisse igi

tur debes si quid in te succi nobilis fuit:iam messoris tui manum securus expecta. Non mors illa quā metuis sed laborū finis ac principiū vite est: non mors inq̄ʒ sed difficilis vite terminus:ad quē pauci tranquilla nauigatione perueniunt: sed pene omnes nudi flentes ac naufragi:Tu per mediā senectutem leue iter in finem prospero agens uento e multis rerum fluctibus portū subis:Subducenda iam fessa puppis in terram tibi:⁊ quocūqꝫ te flexeris de fine cogitandum:idqꝫ utilius fuerit q̄ʒ etatē bonā:quod stulti solent:⁊ naturam mrēʒ optimam accusare.

De podagra. Dia.LXXXIIII.

Do. t
A Turpi torqueor podagra. Rō. Nesciebas senectutis morē? Incomitata non uenit:magnaʒ sepe morborum aciem ducit. Do. Podagra crucior molesta. Rō. Extrema ⁊ ignobili parte corporis laboras: quid si nobilissimis laborares corde uel capite? Do. Pigra coherceor podagra. Rō. Uaga mēs hominis freno eget:hunc paupertas tenet:illum carcer aut grauior morbus:Ludēs te pedib⁹ alligat fortuna:non podagra:sed pedice sunt:iam disce consistere. Do. Podagra inutilis factus sū. Ratio. Ad cursum credo uel ad saltū:ad choreas: ad palestram:an te autem ad hec natum putas? Ad alia si nescis altiora quedam officia natus es:que si caput non egrotat exequi nil prohibet:Studere licet artibus ingenuis:dare operam pietati:seruare iustitiam ⁊ fidē:fragile corpus ⁊ fugacem mūdum spernere:odisse vitia:amare virtutes: colere amicitias:consilio patriā iuuare:Hec sunt viri boni munimina:quid hic pedibus loci est? Dolor.
B Debilitatus sum podagra. Rō. Pugnare cum hostibus forsitan morbus uetet:nō cū vitijs quod neqꝫ facilius ⁊ certe crebrius est bellū: Et qd scimus an hic ipse dolor corporis cōtra quem dimices tibi ad exercitiū animi datus sit? Do. Pedibus consistere nequeo. Rō. Uide quam de reliquo edificio spem habeas:cuius fundamentū taʒ inualidum sentis. Uigila ne te incautum opp̄mat ruina:Contrahe sarcinulas teqꝫ ad migrandū para. Do. Podagra me ingens habet. Ratio. Solet hic morbus:ut perhibent diuitias comites habere:En tibi remedium aliud:Bene spera:aut languoris amaritudinē opum dulcedo solabitur: aut inopie pellet asperitas:ita uel solatium aderit uel finis. Si hec fallunt ueniet que non fallet:Illa vite malis omnibus finem dabit. Do. Pedum
C premor egritudine. Rō. Si salutem cupis: aut pauper sis oportet:aut ut pauper viuas. Multos hac egritudine liberasse traditur paupertas uera defecatrix corporum:quosdam v̄o frugalitas quā uoluntariā seu fictam ⁊ imaginariam paupertateʒ dixerim. Uidisti aliquos perpetua vini abstinētia curatos. Ita fit:Dolor dolore:clauus clauo pellit ut antiquo dicit̄ puerbio: Uix molestū aliquid sine molestia curatur. Ut preterea cū hoc morbo cū qꝫ alijs multis pacem habeas:nō baccho solū sed ⁊ ueneri bellū indixisse profuerit. Sed quid agimus:animorū remedia promisimus nō corporū? Habes tamē quā puto vnicā morbi huius curam Hāc si p̄bas:utere:Si minus:nō te fallant opifices fomētorū. Patiētia enim in aduersis efficacissimum atqꝫ optimū ⁊ sepe vnicuʒ remedij genus

est. Do. Podagre vitio curuatus sum. Rō. Ad iter inhabilis:minus idoneus ad laborē: non ineptus ad reliqua gerere:nō rei modo familiaris sed reipublice ⁊ summi:si ita sors tulerit:imperij curaʒ potes. Itaqꝫ memorandū ualde Septinij Seueri Romani principis dictum vnuʒ: qui senex ac podagricus:dū cōiurationem nobilium qui se viuo filium eius Augustum dixerant deprehendisset:comprehensis auctorib⁹ seditionis ac filio omnibusqꝫ ante soliū eius affusis metuqꝫ ultimi supplicij tremefactis ac territis: ipse manu ad caput relata:tandē inquit:sentitis caput imperare nō pedes. Do. Podagra me miserū miris modis torquet. Rō. Noli solas asperitates rerū flere:sed memēto si quid dulce aut iucūdū tibi obtigit: quo incōmodū hoc solari possis. Unus ex multis pessimis vulgi mos est:ut in aduersis queruluʒ atqꝫ impatiens obliuiosum in prosperis ⁊ ingratuʒ sit quo nihil iniquius fieri potest: Naʒ quis equis auribus audiat:exempli causa:uel Seuerum ipsum quem diximus de podagra: uel Domitianum de caluicio:quod egerrime dicitur tulisse:uel Augustum senem de sinistri debilitate oculi:uel Julium Cesarem de timore nocturno ⁊ quiete visis turbida: uel postremo alios fortunatissimos viros de vna seu de altera nature:si dici licitum sit:aut fortune iniuria sic querentes ut imperij atqꝫ opum victoriarum ac tantorum ingrati atqꝫ immemores sint honoruʒ dū se hoies meminerint:quos plenā perfectamqꝫ felicitatē hic sperare demētie:sit amara dulcibus tēperare modestie:hoc podagre proprium:hoc morborū oium cōe remediū inuenies saniūqꝫ cōsiliū sanctumqꝫ fateberis:senis illius leta multa adepti:dura multa perpessi:qui bonis de manu dei lete acceptis mala queqꝫ patienter suscipienda censebat:q̄ʒuis mali aliquid dare uel facere manus illa nō nouerit sed humanā respexit opinionem. Do. Podagra me in lectulo nodis insolubilibus pressum tenet. Rō. Tam iacēte:stare animus pōt celūqꝫ ⁊ terras ac maria p̄meare.

De Scabie. Dia.LXXXV. Do.

f Scabie premor importuna. Rō. Jam nō miror si angores meros egreferes: quando id luges cui dulce aliqd imixtū est. Do. Graui uexor scabie. Rō. Sūt qui hāc salubreʒ dicāt:Ego aūt ne tam meste rei letum nomen tribuam arrā potius salutis: siue ad salutem viaʒ dico:Mollis est qui asperitateʒ vie breuem respuit: cuius exitus sit iucūdus. Do. Arida me scabies exercet. Rō. Jam horologio nō egebis: erit tecū que te noctibus excitet teqꝫ honesto cuipiā fortassis officio vigilē reddat:nemo tā piger quē nō scabies sollicitum faciat. Do. Scabie torqueor. Rō. Morbus ignobilis sed nobilis cura est:labor:estas:balnea:p̄uigiliū:dieta. Si nec ista profuerint:ad patientie medicinā recurrēdū erit. Illa oibus morbis utilissima est. Dolor. Scabie crucior tediosa ⁊ feda. Ratio. Neutrum nego: ubi ergo Publius molestum ocium podagrici pedes dixit me sinente potes addere:mestum negocium scabiosi manus:Sed qd dices:si quo fedior morbus:eo pulchrior patientia est? Quid si paruo ex malo bonum ingens elicis? Hec nimirum vna est rerum que contemptum corporis maxime pariūt quo nihil est melius mortali. Dolor. Totuʒ me

scabies occupat. ¶ Ratio. Totū te:uerū est id qui dē metuo:sed plus est forsitā q̄ꝫ ꝙ dicere uoluisti: totū eni corpus intelligis:sed est uobis inuisibilis animorū scabies cupiditas ac libido ⁊ prurit⁹qui dā ulciscendi querendiqꝫ:qui quo magis scalpitur acrius estuat: hūc nec tolli nec leniri poscitis nec sentitis quidem: tanto minor uobis est semper ue stri cura q̄ꝫ corporis.

¶ De vigilia. Dia.LXXXVI. ¶ Do.

d Dormire non possum. ¶ Ratio. Uigila ⁊ gaude vite tibi tps auctū. Inter obdormi re enim atqꝫ emori qd interest nisi ꝙ alter tpalis ꝑpetuus alter est sopor: Itaqꝫ nescio an nō satis ꝓprie ⁊ sonus breuis mors ⁊ mors sonus lō gus siue eternus dici possit. ¶ Do. Sōnū ꝑdidi. ¶ Rō. Nō vi qdē sed blanditijs repetēdus est si incūbas perdis operā:cogi nequit:age aliud: da requiem temporibus tuis:animo curas leues:im prouisus aderit:facile animis uagis ⁊ corporibus fessis obrepit. ¶ Do. Sepe mihi somnus interrū pitur. ¶ Ratio. Fac quod solitus fert Augustus Cesar lectoribus aut fabulatoribus accersitis:in terruptum reintegra:Sin grauioribus curis hoc accidit:pone illas:hūc receperis. De huiusmodi enim loquebat Maro ubi ait:Salubres curas sō

b nos abrumpere. ¶ Dolor. Somni requiē amisi. ¶ Ratio. Et terrorē somniorꝫ nocturnosqꝫ metus q̄ꝫuis enim sapientis meliora fantasmata. Aristo teles opinet: ⁊ uerum sit:tamen ⁊ vir ille ingenio eque magnus ⁊ imperio:Ille autē alter sanctita te ⁊ patientia eque insignis:de quib⁹ pauloante si mul diximus:somniorꝫ graues sensere molestias. Nam quid alij sentiant quisqꝫ nouit in se: ⁊ lectu lum proprium suarum testem habet illusionū atqꝫ ambagū ⁊ formidinū. Certe horū alter tēpore ex tremo per somnium exterreri solebat: sicut de illo scriptum est:Alter ut dixisse dudū uideor dum de ocio ⁊ quiete differerē: iter ceteras vite molestias querit ꝙ terreant eum somnia ⁊ visiones horro re cōcutiant. ¶ Do. Solito minus dormio. ¶ Ra tio. Solito igitur magis viuis: Nempe ꝙ doctis placet:ut mors somnus:sic vita vigilia est. ¶ Do. Somnū morbus expulit. ¶ Ratio. Sanitas re ducet. ¶ Do. Somnū amor exclusit. ¶ Rō. Bis rem vnā dicis:Morbus est enim amor ⁊ morborꝫ maximus. ¶ Do. Somnū metus extinxit. ¶ Rō. Securitas suscitabit. ¶ Do. Somnū senect⁹ eri puit. ¶ Rō. Mors vicina restituet.

¶ De ingetudine somniorꝫ. Dia.LXXXVII. ¶ Do.

a f Somnijs inquietor. ¶ Rō. Si uerū est qđ sapiens quidā ait: Multas curas sequun tur somnia: quod uestri quoqꝫ approbant auctores radicē mali amputa:curas pelle:somnia quoqꝫ pepuleris:Quo enim queso tot curas ⁊ tā nihil profuturas in tam breui vita:de qua iam ab initio promissum est:quid torqueri iuuat ⁊ turbi dam curis vitam ⁊ infestam somnijs quietem ue stra uobis facit amētia? Diuinā ꝓuidentiā uestro vultis superare consilio:neqꝫ sentitis ut ex alto ue stre rident insanie uestreqꝫ deliberationes illo de tempore quod nō solū extra uestrū arbitrium: sed etiam extra notitiā uestrā est. Neqꝫ auditis Flac cū exclamantē: Prudēs uēturi tēporis exitum ca liginosa nocte premit deus: ridetqꝫ si mortalis ul tra fas trepidat. Omne tēpus in uestram trahitis perniciem:de preterito mesti:de presenti anxij: de futuro pauidi trepidiqꝫ:deqꝫ his curis supuacuis dignos metitis manipulos:laborē vigilātes:cōso piti somnia. Sin illud forte uerū est ꝙ uacātē quo qꝫ curis aiam inquietā somnijs esse uel natura ho minis uel peccatū cogit: Nōne cū ex mille sōnijs nec vnū uerū eē uerꝫ sit:postq̄ꝫ alterutro falli opor tet:satius est inquietari somnijs q̄ꝫ mulceri: ⁊ ama ra somniare q̄ꝫ dulcia: mesti enim somnij fallacia leta est:leti autē mesta. ¶ Do. Somnijs fatigor. ¶ Ratio. Sperne totā hanc ineptiā ⁊ quiesces:si id nequis his te solare comitibus qui similia pas si sunt:his duobus nominatim quos modo dice bam dū de vigilia querereris.

¶ De celebritate nois importuna. Dia.LXXXVIII.

¶ Dolor.

c Celebrior sum q̄ꝫ uellē notiorqꝫ. ¶ Ratio. An tu hoc spernis quod maximi expta rūt duces ac principes:philosophi ⁊ poe te? quid enim tot laboribus:quid tantis bellis ac studijs agit:nec aliud isignes artifices moliūtur? a Declarat hoc Phidias in Mineruc statua: quod opus oium que hoium manibus facta sunt:ꝑmuꝫ aut inter prima posuerim:nisi cū aliquid inscribe re uetitus fuisset:vultū suū clypeo statui sic insculꝑsit:ut ⁊ ab oibus nosceretur: ⁊ cōuelli ide nisi to to opere dissoluto nullo posset ingenio:nosci in pre miū sui laboris optabat. Siqs eni nō famā sed pe cuniam cogitare dixerit artifices:in cōibus fortas sis assentiar:in illustrib⁹ negeꝫ. Multa sunt rei hu ius indicia:sic cū iactura tēporis damnoqꝫ etiam sepe operi insistūt:ac ne quid fame excidat lucruꝫ spernūt. Cōprobauit hoc maxime nobilis illa con stantia eorꝫ quatuor artificū qui ad famosissimuꝫ illud opus qđ Artemisia Carie regina dilectissimi cōiugis memorie extrui fecit magno precio acciti: cū ante perfectū opus obijsset regina ipsa vn̄ ope ris preciū sperabat persitterūt tn̄ vnanimiter in fi nē nil iā aliud q̄ꝫ suū decus ⁊ facti memoriā cogi tantes:proinde oēs hoīes claritatē famāqꝫ deside rāt:Solus tu ne paruo illas tedio emptas uelis? ¶ Do. Immo ⁊ ego apud posteros clarus esse cu b piā:inter coetaneos recusem. ¶ Rō. Quid ita cū ꝺ maius eorꝫ difficili⁹ac rari⁹sit obstāte que pre sentiū famā iterpellat inuidia? ¶ Do. Quia inter abūtes mera est glia:nullus obstrepit:nullus ob stat:inter pn̄tes aūt ⁊ ꝯtradictio ⁊ labor:magnus eniꝫ labor est magne custodia fame:ut nō inelegā ter ait qdā. ¶ Rō. Nimis aut delicat⁹ aut segnis es qui sine labore magnū aliqd speres cū pro mi nimis tot se offerāt labores. ¶ Do. Ego vō nō la c bores respuā sed tedia: Nā qs ferat assidue visita ri:obsideri:posci:exagitari: ⁊ sui interim negligē tē totos dies ac magnā breuis vite partē alijs da re:ut tua necessitate posthabita aliene iseruias uo luptati:qđ malū si ab initio icidisset:nunq̄ꝫ ad hāc ipam famā que me cruciat uentū eēt:sed ⁊ nūc pre claros animi conat⁹ ⁊ egregia potēs est ipedire ne gocia iportunū. ¶ Rō. Id qdē ita esse nō nego du rum certe sed tolerabile imo ⁊ iuidiosuꝫ ⁊ optabi le:Ceterū utcūqꝫ tuo iudicio acceptū erit pene in euitabile: Nā que ad euadēdū via:nisi uel supbia uel ignauia? Altera honestum desideriuꝫ te petē tium arcebit:altera etiam extinguet. Si quod est

remedium:urbium fuga eſt : q̃ꝗ ſi claritas ue-
ra ſit:nec fuga ſufficiet:ſeqtur claritas poſſeſſorez
ſuuz quocũq; prexerit: ⁊ ubicunq; cõſtiterit ſecũ
erit:nec rure vnq̃ nec in ſiluis quidez deſinet cla-
rus eẽ qui in urbibꝰ clarus fuit: Nõ põt fame ful-
gor abſcõdi:inter tenebras eminet ⁊ ad ſe oculos
atq; animos trahit. Nunquid nõ audiſti Danda-
num Brachmanorũ ſenẽ ꝑclariſſimũ ab Alexan-
dro Macedone uſq; ad ultimas Indorũ ſolitudi
nes:Cynicũq; Diogenẽ ab eodẽ uſq; ad illud ſuũ
doliũ quo pro uolubili utebaꝛ hoſpitio viſitatos?
Nũquid nõ uſq; ad ſqualidã ac deſertã literni vil
lulã a placatis ſola virtutis ueneratione latronibꝰ
Scipionẽ Africanũ eũdẽq; ab ipſis hoſtiũ ducibꝰ
uſq; trãſmaria? Nũqd nõ Titũ Liuiũ ab ultimis
galliaꝝ extremaq; procul Hiſpania uſq; ad urbez
Romã? Nũquid nõ deniq; ſanctos pres uſq; ad
intimas ⁊ horrẽdas heremi latebras a Romanis
etiã Imperatoribus viſitatos? Et ſileo Salomo-
nẽ: Immo vero quis vnq̃ vir clarus viſitationibꝰ ca
ruerit? Amici ⁊ noti mutuis alloquijs ⁊ ꝯfabula-
tionibus delectanꝛ: Ignoti aũt ſolo recreanꝛ aſpe-
ctu. Habet enim viroꝝ illuſtriũ p̄ſentia dulce ali-
qd:qḋ nõ ſẽtit niſi ipſe qui fruiꝛ: Hoc tu laborioſũ
ne dixeris operoſũ eſt fateor ſed ⁊ glioſũ. ℂ Do.
D Celebritate nois atteror. ℂ Rõ. Si hãc viſ abijce
re:virtus abijciẽda eſt cuius e radice oritur. Id ſi
merito refugis:ferre hãc ſarcinaz equo aio eſt ne-
ceſſe:ad quã multi ne quicq̃ oi ſtudio viteq; ipſiꝰ
ĩpẽdio aſpirãt: ⁊ tu forſitã aſpiraſti. Patere te vi-
deri ab his qui h' niſi te tuũq; nomẽ diligerẽt : nõ
optarẽt. ℂ Do. Multi me vndiq; uſq; ad ĩportuni
tatẽ faſtidiũq; cõcelebrãt. ℂ Rõ. Quid tu igiꝛ:an
ꝯtẽni malles atq; abijci? ℂ Do. Innumerabiles uſ
q; ad tediũ me honorãt. ℂ Rõ. Tu vero dei munus
agnoſcito: Ille te honorat ut te illũ ⁊ honorare de
lectet ⁊ inhonoraſſe peniteat: Ois honor ⁊ omne
quodcũq; hoi ab hoie bonũ fit a deo eſt. ℂ Dolor.
Permoleſta res eſt honor imodicus ⁊ crebra viſi
tatio. ℂ Rõ. Et hec fateor:at ꝑdulces ſũt huiꝰ mo
leſtie radices amor ⁊ ueneratio: His ſi ai guſtũ ap
plicueris:bñ ſapere incipiẽt que moleſtãt : amara
dulcibꝰ tẽpera:nõ in hoc tm̃ ſed in omnibꝰ quecũ-
q; fert pñs vita:in qua non facile reperias mel cui
nõ ſit admixtum fel: ⁊ ſepiꝰ amara prepõderant.
ℂ Do. Celebritate nimia fatigor. ℂ Rõ. Sepe id
quidẽ accidit:de quo queſtũ diuũ Ueſpaſianũ no
uimus triũphantẽ:dũ ſolẽnitate põparũ expecta-
tione ac tedio eſſet affectus increpãtẽ ſeipſum qui
triũphũ nec ſibi nec maioribus ſuis aut debitum
aut ſperatũ taz inaniter in ſenio appetiſſet. Quis
aũt nõ ſit optanda celebritas per ſeipſa:ferẽda eſt
tamẽ ⁊ amanda. Cauſe ipſius virtus ⁊ induſtria
neq; vnq̃ ut illa careas deſerẽde multo glorioſus
F eſt labor optabilior q̃ ignaua reges. ℂ Do. Salu
tatoribꝰ obuijs offendor. ℂ Rõ. Habes huiꝰ quo-
q; tedij participẽ Criſpũ philoſophũ: Immo quez
nõ hẽs preter illos qui ppl'aribꝰ auris ut Maro-
nis utar uerbo gaudẽt ? Ille tñ inſignis q̃ſtus eſt.
Credo ideo ꝙ accutiſſimũ virũ:talis eni tradiꝛ: ⁊
ſuis ſtudijs acerrime deditũ ſalutatio crebra ⁊ im
prouiſa turbabat : utq; idem ipſe ait:ꝑducebat ad
mortẽ. Nihil eſt aũt qḋ queraris:qḋ optabas ac-
cidit notus in ppl'o ut eſſes alioqn tot ſalutatoruz
incurſibus nõ pateres. Poteras latere:poteras ge
ſcere poteras qḋ aiunt in gremio gaudere:qḋ op-
timũ vite genus aliqui diffiniunt: At uos magnis
in urbibꝰ noti ⁊ clari eſſe vultis ⁊ ocioſi ſimul ⁊ li
beri ⁊ tranqlli:quod nihil eſt aliḋ q̃ in magnis pe
lagi tẽpeſtatibꝰ ut imobilis ſis optare: Deniq; ſup
bi fuerit obſequẽtiũ amicorũ uoces pati non poſ-
ſe equo aio:cũ ſint hoſtiũ patiẽda conuitia.

ℂ De dolore ex malis moribꝰ hominũ concepto.
Dia. LXXXIX. ℂ Do.

Malos mores hominũ egrefero. ℂ Rõ. Si
charitate motus laudo: Si ira uel idigna
tione nõ laudo. Quid ad te enim quibus
moribus ſint alij:modo tu ſis bonus: An nunc pri
mũ intelligis vulgi mores : an tibi negocij parum
ſentis vitã tuaz componere niſi inuigiles aliene: ⁊
illud aggrediare qḋ nec ars vnq̃ efficere ualuit
nec natura:vnde nihil vnq̃ ſperes niſi tedia ⁊ labo
res? Fuerũt he tamẽ ⁊ philoſophis cure : quoꝝ al
ter in publicũ egrediẽs ſemp flebat:alter ꝯ mores
hominũ ridebat:neuter ſine cauſa: ſed illud pieta-
ti:hoc ſupbie ꝓpinquabat. ℂ Do. Quis enormes
ac ſubdolos hos habitus ferat? ℂ Rõ. Malo te
per vim dehoneſtari:ferres ſi neceſſe eſſet:qui ſpõ
te ſua alios deformatos pati nequeas:ſine illos i-
dui ut libet:tu ut licet atq; ut decet induere : atq;
ita te ulciſcere:nõ minus laſciuos oculos honeſti
habitus offendunt q̃ modeſtos inhoneſti. Illi igi
tur uoluptatẽ conſilio adhibeant ſuarũ rerum : tu
adhibeas honeſtatẽ. Nuſq̃ alibi q̃ iter tenebras
gratior lux:nuſq̃ alibi q̃ inter vitia virtus eſt cla-
rior: Quid q̄reris? aliena feditas tuo adijciet de-
cori. ℂ Do. Quis hos morbos animorũ atq; hos
perferat iuidos? ℂ Rõ. Linque inuidos ſibi:neq;
illis aliũ cupias tortorẽ:ſatis ipſi ſe torquẽt ⁊ ſuis
malis ⁊ alienis agũtur ac tabeſcũt bonis. Nõ eſt
compatiendũ ſponte languẽtibꝰ:non ſunt aũt con-
tagioſi:ut corporũ ſic animorũ morbi nõ trãſeunt
ad nolẽtes: Immo vero nobilis aius vitiorum odio
ad amorẽ virtutis accẽdiꝛ. ℂ Do. Quis tot ferat
iſolẽtias? ℂ Rõ. Humilitas eo acceptior quo plu
ribꝰ eſt obſeſſa ſupbijs. ℂ Do. Quis tot fraudes
qs tot artes auaritie:qs tot ſpẽs libidinũ? ℂ Rõ.
Que tibi merito diſplicẽt declina: ⁊ q̄ in alijs dã-
nas ne in te dãnẽt alij caueto. ℂ Do. Quis h' gule
regnũ? ℂ Rõ. Maxime iter ebrios ſpecioſa ſobri
etas:ubi eque boni oẽs nullus excellit. ℂ Dolor.
Quis tã multa mẽdacia? ℂ Rõ. Si mẽdacio of-
fẽderis veritati ſtude. ℂ Do. Quis tot ubiq; tyrãni
des? ℂ Rõ. Nõ te hinc arma nec opes expedient
ſola vtꝰ eſt libera. ℂ Do. Totꝰ orbis odio mihi eſt.
ℂ Rõ. Miſerari miſeros magis decet q̃ odiſſe :
niſi ut dixi ſpõte ſint miſeri:qn tu mũdo ſuos mo-
res linque:tuos reformare ſtude : ⁊ ab alijs euer-
ſos in teipſũ oculos reflecte:ſic ⁊ tediũ euaſeris: ⁊
cũ mũdũ nequeas:id qḋ potes ⁊ debes temetipm̃
corriges : non eſt quo te fruſtra natũ credas ſi hoc
feceris.

ℂ De minutis tedijs reꝝ uariaꝝ. Dia. XC. ℂ Do.

Turbidos urbiũ clamores rerum uariaruz
odi. ℂ Rõ. Ruris ſilentiuz ſiluaſq; ama :
que fieri fugariq; nequeunt fugiẽda ſunt.
ℂ Do. Uulgi ꝯtẽtionibꝰ feſſus ſum. ℂ Rõ. Uulgo
aures dũ p̄bueris nõ qeſces. ℂ Do. Uulgi ſtrepi-
tu fatigor. ℂ Ratio. Uulgi uerba deſpicito : pene
eniz qcqd vulgus loquitur aut nihil aut falſuz eſt.

At strepitū illum oēm ⁊ ꝯfusas uoces si vitare ne-
queas: uetitū tm̄ auribꝰ excipe: idq; non aliter ꝙ
mugitus boum aut balatus pecuduȝ aut ursorum
murmur: quid enim nisi beluarum uoces sunt uel
inertium uel ferarum? ¶ Do. Uulgi fragore ptur-
bor. ¶ Rō. Finge aio te aquarum exundātium ac
scopulis illisarum sonitum audire: Persuade tibi
esse uel ad fontem Sorgie ubi ingenti strepitu ex-
horrēdo specu lucidissimꝰ amnis emanat. Uel ubi
Reatini gurgites quos Nar in Tyberim cōuehit
alto de colle descēdunt: Uel ubi ad ea que catadu-
pla noiant̄: ut ait Cicero: Nilus se ex altissimis mō
tibus p̄cipitat: Uel ubi similiter: ut ferunt: Hister
in Euxinū ruit. Deniq; ubi uel ligustice rupes eth
neis fluctibꝰ furenti austro: uel charybdis oblatrā-
ti Scylle Sicanis uorticibꝰ torta respōdet: ꝯsuetu
do p̄stabit: ut quod tediosissimū sentis: quadaȝ cū
uoluptate percipias. ¶ Dolor. Latratibꝰ canuȝ ue
xor. ¶ Rō. Qui vulgi latratus ferre didicit: nul-
los horrebit canes: Nā neq; taȝ multi alij: neq; tā
rabidi aut mordaces. ¶ Do. Immitis equus ac
fremens: infidus seruus ac cōtumax: nō tm̄ tedio
sed periculo etiā mihi sunt. ¶ Rō. De utroq; aiali
quid sentirem dixi olim ⁊ nil nūc muto. Addo ali
quid: ut vitare quidem possis equi tediū si nil aliō
pedes tibi: ut serui aūt manus dare possunt: nec la-
mētis dignum quo carere ualeas cū uelis. ¶ Do.
Muscaruȝ tedio affectus suȝ. ¶ Rō. Uide ne mu
scarum tedio musca fias: ⁊ ab alio ꝙ a deo creatā
muscam credēs in illius qui muscarum p̄nceps di
citur potestatē uenias: Quod affecto cuidā tedijs
similibꝰ accidisse: auctor est Augustinus: p̄ncipiū
illud Joannis famosissimum exponens: Et musca
⁊ pulex: ⁊ bruchus: ⁊ culex: ⁊ cinifex: ⁊ locusta:
ceteraq; hmōi creata non sine certa causa sunt ab
illo qui vidit cūcta que fecerat ⁊ erāt bona ualde:
Et si nulla esset alia: illa sola sufficeret: ut his ar-
mis humana supbia domaret̄. Potuit enim deus
Egyptijs leones tigres uel dracones immitere: mi
nuta ⁊ vilia imisit animātia: quo clarius ⁊ celestis
potentia ⁊ terrena fragilitas nota eēt. ¶ Do. Pu-
licibus inquietor. ¶ Rō. Sanis cogitatibꝰ cōquie
sce: cogita nihil mali preter peccatū homini cōtin-
gere posse: Multis nō hec modo facilia sed que vi
dent̄ grauissima ꝓfuerunt: Quid scis an si pulices
abirēt sopor nimiꝰ aut male libidines subirēt? Cre
de bn̄ in oibꝰ tecū agi bn̄ erit. ¶ Do. Nocturno pu
licū p̄lio victꝰ sū. ¶ Rō. Quid supbis igit̄ vmbra ⁊
cinis: qd erigeris iers lutū a pulicibꝰ victꝰ. Cōtra
deū calcitras: iumētū indomitū ac stolidū? ¶ Do.
Offendor pulicibꝰ. ¶ Rō. Uis ne tu hoies offen
dere a pulicibꝰ te defendē vilissimo ipar aiali nobi
lissimum aggrederis ⁊ pulicū cibus hoies uoras?
¶ Do. Pulicibus agitor. ¶ Rō. Terrena omnia
hois ad obsequiū facta sunt. Pars ut pascat: pars
ut uestiat: pars ut uehat: alia ut defendant: alia ut
exerceant doceantq; ⁊ conditionis admoneāt: que
dam deniq; ut delectent fessumq; rebus aium le-
uent: quedam v̄o ut delectationem noxiam: fre-
nent ac salubribus tedijs cōtemptumq; huius lu-
cis simulq; desideriū vite melioris incutiāt. Quā
tum enim queso mors timeretur: quantum ue si te
dijs uacua eēt placitura mortalibus erat hec vita
cū tedijs plena sic placeat: sic habitus timeat̄. Nec
vite iucunditas viuēti: nec amenitas vie semp est
utilis viatori: expeditq; nōnunꝙ durum aliqd oc
currere quo optabilior finis sit. ¶ Do. Nocturne
aues flebilibꝰ notis infeste sunt. ¶ Rō. Nō ut ar-
bitror philomena: que apud Uirgilium flet noctē:
ramoq; sedens miserabile carmen integrat: ⁊ me-
stis late loca questibus implet: Dulcis enim fletꝰ
⁊ suaue carmen ⁊ delectabiles sunt querele. Me-
stior te forsitan strix offendit: neq; tam proprio ꝙ
poetarum carminibꝰ infamis bubo: qui quibusdaȝ
tamen ꝙ leti fuerit augurij apud Josephuȝ legis:
ꝙuis utrunq; ridiculum: hinc spem scilicet metuȝ
ue concipere. Huius enim ⁊ multoꝝ tristis aspectꝰ
⁊ lugubris cantus at uterq; naturalis: non sic ca-
nunt ut uobis aliquid nūcient: sed qr canere aliter
non norunt. Da illis philomene uocē flebunt dul-
cius: nūc nature parent sue: Uos naturā ipsam su
perstitionibus uestris: ut pareat cogere delirando
nitimini. ¶ Do. Proxima in turre pernox noctua D
importuna mihi est. ¶ Rō. Noctuā inquietas no-
ctes Augusto facere solitam audisti: ⁊ queȝ queso
uerebitur que mundi dn̄m inquietat? ¶ Do. Mu
res thalamum infestant. ¶ Rō. Quid scis an hoc
ipso in thalamo exorti quem tu forsitan peregrinꝰ
inhabitas: de te iustius queri possunt: qui natale il
lis aduena solū turbas. Sed omissis iocis horum
oium ratio vna est. Idcirco equidem his infestam
vitam agitis: ut discatis alterā optare: At illic ani-
mum habeatis: ubi nec mures: nec fures: nec ara-
nee: nec tinee: nec dāna: nec tedia ulla sunt. ¶ Do.
Procaces rane ac strepidule tediū pariūt: cicade.
¶ Rō. Finge solatiū parere: solatiū erit: Opinio
rem quocūq; vult trahit: nō ut ueꝝ mutet: sed ut iu
diciū regat ⁊ sensibꝰ moderet̄. Inuentꝰ est nup qui
rure habitās ad fugandas nocte luscinias: saxis ar
matꝰ sudibusq; cōsurgeret: quo cum parū ꝓficeret
circūfusas arbores iuberet abscindi: ut uel sic pre-
repto frōdēte domicilio abirēt: qbus manētibꝰ abi
re illū oporteret: Jamq; importunis cantibus pul
sus sopor abijsset: is tamen ꝓxime paludis in ripa
nocturnos strepitꝰ ranarum modulatissimā ꝗsi fi-
diū harmoniā icertissimus hauriebat: inhumanuȝ
ferūq; hoiem vixq; iter hoies numerādum ⁊ mori
bus qdem q̈lem audis forsitā ⁊ vidisti: vulgaribus
tm̄ negocijs haud īsanuȝ: qui nūc ideo ad memoriā
redijt ut ꝯstaret ꝙtum in rebꝰ oibus possit opinio.
¶ Do. Ranarū ⁊ cicadaꝝ strepitu offēdor. ¶ Rō. E
Nō ille qdem ut offendant strepunt: sed nāe cōis
bn̄ficio utunt̄. At hoc ip̄m supbam ipatiētiam ue-
stram ledit: sicut reliqua quecūq; aliter fiūt dicunt̄
ue ꝙ exigit oculoꝝ uestroꝝ atq; auriū uoluptas.
Sed ut fabulā uestri erroris ad antiquas fabulas
remittā: cogita nūc uel ranas suā ueterē querelā ⁊
ultricem latonā raucis uocibꝰ: uel cicadas uersuȝ
in suā spēȝ Titonū stridulis plausibꝰ memorare: si
nesq; forsitā suū illas agere negociū ⁊ tu tuū ages.
Cur iniusti nature semp accusatores innocuis ani
mātibus succensetis nec aduertitis quāto maiora
sunt tedia que vicissim ipsi uobis īfligitis? Sileo
raptoresq; urbiū ⁊ mille iniuriādi ledēdiq; artes:
mille violentias: mille dolos: quoꝝ pleni sunt vici
omnes ⁊ compita. Taceo latrūculos toto orbe dis
persos ⁊ itinera interrupta predonibus: quibus
magna pars terrarum hodie inuia est: spectacula
mūdi pulcherrima prerepta mortalibꝰ: dissimula-
tum illud ⁊ miserrima iā consuetudine roboratuȝ:

Quis dignis questibus explicet aut humane pon
dus ignauie uerbis equet: cꝑ pacatis quoqꝫ re-
gionibus passim legitimus predator occurrit: qui
sollicitum viatorem exhaustumqꝫ laboribus ⁊ onu
stum curis ere suo spoliat: iniustissimi nescio cuius
iuris obtētu: quo effectū ut qḋ amenissimū fuisset
orbem terrarū permeare: id alicubi piculosissimum
ubiqꝫ sumptuosum ac tediosum sit. Sic uestri pnci
pes ⁊ pies patrie: imo vo uestra patientia: uestri
mores libertatem publicam paruo precio uendi-
derūt. Quid custodias loquar superuacuas ⁊ ob
strusos passus ac suspitionibus uarijs plena om-
nia: absentieqꝫ solatium vnicum litterarū cōmertiū
interdictū? Qḋ ipm qꝛ mutari iā nō pōt: forti aio
ferēdū est: Uerū ut nature opera ferre nō renuat:
qui tot insolentias: tot imanitates hominum: tot te
dia: tot rapinas pati solitus didicisse debuit: q̄ꝫ ini
que natura parens leuibus ex causis quotidie la-
ceretur: cum tot acerba ⁊ grauia pati homines ab
homine sit necesse. ¶ Dolor. Magno torqueor ca
F lore. ¶ Ratio. Expecta: hyemis tedium hoc pulsu
ra festinat. ¶ Dolor. Frigore crucior importuno.
¶ Rō. Ecce tibi estas accelerat: huius ipsius alla
tura desideriū. ¶ Do. Frigoribus urgeor. ¶ Rō.
Uix incōmodum inuenies: cui non inuenerit natu
ra remedium. Et sepe vnius remedia multa sunt:
Arcent frigus: tectum: uestis: cibꝰ: labor: exercitiū.
Raro qsq̄ꝫ frigore vincit nisi victus inertia. Piget
ignem inter remedia numerare. Magnum morta
lis ignauie argumētum. Nō tam facile vini e do-
lio imixta aqua linteo madēte detrahitur q̄ꝫ e tur-
ba hoium hyeme accenso igne inertes a fortibꝰ se-
gregantur: Omnes eo confugiūt quibus nihil san
guinis neruorūqꝫ animi est: videre licet sed non li-
bet iuuenes nostros ut formosi videant deforma-
tos abscissosqꝫ pubetenꝰ sese ignibꝰ ingerētes: quā-
to erat honestius pudēda cōtegere q̄ꝫ se mustis na
tibus inamenum naribꝰ nidorem respirare? ¶ Do.
Nūc tremo: nūc estuo. ¶ Rō. Credo id facile: mo
res noui: ⁊ te loquēte qḋ occurrit dicam. Recēs
at breuis historia est: Pater in gallijs pro capitali
causa cum adolescente filio comprehēsus: ⁊ fm ri
tum gentis in aenū missus ac decoqui iussus erat.
Cum forte igitur in aquā hyeme gelidam nudi ac
vincti pariter descendissent: cepit adolescēs treme
re: ⁊ frigus magna dentium collisione testari: ubi
subiectis ignibꝰ cepit aqua feruescere: Ille lamētis
ac gemitu impatiētiam caloris exprimere. Contra
imotus ad utrunqꝫ ⁊ toruo illum vultu respiciēs
senex: Uilissime inqt meretricis fili: nec frigus igit
nec calorem pati potes? Uerbū mali forsan sed cō
stantis solidiqꝫ animi dignumqꝫ quo illesus e uase
mortifero prosiliret. Ceterum uestris nūc adolescē
tibus conuenientissimum: qbus nihil effeminatius:
nihil eneruatius est: estate solem execrantibus ut
G athlantes solēt: hyeme ignem adorātibꝰ ut Chal-
dei. ¶ Do. Nix me tedio afficit. ¶ Rō. Delicati
etiam iucūda fastidiūt. Atqui niuem sine uētis de
scēdentem quidam inter pulcherrima ponūt: Por
ro si quid est niue pulchrius: nil certe candidius.
¶ Do. Nūc estibus: nūc frigoribus nimijs: nūc sic
citate: nunc imbribus angimur. ¶ Rō. Impatien-
tissimum caloris Alexādrum ferunt: Nempe qui
⁊ dire ⁊ prospere fuit impatiēs fortune: Cōtra vo
caloris ac frigoris patiētiam parem dant Hanni-
bali: Cur nō tu aliquam tibi uel dissimilis partem
laudis arripias: eque ille utrunqꝫ potuit ferre: tu
neutrum? Hoc uobis primū tribuit uoluptas que
emollit eneruatqꝫ: ⁊ ut uere dicam castrat aios: ut
non hostiles tm̄ gladios aut mortē sed ipressiones
aereas formidetis. Clamo aūt ⁊ sepe frustra qdē:
quoniam surdis clamo: Linquite suū officiū natu
re: nihil sine eternis agit illa cōsilijs. Stulti ⁊ igna
ri: ne vna prorsus aque stillula plus minus ue q̄ꝫ
expedit in terram cadit: ⁊ si non singuloꝝ libidini
at saluti oium consulitur. ¶ Do. Hic luto: hic pul
uere: hic nubibꝰ: hic uētis ac tonitru turbor. ¶ Rō
Atqui terre uarietas: celi uarietatē sequit: Udus
aer lutū parit: siccus puluerē: sic de motu aeris uē
ti de uaporibꝰ nubes: de uētis ac nubibꝰ tempesta-
tes ac fulmina ꝓdeunt. Qui rerū causas nouit ⁊
nature se prebuit: obsequētem cōsequētiam effectu
um nō deflebit. Et de uētis lꝫ apud quosdam ma-
gna sit questio: nōne tamen tibi aer oi carēs uento
pene semianimis videat: ut non inepte quidam uē
tum animam dicant siue spiritum? Puluerem cer
te apud multos viris fortibus dulcem vides: Idqꝫ
ut de luto etiā credi possit diuersoꝝ operum vna
virtus efficiet. Tonitrua vo ⁊ cōcitatiores celi mo
tus: quid nisi cōminationes ⁊ monitus miserātis
dei sunt? qui certe nō minaret nisi amaret hominē
sed feriret: cum multe ⁊ graues nunq̄ꝫ desint feriē
di cause. Ad terrorem vo hec formidinemqꝫ mor-
talium spectare: sed ante alios illoꝝ qui rebellant
deo: nō solū nature gnarus meminit poeta: sed ua-
tes illa etiā diuini cōscia ꝯsilij que ait: Dñm formi
dabūt aduersarij eius ⁊ sup ipsos in celis tonabit.
Formidate uerū tonātem aduersarij: enitimini in
grām redire: ut amici dei effecti: nihil oino nisi eiꝰ
offensionem timeatis. Hoc potius agite ⁊ quere-
las mittite. ¶ Do. Fusco ⁊ nubilo cōtristor aere.
¶ Rō. Nulla tēpestas durat: ⁊ sereno nubes suc-
cedunt: ⁊ serenum nubibus frequēs imo iugis al
ternatio: ⁊ ferendum sine questibus qḋ tā breue
est. ¶ Do. Offendor nubibus. ¶ Rō. Offensio
admonitio quedam est: ut iam hinc tibi ꝓuideas
ne tenebras quas momētaneas egrefers: aliquā-
do ꝑpetuas patiaris. ¶ Do. Igne celesti turbor ⁊
grādine ⁊ ꝓcellis. ¶ Rō. Hec ⁊ his similia ad ti-
morem salutiferum: uel si spernitis ad vindictam
sūt. Audi vnum: Ignis: sulphur ⁊ spiritus ꝓcella
rum pars calicis eoꝝ. Audi alterum: Ignis: gran
do: fames ⁊ mors: hec omnia ad vindictam. ¶ Do.
Tempestatibꝰ turbor equoreis. ¶ Rō. Noli hic
naturam: sed tuam uel stultitiam uel auaritiam ac-
cusare: quis huc te coegit? ¶ Do. Tenebrosis nu-
bibꝰ ⁊ cōtrarijs uētis afficior. ¶ Rō. In tenebris
natus ⁊ in tenebris moriturus inter rerum cōtra
rios uētos viuis: Disce qḋ semp pateris tandem
pati. ¶ Do. Tonitru ac fulmine qtior. ¶ Ratio.
Plus hic aliquid q̄ꝫ tedium est: In primo equidē
metus ingens nisi stultis qbusdam cōtemptoribꝰ
In secundo aūt mors. Itaqꝫ qbusdā visum est de
fulmine nō nisi inexptum qri. At qs oro nisi amēs
hec nō metuat: cum cautū apḋ fortissimos hoium
romanos videat ueteri statuto ut Comitia populi
Ioue tonāte nō teneāt? Ceterū metus hic nisi ad
emēdationē vite spectet iutilis est. Quid ꝓdesse
eni pōt timor ubi nullū est remediū formidate rei
Huc uertēda res igit ut lꝫ nālibꝰ cāis tonet ac ful-

minet: Nihilominus tamē cōmonitoriū existimet illius qui nullis obstructus causis ipse fons oium causarū est. Ille qdem ideo tonat in celis: ut tu in terris bene viuas ⁊ obliuione discussa irascentem dn̄m recognoscas: qđq amore debueras saltē metu facias. Nolite q̄ri: oia eque bona ⁊ mala expedit uobis: mihi credite: ut sepius tonet: ⁊ q̄ꝫ sepe tonuisse memorie traditū est eo anno quo uerus dei aduersari⁹ ac pietatis hostis Domitianus iterijt: non ut exclametis sicut ille feriat iam quem uolet sed ut iram dei pijs lachrymis ac humili prece vincatis. ℂDo. Ebrioꝝ cōgressibus letitiaqꝫ contristor. ℂ Rō. Uinuꝫ letificare cor hois ⁊ bacchum letitie datorem: ⁊ si Dauid Uirgiliusqꝫ nō diceret: notum est. Et q̄uis illud quoqꝫ uerum sit qđ horꝫ non facūdior sed sanctior uates ait: Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: plus tn̄ feruidi gaudij seu letitie gestiētis: ut philosophi uocāt: pauca potētis vini dolia: q̄ꝫ multa nitētis aque flumina cōtinent: Fateorqꝫ ebrioꝝ letitia nil tristius: nihil opificibus ⁊ tabernarijs: quos merito ciuitatum facē Cicero uocat: ineptius uel ferēdum tamen uel urbibus abeūdum uel foro saltem ac plateis ⁊ tabernarum scenis tanq̄ꝫ scopulis abstinēdum. ℂDo. Turbis premor frequentiaqꝫ ciuium importuna. ℂ Rō. Crux ⁊ inhumanum uotum est: optare patrie solitudinem quo ipse sis laxior: ob hoc enim illa olim ut nosti forꝫ Appij Claudij mulctata: ⁊ illa innocēs ultimo apud scriptores celebrata est: ut uo illud iniquum ⁊ supplicio dignum: sic vitandi studio fastidij se turbis eripere: ⁊ si res poscat urbi cedere: modestum ac sapientibus usitatum est. ℂDo. Longo ⁊ segni iudicio laboro. ℂ Rō. Ad quid inuenta transactio est nisi ut litem finiat ⁊ tarditatē iudicij antecedat? ℂDo. Mesto ⁊ turbido atteror litigio. ℂ Rō. Pro te aptis epithetis usus es: ubi enim lis: ibi nec gaudium nec tranquillitas esse potest. Tu si litibus vis carere: litiuꝫ comtemne materiam. Auaritia lites parit ⁊ partas alit.

ℂDe terremotu. Dia.CXI. ℂDo.

Terremotuꝫ timeo. ℂ Rō. Magnū fateor nature parētis incōmodum: nec imerito a parētibus segregatum: Nēpe cūctis grauius sed rarius idqꝫ remedij loco fit. Sepe qdem instās tonitru celi facies mesta pnūciat: terremot⁹ psagiū nullū est. Et si eū Pherecydes aqua putei hausta pdixisse feratur: Adde qꝫ aduersus celi minas aliqđ fortasse refugiū subterranee offerūt cauerne: q̄le illđ legit̄ Augusti Cesaris fulgura metuentis: qđ adhuc Rome via cernit̄ flaminia ⁊ nomē seruat auctoris: Contra terremotum nulle sunt latebre: nulla fuga: Quo enim extra terrā fugiat terrenus homūcio: aut qd fiet si ⁊ supra uerticem celum tonat ⁊ sub pedibus terra tremit: nisi forte qs in pelagus fugiēdum dicat: qđ ⁊ celestis ⁊ terrestris uarietatis est particeps: ⁊ suis insuper motibus inquietum? ℂMe. Non tu mihi remedium das ut soles sed periculuꝫ exaggeras. ℂ Rō. Sētiebaꝫ ita tibi visum iri: ⁊ sic haud dubie se res habet. Sunt que dissimulari queunt ⁊ uerbis extenuari: ut que fama terribilia visa erant: re ipsa nūc tolerabilia: nunc ⁊ contēptibilia videant̄: Id sane de quo agitur tale est: ut sua quadā vi humani eloquij argumenta discutiat: vnum est solamen ut dicebam raritas. Uidisti etatem pene integram terremotibus uacanteꝫ: quo in spatio innumerabiles obijsse non est dubium qui in vita solum rei terribilis nomen audierit: nullum res visa terruerit: alioquin queꝫ non conspecta promoueant: uel antiqua illa: uel hec noua: quoꝝ uel in libris uel in animis hominum qui viderunt: memoria recens est: quando ⁊ olim vno eodēqꝫ die motu horrifico ⁊ cōcussa Rhodus ⁊ noue insule profundo maris emerserunt: ⁊ uetuste urbes Asie duodecim corruerunt: nōnulle etiam terre hiatibus hauste sunt: Dehinc eadem pestis in Achaia Macedoniaqꝫ deseuijt: Demuꝫ in Campania illa pulcherrima: non italie tm̄: sed totius etiaꝫ mundi parte circa Senece etatem: qui inter questiones naturales rei huius meminit: quando ⁊ Herculanum ⁊ Pōpeios urbes tractus illius nobilissimas: ipsam quoqꝫ Parthenopem ea peste uexatam legis. An ne cuncta seq̄r que ifinita materia est: nuper alpes aereas que italos a germanis separant: quaruꝫ motus insolitos Maro ait: ⁊ motas ⁊ multis in locis disiectas cernere potuisti. Et confestim postea ipsam urbiuꝫ reginam grauiter agitatam usqꝫ ad ruinam turrium ac temploꝝ aliquotqꝫ alias humi stratas: moxqꝫ uelut perpetuo maloꝝ ordine germanie partem illam que nobilior habet̄: totam scilicet rheni uallē tremuisse atqꝫ in ripis Basileam urbem funditus ⁊ octoginta eoqꝫ amplius castella: vno simul temporis momento corruisse notū est. Horrēdum plane negocium: nisi arcem terribilium mors teneret. Hanc qui timere desierit: nil timebit: utqꝫ eleganter ait Flaccus: Si fractus illabat̄ orbis in pauidum ferient ruine: Nam quid refert an in te lapis exiguus sic descēdat ut perimat: an te ingens obruat Apeninus: seu potius fractus orbis: ut est dictum: si utrobiqꝫ nil amplius est q̄ꝫ mori: nisi quia quibusdam fortasse mors clarior videri potest que maiore infligitur instrumento. Hec tandem nostri consilij summa est quando ⁊ aduersus fulmen aliquid diximus eē remedij: ⁊ utrunqꝫ uel obstando uel cedendo reliquis malis occurritur: contra hoc vnum nec fuga ualet nec ingeniū nec vis ulla: hūc qui vnus horribilia cuncta facit: ponendum ante omnia metum mortis: Aliquanto non inficior factu difficilius q̄ꝫ dictu sed nequaq̄ꝫ ipossibile. Et quoniam ab hac peste: nec tempus ullum nec loc⁹ immunis est omnibus locis atqꝫ temporib⁹ ad omnium que uel naturaliter: uel fortuito euenire possunt: tolerantiam preparandum armandumqꝫ animum: qđ nisi virtutis amor vitijsqꝫ odium accesserit utiqꝫ fieri nequit. Deniqꝫ quando non celū modo quod in contiuo motu est ⁊ elementa vndiqꝫ comminantur: sed ⁊ terra cui insistitis ⁊ que periculorum omnium firmissimum presidium sperabat̄: ipsa quoqꝫ concutitur: incolasqꝫ suos fallit ac territat: ad celū animi uolatibus ascendēdū: Interqꝫ hos rerum mot⁹ atqꝫ hoium omnē in illo spem habendam qui respicit terram ⁊ facit eam tremere: de quo scriptum est. Ego dn̄s ⁊ non mutor. Quisquis in illo uestigia deuote mentis affixerit: iaꝫ in solido ⁊ in tuto erit: neqꝫ amplius aut ipse moueb itur aut ullos metuet terremotus. ℂMetus. Nō possum terremotibus non moueri. ℂ Ratio. Potes autem a terra oēm spem atqꝫ omne desiderium remouere? Hoc fac ut securus viuas eaqꝫ uel

tremente uel ruẽte consistas. Stultum est firmam in re tremula spem habere.

¶ De peste latissime seuiẽte. Dia.XCII. ¶ Met⁹.

A P Estem latissime seuiẽtẽ horreo. ¶ Rõ. Et hic quoq; nil amplius q̃ mortis est met⁹: quo deposito plena securitas parta erit: cũ nõ is magnis animis nõ deposit⁹ modo sed ne ad missus qdem esse debeat: Nã qd minus viri est q̃ horrere cõia? ¶ Me. Pestẽ timeo. ¶ Rõ. At qd aliud tibi si morieris ad usitatũ genus moriẽdi pestis addiderit q̃ ut comitatior moriare? Sin euaseris: ut dulcior vita sit: tot circũfusis erepta periculis si mori piculũ nõ natura est: neq; eni oẽs pestis pimit: Aliogn ex hac peste nouissima cui par a seculis nõ fuit: nullus hoiuz euasisset. Euaserũt multi: qui melius obijssent: hinc ut vides fere solita nũc etiam mundus exuberat: quam nulla vnq̃ pestis: nulla mortis manus exhauriet tam concreta est.

B ¶ Me. Pestẽ metuo. ¶ Rõ. Dic qđ est ueri⁹: mori times: de quo nobis: ut te video in querelas pronũ anteq̃ res desinat disceptãdum reor: pter hoc enim qd est ꝙ pestis nomen exhorreas: cũ potius: ut est dictũ solatij genus sit perire cum plurimis? ¶ Me. Pestẽ horreo. ¶ Rõ. Si ad hoc te humani generis charitas q̃dam trahit: est qđ laudem: Nihil est magis hois q̃ humana incõmoda miserari. Sin tui tm̃: est qđ arguã: Nã qd pestis nocitura mortali: nisi ut facias qđ facturus es: nisi illud iter dãna cõnumeres: nõ lugeri qđ in talibus accidit: ꝛ feliciores censes qui multum fleti ad superos apud Uirgiliũ memoratur.

¶ De tristitia ꝛ miseria. Dia.XCIII. ¶ Do.

A T Ristis suz. ¶ Rõ. Refert qua ex causa tristis sis aut letus. Ista eniz ut alia multa indifferentia dixerim que leui mométo possint esse bona uel mala. Tristitia nẽpe de peccato utilis: modo ne desperationi surrepẽti clãculum manum det: At gaudiũ de virtute deq; memoria bonorum operũ honestũ: modo ne ingerẽti se supbie fores pãdat: Harũ igit passionũ premittent cause: vitupatio illic locum laudis inuaserit: nũc tu ipse qd sis tristis cogita. ¶ Do. Huius vite miseria mestus sum. ¶ Rõ. Felicitas te letificet alteri⁹ vite: Neq; enim tã hec misera ꝛ si ꝑfecto miserrima sit q̃ illa est felix. ¶ Do. Mestus suz. ¶ Rõ. Mali hui⁹ tot radices: quot sunt que vno noie aduersa dicit: de qbus ꝛ multa iã diximus. Et ut te pronũ in q̃relas video: multa nũc etiam sunt dicẽda. Est aũt qñ nulla prorsus apparẽs causa: nõ morbi: nõ dãni: nõ iniurie: nõ ignominie: nõ erroꝝ mores: neq; ullus oino rerũ taliũ ꝛ inopinus rumor: sed dolendi uoluptas quedã que mestã aiaz facit. Pestis eo funestior: quo ignotior: cã atq; ita difficilior cura est. Itaq; in hãc ceu aie scopulũ oi ueloꝝ ut dici solet ac remoꝝ auxilio fugiẽdam cẽset Cicero: Cui in hoc qdem ut in multis assentior. ¶ Do. Presentis me miserie cogitatio mestũ facit. ¶ Rõ. Mise

B riam cõditionis humane magnã multipliceq; nõ nego: quã qdaz integris uoluminib⁹ defleuẽ: Sed si in diuersum aspicias: multa itidẽ que felicẽ vitã ac iucũdam faciãt: videbis. Et si de hoc: nemo hactenus: nisi fallor: scripserit: aggressiq; aliqui destiterint: ꝙ difficilẽ ꝛ ꝯriam scribẽtib⁹: steriliorez lõgeq; iparẽ mãm se sortitos itelligerẽt: eo ꝙ humana miseria nimis ul'ra ꝓrsus euidẽter emineat: felicitas parua ꝛ latẽs stilo altius fodiẽda sit ut ostẽdi possit incredulis. An aũt ut ex multis sũmaz de liberem parua uobis gaudij causa est: Imago illa similitudo dei creatoris: humana intus in aia: ingenium: memoria: ꝓuidẽtia: eloquiũ: tot inuenta: tot artes huic aio famulãtes: huic corpori qbus necessitates uestre oẽs diuino beneficio: cõprehense sũt: tãte quoq; opportunitates: necessitates ꝛ tam uarie rerum spẽs: non necessitati tm̃ uestre: sed oblectationi seruiẽtium miris ꝛ ineffabilib⁹ modis: tãta vis radicũ: tot herbarum suci: tot florum: tam iucũda uarietas: tot odoꝝ ꝛ colorum ꝛ sapoꝝ ꝛ sonoꝝ: ex contrarijs orta cõcordia: tot aialia celo: terris ac pelago: nõ nisi uestris usibus dedita hoisq; solius ad obsequium creata. Nisi enim peccati iugum spõte subijssetis: oiuz que sub celo sunt dñiuz haberetis. Adde collium ꝓspectus: apricationes uallium: vmbrosos saltus: algẽtesq; alpes ꝛ tepẽtia littora. Adde tot salubres scatebras aquarum: tot sulphureos fumãtesq;: tot nitidos ac gelidos fõtes: tot ifusa ꝛ circũfusa terris maria: tot amnes assidue mobiles: ꝛ imobili stabilitate certissimos regnoꝝ fines. Adde lacus maris emulos ꝛ stagna iacẽtia ꝛ riuos inter mõtium cõnexa pcipites ꝛ floreas ripas riparũq; thoros ꝛ prata recentia riuis ut Uirgilius ait. Quid sonoris littorib⁹ spumãtes scopulos antraq; roscida: ꝛ flauescẽtes agros ꝛ vineta gẽmantia ꝛ commoditates urbium ꝛ ruris ocia ꝛ solitudinum libertatem? Quid spectaculorum omnium lucidissimuz ꝛ angustissimum stellãtis celi ambitum incõprehẽsibili celeritate uolubilem? Inq; illo fixas ꝛ errãtes quas dicitis seu uagãtes stellas: Solem in primis ac lunã clarissima mũdi lumina: ut Maro ait: seu lucidũ celi decus: ut Flaccus ait: Hinc terre fruges: hinc vigor animãtium: hinc uarietas tẽpestatuz: hinc nos annũ: hinc mẽses ꝛ dies ꝛ noctes ꝛ momẽta metimur: sine qbus vita fastidio nõ careret. His accedit corpus licet caducum ꝛ fragile impiosum tñ aspectu serenũq; ꝛ erectum aptũq; celestibus cõtemplandis: Accedit imortalitas aie ꝛ ad celũ iter ac pcio exigua merces inextimabilis: ꝛ que in finem sciẽs distuli: q; tam magna erant: ut per me illa non capere nisi fidei magisterio didicissem: ꝛ resurgendi spes ꝛ hocipsum corp⁹ post interitũ: agile qdez lucidumq; ꝛ inuiolabile multa cuz gloria reassumẽdi: Et quod omnem non humanam modo: sed angelicam dignitatem supereminet: ipsa humanitas sic cõiuncta diuinitati ut qui deus erat homo fieret: Ideq; vnus numero perfecte duas in se vniens naturas esse inciperet deus ꝛ homo: ut hominem deũ faceret factus homo: Ineffabilis dei pietas atq; humilitas: sũma hois felicitas ac gloria: altũ vndiq; occultũ mysteriũ: mirũ ꝛ salutare commertiũ: qđ nescio an celestis: sed profecto mortalis lingua non equat. Parum ne tibi autez uel hoc vno nobilitata cõditio humana: partiq; expurgata miseria uidet: seu quid oro altius nõ dicã sperare: sed optare: sed cogitare homo potuit q̃ ut esset deus? Ecce iam deus est: Quid iaz restat oro quo uota uestra suspirent: nedum reperire quidem sed nec fingere maius aliquid relictum? Certe cum ad salutem uestram se diuinitas inclinaret: non aliud cum posset: nisi humanum corpus humanamq; animam assumpsit: nec angelice speciei ascribi uo-

luit sed humane: ut sic quātum te dn̄s tuus amet agnoscas ⁊ gaudeas. Ita eni ut preclare ait Augustinus: demonstrauit carnalibus ⁊ non ualentibus intueri mente ueritatem corporeisq3 sensibus deditis: q3 excelsum locum inter creaturas haberet humana natura. Quid q3 idem ipse uos qui hac sua dignatione tam mirifica angelis quoq3 ptulerat: ipsos uobis angelos custodes adhibuit: ut modis oibus uestram inter creaturas excellētiā demonstraret? Ait nēpe Hieronymus: tantam dignitatem esse aiarum ut vnaqueq3 ab ortu suo habeat angelum sibi ad custodiam deputatum. Paterna uere ⁊ plusq3 paterna de uobis deo cura est: Et ut dictum Satyrici parūper inflectam: Uere charior est illi homo q3 sibi. Quis hec inter tristitie locus aut querele? Nō natura igit̄ uestra: sed culpa mestos uos ⁊ q̄rulos facit. ¶ Do. Mestum me originis vilitas ⁊ nature fragilitas nuditasq3 ⁊ inopia ⁊ fortune aspitas ⁊ vite breuitas ⁊ finis incert⁹ facit. ¶ Rō. Multa studio cōquiris ut mestus sis: cōtrio instandum erat: ut honesto gaudio letus esses: Noui aūt mores: cupide malis uestris incūbitis. Proinde qd̄ ad utilitatē originis attinet: aut corporis feditatē qcquid quorumlibet ingenijs aceruatum est: nō solum admota resurrectione illa quā uera mortalium fides sperat: ⁊ glorificando corporum nobilitate diluit̄: sed presenti etiam decore minuitur: interq3 oia diuine manus opera singulari quadam hoīs maiestate? Nā quid ortus obscenitas humane detrahit dignitati? Nōne feda e radice pcere frondentesq3 arbores: herbosum solum gratis ymbris uestiūt? Nōne fedissimo fimo segetes lete fiūt: nec fastidit̄ origo vilissima rei optime? Uos segetes dei estis: in area iudicij uētilāde: sūmeq3 p̄risfamilias in horreo reponēde: Terrestris fuerit origo: q3q3 nobilis ac celestis ex pte sit: sed fuerit q̄liscunq3 ortus: quantūlibet difficile incrementum: sedes ultima celū sit. Quid illa nuditas imbecillitasq3 corporea multarūq3 rerum grauis indigētia: que humane cōditionis infamie ascribūtur? Uariarum nōne artiū ac multiplici remediorum supplētur auxilio: ut magis ad gloriam hoīs q3 miseriā trahi possit? Or animātib⁹ ceteris ratione carētibus p̄ualidam cutim vnguesq3 ⁊ villos mater natura puiderit: homini vnum reptorem oium cōtulerit intellectum: ut illa scilicet alieno: hic suo quodam pprio ⁊ interno p̄sidio tut⁹ esset: Cetera quātum nascētibus obtigisset: ⁊ nō amplius vnus hic tantū haberet: quātum vincēdo meditando q3 sagaci assequi possit ingenio. Sic seruis dn̄s ac bubulcis si quid forte cibi nobilis largiat̄: suam cuiq3 portiunculam assignat: uxori nihil: aut filio: ut illic hoc tantū: hi pro eoꝝ captu plus minus ue percipiant: Sic illis frenū preponit̄: his libertas: Animantib⁹ igitur que uel senio uel scabie depilata: aut caligantia oculis: aut pede clauda conspicimus: remedij nihil est nisi ab hoīe conferatur: Homo aūt per se nudus ingenio uestit̄ atq3 ornat̄: ⁊ si res poscat armat̄: Claudus atq3 debilitatus equo aut naui fertur aut uehiculo aut auxiliantib⁹ bacillis innitit̄. Deniq3 modis sese oibus adiuuat attollitq3: quin amissis artub⁹: pedes ligneos: man⁹ ferreas: nasos cereos fabricari didicit: ⁊ fortuitis casibus obstare ualitudinē fatiscentē medicaminibus erigit: gustūq3 torpētem saporibus excitat: visum languidum ocularib⁹ refouet: qua in re maiorib⁹ uestris acuti⁹ cogitastis: qui uasculis vitreis aqua plenis: ut Seneca meminit: utebant̄: ppe delectabilis nature ludus: blāda parēs ac benigna: quod hinc filio eripit inde restituit: ⁊ cum tristem fecerit ɔsolatur. Quid q3 equus: bos: elephas: camelus: leo: tigris: pardus ⁊ similia quātarūlibet viriū cum senuerint contēnuntur: cum obierint non sunt: cedunt senio: succūbunt morti: solum hoiem virtute preditum: que hoīs solius est ppria: ⁊ uenerabilē senect⁹ ⁊ mors gloriosum ac felicē facit: trāsferēs non extinguēs: Et ad sūmam: aialia quedam robustiora sunt hoīe: quedam uelociora: qdam sensibus uegetiora: nullum dignitate p̄stantius: nullum cui⁹ par cura creatori fuerit. Dedit sphericā capitis figurā effigiēq3 sydereā: Pronaq3 cū spectēt aialia cetera terram: Os hoī sublime dedit celūq3 videre iussit. Et erectos ad sydera tollē vultus: ut pclare ait Naso: dictum licet pus a Tullio: Dedit oclos: dedit frōtē: in qb⁹ secreta ai relucerēt: dedit rōnem: dedit oīones dedit lachrymas: dedit risum: affectū signa latētium: que q3uis ad argumētum miserie qdam trahāt: q3 flet⁹ precor risus serus sit: Ortus enim statim flet: ante diem q̄dragesimum nō ridet: Id uel maxime prudēs aial arguit: uēturiq3 p̄sciū: nō eqdē finis quē virtutis gubernaculo felicem dicor: sed difficilem q3 ingressus est stadij atq3 instantium laboꝝ: Deniq3 quodcūq3 robur est alijs quecūq3 uelocitas: quecūq3 opportunitas: quecūq3 cōmoditas tota hoī deseruit. Ille indomitos boues ad iugum: ⁊ feroces equos ad frenum cogit: Ursos vnguibus: apros detibus: ceruos cornib⁹ metuendos: decus fecit ille mēsarū: Linces: vulpes ⁊ infinita id genus: quia esui non erant usui pellis ac corij reseruauit: retibus maria: canibus siluas: uolucribus: celum omne lustrauit: Et quibus cum nullum erat homini cōmertium: humanas uoces intelligere ⁊ humanis nutibus obsequi docuit: sic ex omni nature parte partium aliquid. Non est tibi bouis robur: at tibi bos arat. Non est tibi equi celeritas: tibi tamen equus ambulat. Nō est tibi herodij uolatus: sed herodius tibi uolat. Non est tibi elephātis aut cameli moles: sed ille tibi turrē uehit: hic sarcinam. Non est tibi cerui corium: non agni pellis aut vulpecule: sed illi hec tuo noie possidēt. An ne igitur his qui uos inopes taliū dicūt: haud inelegās responsum illud sit romani ducis: habere ista hoiem nolle: sed hec habentibus imperare? Et hec quidem modo breuiter: partim philosophice: partim catholice dixerim. Ad egritudinē v̄o animi: ita enim hanc philosophi appellant: ⁊ de pellendam ⁊ tranquillitatem reuehendam prodērit nosse qd de primo Cicero in Tusculano sub tertia luce disseruit: quid de secundo Seneca in eo libro quem de animi tranquillitate composuit. Festinanti quidem ad alia ⁊ spectanti metham nō uacat vniuersa complecti. Pro tempore igitur alligatum vulnus ostēsq3 medici aiorum quibus si hec nō sufficiūt uti queas: Iā tria illa que ultimo questus es: ne respōso quidem digna credidi: quando ⁊ aspitas fortune ipsa est de qua magna pars huius secūdi colloquij nostri fuit ⁊ futura est: ⁊ asperitatem ipsam breuitas lenire debet ac minuere: ⁊ incertum vite finem statuit natura: ut p̄sens semp aut proximus crederetur.

¶De dentium egritudine. Dia.XCIIII. ¶Do.

A d Entium uero2 egritudine.¶Rõ. Dẽtiũ fidas intestinis vide qñ ipsa te ossa destituunt.¶Do.Tremere dẽtes icipiũt.¶Rõ. Quid mollib⁹ spei est:duri ⁊ solidi nutãt artus? ¶Do.Dẽtib⁹ eger sum.¶Rõ.Inualidũ ⁊ caducum aial est homo:cui etiaz que ꝑualida uidebantur infirma sunt.¶Do.Magnus me dẽtium dolo2 hẽt.¶Rõ.Et que ad decus ꝑcipuũq; oris robur obtigerant:doloris in materiam uerti vides: ut intelligas q̃ mãsura sit hec cui tã secur⁹ insides mo2talis compago domicilij.¶Dolo2.Iam mihi vnus alterq; dẽs cecidit.¶Rõ.Iã ergo uel hinc existima q̃tum deo debeas tot tantisq; munerib⁹ quoꝝ paucissimis ac minimis caruisse supplicium ⁊ flebile damnum ducaſ:digna ingratitudinis pena est.Seruus ut dñi largitatẽ quam pñtem spernit absentem lugeat: ⁊ quã lucris itelligere noluit dãnis intelligat.¶Do.Iam dẽtibus exarmatus sum.¶Rõ. Iam iermis cũ uoluptate luctaberis: minus comedes:partius ridebis:lẽti⁹ mo2debis alienã famam.Loqui parantẽ fracta spes dentiuz frenabit:Et si non castitas saltẽ pudo2 ab illicitis osculis senilẽ petulãtiam cohibebit.¶Do.Iã mi-

A Iliacum patior dolorem. ¶ Ratio. Sperare incipe: quandoquidem quod taꝫ tristius metuas nil est. Sicut autem ad extrema gaudij peruenisse principiũ gaudij sit oportet. Contrariorum hec lex est: Alterum ex alterius fine oritur. ¶ Dolor. Dolore torqueor iliaco. ¶ Ratio. Spes est fateor acerba solatij: nil acerbius pati posse. ¶ Dolor. Iliaco crucior dolore. ¶ Ratio. Qui dolet ac metuit ille miser est: vndiqꝫ tibi pars altera miserie metus eripitur: Nam quid oro metuat qui ipsam que ab omnibus preqꝫ omnibus metuitur mortem sperat? ¶ Dolor. Iliaco dolore discrutior. ¶ Ratio. Disce viuens mori quodqꝫ non nisi semel fit sepius experire: facies securius tandem semel quod tam sepe temptaueris nihil enim noui facies: simillimus dolor iliacus morti ẽ nisi ꝙ mors facilior breuiorqꝫ: ut qui hũc fortiter tulit: nisi metus alter interueniat multo illam fortius sit laturus. ¶ Dolor. Dolore rumpor

B iliaco. ¶ Ratio. Magnitudo ipsa doloris finem spondet: Nemo enim diu moritur. ¶ Do. Quid ꝙ dolor extasim parit? ¶ Ratio. Longos febriũ dolores breui transigi suspirio. ¶ Dolor. Aduentare extasim intelligo. ¶ Ratio. Uix id quideꝫ intelligere est: Nam ⁊ repente aduenit ⁊ presens intellectum viribus suis priuat. ¶ Dolor. Linqui animo incipio. ¶ Ratio. O felix qui rem necessariam: utqꝫ aiunt durissimam sine sensu sis obiturus. ¶ Dolor. Sepe extasiꝫ incurro. ¶ Ratio. Sepe mortuꝰ reuiuiscis. ¶ Dolor. Sepe extasiꝫ mortiferam experior. ¶ Ratio. Hanc plusq̃ semel experiri nequis. Nemo enim plus q̃ semel moritur. Quod autem optimum mortis genus esset inter doctos ac preclaros viros aliquando quesituꝫ est ubi Julius Cesar interfuit summus vir ⁊ imperio ⁊ doctrina: qui ⁊ ipse tempore extremo: ut de illo scriptum est repente linqui animo solebat: quam questionem ille sic absoluit: ut repentinum atqꝫ inopinum interitum commodissimum diffiniret. Que sententia ⁊ si pietati uereqꝫ religioni fortassis asperior videatur: sic tamen ⁊ cuilibet sapienti ⁊ presertim pio uereqꝫ religioso viuendũ est: ut sibi nil repentinum aut subitum esse possit: ⁊ si quid tale incidat animo: celeritas ipsa non noceat ⁊ prosit corpori.

¶ De totius corporis dolore ac languore uario. Dia.CXIII. ¶ Do.

Toto corpore langueo. ¶ Ratio. Si non languet hospes corporis animus bene est quicquid tuguriolo suo eueniat saluus erit. ¶ Dolor. Toto corpore crucior ingens malum. ¶ Ratio. Stoici vnum in rebus omnibꝰ humanis bonum dicunt virtutem. Et q̃uis alij aliter: hec uerior tamen viriliorqꝫ sententia visa est cui cõsequens est: vnũquodqꝫ qd̃ huic bono obijcitur malum esse vitium: quo fit ut dolor corporis molestissimus sit maluꝫ tñ utiqꝫ non sit. ¶ Dolor. Mei mihi misero ego torqueor: tu disputas philosophice fabelle. ¶ Ratio. Iure te miserum dicis: uel hoc ipso ꝙ humane vite regulas fabellas uocas. ¶ Dolor. Sonora hec in scholis famosa per libros: sed nec eculeos nec egrotantium ascensura grabatulos dicuntur scribunturqꝫ facilius q̃ probantur. ¶ Ratio. Immo vo ⁊ ad dolorẽ ⁊ ad egritudinem ⁊ ad mortem prosunt: sed non omnibus quippe que non omnium insedere pectoribus: ⁊ profecto quibus credita non sunt salubria eẽ non possunt. ¶ Dolor. Heu ego crucior tu disputas. ¶ Rõ. Iste tuus dolor necessario aut lentus erit aut intensus: atqꝫ ita uel facilem uel breuem patiẽtiam requirit. ¶ Dolor. Mei mihi summo crucior dolore. ¶ Ratio. Si summus: nempe breuis est dolor: parce gemitibus aut fugiet aut fugiat est necesse: Sit utriusqꝫ libertas in foribus interim forti animo ferre mortalia speciosum ac virile est. ¶ Dolor. Speciosum dictu fateor factu ne possibile quidem reor. ¶ Ratio. Nõ impossibilitas rerum est sed mollicies hominum que virtutis innumeros desertores fecit: ⁊ faciet dum omne difficile tanq̃ impossibile respuitur: virtus perijt cuiꝰ materia difficultas quideꝫ sed honesta est. ¶ Dolor. Sumus homines non dij ⁊ moribunda corpuscula vim doloris ferre non ualent. ¶ Ratio. Fragilia corpora humana non negem usqꝫ adeo qn usqꝫ ad tolerantiã omnis aduersi sat virium habitura

ſint:niſi maioꝛ multo eſſet infirmitas animorum. Illa eſt que viro indignos eiulatus: ⁊ muliebꝛes atq̄ humiles uoces elicit. Quid eſt enim oro te: cur impoſſibile homini cenſeas:quod ſepe olim ⁊ potuiſſe vides hominē ⁊ feciſſe? ℭ Do. Heu mihi rurſus ad hiſtorias uocoꝛ ⁊ in medio doloruȝ eſtu vix pꝛeſentium: vix mei ipſius memoꝛ ad memoriam pꝛotrahoꝛ antiquorum. ℭ Ratio. An non ergo clarorum recoꝛdatio virorum qui ſimilia foꝛtiter paſſi ſunt magnum affert in omni rerum aſperitate ſolatium ⁊ lenimen? ℭ Doloꝛ. Sentio ad imitandum rariſſimos hoꝛtaris:glorioſa conſilia ſed alta nimium ſupꝛaq̄ hominez. ℭ Ratio. Quid ſupꝛa hominem dicis non deorum tibi ſed hominuȝ rationes:hominumq̄ exēpla ꝓponimus. ℭ Doloꝛ. Hominum fateoꝛ ſed paucorum: eſtq̄ ultima ⁊ exacta raritas nullitati pꝛoxima: Non multum inter Phenicem ⁊ Chimeram intereſſe dixerim: Illos ſequoꝛ qui Chimeram nihil eſſe uolūt: apō alios nāq̄ Sicilie mons eſt. ℭ Ratio. Quaſi vō imitandus tibi pꝛoponatur Phenix ⁊ nō acies virorum:que quo rarioꝛ: eo dignioꝛ cui ſimilis fieri uelis:quiſquis raros ſequi negliget rarus eſſe vir non poterit. ℭ Doloꝛ. Uideo vnum ex paucis fieri iubes:vnus ex multis ſuȝ. ℭ Ratio. Pꝛope nullum te maluerim q̄ȝ ex multis vnum: Neſcio enim an non eſſe:an ſtultum eſſe ſit melius: Atqui plurimorum idem ⁊ ſtultorum e numero ſit opoꝛtet. ℭ Do. Ego vō nil peius eſſe q̄ȝ nil eſſe ſcio. ℭ Ratio. Neſcis quid mali ſit eſſe aliquid nec eſſe quod debeas. ℭ Doloꝛ. Ita hoc dicis: quaſi quod vni foꝛte accidit:debitum ſit omnibus:idq̄ ad omneſ trahi uelis. ℭ Ratio. Male ais foꝛte: virtus eniȝ non foꝛtuita ſed deliberatiua pꝛoꝛſus ⁊ electiua eſt non caſu equidez querenda ſed ſtudio. Neq̄ ego quod vni caſus dedit:ad cunctos:ſed quod virtuſ multis tribuit ad vnum traho:ad omnes tractura libentius ſed in vno etiam defatigoꝛ. ℭ Doloꝛ. At non omnia poſſumus omnes. ℭ Ratio. Non poeticum modo ſed paſtorium eſt uerbum: Scio: ſed te poſſe aliquid quod non omnes poſſint imo iam potes uelle cupio. ℭ Doloꝛ. Quid heu miſerum inquietas: nonne ſatis igitur toꝛquet doloꝛ? ℭ Ratio. Quietem potius afferre ⁊ hunc tibi toꝛtorem auferre meditoꝛ:quod niſi tu qui potes manum dederis:ſola non poſſuȝ. ℭ Doloꝛ. Pape:qd hoc eſt quod me poſſe ais:an poſſum dolorem nō ſentire quem ſentio:aut malum negare quod peſſimum experioꝛ? ℭ Ratio. Pꝛimum non requiro: obſtat enim natura:alterum ne impetrem:non natura:non ueritas:erroꝛ ſolus obſtiterit. ℭ Doloꝛ. Pꝛoh ſuperi:quoꝛſum hec inania que philoſophica dicitis ſcio plane dolorem non eſſe animi vitiū ſed coꝛporis. Scio dolorem aliud eſſe q̄ȝ ꝑfidiam dolere aliud q̄ȝ furari: hec me ut noua ne doceas ſatis magnum: ⁊ ſi nil aliud addideris: per ſe doloꝛ malum:cuius ego non noſcendi conſilio ſed ferendi ſeu ꝙ malim depellendi egeo:noui enim noſcemq̄ utinam minus quid eſt doloꝛ. ℭ Rō. Et ego dolorem rem acerbam ſcio:immitem hoꝛridā amaram:triſtem:nature aduerſam:ſenſibus odioſam:ſed que virtutis ope non dico dulceſcere: qō epicurus dixit:ſecum ipſe diſſentiēs:ſed leniri frāgiq̄:foꝛſq̄ etiā ſi uera aīum virtus armauerit aut

ſentiri partius aut quodāmodo nec ſentiri quidez poſſit. ℭ Doloꝛ. Armatus an inermis ego doloreȝ ualde ſentio ⁊ malum grande pꝛofiteoꝛ. ℭ Ratio Pꝛofeſſionem aliam ex te optabam. ℭ Doloꝛ. Si rurſus ad ſpecioſa retrahimur:delectāt aures uerba magnifica:ſed uera animum:quid ſi doloꝛ eniȝ coꝛporiſ animi patiētia maioꝛ ſit? ℭ Ratio. Quid ſi nulle coꝛpis uel illecebꝛe uel moleſtie:nulli angores ſtantis atq̄ obſtantis animi viribus pares ſunt? Quid ſi in omni luctamine modo non uolēs terga dederit:ſed toto niſu ac bona fide reſiſterit: ſemper animus ſuperioꝛ fuit:ſemper abijt victoꝛ? ℭ Doloꝛ. Quid vō ſi doloris intolerantiam moꝛbi feditas grauat ⁊ faſtidium ⁊ pudoꝛ. Quid ſi lepꝛa putre coꝛpus ac miſeruȝ inuaſit? Quid hic mihi ſermo tuus iſte contulerit? ℭ Ratio. Multum ſane ni reſpuis oſtendet tibi te qui cuncta reſpiciens:te non vides:iubebit meminiſſe terreū ⁊ moꝛtale coꝛpuſculum tibi eſſe non aereuȝ neq̄ eternū: nec mirari quidem opoꝛtere nec indignari ſi putredo in terram ſuam: ſi in ſedem fluxerit eſſe hominis:mentem ⁊ ſupꝛema eius ni rebellent ad felicitatem perpetuitatemq̄ diſpoſitam: eiuſdem partes infimas ⁊ moꝛti obnoxias ⁊ omnis miſerie capaces:Seu lepꝛa igitur ſeu epilentia: ſeu qd his turpius aut triſtius inciderit: cogitandū tibi acriter in miſeriarum uaſculum deſcendiſſe:quod ſuū erat deſtinatumq̄ illi figulo ab eterno:contra quē lutea uaſa ne murmurent admonentur: ꝙ illud in honorem:hoc in contumeliam: uerum cuncta fragilia finxerit atq̄ moꝛtalia. ℭ Doloꝛ. Ergo ego:te conſule ſine murmure ⁊ gemitu lepꝛam feram. ℭ Ratio. Plane me cōſule atq̄ auctore:cui ſi oſtēderis murmur aut gemitum utilē tibi leuamenq̄ aliquod mali eſſe uerſis ultro conſilijs utrūq̄ permiſerim ſeu iuſſerim: Q; ſi indignatio ⁊ querele nil aliud q̄ȝ acceſſio mali ſunt: quid moꝛbo coꝛporis addere animi moꝛbum iuuat teq̄ miſeriorem flendo facere ⁊ illum tibi foꝛſan infeſtiorem qui labores hominum ex alto videt:patientiamq̄ conſiderat:quam aut remedio cōpenſet aut p̄mio? An vō aduerſus oēs coꝛporeas peſtes:ſȝ quoniā nominatim vnam defles parum ſolatij:contra hanc ipſam eſt noſſe lepꝛam ſuperficiei vitium uel coloris eſſe non ualitudinis aut integritatiſ ſenſuuȝ atq̄ membꝛorum:ut Auguſtino viſuȝ ſcimus:nec phiſici cōtradicunt:ſed ut cutem penetret artuſq̄ dilacerās in pꝛecoꝛdia ima deſcendat:quod feciſſe legiť Plotino ingenti platonico. In animam certe deſcēdere niſi ipſa conſenſerit non poteſt qua incolumi nō pluris extrinſecus coꝛporis ſui habitus apud illā erit q̄ȝ bene ualentem apud hoſpitē q̄ȝ hoſpitij foꝛte paries extimus uentis ac imbꝛibus ſcaber ſit. Quid ꝙ lepꝛa poſſeſſorem ſuum vulgo eripit conſoꝛtioq̄ hominum ſepe eorum quos ut fugeres recuſandum nihil nulliuſq̄ non auxilium implorandum erat ut ad calculū res redeat:multis illa coꝛpus tedijs implicans:multis animum explicuit. ℭ Doloꝛ. Heu quid credam rerum peſſima laudāti. ℭ Ratio. Rerum peſſima non coꝛporis ſed animi vitia moꝛbiq̄ ſūt:nec idcirco ego lepꝛā ſȝ equanimitatem ⁊ patientiam laudo: nec indignanter nimiumq̄ flebiliter ferre ſuadeo humanarū tuaȝ pꝛopꝛiam rerum ſoꝛtem:cum ſummo tibi p̄ſertim

imperatore ac philosopho Constantino scilicet ac
Plotino de quo modo diximus communem: Po
stremo ante oculos habere celi dominum non le
pꝛam odisse sed vitium: Eumqꝫ ipsum angelorum
iudicem atqꝫ hominum: de quo scriptum est: Ne-
qꝫ habitabit iuxta te malignus neqꝫ permanebūt
iniusti ante oculos tuos: non tamen lepꝛosos hoꝛ-
ruisse seu fugisse: sed illorum domos adijsse atqꝫ
conuiuijs interfuisse. ¶ Doloꝛ. Tu me uerbis su-
peras doloꝛ rebus: ego autē non philosophorū nu
gis hac in re sed sensib⁹ meis credo illi mihi qd re
nuncient scio. ¶ Ratio. Pꝛimum quidem philoso
phorum aliquot ut uere ais: nugis quas nec excu
sare possum nec negare: philosophie totius graui-
tas non perit: que in eo quod nūc agitur: ut in mul
tis laboranti anime vna in terris tuta ꝓculdubio
arx est: Deide nihil absurdius inter mihi amicos
q̄ꝫ sensuum fallaci iudicio uerum queri: ingenio ac
studio ueritas est querenda non sensibus. ¶ Do-
H loꝛ. Heu quid me crucias ꝛ dolori meo addis te-
dium: pꝛoferas remediū: iam nunq̄ꝫ tu: nunq̄ꝫ phi
losophia tecum faciet: ut non sentiam quod sentio.
¶ Ratio. Mos gerendus delicato ac fastidienti
egro permittendumqꝫ aliquid interduꝫ: quod per
se nociuum sed utentis desiderio fit utile. Itaqꝫ fa
cile patiar: ut si languoꝛ: si supplicium: si offensio
afflictioqꝫ coꝛporis mala sunt: que incōmoda stoi
cis dici videntur honestius ipse quoqꝫ doloꝛ hinc
oriens dici videriqꝫ malum: ꝛ si ita vis ingēs pos
sit: sed virtute superabile: Utqꝫ iā litigio uerbi ce-
dam: amicus noster Cicero nos reducet in gratiā.
Non enim dolorē inquit: dolorem esse nego: Cur
enim foꝛtitudo desideraretur? sed euꝫ oppꝛimi di-
co patiētia: si modo est aliquid patiētia: si nihil est:
quid exoꝛnamur philosophia: aut quid eius nomi
ne gloriosi sumus? Hec Cicero. Multa ibi pꝛete-
rea diuine contra hoc seu incommodum seu malū
in Tusculano suo: scilicet secunda luce disseruit qn
qꝫ dierum disputationes pari libꝛoruꝫ numero cō-
plexus: quem signasse tibi locum uolui: ualet enim
miris modis ad id quo nunc eges: maxime patien
tiam roburqꝫ animi: quo eneruato atqꝫ amisso: fal
se vulgi subeunt sententie: ꝛ indigni viro gemitus
I erumpunt. ¶ Doloꝛ. Nunc languori meo ꝓpius
adhibes manum docens ubi illa reperiam que in
hoc statu stoicorum opinionibus inhumanis ac sa
xeis potiora ꝛ mihi oppoꝛtuniora cōfido: q̄ꝫuis ꝛ
confidendo diffidam: quia duꝫ remedij auidus se
pe locum illum repeto ad tolerantiaꝫ doloris: nū
q̄ꝫ mihi per me: nunq̄ꝫ uel Ciceronis ipsius uel cu
iusq̄ꝫ ope virium satis inueni. ¶ Ratio. Ego hanc
diffidentiam non repꝛehendo sed laudo: nemo si-
bi multum fidat: inqꝫ omni difficultate nō ab ho-
mine sed a deo speret auxiliuꝫ: At non ita ut arma
tos uēturos sibi de celo deos credat malis foꝛsan
interdum: nunq̄ꝫ certe diuinitas inertibus fauit:
ut subsidio dignus sis: quod in te est facito: excitā
dus attollendus ꝛ armandus est animus: cōtraqꝫ
suos hostes in aciem educendus. ¶ Doloꝛ. Reli-
K qua: nisi falloꝛ: intelligo: vnum quero: quenā sunt
hec arma animi que memoras? ¶ Ratio. Bñ ha-
bet: Iam cōcipio spem salutis tue. Inter asperita-
tes enim rerum flere muliebꝛe est: consultare autē
niti: obstare implorare consilium atqꝫ auxilium id
virile est ad vincendum efficax. Arma quidem ani
mi ꝛ bellandi artes pꝛo diuersitate hostiuꝫ multe
ꝛ uarie sunt. Nec ullū philosophie munus utilius
aut sanctius q̄ꝫ de his agere: que ut reoꝛ: aliquan
to magis ad nos pertinēt: q̄ꝫ nosse quid agāt astra
quid naturam Iuppiter intuens pꝛomittat: quid
Saturno iunctus Mars minetur: quos Mercu-
rius interpꝛes uagus a patre fratreqꝫ mores capi
at: quos ab obuijs quibusqꝫ: vnde iber ꝛ est⁹: vnde
tremoꝛ terris: qua vi maria alta tumescant: ꝛ non
nosse vnde estus ac tumoꝛ tremoꝛqꝫ ac debilitas
animorum: quibusue remedijs temperetur estus:
compescatur tumoꝛ: tremoꝛ ac debilitas roboren
tur ac firmentur: Quo in studio ꝛ si Socrateꝫ lu-
dat Aristoteles: idem tamen mutato foꝛtasse ani-
mo huic rei non mediocrem operaꝫ dedit: sed hec
passim in philosophorum uoluminibus sparsa sūt
que ignaris ingerere operosum nimis neqꝫ compē
dij huius est: Scienti ꝟo superuacuum: cui non
doceri expediat sed moneri. ¶ Doloꝛ. Scio ita eē
neqꝫ de omnibus querebaꝫ: sed hoc vnum que tu
mihi contra hunc hostem cui nunc congredioꝛ do
lorem arma monstrares. ¶ Ratio. Ad id tibi nec
melius possum nec bꝛeuius respondere q̄ꝫ Cice-
ro. Querit enim ut tu: ꝛ que sunt inqt ista arma?
respondetqꝫ ilico: cōtentio: cōfirmatio: sermoqꝫ in
timus. ¶ Doloꝛ. Edissere oro singula: Legi qui-
dem hoc sepe olim tamen uereoꝛ ne mihi accidat
quod multis solet: qui apud se legentes intellige
re sibi omnia videntur: apud alios locuturi tum de
mū nihil intellexisse se intelligunt. Dic si libet que
nam ista contentio est? ¶ Ratio. Satis id quidem
si parum ultra pꝛogrediare in ipsi⁹ Ciceronis uer-
bis apparet: Sed ne quid me frustra popósceris
dicam ideꝫ aliter. Multa sunt animis coꝛporibus
qꝫ similia: ꝛ ut nullum tantum coꝛporis robur: sic
nullus animi tantus est vigoꝛ qui nō impꝛouiso ꝛ
graui fasce curuescat: Fac pꝛouideant: erigentur:
ne utrunqꝫ sua moles oppꝛimat sed depꝛehendat
intentum: sepe ad subitum magni hostis occursuꝫ
vir foꝛtissimus licet expauit: da spatium colligēdi
sese inqꝫ instans discrimen animuꝫ intendendi: ue
nientem hostem securus excipiet visis cestib⁹ pu-
gnaturi athlete bꝛachia viso onē subituri illuc cer-
uix intenditur: ꝛ illa pugnam firmius obeunt: ꝛ
hoc pondus intenta fert leuius cui negligēs ac re-
missa succumberet. Ad hunc igitur moduꝫ insigni
difficultate conspecta animus contra illam intēdē
dus est quod si ad plenum fiat terribilium omniū
victoꝛ euadet: Alioquin incredibile dictu est: lent⁹
atqꝫ imparatus animus q̄ꝫ pꝛauis sepe deijcitur:
Hec est illa animi Ciceroniana contētio: seu sic di-
ci mauis intentio: que (ad hoc eni duobus his uo
cabulis sensus idem) ꝛ origo: que ut vides apud
illum in pꝛomiscuo usu sunt: deqꝫ vnius uerbi fon-
te descendunt. ¶ Doloꝛ. Uideo teqꝫ libens audio
sed quid est confirmatio? ¶ Ratio. Dicam: est in
ipsis quoqꝫ foꝛtissimis animis nescio quid admix
tum diffidentie ꝛ ueris imbutos falsa circumso-
nant: tantumqꝫ coit errorum popularium ad arcē
mentis expugnandam caterua ut iudiciuꝫ tenere
difficile sit. Subit interdum toꝛpoꝛ quidam: subit
dubitatio: an uera sint que a doctissimis atqꝫ san-
ctissimis viris de virtute patientie: de honesti spe-

cie de splendore glorie dici solent:an id uerius qd
ab alijs disputatum vulgus probat uacuitatē do-
loris optimam: pessimum dolorem uoluptatē bo-
ni finem: τ ille quidem paucorum:he ferme oium
uoces sunt:quaruʒ sepe tantus est sonitus ut pau-
ce ille uoces adhortantium audiri nequeant: τ cu
stodes arcis exterriti omissa defensione fugam co
gitent: In hoc statu dubium nutantemqʒ presidijs
firmare animum oportet:ne de sententia excidat:
ut olim Dionysius Heracleontes:qui cum Zeno-
nis preceptoris sui de dolore sententiaʒ dolore vi
ctus abijceret:a Cleante condiscipulo irrideri me
ruerit: Non inquam excidat sed resistat inqʒ arre-
pto uestigio pedem figat: intelligens quid in reb9
uerum:quid vmbratile:neqʒ laruas horreat:neqʒ
clamorib9 moueaꝛ:cert9 dolore nihil nisi ignauiaʒ
ṽtute aūt τ ignauiā τ dolorē τ mortē τ dura oia vi
ci posse: Inqʒ hac sentētia fixus τ immobilis perse
ueret:promptus pro virtute pati fortiter: qd mul-
tis cogitare terribilest : quodqʒ nunqʒ ab homine
fieri posset:qui non super auri atqʒ gemmarū spe-
ciem:super muliebrem formam τ super omne con
cupiscibile virtutis pulchritudinē adamasset: Hac
confirmatione animi τ false opiniones τ uani me
tus infirmantur τ acies doloris obtunditꝛ. Fitqʒ
quod Cicero idem vult:ut sicut in prelio pauidus
miles abiectisqʒ armis viso hoste diffugiens sepe
ipse sibi periculuʒ fecit ubi impauido periculū nō
fuisset:sic ignauuʒ aiuʒ τ sesib9 obsequētē sola cogi
tatio doloris exanimat:qui virtute firmat9 atqʒ ar
mat9 icolumis ac doloris victor τ ꝓpe nil molesti
sentiens euasisset. Patientia enim non mō animi
vim augeri:sed asperitatem ipsam doloris immi-
nui τ pene ad nihilum redigi:atqʒ hinc eē ut acer
rimo in dolore recti quidam τ immoti : alij etiam
leti sint:quod fieri non posset nisi animus a sensu
doloris auersus:ipsam de qua loquimur firmita-
tem atqʒ constantiam induisset. ℭ Me. Intellige-
re videor:sed perge quid est sermo intimus. ℭ Ra
tio. Et hoc dicam: Generosa mens eque uolupta-
tum dolorumqʒ contemptrix: τ utrisqʒ pariter ce-
dere nescia ubi adesse periculum seqʒ circumuen-
tam hostibus suis videt:arma capit:obuiāqʒ pro-
grediens seqʒ in prelium cohortans:multa secuʒ:
multa cū deo suo loquitur:qʒuis hoc ultimū Cice
ro uel nesciuit uel non rite sciuit:non defectu inge-
nij sed gratie. Tali sane colloquio ad decoris ob-
seruantiam atqʒ ad illa que diximus ad incenden
das vires:ad consumanda consilia nullum effica-
cius: Alijs tamen uerbis contra uoluptatum blan
ditias atqʒ alijs contra dolorum minas esse uten-
dum: τ quibus utrobiqʒ pronum est aduertere sci
enti que naʒ uel ille blanditie uel he mine qʒqʒ im-
pares sint virtuti: Sed quoniam horum de altero
sermo erat exemplo agam vnico sed insigni:quo in
reliquis omnibus instructior fias: Quis est hic in
dolore sermo intimus. Meministi quibus uerbis
Lucanus magnum Pompeium inter carnificum
gladios usum facit: Sed quia hoc pro qlitate per-
sone a poeta fictum: τ secundum ueri similitudinē
animo viri illius in eo statu conuenientibus uer-
bis expressum est: Exemplum ueruʒ recensqʒ alte
rum adijciam:hac ipsa etate superant qui viderūt
adhuc multi: Sannitem illum imperterritum τ in
uictum senem : qui dum iussu illius cuius nomen
suppressisse silentio melius fuerit:curru per ciuita
tem duceretur nudus inter duos carnifices cādē-
tibus forcipibus:hinc illinc membra carpētes:po
pulo ad tam miserum tanqʒ indignum spectaculū
lachrymante siccis ipse oculis graui τ constāti uo
ce sese alloquens dicebat: Quid facimus anime?
Noli oro succumbere:nihil aut irascaris aut me-
tuas:grauia sunt ista sed breuia: τ pro nostra eter-
na ne dubites salute grauiusqʒ supplicium hoc iu
benti fuerit qʒ ferenti: Erige te anime τ depelle for
midinē spera in deo:statiʒ erit finis. Quib9 uerbis
quātaʒ sibi cogitabis certe pectorib9 audientiū in
credibile dictu est quantam cum misericordia fir-
mitatem:constantiam:securitatem:patientiam in-
fuderit τ si artius estimanti: Non ille intimus de
quo agimus sed extimus sermo esset: Nempe qui
ut dixi:a multis exterius audiretur:si hec τ his si
milia τ ab alijs in silētio dici possunt τ ab hoc ip-
so forsitan dicebantur : Uicissim enim nunc tace-
bat:nunc in uoces quas diximus erumpebat. Po
test τ aliter ille idem sermo intimus videri: Unde
non quo prodeat cogitanti τ huius quidem secuʒ
at cum deo loquentis in doloribus inqʒ periculis:
nullum clarius exemplum qʒ Job primi: Theodo
sius secundi. Ille manu dei tactus atqʒ ulceribus
obsitus:quanta deum libertate iurgāti similis cō
pellet seqʒ ardenti τ querula deuotione in deū eri
gebat:hic cum paucis innumerabili ac barbarico
circumuentus exercitu quo feruore quibusue su-
spirijs ceu presentē deū inuocet audiuisti. ℭ Me.
Audiui plane τ memini τ exemplis doceor quid
uelis gratiamqʒ non mediocrem Ciceroni habeo
de cuius tribus exiguis granis tres ingentesqʒ ari
stas messui:ex quibus cultu adhibito messis ube-
rior nasci queat. ℭ Ratio. Ita se res habet:docto-
rum hominum uerba pregnantia sunt:plus conti-
nent sensuum qʒ pretendunt : ut nihil aliud me lo-
quente visus es mihi dolorum τ querelarum tan
tisper oblitus:vnde elicis uehementem quoqʒ co-
gitationem rei cuiuspiam honeste : atqʒ in illam a
rebus alijs quibuscunqʒ animi totius abstractio-
nem multum τ dolori τ molestijs omnibus posse
remedium afferre. ℭ Me. Potest esse ut dicis:sed
mihi nunc etiam multuʒ deest ad salutem illā quā
intendis animi:magnoqʒ suʒ in dubio an his oib9
leniaꝛ seu tollaꝛ dolor an ṽba sint aios occupātia
auresqʒ mulcētia:ad doloreʒ nihil. ℭ Rō. Uerba
corporibus non medentur fateor:nisi forsitan ican
tationes τ anilia carmina fidei aliquid merentur
at medentur morbis animorum : quoruʒ profecto
sanitas corporeuʒ dolorem aut extinguit aut miti
gat. Nunquam si patientia nulla esset:tam multa
de illa viri doctissimi disseruissent : nunquam tot
huiusce rei argumenta animo oculisqʒ τ auribus
hesissent:quot memoria imagines rerum tenes:
qʒ multa vidisti aut legisti:quot historias audisti
quibus non probatum tibi sed demōstratum esse
debeat ita esse ut dico: τ si non doloris omneʒ sen
sum patientia eripi:quod ipsum tū τ fieri posse τ
factuʒ esse cōtendimus:at doloris certe victoriaʒ
ferendiqʒ viriliter vires dari. Quid ṽo te plus ha
buit. G. Marius vir litterarum inops:sed virtutū
diues militarium:an non ipse carneus atqʒ osseus

fuit? Quid plus Mutius Pōpeiusqꝫ? Quid plus habuit Zeno: quid Theodorus: quidue Theodatus: Possidonius: Anaxarchus: innumeriqꝫ alij: quorum quidam seruili conditione: sed animoruz ingenuitate mirabili omne supplicium pertulerūt non modo fortiter sed iucūde? Quid si ad uestros animum memoriamqꝫ reflexeris: inuenies in hoc numero pueros etiaz ac puellas tulisse cum gaudio quod uos viri sine fletu ⁊ questibus non ferretis. Sed iam de re ut aiunt: omnium asperrima: plura q̃ꝫ pro consuetudine diximus: desinendum est: dolorem enim si non lenit virtus: uerba non lenient. ¶ Metus. Heu hinc tu me urges: hinc dolor: ⁊ cui credam nescio. ¶ Ratio. Crede nobiliori: In quod illud quoqꝫ plurimum adiuuerit: meminisse summum illud ⁊ eximium mūdi decus: eū scilicet qui diuinam atqꝫ humanam in se vnijt naturam: tot tantosqꝫ pro te passuz cruciatus: ut que pateris illorum collatione facilia: immo uero dulcia longeqꝫ suauia iudicari possint. Ualidissimum hoc remedij genus scrutantes cuncta philosophi nesciuerunt.

¶ De Furore. Dia.CXV. ¶ Me.

A n Imius dolor ne furorem pariat metuo. ¶ Ratio. Obsta illi cogitationibus bonis ⁊ placidis. Quidam furori viam passionibus faciunt ex multis affectibus non sanis: uera tandem prodit insania: sicut ex contrarijs uera virtus frequentatis actibus queri habitum: philosophicum dogma est. ¶ Me. Furere metuo. ¶ Ratio. Si animi vitio ille tibi armandus: armatura animi virtus est: at si corporis: consulendum succurrendumqꝫ illi est si qua rei huius ars est ipsos apud corporum magistros qui phisici nuncupantur: que si in hoc ut multis alijs: aut nulla est: aut professoribus suis incognita: Ego artem hanc vnam tibi prescripserim abstinentiam ⁊ omnis excessus fugam. Notum illud atqꝫ antiquum. Uiri sancti virtutibus corpus edificant: multum conferunt animo simul ⁊ corpori frena libidinum ac gule. Multos strauit luxuria: multos oppressit crapula: multos somnus: multos ebrietas sepeliuit: multorum vite feruor atqꝫ impetus ⁊ furibūda licentia uerum abijt in furorem. ¶ Metus. Ti-
B meo naturaliter in furorem agi. ¶ Ratio. Quod natura infert durum potest esse non miserum: Culpa enim caret que miserie est radix. Quando autem prouidendi obtigit facultas vnum facito ut te furor si vitari nequit in securo saltem statu anime reperiat. Innocens si furere ceperis aut innocens resipisces aut innocens morieris. Nulla etas nulla sanctitas: nulla custodia sic innocentia cōseruat ut furor: qualem inuenit talem reddit. ¶ Metus. Furere metuo. ¶ Ratio. Heroas comites ac reginas metuis. An fastidis Herculem ⁊ Aiacē: Hecubam ⁊ Cassandram: an ex alio genere Lucretiā spernis ⁊ Empedoclem? ¶ Metus. Furere pertimesco. ¶ Ratio. Multa uaticinari solitos furentes accepimus: sic quo nulluz acumen sani capitis peruenisset: uagus ⁊ rapidus furor uenit: Atqꝫ hinc Graij quam uos diuinationē dicitis a furore mānticen dici uolunt. ¶ Metus. Horreo vim furoris ¶ Ratio. Et sanos mestos ⁊ furentes letos vidimus falsa q̃ꝫuis opinione: Habet ⁊ error uoluptatem suam. ¶ Metus. Furendi pauor animum exagitat. ¶ Ratio. Laborum ferias quidam simulato furore quesiere: uerus furor ferias ueras dabit.

¶ De ueneno. Dia.CXVI. ¶ Me.

v Enenum timeo. ¶ Ratio. Potu abstine ciboqꝫ permiscuo: expertorum fides amicoruz excubet: suspectos limen arceat: vina turbida fusca exulent: pulmēta dapumqꝫ permixtio: cautio adsit ⁊ sobrietas ⁊ tarditas. Precipitatio autem absit que ⁊ alijs ⁊ presertim genere hoc mortis multos perdidit. Sit ad mensam leta manus: oculus celer: animus vigil memorqꝫ discriminis: nec tuis tantum sed tuorū oculis atqꝫ animis obnixus iuigila. Magnis periculis magna obstat intentio: nihil non turbat incautum. ¶ Met⁹. Uenenari metuo. ¶ Ratio. Operosum remediuz audisti: Uis audire facillimum? Pauper esto: ueneni metum periculumqꝫ discusseris. Hoc siquidem mali genus humilior fortuna nō recipit: vna securitatis parens ⁊ terrorum omniū extirpatrix: medicina alia quidem optima atqꝫ promptissima nulliqꝫ hominum negata: multis etiam ingesta nolentibus: neqꝫ vō efficax minus q̃ꝫ parabilis: tuta hercle q̃ꝫuis amariuscula atqꝫ horridula: Comprimit animi tumores: liuores diluit: bilem purgat: curat hydropisim causasqꝫ periculorum omniuz a radice conuellit: Uestre opes plene insidiaruz: plenqꝫ formidinum: non minus cyathos metuūt q̃ꝫ gladios: nec minus parapsides q̃ꝫ sagittas: nō mēsa: non domus: non cubiculum periculis suis uacat. Dubia quelibet atqꝫ suspecta presentemqꝫ viris intentant omnia mortem quod in tempestate: ait Maro: in trāquillo uobis accidit: ⁊ hoc uestre ille tam dilecte uobis afferūt diuitie: Paupertas vō preter immerito apud vulgus infamati nominis notam tuta habet omnia. Et si quando turbe inscie puluis ac strepitus conquiescat optabilia ac suauia penitus ⁊ tranquilla. Tandem ergo fictilibus ⁊ vitreis uasculis terreni homines bibite atqꝫ edite si securi bibere vultis: ac edere aureis uasis ac gemmatis uenena miscentur. Quorsum pgis auaritia? Ipsum quoqꝫ iam uenenuz gēmas amat atqꝫ aurum. Contra hanc pestem neqꝫ pontici regis neqꝫ alterius efficacius antidotum q̃ꝫ paupertas. ¶ Dolor. Uenenuz hausi mors precordijs innatat. ¶ Ratio. Ubi semel moriendum esse decreueris: quod decretum esse debet omnibus qui se meminerint mortales: quid refert an id sitiēdo facias an bibendo? Et rursus an tuo sanguine madidus an vino? Magnos compotores factiqꝫ huius habes comites: Alexandrum: Hannibalem: Philippomenem: Mithridatem ipsuz Claudiuz: Theramenem: Socratem.

¶ De metu mortis. Dia.CXVII.

¶ Metus.

m Ori timeo. ¶ Ratio. Hic non

timor sed cogitatus esse debet: qui si nouus incipit nec a prima etate tecum creuit: si per interualla rediens non assiduus fuit: improuide vixisti: In hesisse medullitus utilium illud Flacci carmen debuit inter spem curamqꝫ timores inter ꝛ iras omnem crede diē tibi diluxisse supremum: ut is esses: de quo idem alibi: Ille potēs sui letusqꝫ deget: cui licet indies dixisse vixi: cras uel atra nube polum pater occupato uel sole puro: hoc est nempe illud a philosophis laudatum: sed perpaucis datum viuere vita peracta. ¶ Metus. Mori timeo. ¶ Ratio. Et nasci timuisses ꝛ viuere. Uite limen initiū mortis est: vita ipsa cursus ad mortē: seu uerius mors quedā: viuendo uel ad moriendū ibas: uel qḋ sapiētib' visū est: in horas certe moriebaris. Quid nunc igitur times si mors vitam uel comitabatur assidue: uel necessario sequebatur? Illud quidem docti tm̄: hoc etiam vulgus intelligit: quicquid est natū moritur: quicqd moritur natum erat. ¶ Me
B tus. Timeo mori. ¶ Rō. Mori times animal rationale mortale. At qui si primum uere esses secundum ut arbitror non timeres: Humanam quippe naturam duo hec in vnū iuncta perficiunt: Ratio tio scilicet ꝛ mors. Illa animam concernit: hec corpus: sed inopia rationis metum mortis induxit. ¶ Metus. Mortē metuo. ¶ Ratio. Nihil est metuendum quod affert necessitas nature. Qui naturalia enim odit aut metuit: naturam ipsam oderit oportet aut metuat: nisi forte partem eius alteram amplecti licitum ꝛ laudare: respuere alterā ac dānare: quo nihil est insolentius: non solum homini cum deo sed hominib' inter se. Itaqꝫ uel totum recipis uel totum reijcis amicum: ne si tantum grata decerpseris: non equus amicitie cultor atqꝫ arbiter videare. ¶ Metus. Mortem horreo. ¶ Ratio. Siquid in morte mali est: idipsum metus mortis exasperat. At si nihil: magnum ipse metus malum est: Stultitia est malum suum uel augere uel facere. ¶ Metus. Nomen ipsū mortis exhorreo. ¶ Ratio. Nomen mortis infame mortalium fecit infirmitas. Siquid animi viriū inesset nihilo plus terroris esset in morte q̄ꝫ in ceteris que per naturā fiunt. Quid enī magis mori timeas q̄ꝫ nasci: adolescere: senescere: esurire: sitire: vigilare: consopiri? quod ultimū plane simillimū morti est: atqꝫ ideo somnum: alij consanguineum: alij v̄o mortis imaginem dixere. Neue seu poeticus lepos estimetur: seu philosophicū acumen: ipsa ueritas amici mortem somnū dixit: ꝛ semel facere metuis quo quotidie delectaris: Inconstantiam quidem hanc docti mirantur atqꝫ arguunt. ¶ Metus. Trita hec
C apud philosophos ac vulgata sunt: delectantqꝫ dū resonant: Interpone silentium timor redit. ¶ Ratio. Immo equidem manet: nam si abijsset non rediret: ꝛ est non inficior vulgi precordijs timor mortis innatus: Sed eruditum virū vulgaria sapere deforme est: quem deceat ut modo dicebam: nem turbe uestigia sed paucorum sequi: Nam quod de philosophis dicis: miror quid ita: cum a nautis nauigandi: ab agricolis serendi: a ducibus bellandi consilium capiatis: viuendi consilia a philosophis sumpta contemnitis: ꝛ pro corporis cura medicos euocatis: pro cura animi philosophos non aditis: qui si philosophi ueri sunt: utiqꝫ ꝛ animorum medici ꝛ artifices sunt viuendi. Nam si falsi ꝛ solo philosophie nomine tumidi: non modo non consulendi sed vitandi sunt: quibus nihil est importunius: nihil insulsius: quorum abundantior est q̄ꝫ uellem etas hec: cum egentissima sit virorum: Et quoniā a presentibus preter meras nugas nihil est qḋ speres: si ad priscos reditum inuenerisqꝫ aliquid apḋ illos fuerit quod egritudinem tuā leuet: noli spernere ꝛ dicere quod indocti dicunt: a philosophis ista sumis: Respondebo enim tibi cum Cicerone: Metuebam ne a lenonibus diceres: ꝛ reuera: ubi nā piscari uenariqꝫ: nisi ubi pisces fereqꝫ habitāt in aquis atqꝫ nemorib'? Ubi fodi aurū: ubi gēmas legi: nisi ubi hoc nascitur? Ille scatēt in terre uenis marisqꝫ littoribus: Unde nisi a mercatoribus merces: vnde statuas ac tabulas pictas nisi a statuarijs atqꝫ pictoribus? Unde demum philosophica nisi a philosophis peti iubes? Que ꝛ si apud illos pro thesauris abdita atqꝫ ab illis inuenta sint: eadem tamen ab alijs in apertum erui ꝛ uel aceruatius uel clarius atqꝫ expressius uel breuius. Postremo uel aliter dici possunt audiendi similia omnibus spem datura successum paucis: Ea est vis ordinis ac iuncture: quod ꝛ in poeticis elegātissime Flaccus docet: ꝛ sepe aliter atqꝫ aliter ꝛ aliqū potentius affectura animos tanta est gratia: uel notissima re narrantis: tāta uetustis nouitas: tanta lux fulgidis: tantus formosis decor additur: quod nō hic ideo dixerim: quia alibi nō possem: sed quia tu hic materiam obtulisti. Nolo enim quia ignare superbie mos est: semel audita nec forte itellecta dū repetuntur quasi trita ꝛ vulgata fastidias. ¶ Metus. Acquiesco recte quidem in his monitis te uer- D
satum video: ꝛ si ab incepto procul: adhuc enim mortem nihilominus horreo. ¶ Ratio. Sunt quedam nomine ꝛ opinione hominum maiora q̄ꝫ re: multa horrori eminus fuerāt que vicina sunt risui: temere creditur inexpertis: Nemo ex his mortis infamatoribus compti aliquid loqui potest: nihil ipse expertus: nihil ab experto didicit. Mortuum quēuis interroga silebit: is cui iam rei ueritas nota est: garrient quibus incognita ꝛ uanis augurijs astruent quod ignorant: hinc apertissima: hinc occultissima rerum mors arcanum ꝛ coniecturale negocium suspitionibus agitur: in dubio bonis opinionibus inherendum tenendumqꝫ potius quod iucundum faciat q̄ꝫ quod mestum animū. ¶ Metus. Animus mortem timet. ¶ Ratio. Si sibi superuacuus timor: immortalis est enim ipse: si corpori sui hostis curā gerere pietas indebita: Sin dissolui metuit: nimis carcerem ꝛ compedes suas amat stultus amor. ¶ Metus. Timore mortis exagitor. ¶ Ratio. Stulti omnes mori metuunt: neqꝫ id miror quibus felicitas omnis in corpore est: quod extingui morte non est dubium. Iure igitur boni sui finem pauidi cogitant: mesti vident: Natura enim hominis hec est: ut infelix esse nolle neque at virum doctum cui nō alia corpis q̄ꝫ vilis mancipij cura est: cui in cultu animi omne studiū semp fuit: oīs amor: omne desideriū: omnis spes mortē corporis non aliter q̄ꝫ digressum matutinum e nocturno quodam inameno ꝛ incōmodo prorsus ho-

ſpitio ſpectare decet. ¶ Metus. Mortem non timere non poſſū. ¶ Rō. Poſſes vite huius exitū nō timere: ſi alterius ingreſſū ſperare poſſes aut optare: Tuus hic timor inde oritur. Quis enī formidati vulgo exitus multe tradātur cauſe: omnes tamen vite illius ſpe propoſita euaneſcūt. ¶ Me.

E Mortem metuo. ¶ Ratio. Metū hunc parit impremeditatio maxime ⁊ inopina neceſſitas moriendi: in viro docto ac ſapiente turpiſſima: ⁊ preſertim ſene: cuius ſi rite doctus uereq; eſt ſapiens: vita omnis meditatio mortis eſt. Quod ſi philoſophie viſum fuit antique: qd nunc noue pietati que ſumma philoſophia ⁊ uera eſt ſapientia videatur? Aſpice ut qui alieno imperio parent ſubito: longū iter iuſſi agere ſolliciti ⁊ triſtes raptim complicandis ſarcinulis inhiant: ut queruli quod predictum eis ante nō fuerit indignanteſq; abeunt ut ſepe in tergum uerſi: ⁊ nūc quoq; hoc: nūc illō obliti murmurent. Atqui nulla via eſt longior q̃ mori: nulla durior ut perhibent infeſtiorq; latrunculis: nulla deniq; obſcurior: ſuſpectior ⁊ incertior: que ut cuncta ceſſarent certe irremeabilis via eſt quo attentius prouidendum: ne quid obliuiſcamini: quoniam: hinc digreſſis non licebit quod viantibus ceteris atq; aliud quodcunq; iter agentibus: litteris ſcilicet aut amicis oblita committere: que ad ſuos perferāt nec remandare aliquid nec ſubſiſtere quidem nec diuertere licitum nec reuerti: Iter neceſſarium impoſſibilis reditus: Ire illo neceſſe eſt milites: vnde redire non eſt neceſſe. Hoc militibus ſuis dux Romanus apud Senecam: hoc dux uobis ueſter edicit: Itaq; cū oporteat ire nec liceat redire: cunq; itineris ſit certa neceſſitas: hora autem mortis incerta: vnum eſt remedium: ut parati animo ſitis ſemper ⁊ uocati reſpondere ⁊ iuſſi obtēperare: compoſitiſq; omnibus ad primum ducis imperium iter illud alacriter agere: quod utiq; uobis aut letis aut triſtibus peragendum eſt: Ea res maxime ⁊ metum mortis imminuet ⁊ dolorem: Nec ſecuros modo ſed cupidos hinc abire uos faciet: Alioquin improuiſis ⁊ incautis eueniet quod Bruto ſuo in epiſtolis uere olim uaticinatꝰ eſt Cicero: Opprimemini mihi crede Brute inquit niſi prouideritis: ſic eſt inq̃: ſic illi accidit: ſic omnibus qui uentura non prouident. Sed cū cunctis in rebus prouidentia neceſſaria ſit: tum in his maxime que amplius q̃ ſemel fieri nequeunt: in quibus error vnꝰ ſufficit ubicūq; pes lapſus fuerit actū eſt. ¶ Met. Ualde nunc etiam mortem horreo. ¶ Ratio. Alte radicata non facile diuelluntur. Scio ut dixi metum mortis ſenſibus inſitum precipueq; vulgarium: philoſophi ꝟo mortem: neq; malum neq; bonum: eo ꝙ per ſeipſam nec timendam diffiniunt nec optandam: inter indifferentia numerantes: que pro qualitate fruentium: nunc mala nunc bona fieri uolunt: Quod ille etiā ex ueſtris video probari: qui peccatorum peſſimam: precioſam uero

F ſanctorum mortem ait. ¶ Metus. Mortē metuo: mortem odi. ¶ Ratio. Equidē vnde hic mortalibus metus mortis: vnde hoc odium miror: niſi mollicies animorum nota ſit: qua hunc ſcilicet alioſq; degeneres augetis atq; alitis pauores: An non vides ut magna pars mortalium ipſum nomē mortis exhorreat? quod quid eſt aliud q̃ naturā propriam horrere: atq; id odiſſe ꝙ natus ſis: quo nihil inter homines ſtultius: nihil ingratius in deum. Qm̃ multi autem nomen illud egre audiunt: qd̄ ſemper internam aurem pulſare debuerat. Nempe ſine quo nō eſt qui ſeipſū cogitare poſſit: Quid nanq; ſe cogitet: niſi qd̄ eſt animal mortale? Quotiens in ſe quiſq; reflectitur: nonne ſibi ilico nomē mortis occurrit? Sz refugitis: q̃ſi per aurem mors irrumpat: ⁊ auertitis animum atq; id cogitis obliuiſci: quod mox ſui memoriam uel inuitis igeret. Recuſatis ecce mortem cogitare quam confeſtim ⁊ cogitare oportebit ⁊ pati: cuius paſſio facilius ſequeretur ſi cogitatio preceſſiſſet: Nunc ſimul in anguſtijs altera alteram exaſperat. Omne enī inopinum ac ſubitum animam quatit. Eque ſtultum eſt uel appetere aliqd fruſtra: uel vitare uelle quod nequeas: eoq; ſtultius utrunq; quo damnoſius futurum impleſſe quod cupias: Atq; nil damnoſius in humanis malis q̃ dei ſuiq; ipſius ⁊ mortis obliuio: que tria numero ſic connexa ſunt ut vix ualeant diſſolui: At uos ueſtri memores videri vultis ⁊ principij ⁊ finis immemores. Obſeruaſti hos qui domui ſue diſponunt: vix eſt qui dicere audeat: cū moriar: ſed ſi moriar: quaſi in dubio ponitur quo nihil eſt certius. Neq; idipſum ſi moriar clare ſonat: ſed ſi quid de me eſſet aliud: quid nā eſſet hoc aliud queſo ⁊ non potius idem ipſum quod de omnibus fuit: erit ue uel qui nati uel qui naſcituri ſūt quibus ut vite: ſic ⁊ mortis ⁊ multa ſunt genera: neceſſitas vna moriendi? Hanc tu cupis excutere: quam nec patres tui nec ulli vnq̃ reges gentium excuſſere nec excutient quidem. Tergiuerſamini ut libet: ita uobis eueniet: ut his qui contra hoſtilis ferri aciem oculos claudunt: quaſi periculum quod non vident: nec ſenſuri ſint: Feriemini: moriemini ſentietis: An ceci autem: an videntes: id in ueſtra manu eſt. Optate igitur bene mori: qd̄ ipſum niſi bene vixeritis fruſtra eſt: Optate inq̃ ⁊ enitimini: ⁊ quod in uobis eſt facite: Reliquum illi committite qui quos in hanc vitam ultro non uocatus intulit: egreſſuris non niſi uocatus ⁊ rogatus manum dabit: Non mori autem nolite optare Non modo enim impudens arroganſq;: ſed inefficax etiam ⁊ inane uotum eſt. Aſſueſcite O mortales nature legibꝰ: ⁊ ineluctabili iugo colla ſubmittite. Et ſi uoſipſos amatis: ꝙ nati eſtis amate: non ꝙ nati non eſſe uelletis: Neq; enim natura uobis ſed uos illi obſequi fas eſt. ¶ Metus. Pauorem mortis abijcere diu quidem fruſtra nitor. ¶ Ratio. Miror quid tam diu fruſtra niteris quo te debuit cogitatio prona perducere? Turpis eſt enim tam breuis periculi ſi periculum non natura ⁊ periculorum finis eſt mori: Turpis eſt inquam viro tam momentanei diſcriminis tā longeuus pauor ⁊ tot anni anxij atq; ſuſpenſi ad hore ſeu ſuſpirij vnius euentum. Uis ne autem mali huius ultimū remedium: vis mortis metu perpetuo liber eſſe: Bene viue: vita laudabilis mortē ſpernit: ſepe etiam cupit: deniq; hec terribilium omnium ſumma eſt. Siquidem labor: dolor: aduerſitas: infamia: carcer: exilium: damnum: bellū ſeruitus: orbitas: paupertas: ſenium: egritudo ⁊ mors: fortibus viris nihil ſunt aliud niſi experientie ſchola: campus patientie: glorie paleſtra.

¶De uoluntaria in seipsum manuuz iniectione. Dia
logus. CXVIII. ¶Me.
Mortem mihi conscire propositũ est. ¶Ra
A tio. Rem vnam nunc metuere: nunc opta-
re: hec tota constantia uestra est: Nunc tu
mortem muliebriter formidabas: nunc eandem in
humane appetis: Rogo que nam subita mutandi
animi causa est? ¶Metus. Cogor ipse mihi manꝰ
inijcere. ¶Ratio. Si cogeris iaz non uoluntaria
manuum iniectio est: q̃uis dicatur ꝙ coacta uolũ
tas: uoluntas est: sed profecto non libera: nec uolũ
tas proprie que uolendo fit: A quo autez cogeris
nosse uelim. Inijci autez manus uel inuito possũt:
tu tibi illas inijcere nisi uolens nequis. ¶Metus
Magne sunt cãe que me mori uelle cogũt. ¶Ra-
tio. Magne fateor si cogũt: sed non cogerent si vir
esses. Nũc in uestrã animi molliciez nihil est inua
lidum: vide autem an que sint he cause rite presagi
am: Ira: indignatio: impatientia: furor quidam in
se uersus: obliuio deniqꝫ tuiipsius. Nam si te ho-
minez meminisses humana omnia equo animo to
lerãda cognosceres: neqꝫ parui mali immo nẽ ma
li quidem odio maximuz malum uelles incidere.
B ¶Metus. Inijcere mihi manum cogor extremis
malis. ¶Ratio. Non sunt extrema que te premũt
mala: summum illud ⁊ extremum malum quod te
urget: desperatio: Ceteris enim malis aliquid: hu
ic vni nihil potest esse remedij. Que sunt autem
hęc extrema que dicis mala nisi labor forsitan ⁊
paupertas? Hec sunt enim que poeta commemo-
rat: de his agens: Qui sibi letum insontes pepere
re manu lucemqꝫ perosi proijcere animas. De quo
rum sera penitentia mox adiecit: Quã uellent ethe-
re in alto Nunc ⁊ pauperiem ⁊ duros perferre la
bores. Sunt ne autem tam grauia mala hec quo-
rum primuz boni omnes: forti atqꝫ equo animo tu
lere: de quo suo loco diximus: quidam sponte insu
per elegerunt atqꝫ hinc gloriosi ac in eternum diui
tes facti sunt: seculuz viris cõuenire apud Crispũ:
atqꝫ ad id nasci hominem: apud sanctum illum ⁊
afflictum senez legimus. At uos inquietissima ani
malia quicquid non ad nutum auaritie uestre fluit
uestreqꝫ libidinis iustam uoluntarie causam mor-
tis opinamini: tam delicata: tam preceps luxuria
uestra est: ut leuibus ex causis non fortune tm̃ sed
uobisipsis irascamini: inqꝫ ipsum deum calcitran-
tes impia ora laxetis: quasi quicquid id est in quo
non uobis dominus uester obsequitur iniuria gra
C uis sit. ¶Dolor. Magnis malis victꝰ mori eligo.
¶Ratio. Tedio vite credo familiari vitio stulto-
rum omnium: Sapientibus enim omnis vita iu-
cunda est: letam libenter: tristem ferunt patienter:
⁊ si in rebus ipsis nequeunt: patientia delectãtur:
Nil in rebus letius: nil dulcius est virtute. Illa
est que molesta lenit: obliqua dirigit: dura mollit
ac mitigat: ardua atqꝫ aspera queqꝫ cõplanat. Ces
sant querimonie: cessant precipitia: Et ad summã:
Sapientis vita nil serenius neqꝫ tranquillius: Hi
autem animoruz fletus atqꝫ angores: he nubes ac
procelle que in scopulos fragilem vite cymbaz tra
dunt e sola stultitia oriuntur. ¶Dolor. Morbi im
patientia mori elegi. ¶Ratio. Stulte eligis ac su
perbe: Sine dominum de corpore tuo quod ipse
fecit arbitrio suo statuere. An quod tibi tuo in edi-
ficio vis licere: in quo non ligna: non lapides tu fe
cisti: in quo deniqꝫ preter structuram nihil est tuũ:
id in suo licitum domino omnium non vis: qui nõ
in illo tm̃ carnem ⁊ ossa ⁊ sanguinem ⁊ spiritum:
sed celũ ⁊ terras ⁊ maria ⁊ omnia que in eis sunt
creauit ex nihilo? Nec dicas apud temetipsũ: Cor
pus meuz graui dolore angitur. Nec tu dominũ:
sed usum corporis accepisti breue ad tempus: An
tue lutee domus te dominum credis? Inquilinus
es: qui fecit omnia is est omniũ dominus. ¶Do-
lor. Dolore nimio cogor ut mori uelim. ¶Ra- D
tio. Hic fortassis ad experientiam dolor dat̃ qui si
molestus est: esse poterit utilis: Si intolerabilis:
longus certe non erit. Expecta domini reuocan-
tis edictum: Cumqꝫ uocatus fueris: responde ⁊ nõ
prius. Fixa est dies tua: quam nec anticipare fas
est: nec differre possibile. Preoccupauerunt tamẽ
hanc multi: ⁊ dum paruam fugiunt breuemqꝫ mo
lestiaz in eternas se atqꝫ irremeabiles demerserũt:
Habuitqꝫ hec opinio magnos auctores: Anneuz
Senecam in primis: qui ad eam tam cõstanter: ⁊
tam sepe reuoluitur: ut mihi quidem ueritus vide
atur ne non propria sua sit: mirariqꝫ cogat interdũ
vnde tam tristis sententia tanti viri pectus inuase
rit. Utqꝫ alia sileam que prosequi longuz est: qua-
dam ad Lucillum epistola: Si utile inquit mini-
sterijs est corpus: quid ni oporteat educere animã
laborantem? Dehinc paucis interiectis: Prosili-
am inquit ex edificio putrido ac ruenti. Male ais
o Seneca: ⁊ multa bene dicta vno polluis male-
dicto. Non migrandum nempe sed expectandum
est: Sine edificium tuuz ruat: ut anteq̃ fugias op
primaris. ¶Dolor. Non possum pati que immi-
nent mori malo. ¶Ratio. Ab hoste forsitan infe-
rendam mortem que fortiter lata sit: turpis esse nõ
potest: cum hec uoluntaria non possit esse non tur-
pis: quia contra domini superioris imperium est:
contra quod nihil bene fieri potest. ¶Do. Mori
malim q̃ que instantia sunt videre. ¶Ratio. Nõ E
est viri non posse erectis oculis utranqꝫ fortune fa
ciem spectare: muliebre est trepidos oculos auer-
tere. Quid est autem quod te turbat usqꝫadeo ut
solius opez mortis implores? Tua ne forsitan: an
tuorum: an patrie laborantis aduersitas? Cẽta il-
la duo quidem: Nihil enim potest fortuna cui nõ
possit virtus obstare: Tertium hoc pium: sed pie-
tate languida ⁊ inerti. Siquidem patrie seruitus
⁊ tyranni facies morte potius repellenda q̃ decli-
nãda sunt. Id est eniz viri opus: hoc femine. Qua
tamen in re Catonis mortem miris laudibus Se
neca idez effert sua illa peculiari opinione de qua
diximus. Non sic Cicero excusasse contentꝰ laudi
bus abstinet. Ait eniz Catoni: Incredibili grauita
te nature ꝑpetuaqꝫ ꝯstãtia moriendũ potius q̃ ty-
rãni vultũ aspiciẽdum fuisse: quẽ tm̃ Brutꝰ asperit
⁊ illius potius morte tollendum q̃ sua morte fu-
giendum censuit. Quod q̃ bene seu q̃ male fece-
rit: non laboro. Fecit tamen. Cicero autem dũ Ca
tonem excusat sue illius sententie melioris obliui
scitur quam ante annos plurimos libro sexto rei-
publice posuerat. Ea ṽo est huiusmodi: Dum Pu
blium Africanum minorem in celo cum patre at-
qꝫ auo colloqui somniantem ⁊ audita immortali-
tate animi ac felicitate vite alterius moriendi aui-

dum induxisset:patrem mox inutile desiderium castigantem fecit his uerbis:Non est ita inquit ille: Nisi enim cum deus is cuius hoc templū est omne quod conspicis istis te corporis custodijs liberauerit:huc tibi adit⁹ patere non potest:Homines enim sunt hac lege generati qui tuerentur illū globum quem in hoc templo medium vides qui terra dicitur:quare ꝛ tibi Publi inquit: ꝛ pijs omnibus retinendus est animus in custodia corporis: nec iniussu eius a quo ille uobis est dat⁹ ex hominum vita migrandum est:ne munus assignatum a deo diffugisse videamini. An non satis Ciceroniana hec excusatum arguunt Catonem? Et plane si ab Imperatore terreno ad custodiam loci cuiuspiam deputatus non auderes iniussus te remouere:ferretqꝫ ille hoc grauiter si contrarium fecisses: quid celestis putas imperator:cui tanto plus obedientie debetur:quanto maior deus est homine? Fuit nuper prisce virtutis Stephanus Columnēsis: non hac solum sed omni etate vir clarissimus futurus:hic ab ingenti illo suo hoste cui potētia impar erat obsessus turrim ubi plurimum periculi videbatur vni suorum conseruandam certus de illius fide commiserat: que dum cuniculis suffossa latentibus tremeret ac ruinam minaretur fugientibus socijs atqꝫ hortantib⁹ ut saluti sue descendendo ꝯsuleret:cū iā nihil utilis mora esset:sibi vō periculosa etiam ꝛ funesta:Non descendam inquit nisi ille me reuocet a quo hic positus fui. Id dum Stephano nunciatum esset: ꝛ ipse illi metuens atqꝫ eum reuocaturus accurreret:turris fundamentis fatiscentibus magno corruit fragore:Sic fidelis custos oppressus est: quem vix erutum ruinis dominus suus mestus ac lachrymans sepeliuit: Eumqꝫ dum vixit ꝛ pie desiderauit ꝛ fidem eius sepe meritis laudibus in familiari colloquio prosecutus est. Quid his uerbis uelim vides: Talis enim tibi commissi corporis custos esse debes deo q̄lis hic:Credite sibi turris domino suo fuit: Fuisse tamen nihilominus non me latet mortem Catonis illa etate laudatā a mult̄ ac opinione hominum gloriosam. Notumqꝫ est illud Julij Cesaris qui duꝫ victor Utticam properaret:ubi ille se peremerat:audita eius morte:Cato mee glorie inquit inuidit: ꝛ ego sue inuideo:Preclarum aliquid haud dubie videbatur cui vir maximus ꝛ gloriosis
F simus inuideret. ¶ Dolor. Quid igitur obstat mihi aut quid prohibet sapientis viri mortem inuidiosam summo hominum ꝛ excusatam sapientibus ac laudatam sequi: viteqꝫ difficultates innumeras auxilio spontanee mortis euadere? Mori uolo. ¶ Ratio. Uide ne te inanis spes rerum fallat. Sunt nempe alij q̄ pares eloquio nihil ad reꝫ at certe sententia potiores:qui Catonis hanc mortem neqꝫ laudent neqꝫ excusent:sed grauissima reprehendāt. In quibus Augustinus scrutator ueritatis acerrimus:nō hanc fuisse illi arcessende mortis causam:disputat:ne sub Cesaris imperio viueret cum filio suo:cum ipse auctor fuerit. Ad Cesarem cōfugiendi deqꝫ illius clementia sperandi omnia nec fefellit:Quod si turpe credidisset:non filium secum uel ueneno uel ferro uel morte qualibet ab eiusmodi turpitudine liberasset:Cum Manlius Torquatus sit laudatus ꝙ filium ipse suuꝫ qui contra patris imperium pugnasset ac vicisset:occiderat. Neqꝫ enim turpius dici potest procacis hostis esse victorem q̄ȝ superbo parere victori. Quid ergo Cesarem dignum iudicauit qui filio vitā daret:at qui sibi uel indignum censuit uel inuidit? Et ad summam mortis illius solam causam fuisse deprehendit inuidiam:quod nec Cesar ipse dissimulauit ut modo diximus. Aliud enim timere quid poterat:aut quid principē non tulisset a quo pridē ꝯsule curia eiect⁹ fuerat ꝛ cōiect⁹ in carcerē: ꝛ qui se tanta tanqꝫ p̄senti iniuria nō occidit:quo inani metu: qua se falsa opinione superbie aut crudelitatis occiderit. Quid tam horrificū vultus Cesaris habuit ut esset morte etiam fugiendus:viri omnium non tyrannorum modo sed principum clementissimi atqꝫ mitissimi: ꝛ si potentiorem nullum:multos certe ferociores sua ille viderat etate: Immo vō nullum viderat mitiorem? Iure igitur alter quidā scriptor egregius ꝛ fide clarus ꝛ eloquio: Mihi inquit Cato videtur causam quesisse moriendi: non tam ut Cesarem fugeret q̄ȝ ut Stoicorum decretis obtemperaret quos sectabatur:suumqꝫ nomen grandi aliquo facinore clarificaret. Cui quid mali potuerit accidere si viueret non inuenio. Gaius enim Cesar ut erat clemens nihil aliud efficere uolebat etiaꝫ in ipso belli ciuilis ardore q̄ȝ ut bene mereri de republica videretur: duob⁹ optimis ciuibus Cicerone ac Catone seruatis. En tibi alia preter inuidiam causa moriēdi uanitas stulta:utraqꝫ nec Catone digna:neqꝫ illa prorsus anticipande mortis sufficiens causa est. ¶ Dolor. Mori malim q̄ȝ sic viuere. ¶ Ratio. Quid scis an hec tibi tam tristis vita multis optabilis:multis inuidiosa sit? Sed impatientia res cūctas exaspat. ¶ Dolor. Mori opto. ¶ Ratio. Ut timidis metum mortis: sic desperatis vite odium extorquere difficile est:Uitam tamen equanimiter perferendam:mortem fortiter expectandam:hec nostri remedij summa sit.

¶ De morte. Dia.CXIX. ¶ Do.

Morior. ¶ Ratio. Ad extrema peruentum est. Jam nec morteꝫ metues nec optabis: de quibus duobus totidem me proximis tractatibus fatigasti: Jam preterea nec dolebis: nec corporis animiqꝫ defectib⁹ subiacebis:nec rerum tedijs aut morbis aut senio aut hominuꝫ dolis aut fortune uarietate lassabere:que si mala sūt: mali finis utiqꝫ bon⁹ est. Tu pauloante de his omnibus querebaris:nunc eorundeꝫ de fine conquereris:vide ne sis iniquus:vnam rem qui simul doleas esse ꝛ finiri. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rō. Iter patrum:immo omnium latum tritumqꝫ iter gradieris:Solus ne tibi nescio quid aliud demuꝫ maluisses:Perge auteꝫ:non est aberrandi metus:tot sunt vie duces comitesqꝫ. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Siquis est quem flentem mori deceat ridere dedecuit viuentē:cū instare sempqꝫ supra verticeꝫ videret vnde mox flendum sciret:risum illum haud dubie flet⁹ hic nō lōgo seiunct⁹ spatio sequebatur. ¶ Do. Morior. ¶ Rō. Nō est ferēdus qui sui generis sortē luget:nō morereris utiqꝫ nisi mortalis eēs. Sin id defles ꝙ mortalis sis:nō est flēdi loc⁹:

ubi esse desinis quod inuitus es: flendum erat ab initio dum inciperes esse qd nolebas: nunc gaudē duz: esse enim incipies imortalis. ¶ Do. Morior. ¶ Ratio. Omnes hi qui lectuluz tuum modo ambiunt: omnes preterea quos vidisti vnq̃: omnes de quib⁹ audisti aliquid aut legisti: ꝛ quantula ea pars hominum est quã nosse potueris: omnes omnino qui uel olim nati sunt uel omnibus terris ac seculis nascentur: iter hoc egerunt acturiq; sunt. Cerne animo longam precedentium longamq; sequentium cateruam: comitũ quoq; ꝛ hac ipsa hora tecum simul obeuntium: non paruum numeruz pudebit credo sortem publicã priuatis urgere querimonijs: dum ex omnibus uel vnuz cui inuideas non videbis. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Hoc est impassibilem fieri ꝛ iuguz fortune pariter ac mortis excutere: Geminũ ingens bonum: quod viuenti nulla vnq̃ prosperitas largiretur. Cogita autez queso quot tibi ꝛ q̃ graues cure qui superant labores: Si non dicam infinitam: sed annorum mille qui vnius iam preterite dici spatio comparãtur certam vitam accepisses: quod optime estimabis: si huius breuis ac fugacis ꝛ incerte vite tedia: proq; hac totiens susceptos labores molestiasq; memineris. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Ita mortem fletis O mortales quasi magnum aliquid: vita esset: quod si esset magnum aliquid: musce haberent ꝛ aranee ꝛ formice. Si semper beneficium vita esset: semper maleficiũ esset mors: que magnum beneficium est interdum: dum uel intolerabilibus malis: uel ab his que sũma sunt mala peccatis instantibus animam eripit preseruatq;. Atqui ut magnum aliquid inter uos sola est virtus: sic si per se spectetur vita hec: miseriarum innumerabilium officina est: quam qui claudi dolet: is ferias respuit malorum ꝛ quietem odit: quam qui appetit laboriose finem vite cupiat necesse est. Quando nullus alius uel laborum uel malorum finis: quid fles igitur? Dies adest qui si traberetur uotis erat optandus: ꝛ fortassis ut res hominum sunt ꝛ fortune vis immensa ꝛ insultus uarij: sepe etiam uotis optatus est tibi. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rõ. Immo e terrea ꝛ e caduca domo ad ethereum atq; eternum migras habitaculum: ꝛ in limine pedem habens mestus auelleris atq; inuitus: ꝛ nescio quid retro anxie respectans: an sordium quas dimittis oblitus: an bonorum ad que pergis incredulus. Profecto si quod pauloante dicebaz: ꝛ quod magni dixerunt viri: uestra que dicitur vita mors est: Illud est consequens: ut eius finis que mors dicitur vita sit. ¶ Do. Morior. ¶ Rõ. Rex te tu⁹ carcere liberat: iam vincula franguntur que fecisse mortalia pium patrem libuit. Idq; uel maxime ad illius misericordiam pertinere: ꝛ Plotino visum ꝛ uestris approbatum sciens: quid queraris nescio. ¶ Dolor. Morior. ¶ Ratio. Uocat te rex tuus felix nuncius. Sepe est enim nec videtur faustum quod inuitis acciderit. Consensum adhibe: tunc sentire incipies q̃ bene tecuz agitur: hic quem metuis carceris exitum ꝛ male vite reputãs ꝛ mortis bona presagiens: quasi olor ille Socraticus diuinationis particeps ꝛ ob id sacer Apollini moriendo cantabis: si non uoce saltem animo: Et nisi quod absit graue nimis inexpiatoruz te criminum pondus premit: quod fecisse Uespasianus corpore legitur: tu facies mẽte: ut assurgas moriens: nec te dignum censeas iacentez mori: neq; minus hac in parte tibi tribuas q̃ ille sibi qꝫ non ut ille sis princeps: Mors enim nescit imperiũ: Princeps non agnoscit: adequatrix optima: Multa forsan in vita: certe in morte nihil illi licuit quod non liceat tibi: quin ꝛ plusculum diuine opis tibi ni respuis affuturuz spero: non quia tu melior: sed qꝫ tu gratuito dei amore felicior: qui negata magnis ꝛ sapientibus abscondita concessit paruulis ꝛ reuelauit indoctis. Adde qꝫ tum utilius: tum facilius tuum erit assurgere. Illius enim conatus corporeis viribus egebat: quas morb⁹ extenuat: mors extinguit: tibi ad assurgendum non nisi animi viribus est opus que vicinia sepe mortis augentur. ¶ Dolor. Morior. ¶ Rõ. Quid in tuto trepidas? qd in plano cespitas? quid in prono hesitas? Non tibi ingeram que hoc loco disputant philosophi: Multa sunt enim que morientis occupatio ꝛ angustie temporis non admittunt: debuit tibi profunde admodum hesisse quicquid ubiq; de hac re ab antiquis philosophis disputatum est: Ut enim ipsi idem uolunt: asperarum rerum omnium remedia superuacua facere potest rara quidem: sed in finem rara prosperitas que aduersus mortem differũtur: ea semper utilia semperq; necessaria: ut sint moriendi non fortuita sed naturalis ꝛ inuicta necessitas facit. Inter ceteros sane mlta ꝛ ualida in Thusculano ipso: cui⁹ supra memini prima luce recolligit Cicero: que nisi oliz didiceris: nũc docẽdi spatium non est: quibus efficit siue in malis sit qui moritur: siue in bonis esse videatur: quia tamen ex quo fortune iaculis patet omnis hominum stat⁹: a malis eum non a bonis morte discedere: quod acer quisq; humanarum obseruator rerum haud dubie uerum sentit. Morte igitur non offensũ se: sed sibi consultum iri existimat: iam lete illam cogitans ꝛ cum uenerit visurus ut liberatoris sui nunciam seu ministram: ꝛ cum transierit respecturus: ceu fenestram vnde mundi laqueos ꝛ carcerẽ carnis euaserit. Illud Cicero idem disputando consequitur: seu perit animus seu transfertur: ut uel mali nihil: uel boni plurimuz sit in morte: argute fortassis apud suos: apud nos nẽpe non philosophis modo sed ne vulgo dubium: credo hercle: nec apd eum ipsum de quo sepe loquimur Ciceronẽ: quod magnificentissime multis testatus est locis: sed uel sui collocutoris: uel illius cui diffidentie seruiebat Ad summam igitur sic teneto ut scias immortalez esse animam: quod non solum concors uestre gentis opinio: sed philosophorum omnium excellentissimi tenuerunt: Nulla tibi spes in occasu anime que natura talis est ut mori neqat: neq; hinc fidas nil mali superesse post obitũ qꝫ nulla sit futura anima que pati possit. Sed qa creator aie ipse est mitis: ipse pius ac misericors: opus suum non despiciet seq; ueraciter inuocantibus prope erit. In illum preces: in illum uota: in illum spes ultime ferantur: in illius nomen extrema desinant suspiria. I securus: nihil timeas: natura parens benignissima nihil fecit horrificum: mortem formidabilem error facit hominum non natura rei prouide. Si quid magnum uoluis animo: si quid altum struis: humiles ꝛ ineptas vulgi uoces actaq; despice: uerũ illos suspice quoꝝ imitatio ad uerã gliaz via est

Apud nostros quidem lete feliciterqꝫ morientiū: innumerabilia sunt exēpla. Sin antiquiora perquirimus: multi occurrent: qui moꝛtē nō modo ferāt foꝛtiter sed arcessant: qđ in Marco Catone: sicut modo diximus: Marcus Cicero excusat: Seneca autem ⁊ laudat: Nobis vō neutrum sat probatur: sed secundum minus: quia tolerabilius est errorem excusare qꝫ laudare: Nos utrunqꝫ reijcimus: quoniam ut uocatum respondere ⁊ reuerenter parere laudabile: sic imperatoris iniussu cōmissa de custodia ⁊ coꝛporis statione discedere capitalis est habenda defectio: ⁊ uel exilio graui: uel summo plectenda supplicio. Sciens repeto ut altius impꝛimam: Abunde eniꝫ: nisi falloꝛ: hec omnia supioꝛ tractatuꝫ explicuit. ℂ Do. Morioꝛ. ℂ Rō.
F Immo carnis tributum: nature debitum persoluis mox futurus liber: fac libēs quod uel nolēs faceres: ⁊ ut bene ait quidam: moꝛtis hoꝛtatoꝛ cupias quodcunqꝫ necesse est. Non est utilius imo qdē nō est aliud in necessitate ꝯsiliū: qꝛqđ fit a uolente fit leuius: ⁊ desinit esse necessitas si uolūtas accesserit. ℂ Do. En morioꝛ. ℂ Rō. En te dominus ꝑstolatur: Accelera ne titubes neu cuncteris: pone suspitiones: non tu tibi charioꝛ es qꝫ illi. Quis uocatus ab amante diffidit? Adhuc foꝛte miraberis timuisse quod optanduꝫ esset. Multa iam solutus scies que vinctus nullo vnqꝫ studio didicisses: usqꝫ adeo ut arcana rerum nosse uolentibus: ad que moꝛtali uelo obsita acies uestra non penetrat: que pꝛofecto cupiditas nālis est homini: sed uehementioꝛ studioso: nil moꝛte melius putem: nilqꝫ quod bꝛeuius adoptatum ferat. ℂ Do. Morioꝛ. ℂ Rō. Immo obdoꝛmis vitequ fessus ut arbitroꝛ requiescis. ℂ Do. Morioꝛ. ℂ Rō. Uade in eternaꝫ requiem: nunc pꝛimum viuere incipis. Bona moꝛs initium est vite.

ℂ De Moꝛte ante diem. Dialogus. CXX. ℂ Do.

A q Uid qꝛ ante diem morioꝛ? ℂ Ratio. Ante diem nemo moritur. Sed nō omnibus dies idem: Immo ut uateꝫ ait eximi⁹: Stat sua cuiqꝫ dies: ad quam quisqꝫ cum uenerit metham attigit. Et quoniam nec redire datuꝫ nec subsistere: transeundum est. ℂ Do. Ante diem morioꝛ. ℂ Rō. Posset id uerum esse si diem debitoꝛ fuisses: purus debitoꝛ semper debet: Semper itaqꝫ nutum sui creditoriꝫ obseruet: ⁊ semper in numerato habeat quod debet. Habet autem semper: dum moꝛtale coꝛpuꝫ habet: nullo mutuo: nullo opuꝫ est fenore: domi habet: Immo quocunqꝫ ierit secum habet: ⁊ ut dicitur in manu habet vnde se liberet: quo soluto nil nature amplius: ⁊ nil iam celestib⁹ ullis debet: ut Uirgilius ait. Pone igitur hāc querelam: Ante diem nō reposcitur quod omni debetur die: quin pꝛo eo quod dicebam gratias age: qꝛ scilicet ad id debituꝫ nec pꝛece: nec possessione: nec pignore: nec usura indiges: quod ultimum dixisse fertur Spartanus ille vir foꝛtis incognitus sed dignus agnosci: cum ad moꝛtem ductus: ob hoc ipsū īperterritus iret atqꝫ alacer: qꝛ capite suo satisfacere
B Lycurgi legib⁹ posset. ℂ Do. Morioꝛ ante diem. ℂ Rō. Non intelligo quid sit ante dieꝫ mori: nisi quod vulgo dicitur: Ante lucem: seu cū pꝛimū elucescit: que exercitijs eius quam nunc agis anime aptissima hora est: Aliogn quis omnino hominum ante suum diem moritur: cum ille sit suus dies in quo moritur non alius? ℂ Do. Ante tempus morioꝛ. ℂ Rō. Neqꝫ ante tempus neqꝫ post tempus: sed in tempore morieris: nisi sic foꝛte tempus accipis quod tu tibi: nō natura seu foꝛtuna pꝛefixerat. Ante illud enim sic non mori potes: sicut nec post illud viuere. ℂ Doloꝛ. Morioꝛ ante tempus. ℂ Ratio. Quis nisi amens queritur ante tempus absolui vinculis ⁊ carcere relaxari? Letandū Mediusfidius si ante tempus accidisset: sed nec accidit nec accidere potuit: suuꝫ tempus habet omnia: hic te terminus manebat: hic metham fixerat qui te in hoc vite stadium induxit. Si de hoc fine quereris: ⁊ de alio quolibet queri posses. ℂ Doloꝛ. Cito morioꝛ. ℂ Ratio. Cito natus eras: Non moritur cito qui iam senuit. Qꝫ si nō senueras: cessat altera pars querele: qꝫuis si poꝛtio vite ultima est senectus: non senuisse non potest quisquis moritur. Sed intelligo senectutē ut vulgus: annoꝝ cōgeriē multoꝝ: cui nō ut reliquis finis est alius qꝫ moꝛs: de initio discrepant uarijs sententijs: sed pꝛo viribus senescentium pꝛocqꝫ ualitudine coꝛporuꝫ atqꝫ animorum habitu ad concoꝛdiam redigendis. Tota deniqꝫ res huc redit: ut uel moꝛtis incusare celeritatem desinas: uel molestias vite ꝓlixioris que de moꝛtis ipsius tarditate pꝛoueniunt: Sed uos nobiscum dissidentes nec mori vultis nec senescere: cum utrunqꝫ certe uel alterum sit necesse. ℂ Doloꝛ. Amplius viuere poteraꝫ. ℂ Ratio. Immo certe non poteras: Naꝫ si posses: puto viueres: Sed hoc dicere vis: uolebam seu speraba: Et ut est animus moꝛtalium vite auidus: spei credulus: utrobiqꝫ perfacile tibi assentiam. At si dicere vis: debebam: quia pauculos adhuc dies viuere etati non indebitum videretur: non eque consenserim. Quidam enim serius obeunt: multi ocius: nunqꝫ nullus: hec inter nihil in commune pꝛouisum: nisi ut omnes moꝛtales vna lex teneat: vnum moꝛtis imperium: alio tamen atqꝫ alio moriendi genere diuersisqꝫ vite spatijs: sic rei vni⁹ modus multiplex tempusqꝫ peruarium est: Equo animo igitur quisqꝫ suum moꝛtis genus: suū diem moꝛtis expectet: nec auiditate vite: nec fastidio quod indocti ingratiqꝫ omnes faciunt: de nature legibus queratur aut litiget. ℂ Doloꝛ. Modicū vixi. ℂ Ratio. Nullus tantum vixit ut non sibi modicum vixisse videretur: ⁊ est plane modicum quicquid hic viuitur: Itaqꝫ si diu viuere delectat: vitā illaꝫ querite ubi semper viuitur: que ⁊ si hic non sit: tamen hic queritur. ℂ Doloꝛ. Uixi modicum. ℂ Ratio. Quid si plus vixisses: nunquid ideo non vixisses modicū? Spatia vite huius imparia ⁊ incerta sunt: vnum omnibus est commune: cuncta sunt bꝛeuia: Uixit aliquis octoginta annos: qđ hic qꝫso plus habet qꝫ qui octo? Uerte acriter te in te nec te fallat vulgi furoꝛ: qđ plus inqꝫ habet qui diutius vixit: nisi foꝛte curas laboresqꝫ ⁊ dolores ⁊ tedia ac peccata in lucro ponitis? Aut quid plus haberet si vixisset octingētis? Est in expectatione fateoꝛ plusculū aliquid: At cū spatiū utrūqꝫ trāsierit: mihi crede: nihil iuenies quo plus vixisse felici⁹ sit. ℂ Do. Morioꝛ dum bene agere cogitabā. ℂ Rō. Quid agē cogitabas nec agebas? Sic foꝛsitā in ꝑpetuū cogitasses. Sunt qui beneagere semper cogitent: nun-

q̃ tamen incipiant. Q2 si bene agere ceperas: ne du bites: q̃uis boni operis finez mors preuertat apd ceca hominum iudicia fortasse aliquid sed spernen dum: apud infallibilem rerum estimatorem nil ti bi subtrahitur: integra merces tua est: non actuum modo sed uotorum. ¶ Dolor. In medio rerum ap paratu morior. ¶ Ratio. Hoc non mortis sed mo rientium culpa est: qui breuissimam vite telaz: tum maxime ordiuntur dum precidenda erat: quod ni si sic esset non tam sepe inexpletis vite muneribus morte preuenirentur: sed expletis ac transactis vi uerent qua profecto nulla dulcior vita est. Hanc ta men dulcedinem non tam vite breuitas q̃ viuenti um torpor hominibus eripit: quib9 nulla ideo lõga est vita: quia quantumcunq3 sit temporis nunq̃ vi uunt: semper viuere meditantur: & iam senes inter
E noua vite consilia fluitantes celeri fine serum prin cipium antecedũt. ¶ Dolor. Morior dum magna pararem. ¶ Ratio. Hoc multis magnis viris fere q3 omnibus accidit. Falluntur homines cũ in mul tis: tum in morte precipue: quam uenturam nemo est qui nesciat: dilaturam sperant: & abesse procul fingunt sibi quam vicinam semper hinc vite breui tas & fuga temporum facit: hinc fortune vis & ca suuz humanoruz circumfusa uarietas. Et o cecitas mira: quod quid uobis sit sperandum in alijs sal tẽ aliquando non discitis: Sed sic est egre ad ama ras cogitationes animus redit: Itaq3 dum sibi qs quis longissimum vite spatiuz spondet: dumq3 uel euum Nestoris: uel ut ait Cicero: Metelli fortu nam sperat: deniq3 dum se quisq3 predilectum na ture filiuz credit: de primordijs agitantes finis oc cupat: & multa deliberantes iprouisa repẽte mors aggreditur mediosq3 intercipit apparatus. ¶ Do lor. Uiridi morior etate. ¶ Ratio. Ut nil in hoc aliud boni sit prouisuz tibi est saltem senio ne mar cescas. Senectus enim q̃uis nõ sit grauis: ut apd Ciceronem ait Lelius: utq3 a nobis supra disputa tum est: aufert tamen eam viriditatem: in qua qui dem: ut Scipionem ille: sic tu nunc etiam & te fuis se commemoras: multis tu fortasse desiderio: nulli iam fastidio futurus sis: quod in longa etate vita re quãtalibet virtute subdifficile est. ¶ Dolor. Iu uenis morior. ¶ Ratio. Nosti quid in vita passus fueris: quid passurus ignoras: & mihi crede in hoc tam uario tamq3 immiti fortune regno qui premo ritur comitem fallit. ¶ Dolor. Morte prepedior
F ne cepta perficiam. ¶ Ratio. Iuste id quidem: agi tis enim semper que peregisse pridem decuit: per actiq3 nihil est: hoc maxime uobis grauem mortẽ facit ac miseram: Et siquidem absq3 tua culpa ce pta peragere nequiuisti: sufficiat uoluisse. Sin per ignauiam distulisti: displiceat neglexisse. Q2 si for san hec lamentis causa pretenditur: uere autem ni hil aliud q̃ vite prolixitas & dilatio mortis opta tur inanis: licet publici uoti tandem te uel sero pu deat: Audite tamen me mortales usq3 adeo vite cu pidi: quero ex uobis sequestrato virtutum exerci tio: quid omnino aliud vita hec q̃ segnis & inuti lis mora est? que quantalacunq3 fuerit nequit nõ esse breuissima. Dictum ergo placet illius cui9 Au gustinus meminit: quem in extremis agentem cuz amici solarentur ac dicerent: ex eo morbo q̃ mini me periturum esse: Respondit: si nunq̃ bene: at si aliquãdo cur nõ modo? ¶ Dolor. Interruptis re bus morior. ¶ Ratio. Si ad mentem redeunt: aut rebus gestis aut ingenio clariores: magna pars in expletis operibus obiere: paucis in hac breui vi ta contigit ut cõcepta seu iam incepta perficerent: Tu võ quoniam communi hominum more has te in angustias impegisti nec preterita retractari pos sunt: vnam hanc emergendi viam arripe: nõ ut ad multa interrupta flebiliter iutiliterq3 respicias: sed ut viriliter quod vnuz restat expedias: bene mori.

¶ De morte violenta. Dia. ¶ XXI. ¶ Do.

Sed violenta morte pereo. ¶ Ratio. Si no lens moreris: violenta mors omnis est: at si uolens nulla. ¶ Dolor. Per vim morior. ¶ Ratio. Siquidem vite vis aufertur: quid inter est febris: an gladius: dum libere egrediare: quid refert: an ergastuli tui fores sponte pateant: an frã gantur? ¶ Dolor. Ui morior. ¶ Ratio. Multe sũt species mortis sed mors vna: que an violenta sit: an non: morientis arbitrium est: vim vis maior su perat: consensus extinguit. Sapiens sic instru ctus est: ut quib9 non potest obstare ꝯsentiat. Quid tu inquies: Percussori meo ut consentiam iubes? quidam non consenserunt modo sed gratias ege runt: Inuentus est qui percussorum suorum igno rantiam excusaret & supremo illis anhelitu ueniã precaretur: Neq3 ego te cruento consentire carni fici iubeo sed inuicte forti: cui qui non sponte parue rit vi parebit. ¶ Dolor. Morior hostili manu. ¶ Ratio. Quid tu igitur amici manu mori posse crediderás: quando id tibi nisi ab ignorante cõtin geret? ¶ Dolor. Hostili dextera pereo. ¶ Ratio. Hostiles euadis manus: Ille dum ire sue obsequi tur libertati tue consulit: potestati sue detrahit: nil q3 amplius in te potest. ¶ Dolor. Hostili manu oc cumbo. ¶ Ratio. Satius est sub iniusto hoste pro B
cumbere q̃ sub iusto rege. Illic enim occisoris est crimem: hic occisi. ¶ Dolor. Hostili ferior manu. ¶ Ratio. Quid tua magis interest q̃ dextera q̃ quo gladio feriare? Non de manu sed de vulnere querit: q̃uis & Põpeius manu Cesaris feriri pro mortis solatio videat apd Lucanũ optare: & apud Statium Capaneus Ipseum: apud Uirgiliũ Ene as Lausum: Camilla Ornithum: q illoruz manu occidantur consolentur. ¶ Dolor. Ferro morior. ¶ Ratio. Communis tibi cum maximis fortuna: cunq3 optimis viris bona pars eorũ quos uel pre sens vita felicissimos habuit: uel eterna sanctissi mos habet: gladio piere: quos si numerẽ nõ breui loqui monitoris: sed longi op9 erit historici. ¶ Do. Gladio pereo. ¶ Rõ. Alij aliter: qdã laqueo: qui dam lapsu: quidam vnguibus leonis: aut apri dẽ tibus: multis ferri copia defuit dum optarent gla dio perire. ¶ Dolor. Ferro ferior. ¶ Ratio. Quid C
scis an maiori exitio subtraharis: quodq3 miserri mum censes: grauioris miserie fuga sit. Dixi supra ut Plotinũ alteꝝ a Platone phie dec9 pestilens le pra pcussit: Id nõ dixi: ut alteꝝ ab Homero poeti ce Graie lumẽ Euripidẽ canes morsib9 lacerarũt. Lucreti9 uestroꝝ uatum pmo prim9: cui tã multa Uirgilium auferre non puduit: amatorio poculo accepto in morbũ rabiẽq3 cõpulsus: gladio ad po stremuz pro remedio usus est. Herodes rex iudee tã fedo morboruz agmine circumuentus interijt:

ut compendiosior fieri mors inuidiosa sibi esse po tuerit:utq; augurior fuerit Roman⁹ princeps Ha drianus morbi tedio uictus:impatientiā doloris ferro abrumpere si licuisset optauit. Magnū quen dam virum hac etate vermes toto scatentes cor- pore:mures alium exedisse narrantur: Inter tam multa ludibria humani corporis:si electio tribua tur:quis imbecilis adeo ut non ferrum ambiat?

D ¶ Do. Ignib⁹ pereo. ¶ Rō. Quidam aie vim na turamq; igneam extimātes:id facillimum mortis genus opinati sunt. ¶ Dolor. Flammis absumor. ¶ Ratio. Uermibus ereptum corpusculum non putrescet. ¶ Dolor. Fluctibus obruor. ¶ Ratio. Piscibus conuiuium:bustum tibi amplum nobi le nitidum. Et quid refert corpus terreum:terre reddas an pelago? ¶ Do. In freto morior. ¶ Rō. Non ubi sed qualiter moriaris ad rem ptinet ubi- q; bene mori licet ubiq; male: Non in loco sed in aio est qđ felicem mortem facit aut miserā. ¶ Do. In mari pereo. ¶ Rō. Persuasum multis scio in mari miserum mori:ꝙ ethereus atq; ardens spūs suo contrario videatur opprimi:Sed ut dixi nihil locus ad miseriam:aius totū. Itaq; de hac re nau te nescio cuius respōsionem ꝓbo:quem cum qdā interrogasset:ubi nam pater eius obijsset? In ma ri inquit. Cūq; idem ille de auo ⁊ proauo atq; at- tauo noiatim ex ordine quesiuisset:responsūq; idē de singulis accepisset: Intulit: ⁊ nunqd tu inquit mare ingredi non times? Respōdit nauta dissimu lans: ⁊ ubi nā tuus obijt pater? Suo ait in lectulo: ubi auus inqt: ⁊ is ait ⁊ proauus ⁊ maiores mei oēs suis in lectulis obire. Tum nauta: Num tu in quit tuum non times in lectulum ascēdere? Elegā- ter quidem aliquātoq; plus q̄ nautice. De morte igit natura viderit que mortales fecit:at de gene- re mortis:de loco:de tpe viderit fortuna. ¶ Do. Ue neno morior. ¶ Rō. Comites tibi illustres pridē dū de hoc vno agerē exposui. Regia quidē mors est gladius:sed uenenum magis. Et ad sūmā Ri diculum ualde est ubi de morte decreueris:de in- strumentis esse anxium.

A ¶ De morte ignominiosa. Dia.CXXII. ¶ Do.

Sed ignominiosa mors est. ¶ Rō. Mortē ignominiosam facit non genus aut quali- tas sed causa supplicij. ¶ Do. Ignominio- se morior. ¶ Rō. Nemo bonus male moritur:ne mo malus bene. Honestam mortē non funeralia: non ministri:non purpuree faciunt exuuie:non in- uersi clypei atq; enses: ⁊ flens dnm familia: ⁊ vul gi clamor ac lamēta: ⁊ merore uxor insignis ⁊ pie tate filij: ⁊ deiecta ceruice ante feretrum nigro idu tus:ac lachrymis grādibus humēs ⁊ homo: non postremo funereus laudator: ⁊ imagines auree di uitis sepulchri:defunctiq; titulus victur⁹ in mar- more donec sua quoq; l3 sera lapidibus mors sit. sed virtus ⁊ clarum meritis viri nomen:nō vulga ris egens aure:sed suapte eminēs maiestate:quod non pceps ⁊ cecus fauor hoium:sed rerum series ⁊ innocēs vita pepererit:atq; usq; ad mortē ueri- tatis ⁊ iustitie suscepta defensio: Interq; medias mortis minas imperterritus atq; infract⁹ animus ac generosa fiducia. Cōtra his decoribus honestā mortem:quis ignominie queso locus est: aut quō turpiter mori pōt qui sic moritur: Seruilē in mo dum virgas adhibe ⁊ tortores ⁊ laqueos ⁊ secu- res:fige cruces ⁊ rotarum radios attolle ⁊ qua- drigas in diuersū age lacera huc ⁊ illuc membra rapturas: Adde ignes ⁊ craticulas prunis imposi tas atq; oleo uasa ferūctia: ⁊ ferarum dētes fame armatos: Adde vncos ⁊ gemonias ac tracta per vicos laniata cadauera: ⁊ quicquid iniurie atq; ob probrij:seu viuum:seu exanime corpusculum pati pōt: Dura mors fortasse videbit:ignominiosa cer- te nō fuerit: Immo vō nōnunq̄ eo clarior quo du- rior. Itaq; apparat⁹ hic exterior ⁊ tumultus: ⁊ tu be: ⁊ carnificum truces vultus ⁊ irata uox tyrāni: nihil prorsus ad rem:intra teipsum te reflecte: ibi te quere atq; excita:omnibusq; que supersunt ani mi viribus ad extremos casus accingere:aures ab inuiso strepitu:a supplicij pōpa oculos auerte:ta- citusq; totam aiam recollige atq; hortare:resq; ip sas examina non vmbras rerum:tu si mortē ipsam rectis oculis spectare audes:nec ferrum puto:nec restim:nec liuētes calices:nec stillantes carnifices horrebis. Uanum est enim ipsum hostem cum cō- tempseris eius faleras aut signa metuere. ¶ Do. Ignominiosa morte damnatus sum. ¶ Ratio. Se pe actor seu delator infamis ⁊ obsceni testes ⁊ ob scurus iudex:reus aūt ipse clarissim⁹: Sepe igno- bilis vulgo mors nobilis vō gloriosaq; qui mori- tur. Iam ut sileā reliquos:ꝙ ⁊ nimis multi ⁊ mul- to impares sunt: que usq; ignominiosior mors q̄ crucis? in qua pependit eximium illud ⁊ preniti- dum celi decus ac terre:ne tale aliquid ignominio sum sibi censeat illa sors hominis. Et quoniā sum- mo nihil est altius:in hoc desino: Omne gen⁹ mor tis honestare potest virtus: virtutem nulla mors inquinat.

¶ De morte repentina. Dia.CXXIII. ¶ Do.

Repente nimis morior. ¶ Ratio. Pau-
A loante si recolo senuisse te dicebas: miror quomodo repētina mors seni est:qui nisi: non dicam:delirat:sed insanit: Semper ante ocu- los mortem habet: Namq; cū omni etati salubri ter sit consultum ut omnem diem sibi ultimum cre dat:hoc amplius rite consulitur senectuti: ut om- nem horam sibi putet extremam: Neq; illud mo- do non audiat quod est apud Tullium: Nemo tam senex qui se annuū nō putet viuere: Sed ne id qui dē quod Seneca ait:diem. ¶ Dolor. Subito mo rior. ¶ Ratio. Quid hic dicam: nisi ut repetam quod ille olim summus hominum nec minor inge nio q̄ fortuna: vno ne integro quidem ante suum obitum die quasi iam uerū experientie vicinitate presagiens:dum de hoc ageret:repentinā atq; im- prouisam mortem commodissimam iudicauit:quō iudiciū ab ea videbitur religione dissentiens que ab hac morte liberari flexis genubus deum orat: Neq; ego hanc sententiam ubi sit libertas ample- ctor:aliud tibi nempe cogitandum est:neq; vō hāc optabilem:sed ubi sit tolerabilem mortē dico. Si quidem sapienti quiq; eminus cuncta preuiderit: inopinum nihil accidere posse non ambigitur. Un de fit:ut improuisa mors non sit cuius prouida vi ta fuit: Nam quo pacto rerum maxima negligat: qui parua:qui minima etiam librare sit solit⁹? Hu- manis autē in rebus quid mihi maius morte mō strauerit: quid par morti? ¶ Dolor. Uelocissime morior. ¶ Ratio. Impremeditata modo non sit mors:quo uelocior eo facilior: Et suppliciū enim si

quod est: utiqꝫ breue est sensumqꝫ ipsum celeritate
preueniens: ⁊ morti detrahitur quod est in morte
durissimum: metus mortis.

¶ De egrotãte extra pr̃iaꝫ. Dia. CXXIIII. ¶ Do.
Aliena in patria egroto. ¶ Rõ. Quid re-
a fert cuius sit patria: egritudo: utiqꝫ tua est
¶ Do. Ludis me: ego extra patriam egro
to. ¶ Rõ. Qui extra vnaꝫ patriã est: intra aliam
sit oportet: extra oẽm patriaꝫ neqꝫ egrotare nec sa
nus esse quisq̃ꝫ potest. ¶ Do. Diuerticula uerboꝝ
queris: extra meã patriã egroto. ¶ Rõ. Unũ hoc
bonum huic inest malo: nemo grabatulum tuum
premet: non importuna uxor aut filius: sui uterqꝫ
sollicitus: negligẽs tui. Quotiẽs putas viro uxor:
patri filius: fratri frater in ultimis laborãti pului-
nar iniecerint: ⁊ mori adiuuerint: queꝫ alienigene
uetuissent? Sepe ibi maior est charitas ubi minor
creditur: Certe nullus astantium morbo tuo gau-
debit: nullus tibi morteꝫ optabit. Queris causaꝫ?
Nullus hereditatem tuã expectabit: Omne in fa
cinus spes ⁊ cupiditas impellũt: hec trãquillitas
non facile tibi in patria contigisset: Multi stratum
circumsisterent sub officij specie funeri inhiantes:
que cogitatio egrotanti egritudo: nisi fallor: altera
est. Obsessum hinc lupis: hinc vulturibꝰ se cernẽti:
b iam cadauer mente captantibus. ¶ Do. Extra pa
triam egroto. ¶ Rõ. Quid scis: forsitan nũc in pa
triam redis: Rectum ⁊ breue iter in patriã est mo
ri. ¶ Do. Extra patriam eger sum. ¶ Rõ. O sup-
uacue semper ⁊ inanes hoiuꝫ querele: quasi vo ar
dentior extra patriã febris aut durior sit podagra
Malum hoc omne quod videtur uoluntariuꝫ est:
atqꝫ in uestra positũ potestate: ut pestes alie quas-
cunqꝫ falsa animis inuexit opinio.

¶ De moriẽte extra pr̃iaꝫ. Dia. CXXV. ¶ Do.
A Morior extra patrios fines. ¶ Rõ. An pe-
m regrino id accidit an exuli: Iã seu te in his
terris visendi discendiqꝫ studium: seu re-
ligiosa deuotio detinebat: ⁊ gaudendum ꝙ hone
sto te mors reperit in actu: seu iusta sententia ⁊ fe-
rendum non modo fortiter sed libenter. Nullo eni
melius modo iniusti scelus hominis q̃ꝫ iusti sup-
plicij spõtanea ac tranquilla perpessione diluitur.
Sin potẽtioris iniuria: neqꝫ id tñ ideo dolenduꝫ:
sed satis: ut arbitror de exilio disputatũ est. ¶ Do.
Extra patriam morior. ¶ Rõ. Dicebã modo hoc
est in patriã redire: nullus rectior trames erat: nul
lus breuior. An tibi Eudemus ille Cyprius fami-
liaris Aristotelis e memoria lapsus est: de quo ⁊
Aristoteles idem scribit ⁊ Cicero: Qui cum graui
ter in Thessalia egrotaret: vidit in somnis se q̃ꝫ pri
mũ egritudine liberãdũ: ⁊ post qnquẽnium in pa-
triam reuersuruꝫ: Tyrãnũ vo urbis illius: ubi tũc
erat Alexãdrum Phereum ilico peniturũ. Cũqꝫ
ipse paucis post diebus insperate reditus saluti ⁊
tyrãnus a cognatis esset occisus: atqꝫ ita uerã per
oĩa visionem ratus: ꝓmisso tempore reditũ in pa-
triam expactaret quinti anni ad finẽ pugnans Sy
racusis occubuit: eoqꝫ illum modo in pr̃iam suam
rediisse somnioꝝ interpretes dixere: ne qua peni-
tus pars somnij falsa esset: Ego ꝗd de somnis sen-
tirem dixi alibi. De hoc in patriaꝫ reditu ꝗd occur
B reri modo dixerim. ¶ Do. Extra patriaꝫ mori co
gor. ¶ Rõ. Dixi duꝫ de exilio loq̃remur ⁊ repeto:
aut nemo extra patriã moriť: aut omnes. Doctis
ꝗdem viris placuit oẽm mundi plagam pr̃iaꝫ esse:
⁊ presertim forti animo quẽ non huius aut illius
partis amor astrinxerit: alijs eam tñ ubi bene ẽẽt:
Contra: nullam hic esse homini patriam quibusdã
visuꝫ est. Illa cõmunis: hec altior philosophia est.
¶ Do. Morior procul a patria in qua natus sum.
¶ Rõ. Ubi moreris illa demuꝫ uerior patria tua
est: Illa te diutiꝰ possidebit nec uagari sinet ⁊ pro-
prium perpetuumqꝫ incolam sinu amplexa cõstrin
get: Disce hanc terram pati que te ortum alibi trãs
formabit in se. ¶ Dolor. Procul a patria mors me
manet ⁊ sepulchrum. ¶ Ratio. Et celestes illi di-
uiniqꝫ homines quos vna etas ⁊ eadeꝫ media mũ
di parte genuerat: toto orbe dispersi sunt mortibꝰ
ac sepulchris. Illum Ephesus: illum Syria: illum
Persis: illum habet Armenia: illum Ethiopes: il-
lum Indi: illum Achaia: illos Roma: illuꝫ ultima
seruat Hispania: quosdam tamen ex his loco mor
tis ablatos esse: nũc in italie urbibus fama est qua
terreni erant pars quidẽ etherea pridem haud du C
bie celum tenet. ¶ Dolor. Extra pr̃iam mori opor
tet. ¶ Ratio. Quid secũdi ordinis viros loquar?
Illum Stridoni Bethleem prius ⁊ post Roma:
Illum Gallia Pannonie: atqꝫ illum Athenis ab-
stulit Parisius: hunc Grecie atqꝫ hũc hispanie ra-
puit Roma: hunc Mediolanum Rome viuum:
hunc defunctuꝫ Africe Sardinia: mox Sardinie
Ticinum occidentis duo lucida sydera equa meri
tis iuncta animis: vicina corporibus: qui sunt de
quibus loquor intelligis: atqꝫ ideo multa festinãs
transeo. Sed ne tertij ordinis exemplum desit. Il-
lum Palestine Cyprus tulit: illum Nursie Cam-
pania: hos hispanie italia. Illum quidẽ Bononia:
hunc Patauium. ¶ Dolor. Intelligo plane singu D
la: sed adhuc iuitus procul a patria morior. ¶ Ra
tio. Et ego plane causam rei huius intelligo: ꝙ sci
licet sanctissimis spiritibus celoqꝫ semper herenti
bus nulla iam terrene patrie cura esset que nõduꝫ
tibi deposita: sed mihi crede: si celo inhias deponẽ
da est: Attingam tamen dehinc alios virtutis ami
cos: celi memores: nondum tamen celi studio ter-
re oblitos. Samij ossa Pythagore Metapontus
texit. Ciceronem Arpini ortum: Rome altum: Ca
iete sinus exanimem vidit. Plinium quem infan-
tem lauit Athesis: grandeuum Uesemi cinis extin
xit. Uirgilium mundo dedit Mantua: Brundusi-
um: siue ut alij perhibent Tarentum rapuit: nunc
Neapolis tenet. Ouidiuꝫ Sulmo compegit: Põ
ticum soluit exilium. Terentium Comicum ut fa-
ma est: Carthago genuit: Roma docuit: Archa-
dia sepeliuit. Flaccũ Horatiũ Apulia: Enniũ Ca
labria: Statium prouincia Narbonensis: Ausoni
um Uasconia: tres Anneos: siue ut alij uolũt: qua
tuor: duos Senecas videlicet Galionem ⁊ Luca
num misit Corduba: ⁊ hos oẽs: ⁊ Plautum Arpi
natem: ⁊ Lucillum Aruncum: ⁊ Pacuuiũ Brun
dusinũ: ⁊ Juuenalem aquinatem: ⁊ Propertium
Umbrũ: ⁊ Ualeriũ Anciatẽ: ⁊ Catullum Ueronẽ
sem: ⁊ Uarrũ cremonẽseꝫ: ⁊ Gallũ forliuiẽsem: ⁊
Actium pisaurensem: ⁊ Catiũ parmẽsem: ⁊ Clau
dianum florẽtinum: ⁊ Persium Uolateranũ: ⁊
mille alios Roma retinuit: ac magna ex parte hu-
mo condidit: Titoliuio Patauino vix ferum ue-
lut ad sepulturã pr̃ie restituto: Sic ex diuerso mul
tos Roma eadem genuit alibi morituros. Orbis

terre quasi domus augusta est: ⁊ ipse quadrāgula
ris:cuius ab extremo ad extremum trāsitus: ⁊ hic
viuere:illic mori. Non pluris est fortibꝰ animis q̃
pro uario usu balneuꝫ triclinio seu brumali estiuū
thalamuꝫ mutare. Trita est oibus maximeq̃ illu-
stribus alternatio hec originis ⁊ sepulchri. ℂDo.
Scio sic esse:extra p̄riaꝫ tm̄ mestus morior. ℂRō
Nihilo letior in ea ipsa quā tuam dicis p̄riam mo
reris:sed indulgētis fletibꝰ dolēdiq̃ cās aucupa-
mini:tanq̃ sua illis insit delectatio:ꝙ si aium vul-
gi erroribꝰ circūuentū sancte docteq̃ simul ac dis-
crete pauptatis exēpla nō adiuuant:fortunatiori
bus agam:si qḋ doles regibꝰ ac Cesaribꝰ accidisse
mōstrauero:ducumq̃ clarissimis maximoꝝ ne ho
f minū fortunā sis recusaturꝰ videro. ℂDo. Quid
dictura quos ue in mediū ꝓlatura sis sentio:Sed
qd opus est v̇bis:doleo extra p̄riaꝫ mori:mortisq̃
molestiā locus grauat. ℂRō. Medicā manū hor
res:video:ꝑgam tm̄:q̃ feliciter tu videto:mihi ue
rum dixisse ac fideliter monuisse:sat fuerit. Alexā
drum Pella genuit:Babylon ꝑemit:Alexandria
conditoris sui nomē ac cinereꝫ custodiuit. Alterū
Alexandrum Epiri regia pauerat:Lucanus am-
nis obruit. Cyrum Persis regeꝫ tulerat:Scythia
truncum tulit. Marcum Crassuꝫ magnūq̃ Pōpe
ium Roma ⁊ romanū iꝑiū omne susperat:que
viuoꝝ magnitudinem tolerasset:utiq̃ mortuoꝝ si
sors sineret suffectura cineribus:sed alterū trans
Euphraten tellus pressit Assyria: alterū Egyptia
ci gurgitis vnda cōtorsit. Catoni huic ultimo Ro
ma ꝑ̇ncipium ac nomen:finem cognomenq̃ dedit
Utica Cornelios Scipiones Roma progenuit no
bilissima ⁊ reipublice saluberrima germina:qbus
seruāda sepe esset ⁊ ornāda:hos sic sua sors distri-
buit ut duo hi qui dicunt̄ magni Hispana tellure
obruti. Scipio Africanus Literni:Nasica Per-
gami:Lētulus itra Siciliā:seiūctis habitēt sepul
chris:Soli ex hoc numero Asiaticus atq̃ Africa
nus minor Rome iaceāt:melius quolibet in exilio
iacturi. Ille carcē mulctatus:hic morte. Sic ꝑsepe
ubiq̃ melius viuas:meliuſ moriare q̃ in p̄ria:nuſ
q̃ durīꝰ iaceas q̃ domi. Tres Decij: ⁊ si duoſ tm̄
fama celebret:extra p̄riaꝫ animosissime ceciderūt:
cū latinis pugnās pater:cū Hetruscis filius:addi
dit Cicero ⁊ cū Pyrrho nepos:Quid nūc ex ordi
ne occurrentes eximios duces sequar:oēs Rome
genitos sed extinctos alibi:Attiliū regulū pro ser-
uāda p̄ria simul atq̃ hosti fide:quo crudelius: eo
gloriosius moriētem vidit Africa ⁊ sequēti bello
Gaiuꝫ Flaminiū Cortona:Emiliū Paulū Cume:
Claudium Marcellū Uenusia:Tiberiū Gracchū
Lucania ꝓcūbentem vidit:Nulli hoꝝ Rome mo
ri cōtigit. Due spes ingētes imperij romani in ipo
etatis flore succise:Drusus ⁊ Marcellinus:Et si
ambo in p̄riam reuersi:ambo tm̄ procul a p̄ria:Ille
in Germania obijt:hic Baione. Quid nunc:tu ne
Tarqno suꝑbior:tu ne potētior Sylla es? Atqui il
le Cumis exul:hic dominus Puteolis expirauit.
Quid minores loquar? Augustꝰ Cesar pater p̄rie
extra p̄riam obijt apud Cāpanie Nolam. Tiberi-
us dispar moribꝰ impio par:apud Cāpanie Mise
nū. Uespasianus ac Titus optimi ꝑ̇ncipes ut pa-
trem ⁊ filiū decebat:vna ⁊ eadē villa:q̃uis ꝓpe:
extra urbē tm̄ obiere. At Traianus in occidēte na
tus:in oriente defunctꝰ est. Septimus Seuerꝰ in
Africa humilē habuit originē:Rome suꝑbū iꝑeri
um:Eboraci aūt in britānia sepulturā. Theodosi
um in hispanijs ortū:defūctūq̃ Mediolani:Con
stātinopolis accepit que iam ꝑ̇us aliūde editū sui
nois possidebat auctorē. Quid de alijs dicā? Ly-
curgum Sparta ꝓfugū:Creta suscepit:Eadē Cre
ta Saturnū regem pulsum a filio abeuntem vidit:
italis finibꝰ abditū humatūq̃ audiuit. Africe lu-
men Hānibalem tegit urna Bithinica. Theseum:
Themistoclem ac Solonē:tres Atheniēsiuꝫ coro
nas sic fortuna dispersit:ut ꝑ̇mum Syrus:secūdū
Persis:tertiū Cyprus sepeliret:Imparia tātis ca
daueribꝰ sepulchra:Dies me deficiet singulis imo
rantē:neq̃ te historijs obruere ꝓposui:sed monē.
ℂDo. Teneo:sed hos oēs ⁊ quoscūq̃ enumerare
alios potes:extra p̄riam defunctos fateor:sed uo-
lentes nego:dolētesq̃ arbitror. ℂRō. Unde hoc
tibi nisi ꝙ stulti omnes:ꝭm se alios estimant:neq̃
qḋ sibi difficile est cuiq̃ possibile suspicari possūt:
Et fortasse illi ueteri potiꝰ ꝓuerbio ꝑ̄buisti aureꝫ:
Bonū est ꝑegre viuere:mori malū:cum utrūq̃ po
tius bonū sit:modo bene fiat:lōganimiter atq̃ ho
neste:Maluꝫ utrūq̃:si male:si flebiliter atq̃ igna
ue:Dicam qḋ mireris:quodq̃ ꝓuerbio penitꝰ sit
aduersum:si qua locoꝝ querimonia iusta est:hanc
ego facilius viuenti ꝓmiseriꝫ cuius utcūq̃ forsan
intersit:q̃ morienti cui omnis loci cura sit uacua
est iam locis oibus abituro. ℂDo. Tāgis animū:
adhuc tm̄ in patria mori mallem. ℂRō. Uolūtas
humana nisi virtus ac sapiētia illam frenet per se-
ipsam idomita ⁊ effrenis est. Quod si altius attēdas:
totum hoc ad te nihil ꝑtinere fatebere:qm̄ neq̃ hic
amplius esse potes:neq̃ ossibꝰ tuis supesse sensus
aliqs quo discernāt ubi durius aut mollius cubēt:
neq̃ quo tendis aliūde facilius ꝑuenisses aut bre
uiꝰ. Elegāter Anaxagoras ꝑegre moriēs:an in pa
triam referri uellet amicis interrogātibꝰ: nihil ne
cesse est inqt:Et adiecit causam:Undiq̃ eniꝫ ad in
feros tantundem vie est:qḋ responsuꝫ non minus
cōuenit ad celuꝫ ascensuris q̃ casuris ad inferos:
ℂDo. Utinā domi morerer. ℂRō. Si illic esses:
forsan alibi esse optares:sic eniꝫ habe: ⁊ qḋ viuēs
debueraſ:disce uel moriēs:perdifficile est uobis o
mortales morem gerere delicati ⁊ queruli:quibꝰ
quod habetis omne vilissimum est semper: ⁊ solū
id optimum quo caretis. ℂDo. O si domi more-
rer. ℂRō. Multa ibi forsitan videres que mortē
tibi efficerent grauiorem:vnde ideo te semotū cre
de ut reiectis curis omnibus deuꝫ solum atq̃ ani
mam cogitares.

ℂDe moriēte in peccatis. Dia.CXXVI. ℂDo.

Orior in peccatis. ℂRō. Hec iam nec na
m ture nec fortune:sed tua propria culpa est.
ℂDo. In peccatis morior. ℂRatio. Pri
mū peccare quis te compulit? Deinde quis uetuit
commissa diluere? Postremo quis nunc etiam se-
ram licet penitentiam impedit? Usq̃ ad extremuꝫ
spūm liber est animꝰ. ℂDo. Peccata mea moriēs
mecum fero. ℂRō. Caue ne id facias:uenenosuꝫ
mortiferumq̃ viaticum depone dum uacat:dūq̃
est qui illud tollat ac deleat:ut scriptū est:Proijci-
atq̃ post tergum suum in profundum maris: Et
quantū distat ortus ab occidente longe faciat abs
te:Hanc tu horaꝫ ne neglexeris:que semel elapsa
non redibit:Quod licet horis omnibus sit cōmu

ne:ut eant semper nunq̃ redeant: In vna tñ omis-
sum hora in altera forsan restaurari datum sit: At
extreme hore negligẽtia ꝓrsus irreparabilis est.
Itaq̃ quod in arcanis anime disputationibus in-
uentum ferunt: vite huius errores quasi leues qui
dam lapsus in plano sunt vnde facile possis assur-
gere: At peccatuz mortis graui ⁊ ex alto prerupto
q̃ simillimum est ruine: vnde facultas nulla sit re
surgendi: Huic tanto discrimini cui posthac nunq̃
succurrere ualeas: nunc occurre dum uales: ⁊ me
mento non modo quid uestri dicant: sed quid Cice
ro qui de morientibꝰ in diuinatione sua disputans
Tu uel maxime inquit laudi stude eosq̃ qui secus
q̃ decuit vixerunt peccatorum suoruz maxime pe
nitet. Quid a quoq̃ queso religiosius: quid utiliꝰ
dici potest: Fiat modo quod dicit peniteatq̃ uel
sero? Anceps fateor ac piculosa dilatio: ⁊ que plu
rimos fallit qui purgationez anime que festina ni-
mis esse non potest: scientes uolentesq̃ procrasti-
nant ⁊ in finem trahunt: quo tempore circumuen-
ti ⁊ artati viciniaq̃ mortis attoniti: nihil de cõce
ptis expediunt. De quo quoniam multa dicuntur
a uestris: haud ipertinens est audire quid hic quo
q̃ Uirgilius ⁊ ipse testis externus dicat: quibus
uerbis hanc desidiam neglectamq̃ confessionem
notet: ex illius ore mirabile: ubi apud inferos iudi
cem illum facit iustitia ⁊ equitate notissimum: qui
ut ipse ait: Castigatq̃ auditq̃ dolos subigitq̃ fa-
teri: Que quis apud superos furto letatus inani
Distulit in seram commissa piacula mortem. Sed
q̃uis hoc periculosuz adeo sit: nihil tñ desperatio
ne periculosius: nihil peius uestre salut̃ hostis in-
uenit. Cetera enim suis cuncta remedijs leniũtur
hoc malorum maximum atq̃ ultimum abeuntem
ubi animam oppresserit: nullus iaz remedio locus
est. Huic ergo cũ semper: tum in fine uehementiꝰ
obsistendum est: quod ⁊ tunc urgere acrius solet:
⁊ nihil iam est reliqui quo salutis consilia cunctan
do reijcias. Neq̃ uero te hinc metus arceat: nec
te pudor dolorq̃ dilationis impediant: peius est
nunq̃ q̃ ad uesperam expergisci: ⁊ omnino quic-
quid male differtur: peius omittitur. ¶ Do. Mo
rior absq̃ ulla spe. ¶ Ratio. Male ais: immo ue-
ro spem proiectam recipe: ⁊ admotam pectori to-
tis aie ulnis amplectere: stringe: conserua. ¶ Do-
lor. Magnum est peccatum meum ualde. ¶ Ra
tio. Nullum tam magnum peccatum hominis eẽ
potest: qn multo maior misericordia dei sit. ¶ Do
lor. Quis poterit tot peccata dimittere? ¶ Ratio
Et quis putas nisi ille de quo sui hostes admiran
tes litigabat ⁊ querebant: Quis est hic qui etiam
peccata dimittit? ¶ Dolor. Quis tantorum ue-
niam merebitur peccatorum? ¶ Ratio. Nullus
fortasse merebitur aut meritus fuit: multis ta-
men data est gratis: ⁊ dabitur modo: sit qui il-
lam fideliter ac reuerenter imploret: Nullam qui
dem esse remissionem criminum ingentium ꝑsua-
dere aliqui: ut perhibent Constantino principi uo
luerunt: Ad id falsum esse: nõ modo apud uestros
constat apud quos remissio peccatoruz per baptis
mũ ⁊ per penitentiam nota est: sed apud Paganos
etiam fama fuit: falsa licet quorum morbis ideo
inefficax erat medicina: ꝙ eis nonduz medicus ce
lestis aduenerat: proinde nisi mũdari a pctõ aius
⁊ deleri posset iniquitas frustra id totiẽs peccator

ille primum maximus: postmodũ vir sanctissimus
precaretur. ¶ Dolor. Peccati cõscientia spem pre
cidet. ¶ Ratio. Peccati memoria penitentiam ac
dolorem animo afferre debet: non utiq̃ spem au-
ferre: Sed uos omni ex parte fallimini in peccato
feruidi: post peccatum gelidi: Peccando quidem
exultatis: memorando autem desperatis. Multi
passim peccant spe uenie: Contra uero multi cum
peccauerint ueniam desperant: ⁊ utriq̃ errãt: Nã
⁊ illis ab initio spez damnosam pellere: ⁊ his in fi
nem salutiferam spem tenere consiliuz erat. ¶ Do C
lor. Grauem culpis mors precipitat quid agam?
¶ Ratio. Quid nisi quod egisse iam pridẽ decuit
ut infaustam sarcinam festinanter abijcias: qua le-
uatꝰ ibis plane nõ ꝑcipitabere: Ibisq̃ nõ curuꝰ nõ
titubãs: sed erectꝰ certo ac stabili uestigio ⁊ spe bo
na. Age ergo ne differas neu diffidas: est qui exo
ratus ab humeris illam tuis trãsferat qui grauio-
ra iam transtulit: cui nil graue: nil difficile est. Et
q̃uis pigra dilatio excusatione careat: laude non
caret emendatio sera licet: Satius est eniz sero q̃
nunq̃ resipiscere: Confortare: respira: multos a li
mine tartari pauce pie lachrymule reuocarunt.
Stat dexter ad lectuli tui caput: qui non solum in
fecto illi se mundare uelle respõdit: sed quatridua
no iam fetenti ut surgeret imperauit: teq̃ etiã nũc
expectat ut mundari uelis ac surgere: non minus
ipse hodie q̃ tunc pius: nec solito minus potens:
adhuc quo in statu mori uelis in te est: adhuc sine
peccatis mori potes: non ꝙ peccata non fuerint
sed non erunt. Et si enim in preteritis nullum ius
nisi obliuionis habere deum: Pliniꝰ secundus exi
stimet: habet tamẽ quod ille vir curiosissimus nõ
vidit: ius etiaz abolitionis: Itaq̃ facta licet ĩfecta
esse non possint: ex facto tamen oriens peccatũ sic
deleri potest: ut iam amplius nõ sit: ita ut sicut scri
ptum est: Queratur peccatum ⁊ non inueniatur:
non ꝙ se peccati vinculis absoluere potẽtie sit hu
mane: sed ꝙ pie hominum uoluntati cõtritoq̃ cor
di diuinum nunq̃ desit auxilium.

¶ De moriente sollicito quid de patrimonio ac libe-
ris futurum sit. Dia. CXXVII. ¶ Me.

Uid de patrimonio sperem: quid de libe-
q ris? ¶ Ratio. Et patrimoniũ dños iueni- A
et ⁊ liberis sua sors erit. ¶ Metus. Quid
de tantis diuitijs fiet? ¶ Rõ. Ne dubita ne here
di nimie videãtur: nunq̃ tante erũt quin aliqd de
sit: de his tamen illa viderit que res uestras hasq̃
tam dilectas opes huc illuc iaculatura ꝯtorquet.
¶ Metus. Quid faciẽt filij? ¶ Ratio. A terreno
patre desertos: in suã curaz celestis pater accipiet
non relicturus ut tu neq̃ orphanos facturus: Ille
eos nutriet ⁊ docebit a iuuentute eoruz: modo do
ciles se prebeant: ⁊ usq̃ in senectam ⁊ seniuz: usq̃
ad mortem ⁊ sepulchrum non destituet. Spes na
scentis hominis deus est: non genitor q̃uis di-
ues: q̃uis rex ille sit. Non est edificandum in are
na sed in petra: Omnis spes de homine breuis ⁊
caduca est. Filij igitur tua spe delusi ponẽt in deo
spem suam ⁊ cantabunt cum Dauid: Pater meus
⁊ mater mea dereliquerunt me: dominus autem
assumpsit me. Multorum indolem filiorum ⁊ vir
tutum semen mentibus insitum parentum blandi
tie extinxerunt: Sicut ex diuerso molliciẽ sepe di
scussit orbitas ac paupertas. ¶ Metus. Quo de- B

uenient opes? ¶ Ratio. Unde uenerunt reuertentur: hoc est ad fortune manus: Inde rursus ad alios atqꝫ alios abiture: apud neminem diu mansure. Uage sunt enim: stare nesciunt. Neqꝫ sine mysterio: Rotundaꝫ nummi formaꝫ opinati sunt: sed uolubilitatis indicium esse dixerunt quidam facete non inficior: sed nō minus triangularis: aut quadra uolubilis haberetur: quod attinet ad diuitiaꝝ fluxum: quarū natura est labi assidue ac uolui odisse vnius feras arcule: crebris ac uarijs possessoribus delectari: siue ut rubiginem motu vitent: siue ut fallant circuitione q̄ꝫplurimos: siue ut cum dominis suis de instabilitate contendant: Hāc tu igitur moriens: uel viuenti superuacuam curam pone: quin si locuples moreris: agnosce fortune fideꝫ raram ⁊ usqꝫ ad exitum euita diuitiasqꝫ iā tibi nō necessarias alijs linque. At si pauper: expeditꝰ proficiscere seu ingentes seu exigue seu nulle opes tibi fuerint: modicū ad te olim posthac uero nil ad te pertinet nisi ꝙ inopem vixisse securius quando laboriosa hec vite uel presidia uel tormenta mortē quoqꝫ sollicitant. ¶ Metus. Quid erit de filijs? ¶ Ratio. Erit ubi viuat tuum nomen si sint boni: si qua ea consolatio mortis est: non totus interijsse videberis: in illorum vultibus inqꝫ actibus te sibi redditum amici credent ⁊ gaudebunt: At si mali: est cur cupide deseras quos corrigere nequiuisti ⁊ corrigendos ac domandos mundo tradas ac fortune: ne ue illos moriens suspires qui te mori segniꝰ suspirant: ⁊ fors ocius mortuū suspirabunt. ¶ Metus. Quid de opibus? ¶ Ratio. Times ne a te dimisse non sint dominos reperture? Expectantur: exoptantur: estimantur: neqꝫ tam de contēptu q̄ꝫ de certamine metuendum: Proinde iaꝫ nūc he diuitie tue esse desinent: cuius autem sint future: quid filios aspicis? Sciri autem non potest qdeꝫ nec oportet: sat est scire tuas fuisse si fuerunt tue: ⁊ non potius illius rerum domine transeuntiū atqꝫ mortaliuꝫ que fortuna dicitur: Sed sic tuas dico: hoc est tibi ad breue tempus obsecutas: iam uero tempus est abeundi cedendiqꝫ alijs: sine illis parumper obsequantur ⁊ vicissitudinē suam seruent nisi ambitiose mori (⁊ quod stulti quidam fecere) tua tecum tumulo vis inferri: quādoqꝫ sepulchrorum effossoribus profutura: Deniqꝫ iam terre metalliqꝫ curam proijce: celum tandem teqꝫ ipsum cogita. ¶ Metꝰ. Opes mee fugiunt a me. ¶ Ratio. Putabas ne mansuras cum fugeret vita: cuꝫ tu ipse continue rapereris. ¶ Metus. Quid de opibꝰ meis erit postq̄ꝫ mee esse desierint? ¶ Rō. Quid de eis erat anteq̄ꝫ tue esse inciperent? ¶ Metus. Opes tantas linquo nudus abiens. ¶ Rō. Nudus intrasti: nudus egredere: non est quod queraris: sed est vnde gratias agas. Alieni usus medio tempore tuus fuit: nil tuum tibi preripitur: sed expleto usu reposcitur alienum: E vicinia migrātes aduene ultro siquis est pudor cōmodata uasa restituunt. ¶ Metus. Heu nil tantis ex opibus mecum fero. ¶ Ratio. Aufer quantum attulisti: uel si mauis: quantum reges auferunt. ¶ Metꝰ. Quid impuberes nati agent? ¶ Ratio. Adolescent si vixerint ac senescent: ⁊ ipsi suas agēt vias fortunāqꝫ suam: ⁊ labores vite obibunt: interim sub tutela dei erunt: ⁊ tu forsan sine patre impubes vixisti.

¶ De moriente anxio quid uxor eo mortuo sit actura. Dia.CXXVIII. ¶ Me.

Uid dilecta uxor post me faciet? ¶ Rō. Nubet forsitā: quid ad te? ¶ Me. Quid faciet chara uxor? ¶ Ratio. Tuo iugo absoluta: uel subibit aliud: uel libera ceruice uagabitur: uel iam fessa subsistet ⁊ quietem sola meditabitur. ¶ Metus. Quid aget uxor amantissima? ¶ Ratio. Quid cum te euaserit actura sit cogitas cum tibi subiecta qd egerit nescias? Magna pars mortalium: quid domi sue fiat nescia: quid in celo agatur: quid ue in terris sit agendum querit. Sane quid deinceps agat uxor ipsa eadem uel maritus alter viderit: ad te amplius cura ista non pertinet. ¶ Metus. Uereor ne post meum obitum nubat coniunx. ¶ Ratio. Quedam viuentibus viris nubūt. Fecit hoc: apud Hebreos Herodias: apō Aphros Sophonisba: apud Romanos Martia ⁊ Liuia: q̄ꝫuis has duas virorum consensus ac iussus excuset: Tue vni viro licet mortuo nubere nō licebit? Atqui pauce viuis coniugibus fidem prestant: tu gelido etiam cineri fidem poscis? Si fida tibi usqꝫ ad diem vite ultimū uxor fuit: quid ni totum coniugalis fidei munus impleuerit? ¶ Metus. Ne secūdo uxor nubat metuo. ¶ Ratio. Ne primo nuberet: magis forsitan metuendum erat: Id ad te pertinuit hoc ad alterum pertinebit. Sic est autem: metuenda contemnitis: spernenda metuitis: nil in rebus iusto precio estimatis: Martialis thori duellum securus intrasti non cogitās qd periculi adires: id intrare alium times? ¶ Metꝰ. Nollem fateor uxorem alteri nubere. ¶ Rō. Perfecte quidem pudicitie secunde nuptie quantum licet fateor vitande sunt: sed vitanda magis periculosa viduitas. Est ubi nubere non tantuꝫ permittitur sed oportet. Difficile est formosam solam caste viuere. ¶ Metus. Dulcis alteri coniunx nubet. ¶ Ratio. Rare sunt earum etiam quas honestas dicunt: quibus non super presentem coniugem: alter iam animo desponsatus sit. Mortalis mihi inquiunt vir est: quid si hic obeat: num ille mihi aut ille erit aptissimus: quem virtus: quem nobilitas: quem gratia: quem facundia: quem forma conciliet? ¶ Me. Uxor mea nubet alteri. ¶ Rō. Tua quidem uxor minime: Ne tua enim sit amplius mors faciet: Nec mirabere si cōiuges separat que corpus atqꝫ anime vincula dissoluit. ¶ Me. Nubet iterum uxor mea? ¶ Rō. Et Romanorum ducum nupsere iterum uxores: fer communem cum maioribus fortunam. ¶ Me. Nubet uxor alteri. ¶ Ratio. Et Romani duces ⁊ principes viduas duxere: Et sanctissimus rex Dauid viduas duas in coniugiuꝫ duxit: que minorum fuerant uxores: ⁊ fortasse te maior aliquis tuam ducet: hanc tu illi: tum linque sollicitudinem qui eo pergis ubi non nubitur. ¶ Metus. Nubet alteri dulcis uxor. ¶ Ratio. Si meliori nupserit: gratulare ꝓsperitati eius quam amasti. Sin peiori: gaude salteꝫ ꝙ tu illi iā notior chariorqꝫ futurus sis. Multe primos viros nosse ac diligere secundo demuꝫ matrimonio didicerūt.

¶ De moriente sollicito quid post se patrie euēturū sit. Dia.CXXIX. ¶ Metus.

Uid post me de patria mea erit. ¶ Ratio. Bonorum omnium patria vna est: ⁊ malorum altera: harum cui te ascribi in ciuē fe

ceris videto: Tertia enim patria nulla est sed diuersorium aut transitus. ¶ Metus. Quid de patria mea erit. ¶ Ratio. Patria illa quā petis vno semper in statu est: Ista quā deseris (quod sepe iā diximus) nō patria sed exilium tuū fuit. ¶ Me. Quid patria post me aget. ¶ Ratio. Regia cogitatio esse solet: quid post se regnis atq; urbib9 euenturum sit: qualem fuisse legis aut magno illi regi Assyrie: aut Romano illi principum maximo priuatam fortunam hec cura supereminet. Quando vero ad ultimum sic affectus es: ut illam miserie officinā atq; illud hospitium doloris ubi rapidum vite tempus multis in laboribus: ne dicā gemitib9 exegisti: patriam nunc etiam tuam voces: Et vis scire quid actura sit: dicam: Faciet nempe quod fecit ⁊ quod faciunt alie: At quid inquies? Tumultuabitur: dissidebit: nouarum rerum sectabitur ⁊ partium simultates: mutabit dominos: innouabit leges: utrūq; sepe in peius: in melius raro: Calcabit preterea egregios ciues: attollet indignos: pellet immeritos: predones erarij colet: blandos diliget: ueridicos oderit: bonos spernet: uenerabitur potētes: libertatis hostes adorabit: defensores rei publice persequetur: flebit ac ridebit inaniter: aurū gemmasq; mirabitur: virtutes abijciet: amplexabitur uoluptates: hi sunt mores urbium. Nemo tibi non certus horum uates fuerit: nisi qui semper rure vixerit uel obtusis auribus ac oculis urbes in-
b trauerit. ¶ Met9. Quid post me patrie accidet? ¶ Ratio. Quid sollicitus: quid ue anxius es quid patrie acciderit: tua iam domus ab incēdijs a furibus: a ruinis tuta erit. Nihil ad te pestilens annus: nihil annus exuberans: nihil estus: nihil siccitas: nihil imbres ac grandines niuesq; ⁊ glacies ⁊ nimium gelu: nihil fere uel uolucres: nihil brucus aut locusta: nihil deniq; terremotus ac fremitus procellarū: nihil annone caritas: nihil hostiū incursus aut bella ciuilia. ¶ Metus. O quis patrie status erit: seu quis demum finis? ¶ Rō. Quis putas nisi qui maximarum urbium fuit: quiq; omnium erit puluis: cinis: sparsi lapides: nudum nomē? Possem id inumeris argumētis ondē: sed rē tenes. Ad summā nil ab homine fit eternū nil humanū preter animam immortale. Cepta desinēt fata deficient: structa ruent: quid plus equo angeris: quid estuas? si in celo eris ⁊ hocipsum ⁊ mortalia cuncta despicies: Nam qui ad inferos descendūt: charitate amissa: deū atq; homines deiq; opera simul atq; hominum odisse credibile est.

¶ De studio fame anxio i morte. Dia.CXXX. ¶ Do.

A Quid de me post fata dicent hoies? ¶ Ratio. Intempestiua sollicitudo: hoc a iuuentute prouisum esse debuit: Qualis fere vita hominum talis est fama. ¶ Do. Quid de me loquentur? ¶ Ratio. Quid respondeā nisi illud doctissimi atq; oīum eloquētissimi Ciceronis: Quid de te alij loquantur ipsi viderint: sed loquentur tamen: Sermo autem omnis ille angustijs cingitur his regionum quas vides: nec vnq; de ullo perennis fuit: sed obruitur hominum interitu ⁊ obliuione posteritatis extiguitur. ¶ Do. Quid de me dicent homines qui post me nascentur? ¶ Ratio. Dicerem aliter ista q; Cicero: si melius dici posse crederem. Quid autem: inquit interest ab his qui postea nascentur sermonem fore de te: cū ab his nullus fuerit qui ante te sunt nati? Unum addidit: qd tūc forsan dubitabile: forsan falsū: nūc certissimū ⁊ absq; ulla prorsus hesitatione uerissimum est. Qui nec pauciores inquit ⁊ certe meliores fuerūt viri: Nam quis est oro iā qui dubitet nunq; quales fuerint futuros homines: ita in peius inclinata sunt omnia ruineq; proxima. Cura ergo mirabilis ignotorum atq; imparium dicta metuere: cum excellentium ac uotorū opiniones ac uerba contempseris. ¶ Do. Que mihi fama erit extin- B
cto? ¶ Ratio. Facile melior q; viuenti cum siluerit liuor. Raro enim vite hominum superstes inuidia est: Ut autem virtus radix est glorie: sic deceptrix inuidia: utq; liuidus poller presens impedit sic amotus uere laudis restituit incremētū: Itaq; multis busti limen inuidie in accessum magne glorie uestibulum fuit. ¶ Do. Quantum me lōga manet fama? ¶ Ratio. Longa forsitan ut uos lōgum dicitis: uere autem apud uos nihil est longum: ut pro nō modo longa sint omnia sed eterna: sola virtus efficere potens est precipueq; iustitia de qua scriptum est: In memoria eterna erit iustus: quod ut potuit poeta uester expressit: ubi ait: Sed famā extendere factis: hoc virtutis opus est. ¶ Dolor. Quali post obitum fama ero? ¶ Ratio. Quid refert quale sit quod mox uel nescies uel contēnes? Quid ad te hominum flatus dum tu flatu cariturus sis? Spirantē uesci delectariq; auris non miror: at defunctum stupeo. ¶ Do. Quid de me post obitum dicetur? ¶ Ratio. Et quid putas nisi qd mereberis bonum: malū: multum: parum: nihil: in quibusdam mēdax: sed in pluribus uerax fama est alioquin lōga utiq; nō est: diuturnitatis fundamētum ueritas: ruinosum atq; imbecille mendaciū. ¶ Do. Qualis mihi post exitum fama erit? ¶ Ratio. Qualis ante exitū fuit vita: nec minus in exitu. De hoc ergo tempus omne preteritū: sed in primis presens hora viderit. Sic enim habeto quali quisq; dignus sit fama post mortē nulla re meli9 q; morte censeri: quippe cum multos per omnem vitam inglorios ⁊ obscuros: sola (dictu mirabile) mors illustrat.

¶ De moriēte sine filijs. Dia.CXXXI. ¶ Do.

Sine filijs morior. ¶ Rō. Eo alacrior mori debes atq; expeditior proficisci: nil post tergum linquens quod te uellicet. Ille ingēs A
morientium dolor cessat ex cōmiseratione oriens deserēde prolis immature presertim ⁊ paterno presidio indigentis perq; etatem inopiamq; consilij ⁊ iniurijs ⁊ casibus multis exposite. ¶ Dolor. Nati quos optabam sperabamq; superstites precesserunt. ¶ Ratio. Habes ad quos ire cupias non a quibus doleas abire non exiguū solamen. ¶ Do. Mors acerba filiorum orbus ut moriar cogit. ¶ Ratio. Hoc si miserum censes: quid est qd uel orbum mori cogat uel vixisse coegerit: cum vnde tibi filios eligas ingenuorum iuuenum tāta sit copia: eo fortassis obsequentiores ⁊ tui amantiores habiturus q; quos tuo de sanguine genuisses: q; illos casu quodam: hos certo iudicio quesiuisti Filij illi anteq; noti: hi autem noti ⁊ dilecti ⁊ ele-

cti anteq̃ filij. Itaq; totũ illi hoc nature: hi benefi-
cio tuo imputẽt ꝙ filij tui sint: vnde fit ut sepe hec
fuerit fausta successio cui tuto non mediocre tãtuʒ
patrimonium sed summum imperiuʒ crederetur.
Nosti ut Julius Cesar prole carens: sibi Augustũ
ille tyberium pene inuitus quidem: ut post Nerua
Ulpium Traianum: ille Elium Hadrianum: ut is
rursus Antonium pium: ille Marcum Aurelium
sibi filium fecit: fecissetq; ille alium quemcunq; fe-
licius q̃ Commodum genuisset: nulli commoduʒ
cunctis incommodum vnicum tanti patris infor-
tunium vnumq; ex paucis Romani Imperij pro-
brum ingens atq; apertissimũ argumẽtum: quan
to adoptio fit felicior genitura: ꝙ cum primi ex or
dine diu ac feliciter imperassent: hic tantorum ue-
stigijs ducum spretis iter deuium ingressus: breui
⁊ turpi non imperio sed tyrannide: cum rempubli
cam fedasset: misero quidem sed se digno fine pro
cubuit: publicumq; ludibrium in se uertit. Jam in
de preterea ante hos longe secundum illud fulmẽ
belli punici: malleumq; Carthaginis Africani illi
us magni filius in decus gentis assumpserat: hoc
scilicet fato: ut quam urbem Auus cõcusserat: hãc
nepos eius euerteret: ut Florus ait historicus: ex
Emilia in Corneliam familiam translatus: utrius
q; decus ultimum fateor non minimuʒ. Ex his vi
des ꝙ nec tibi nec principi deesse filius põt: quod
q; est optimum: Bonis bona non desit electio: que
si adsit: talem tibi fortasse filium dabit: qualeʒ non
dedisset uxor: ⁊ uotiuũ matrimonij effectum con-
B iugalibus expeditus vinculis inuenies: sic nature
defectui lex prouidit. ¶ Do. Quomodo nunc do-
mui mee disponam: orbus morior? ¶ Ratio. Ma
gnam uero pietatis: magnam laudis oblataʒ tibi
ne respuas materiam: ⁊ quod filijs forsan igratis
ac uel male cumulaturis: uel quoniaʒ uterq; mos
est in usus pessimos uersuris breuiq; omnia profu
suris conferre decreueras: confer honestius: cõfer
utilius: confer stabilius: Pergami quideʒ rex At-
talus: populum Romanum nec egentem certe: ⁊
asiaticis profecto diuitijs corrumpendũ testamen
to sibi heredem fecit: Ego tibi alium populuʒ: quẽ
instituas ostendam: Hinc te amicorum: hinc egen
tium turba circumstant: ex utraq; tibi filios ado-
ptare permitteris: quorum alij te digressum dulci
secuʒ commemoratione detineãt: Alij te quo per
gis pia precuʒ festinatione preueniant: ut que hic
erogaueris: illic cẽtuplicata reperias: fenus uber-
rimum certissimumq; viaticum iter istud acturis.
C ¶ Do. Morienti mihi nullus est filius. ¶ Ratio.
Quid si multi essent: an ex his tibi: seu custodẽ do
mus ac pecunie: que tua certe amplius nõ erit eli-
geres: seu in prelio mortis athletam ipsum quoq;
mortalem: seu deniq; comitẽ ad sepulchrum: ultra
enim nec te tui quidem comitentur: nec Metelluʒ
sui: Breuis a lectulo mortis ad sepulchruʒ via est
Quid refert an hic solus iaceas: an ibi? Friuole
prorsus ⁊ inepte cause filios optãdi: Naʒ si in illis
ut vulgo dicitur seruari ac perpetuari tuum nomẽ
optabas: ipse quoq; vulgariter fallebaris. Siqui-
dem filiorum obscuritas profecto creberrima nec
illustrare ipsa utiq; nec seruare paternuʒ potest no
men: At perrara filiorum claritas: ut ipos semper
filios claros facit: sic parentes interdum vicinita-
te sua contegit obscuratq;: quasi minora sol sydera
quod nusq̃ euidentius q̃ in Julij Cesaris patre
cognoscitur: quem pene ignotum filij splendor fe-
cit. Et ad summã: quisq; in filio sui nominis spem
reponit: rem pertenuem labilemq; in uase fictili lo
cat ac ruinoso: quodq; est inconsultius non suo: reʒ
maioris apud vulgus q̃ apud doctos precij: neu-
tris tamen contemnendam: sed cum honestius: tũ
certius locandam in suis incorruptibilibus uasis
ac solidis in virtute propria: in rebus gestis in lit-
teris. ¶ Dolor. Sine natis morior. ¶ Rõ. Non
sunt in quos tue sese spargant cure: in te uerse om-
nes quo instructior liberiorq; digrediere: te vnum
respiciens: te metiens. Sis q̃ miser ⁊ q̃ felix mo-
riare: nec incertus moreris: an uel miserie sit addẽ
dum uel felicitati detrahendum tue: aliena seu tur
pitudine seu fortuna: Et si enim alijs aliter videa-
tur: in quorum ego sententiam sum pronior: ut ma
gnis tamen scimus visum esse philosophis: filiorum
euentibus imminuitur paterna felicitas. Imbecil
le bonum quod in crastinum prominet ⁊ pẽdet ex
altero: ꝙ si opinionem hanc admittimus: qd hinc
fit intelligis: dubitari enim nequit quin multi feli-
cius obituri fuerint si sine filijs obijssent.

¶ De moriente qui metuit insepultus abijci.

Dia.CXXXII. ¶ Me.

Insepultus abijciar. ¶ Ratio. Alitib⁹ in-
i uides: an feris: an piscibus: Naʒ si metuis
tibi baculum seu custodem iuxta te poni iu
be: quo a cadauere depellãtur. ¶ Metus. Ludis
in malis meis: nam profecto nil sentiaʒ. ¶ Ratio.
Quid igitur times quod non sentias? Nam si sen
tias probes: sentientem enim sepelire necare est.
¶ Metus. Inhumatus iacebo. ¶ Ratio. Tu nisi
te tellus presserit illam premes: te nisi terra conte-
xerit celum teget. Notum est illud: Celo tegit̃ qui
non habet urnam. Illud quoq; notissimum: Faci-
lis iactura sepulchri: Facilis inq̃ sic: ut nulla faci-
lior. ¶ Me. Inhumatus ero: graue dictu. ¶ Ra-
tio. Dictu nescio: re autem profecto leuissimũ mul
toq; tolerabilius sepulchro exui q̃ domo q̃ lodi
ce q̃ sagulo. ¶ Metus. Inhumatus ero: fedũ vi-
su. ¶ Ratio. Fedum fortasse alijs: tibi autem nihil
minus. Omnem quidem sepulturam non nisi vi-
uorum causa institutam esse: doctorum omniũ au-
ctoritas ⁊ res ipsa consentiunt. Idq; sic esse sepul
chrorum species indicio est: que introrsus inculta
⁊ horrida rude incolis suis saxum obijcit: exteri⁹
multa impensa ⁊ artificum ingenio elaborata mar
moreas spectantibus atq; aureas pretendit ima-
gines. ¶ Metus. Insepultus ero: turpe aspectu.
¶ Ratio. Parum ne oro negocij tui habes: ni su-
scipias alienum? Prouideant quos res tãgit: hãc
tu enim turpitudinem non videbis. ¶ Met⁹. In-
sepultus linquar: miserum. ¶ Ratio. Et Magnus
Pompeius tantus vir isepult⁹ iacuit: Immo nec
iacuit: sed iactatus est fluctibus obrutusq;. Neq;
adeo te deliruʒ reor: ut opinione tua factus ille fe
licior sit sepulchro: sicut nec collega eius Marcus
Crassus infelicior: ꝙ qui eũ sepeliri iuberet nemo
affuit. In reliquis enim pene pares exitu fuere: ni
si ꝙ Crassi caput ut ditissimum auarissimũq; om-
nium decebat auro grauius fuit seruatum: tamen
utrunq; ludibrio: Nisi forte tertius horum colle-
ga felicior: ꝙ altissimi atq; pulcherrimi colosi sit⁹
in uertice ostenditur: celsa etiam templa despectãs

bello quidem fortunatiorem fateor:busto negez:
Sic hoc saxum illo pulchrius fateri oportet nō fe
licius. Que eniz ista felicitas non sentientis seu sa
xi seu saxo abditi? Alioqn si sepulchro felix sit ne-
mo felicior Mausolo. ¶ Met⁹. Inhumatus ero.
¶ Ratio. Inhumati essent Paulus Emili⁹ ⁊ Clau
dius Marcellus tales viri:nisi hostis illos ifestis
simus sepelisset admiratione virtutis:nisi fallor: ⁊
uerecūdia victus:nō pietate ulla:que in illius vi-
ri precordijs nulla fuerat: Ut sepulturam ego illā
pene inuisam futuram ipsis arbitrer sepultis: ⁊ si
eis optio data esset:inhumatos se iacere maluisse.
Insepultus quoqꝫ Cyrus iacuit Persarum rex:
neqꝫ id sibi neqꝫ uter Scythicus infamie fuit: sed
cruenti mores:quibus acerrimam illam exprobra
tionez iniuriamqꝫ promeruit. Quid v̓o nūc singu-
la nuda cadauera colligo: ⁊ uel Romanos princi
pes uel externos reges:nō soluz sepulchri ultimo
⁊ optato quidē:sed inani honore spoliatos qn etiā
laceratos discerptosqꝫ ⁊ membratiz sparsos:ut in
uidiosum diceres integro cadauere iacuisse: cum
obuersentur animis inhumatarum strages gētiū
atqꝫ:ut ita dixerim:insepultus orbis: Nēpe cū ip
so quem dicebam Cyro:ducenta Persarū milia ⁊
cum Crasso sexdecim florentissime legiones: ⁊ ad
Cānas Romanorum ciuiū ac sociorū octoginta-
quinqꝫ ⁊ eo amplius milia: quinquaginta sex mi-
lia Penorū:Hispanorum:Ligurum ⁊ Gallorum
ad Metaurum amnem ipso cum duce hostium
⁊ ad aquas Sextias: idest loco nomen ducenta
theutonum haud procul ab alpibus:utrobiqꝫ du
ce Mario:cētum quinquaginta: ut quidam sunt
auctores: ⁊ qui minus dicunt sexaginta nō ampli
us Cimbrorū milia insepulta iacuerūt. Apō Phi
lippos v̓o regum gentiuqꝫ omnium auxilia ⁊ Ita
lici sanguinis flos vigorqꝫ:sic placitū superis hoc
sepulchro carentes: campos Emonios ferasqꝫ ⁊
vultures impinguarunt. Quid ad Egates isulas
deleta Carthaginensiū classis? Quid Massilien-
sium ante portus sui hostia: inqꝫ ipso fidelis p̄rie
ꝓspectu? Quid (ne semper Italos labores loq̄r)
classis Atheniensium ante urbē Syracusiam de-
mersa quale habuit sepulchrum? Sileo Salami-
nam ⁊ Marathonē trecentaqꝫ milia illic fusa per
sarum: ⁊ si alij duplo ampli⁹ dicant. Transeo He
breorum conflictationes: Scytharūqꝫ ⁊ Amaço
nidum: Arabumqꝫ ⁊ Parthorum prelia: ⁊ Me-
dorum. Pretereo Alexandri Macedonis in oriē
te victorias stragesqꝫ illas inermiuz populorum.
Pestes taceo tales: sepe ut cadauer charum licet
abstraxisse parumper pietas fuerit. Incursus quo
qꝫ serpentiū atqꝫ immanium beluarum:quarū im-
petū Dicearchus docet:ut ait Cicero:quedaz ho-
minū genera esse consumpta. Tempestates prete-
rea ⁊ quotidiana naufragia: Nā qui flammis pe
reunt non egentes busti dixeris: Omitto furores
domesticos intestinamqꝫ discordiam:de qua di-
ctum est: Bellum ciuile sepulturam vix ducibus
prestare potest:quod de externo uerius etiam est
bello. Nec ruinas urbium sequor: Troie: Hieroso
lyme: Carthaginis: Corinthi: Numantie ac Sa-
gunti:aliarumqꝫ multarum: ubi magna pars ciui
um muris oppressa labentibus ⁊ sic patrie conse-
pulta est. Mitto deniqꝫ terremotus quibus mul-
ti sepe mortales obruti:pro sepulchro totum ter-
re matris uterum habuerunt:quod cum olim nu-
perqꝫ crebrū malum fuerit diuersis in locis nusq̄ꝫ
tamen q̄ꝫ in Asia isignius ubi duodeci urbes vno
die horrificis terre hiatibus hauste memorantur:
hec tam multa dixerim ut ridiculum tibi metum
eripiā:qui morte magis damnū metuis sepulchri
atqꝫ illud huic vni corpusculo deesse fers grauiter
quod tam multis hominum ⁊ bellatorum: ⁊ quod
fuit indignius sanctorum insuper milibus defuis-
se compertum est. ¶ Me. Defuncto mihi terra ne
gabitur predurum. ¶ Ratio. Non id durum: sed D
tu mollis qui nec sentiens ledi queas. ¶ Metus.
Mortuo mihi terra negabitur indignum. ¶ Ra-
tio. Quid ita:illa ne tibi igitur an tu illis debitus?
Atq terra tibi fortasse negabit̄:nō tu terre: poterit
bustum tibi casus aliquis uel iniuria hostilis eri-
pere: Tu e terra ueniens in terraz redeas oportet
Id tibi domini tui ore predictum falsum esse non
potest. ¶ Me. Nō me gremio tellus teget. ¶ Ra
tio. At tu illam,teges nudo corpore:qd ad te plus
hoc post mortez pertinebit q̄ꝫ nunc pertinet? Ubi
olim vnguiū aut criniū excremēta:ubi febris eru-
tum sanguinem:ubi deniqꝫ puerilis tunice seu fa-
scie infantilis fragmēta dimiseris? An oblitus es
Theodori Cyrenei apud Tullium elegans risuz
cui cum Lysimachus rex mortez crucis:ut augu-
ror minaretur: Istis queso inqt ista horribilia mi-
nitare purpuratis tuis: Theodori quidez nihil in
terest humi ne an sublime putrescat: Te nisi tellus
sinu excipiat ac superficie sustinebit:hinc te grami
na uestient:hinc ornabunt flores leti hospite: hinc
te imbres madefacient:hinc sol uret: hinc glacies
stringet:hinc mouebunt aure: ⁊ fortasse naturali⁹
fuerit ut compactum ex quatuor elemētis corpus
in totidez resoluatur. ¶ Me. Inhumatus linquor E
horridū auditu. ¶ Ratio. In opinione horror nō
in re:quandoquidem apud alios horridū terra te
gi:pulchrū igne consumi:quod maioribus uestris
visum scimus: Apud alios pulchrū a feris aut ca
nibus laniari: Innumeri de hac re sunt gentiuz ri
tus:quos curiosius a Crispo collectos strinxit Ci
cero: Tu nuda iacebis humo: Ast illū p̄mit lapis
horridus illum putres glebe obruent:illū mersuz
uoluent vnde:illū uenti pendulum agitabunt:grā
do feriet:lacerabunt corui: demum preciosissime
ꝯditos ac uelatos purpura:uermes rodēt: Quid
nam v̓o habet amplius qui marmore tegitur at-
qꝫ auro q̄ꝫ qui flens apud poetam ait: Nūc me flu
ctus habet uersantqꝫ in littore uenti? Et si ille er
roris publici morem sequens inijci sibi terraz hor
ret: nisi forte nunc etiam fabulis acquiescis ani-
libus:centum annos errare animas insepultoruz
hominum circa tartarei amnis ripā:quas sana uti
qꝫ ac religiosa mens respuit. ¶ Me. Bustū mihi
patriuz eripitur. ¶ Ratio. Patrius cespes si relin
quitur bene est:habes quod tibi Phocion vir ma
gnus inuideat:quem ciuem de se aliter meritū in
grata Athenarum urbs defunctum quoqꝫ suis fi-
nibus expulit:inaudita crudelitas. ¶ Met⁹. Inse
pultus abijciar. ¶ Rō. Age res tuas: curam hāc
relinque viuentibus.

¶ Frācisci Petrarche poete Oratorisqꝫ Clarissimi
Liber secundus in quo de aduersa fortuna dispu
tatur: Feliciter explicit.

Francisci petrarche poete Oratorisqꝫ
clarissimi: in librum quem Secretū suum
inscripsit: quo de contemptu mūdi dispu
tatur: Colloquium in tertium diem ꝓdu
ctum: continentem. Prefatio.

A Ttonito mihi quidem: ⁊ sepissi
me cogitāti: qualiter in hanc vi-
tā intrassem q̄liter ue forē egres
surus: Contigit nuper: ut non si-
cut egros animos solet somnus
opprimere: sed anxium atqꝫ per
uigilem: mulier quedam inenar
rabilis claritatis ⁊ luminis for
maqꝫ non satis ab hoibus intellecta (incertuꝫ qui
bus vijs adijsse videretur: virginem tamen ⁊ ha-
bitus nūciabat: ⁊ facies) me stupenteꝫ insuete lu-
cis aspectu: ⁊ aduersus radios quos oculoꝝ suoꝝ
sol fundebat: nō audentē oculos attollere: sic allo-
quitur: Noli trepidare: neu te species noua ptur-
bet: errores tuos miserta: de longinquo tempesti
uum tibi auxiliū latura descendi: Satis superqꝫ
satis hactenus terram caliginantibus oculis aspe
xisti quos si usqꝫ adeo mortalia ista permulcēt: qd
futuruꝫ speras si eos ad eterna sustuleris? His er
go auditis: nec dum pauore deposito: Maronem
illud tremulo vix ore respondi: O q̃ te memorem
virgo: nanqꝫ haud tibi vultus Mortalis: nec uox
hominē sonat. Illa ego sum: inquit: quā tu in Afri
ca nostra: curiosa quadā elegātia descripsisti. Cui
non segnius: q̃ Amphion ille Dirceus in extremo
B quidem occidētis: summoqꝫ Atlantis uertice: ha-
bitationem clarissimā atqꝫ pulcherrimā: mirabili
artificio ac poeticis: ut proprie dicam: manib⁹ ere-
xisti. Age itaqꝫ iam securus ausculta: ne ue illi⁹ pre
sentem faciem perhorrescas: quā prideꝫ tibi satis
familiariter cognitam arguta circūuolutione testa
tus es. Uix dum uerba finierat: cū mihi cūcta uer
santi: nihil aliud occurrebat: q̃ Ueritatem ipaꝫ fo
re que loqueretur: Illius enim me palatiū Atlan-
tis iugis descripsisse meminerā: At qua naꝫ ex re-
gione uenisset ignorabā: nisi celit⁹ tamē uenire ne-
quiuisse certus eram. Itaqꝫ videndi auidus respi-
cio: ⁊ ecce lumē ethereum: facies humana nō per
tulit. Rursus igitur in terraꝫ oculos deijcio. Qđ
illa cognoscens: breuis spatij interueniente silētio
iterum ⁊ iterum in uerba prorūpens minutis in-
terrogatiūculis meqꝫ ut secuꝫ multa colloquerer
coegit. Duplex hinc mihi bonuꝫ prouenisse cogno
ui: Nam ⁊ aliquantulū doctior factus sū: aliquan
toqꝫ ex ipsa conuersatione securior. Spectare co-
ram posse cepi vultum illum: qui nimio primuꝫ me
splendore perterruerat: quem postq̃ sine trepida
C tione sustinui: duꝫ mira dulcedine captus inhereo
circumspiciensqꝫ an quisq̃ secū afforet: an prorsus
incomitata mee solitudinis abdita penetrasset: vi-
rum iuxta grandeuū: ac multa maiestate ueneran
dum video: Nō fuit necesse nomē percūctari: Re-
ligiosus aspectus: frons modesta: graues oculi: so
brius incessus: habitus sacer: sed Romana facun-
dia: gloriosissimi patris Augustini quoddaꝫ satis
apertum indicium preferebat. Accedebat dulcior
quidam maiorqꝫ q̃ non nisi hominis affectus qui
me suspicari aliud nō sinebat. Nec tamen ideo ta-
citus mansissem: Iā interrogationis uerba dicta-
ueram: Iamqꝫ in extremū oris limen uox egressu-
ra processerat: cum subito ex ore ueritatis: dulciso
num illud mihi nomen auditum est. Ad eum siqui
dem conuersa: ac meditationem ipsius profundis- D
simam interrumpens: sic ait: Chare mihi ex mili-
bus Augustine: hunc tibi deuotū nosti: nec te latet
q̃ periculosa ⁊ longa egritudine tentus sit: qui eo
propinquior morti est: quo eger ipse a proprij mor
bi cognitione remotior. Itaqꝫ nūc vite hui⁹ semi-
animis consulenduꝫ est: quod pietatis opus meli⁹
q̃ tu nullus hominū prestare potest: Nā ⁊ iste sem
per tui nominis amantissimus fuit. Habet autem
hoc omnis doctrina: ut multo facili⁹ in auditoris
animum ab amato preceptore trāsfunditur. Et ni
si te presens forte felicitas miseriarum tuarum fa
ciat immemorem: multum tu duꝫ corporeo carce
re claudebaris: huic similia pertulisti. Quod cuꝫ
ita sit: passionum expertarum curator optime tam
⁊ si rerum omnium iucundissima sit taciturna me
ditatio: silentium tamen istud ut sacra ⁊ mihi sin-
gulariter accepta uoce discutias: oro: tēptes si qua
ope languores tam graues emollire queas. Ad
hec ille: Tu mihi dux: tu consultrix: tu mihi conso
latrix: tu domina: tu magistra: quid igitur me loq
iubes te presente? Illa autem: Aureꝫ mortalis ho
minis humana uox feriat: hanc iste feret equani-
mius: ut tamen quicquid ex te audiet: ex me dictū
putet: presens adero. Parere inquit ille ⁊ languē
tis amor cogit ⁊ iubentis auctoritas simul me be
nigne intuens paternoqꝫ refouens complexu: in
secretiorem loci partem ueritate preuia parūper
abduxit. Ibi tres pariter conscendimus: Tum de
mum: illa de singulis in silentio iudicante: submo
tis ꝓcul arbitris: ultro citroqꝫ sermo lōgior obor-
tus: atqꝫ in diē tertium materia protrahente ꝓdu
ctus est: ubi multa licet aduersus seculi nostri mo
res: deqꝫ communibus mortalium piaculis dicta
sint: ut non tam mihi q̃ toto humano generi fieri
conuitiū videretur: ea tñ qb⁹ ipse uocatus suꝫ: me-
morie altius impressi. Hoc igitur tā familiare col-
loquium: ne forte dilaberetur: dū scriptis manda
re instituo mensuram libelli huius impleui: Non
quem annumerari alijs operibus meis uelim: aut
vnde gloriam petam maiora quedam mēs agitat
sed ut dulcedinem quaꝫ semel ex collocutione per
cepi: quotiens libuerit ex lectione percipiā. Tuqꝫ
ideo libelle conuentus hominum fugiens: mecuꝫ
mansisse contentus eris: nominis proprij nō ime-
mor: Secretū enim meum es ⁊ diceris: mihiqꝫ in
altioribus occupato: ut vnumquodqꝫ in abdito di
ctum meministi: in abdito memorabis. Ego enim
ne ut ait Tullius: inquam: ⁊ inquit sepius interpo
nerētur: atqꝫ ut corā res agi uelut a p̄ntib⁹ videren
tur: collocaturis egregijs measqꝫ sentētias nō alio
v̄boꝝ ambitu: sed sola propriorꝝ noiuꝫ p̄scriptione
discreui: Hūc nēpe scribēdi morē a meo Cicerone
didici: hunc ipse prius a Platone didicerat. Ac ne
longi⁹ uager: his ille me primū v̄bis aggressus est.

¶ Frãcisci Petrarche poete Oratorisq; Clarissimi: Libri quem Secretum suuz inscripsit: de Contẽptu mũdi disputantis: Colloquium primi diei: Feliciter incipit.

Augustinus.

Uid ais homũtio? quid sõnias? quid expectas? an nõ te mortalez esse meministi? ¶ Fran. Memini equidez nec vnq̃ sine horrore quo dam cogitatio illa subit animum. ¶ Augu. Utinã meminisses ut dicis ⁊ tibi cõsuluisses: Etenim ⁊ multũ mihi negocij remisisses: cũ sit profecto uerissimũ ad cõtẽnendas vite huius illecebras: componendiq; inter tot mũdi procellas animum: nihil efficacius reperiri: q̃ memoriã proprie miserie ⁊ meditationem mortis assiduaz modo non leuiter aut superficietenus serpat: sed in ossibus ipsis ac medullis insideat. At multũ uereor ne hac in re (quod in multis animaduerti) teipsuz decipias. ¶ Fran. Qualiter queso? Nõ enim clare intelligo que narras. ¶ Aug. Atqui omnib⁹ ex conditionibus uestris o mortales: nullam magis admiror: nullã magis exhorreo: q̃ q̃ miserijs uris ex industria fauetis: ⁊ impẽdẽs periculũ dissimulatis agnoscere: considerationẽq; illã si ingeraẽ excludatis. ¶ Fran. Quo pacto? ¶ Augu. Putasne quẽpiã adeo delirare: ut morbo ancipiti corrept⁹: non summe cupiat sanitatẽ? ¶ Fran. Neminẽ tam dementẽ arbitror. ¶ Augu. Quid ergo? Putasne quempiam fore tam pigri remissiq; animi: ut non quod tota mente desiderat: omni studio cõsectet? ¶ Fran. Ne istud quidem. ¶ Aug. Sed hec duo inter me teq; conueniunt: tertium quoq; conueniat necesse est. ¶ Frã. Quod est tertiũ hoc? ¶ Au. Ut sicut qui se miserũ alta ⁊ fixa meditatione cognouerit cupiat esse nõ miser: ⁊ qui id optare ceperit sectetur sic ut quod sectatus fuerit possit etiam adipisci: Enimuero tertiũ huiusmodi: sicut nõ nisi ex secundi: sic secũdũ non nisi ex primi defectu impediri posse: compertum est. Itaq; primum illud ceu radix humane salutis subsistat oportet: Uos autem insensati: tuq; adeo ingeniosus: in perniciẽ propriam e pectoribus uestris salutiferam hãc radicem: omnib⁹ terrenarũ blanditiarũ laqueis (qđ mirare me atq; horrere dicebam) extirpare nitimini. Jure igitur illius auulsione: ⁊ reliquorum euersione plectimini. ¶ Franciscus. Hec quidem ut auguror: longior est querela: egensq; uerboruz plurium: Ea ergo si libet in tempus aliud dilata: dum certior ad sequentia proficiscor: aliquãtisper in precedentibus immoremur. ¶ Augustin⁹. Tarditati tue mos gerendus est: Ubicunq; igitur visum fuerit pedem fige. ¶ Fran. Consequentiã istã non video. ¶ Aug. Quid caliginis interuenit? qđ ue nunc dubietatis oboritur? ¶ Fran. Quoniã innumerabilia sunt que ardenter optamus studioseq; petimus: ad que tñ nullus labor: nulla nos diligentia aut prouexit aut prouehet. ¶ Augu. In rebus ceteris id uerum esse non inficior: at in eo qđ nunc agitur cõtra est. ¶ Franciscus. Quã ob causam? ¶ Aug. Quia qui miseriam suaz cupit exuere: modo id uere pleneq; cupiat: nequit a tali desiderio frustrari. ¶ Frã. Pape: quid ego audio: pauci admodũ sunt qui non multa sibi deesse ꝓuideãt C quod q̃ uerum sit: quisquis ad seipsum conuersus fuerit intelligit. Atqui in eo sese miseros fateantur consequẽs siquidem est ut bonorum cumulatissimus aceruus felices facit: ⁊ qcqd inde decesserit pro ea parte necesse est efficiat infelices. Hanc miserie sarcinam omnes quidem deponere uoluisse: rarissimi autem potuisse: notissimum est. Q̃ multi eniz sunt quos uel corporis aduersa ualitudo uel charorũ mors: uel carcer: uel exilium: uel pauptas perpetuis premit angoribus? Aliaq; huiusmodi generis que sicut enumerare lõgum est: sic tolerare difficile atq; miserrimum: que q̃uis sint patientibus permolesta tamẽ ut vides abiecisse nõ licet. Dubitari igitur meo iudicio non potest: quin multi quidem inuiti nolentesq; sint miseri. ¶ Augu. Longius retro reuocandus es: ⁊ quod usu euenit uagis tardioribusq; inuentiũculis sepius a ꝓmis elementis dicendorum series retexenda est. Prouectioris te quidez ingenij arbitrabar nec putabã adhuc tam puerilibus admonitionibus indigere: ⁊ profecto si illas philosophorum ueras saluberrimasq; sententias: quas mecum sepe relegisti: memorie commendasses: si ⁊ cum bona uenia loq sinas: tibi non alijs laborasses: ⁊ lectionem tot uoluminum: ad vite tue regulam: non ad uentosuz vulgi plausum ⁊ inanem iactantiam traduxisses tam insulsa ⁊ tam rudia ista non diceres. ¶ Francisc⁹. Quid pares ignoro: Jam nunc tamen frontẽ meã rubor inuasit: D experiorq; quod pedagogis obiurgantibus pueri solent. Ut enim illi anteq̃ admissi criminis nomẽ audiant multa se deliquisse memorantes prima castigatoris uoce ꝯfunduntur: Sic ego ignorantie ⁊ errorum mihi conscius multorũ ⁊ si nondum intelligo quorsum tua pergit oratio: quia tamẽ nihil mihi non obijci posse presentio: ante finem sermonis erubui. Fare autẽ apertius queso: quid hoc est quod in me satis mordaciter arguisti? ¶ Augu. Multa post hoc: nunc vnũ illum illorũ indignor: q̃ fieri quenq̃ uel esse miserũ suspicaris inuitum. ¶ Frã. Erubescere desij: qd eniz hoc uero uerius excogitari potest? aut quis tam ignarus rerum humanarũ tanq̃ ab omni mortaliũ cõmertio segregatus est: qui nõ intelligat egestatem dolores: ignominiã: deniq; morbos ac mortẽ alia q̃ huius generis que putantur esse miserrima: inuitis accidere plerunq;: uolentibus autem nunq̃? Ex quo uerum sit miseriã propriã ⁊ nouisse ⁊ odisse facillimũ: depulisse non: ita q̃ prima nostri duo arbitrij: tertium hoc sit in potestate fortune. ¶ Augu. Erroris ueniam uerecundia merebatur: impudentie autẽ irascor grauius q̃ errori: Quomodo eniz omnes ille tibi philosophice sanctissimeq; uoces exciderunt: neminem his que pauloãte nominabas: miserum fieri posse? Nam si sola virtus animuz felicitat (quod ⁊ a Marco Tullio ⁊ a multis sepe ualidissimis rationibus demonstratum est) consequentissimum est: ut nihil quoq; nisi virtutis oppositum a felicitate dimoueat: quod quale sit: nisi prorsus obtorpuisti: me licet tacente recordaris. ¶ Fran. Recordor equidem: ad Stoicorum precepta E me reuocas populorum opinionibus aduer

sa: ⁊ ueritati propinquiora q̄ usui. ¶ Aug. O te
omnium infelicem: si ad ueritatis inquisitionē per
vulgi deliramenta contēdis: aut cecis ducibus ad
lucem te peruenturum esse cōfidis: Calcatū publi
ce callem fugias oportet: ⁊ altiora suspirans: pau
cissimorū signatū uestigijs iter arripias: ut poeti-
cum illud audire merearis: Macte noua virtute
puer: sic itur ad astra. ¶ Fran. Utinam id mihi cō
tigere posset anteq̄ moriar: Sed perge queso: ne
q̄ enim prorsus depuduit: ⁊ Stoicorum senten-
tias publicis erroribus preferendas esse non du-
bito: quid autem hic persuadere uelis expecto?
¶ Augustinus. Et hoc inter nos conuenit: nisi vi-
tio miserum non esse nec fieri: Iā quid uerbis op⁹
est? ¶ Franciscus. Quia multos mihi vidisse vi-
deor: inter quos ⁊ meipsum: nihil molestius feren
tes: q̄ ꝙ vitiorum iugū nō liceret excutere: q̄uis
ad id per omnem vitam summis viribus niteren-
tur: q̄obrem stante licet Stoicorum sententia: to-
lerari potest: multos inuitos ac dolētes optātesq̄
contrarium esse miserrimos. ¶ Augu. Aliquantu
lum euagati sumus: sed iam sensim ad primordia
nostra reuertimur: nisi forte vnde decesseram⁹ obli
tus es. ¶ Francisc⁹. Obliuisci ceperā: sed incipio
recordari. ¶ Augustinus. Id agere tecum īstitue
ram ut ostenderem ad euadendū huius vite mor-
talitatis angustias: attollendoq̄ se altius: Primū
ueluti gradum obtinere meditationem mortis hu
maneq̄ miserie: Secundum vō desiderium ue-
hemens studiumq̄ surgēdi: quibus exactis: ad id
quo nostra suspirat intentio: ascensum facilē polli
cebar: Nisi tibi forte nunc etiam contrarium vide
F retur. ¶ Franciscus. Contrarium equidem vide-
ri: dicere non ausim: ea nanq̄ de te ab adolescētia
mea mecū creuit opinio: ut si quid aliter visum fue
rit q̄ tibi: aberrasse me nouerim. ¶ Augustinus.
Cessent oro blanditie: at quoniam: non taz iudicio
q̄ reuerentia assensum dictis meis prebuisse te vi
deo: loquendi tibi quicquid ex arbitrio tuo fuerit:
libertas datur. ¶ Fran. Trepidus quidez adhuc
sed licentia tua uti uelim: atq̄ ut de reliquis homi
nibus sileam: testis est mihi hic qui cunctis actib⁹
meis semper interfuit: testis tu quoq̄ quotiēs ad
conditionis mee miseriam mortēq̄ respexerim: quā
tisq̄ cū lachrymis sordes meas diluē visus sū: uex
id qd̄ sine lachrymis narrare nō possum: ut vides
hactenus frustra fuit. Hoc igitur vnum est qd̄ me
super ambigenda propositionis tue ueritate solli-
citat: qua conaris astruere: neminem nisi sponte su
am in miseriam corruisse: neminem miserum eē ni-
si qui uelit: cuius rei contrariuz in me tristis expe
rior. ¶ Augustinus. Uet⁹ est hec ⁊ nunq̄ finē ha-
bitura querimonia: atq̄ licet idem ne quicq̄ sepe
temptauerim: adhuc inculcare non desinam: Nec
fieri miserū nec esse qui nolit: Sed est: ut dicere ce
peram: inanis hominum peruersa quedam ⁊ pesti
lens libido seipsos fallendi: quo nihil potest eē fu
nestius in vita. Si enim familiariū dolos iure per
timescitis: propterea ꝙ ⁊ fallentium auctoritas re
medium preripuerit cautele: ⁊ aures uestras assi
due uox eorum blanda circumsonat: quoruz utrū-
q̄ in alijs cessare videatur: quantomagis proprias
fraudes formidare deberetis: ubi ⁊ amor ⁊ aucto
ritas ⁊ familiaritas ingens est: ꝙ se quisquis plus
estimet q̄ ualet: plus diligat q̄ oportet: nunq̄ ꝓ-
pterea deceptus a deceptore separetur? ¶ Fran.
Sepe his uerbis hodie usus es: At ego meipsum
nunq̄: ꝙ meminerim: fefelli: utinā nō me alij fefel
lissent. ¶ Augustinus. Nunc te maxime fallis cū
nunq̄ teipsum fefellisse gloriaris: nec tam tenuis
tue indolis spes est mihi: quia si animum acriter
attenderis: per teipsum videas: neminem in mise-
riam: nisi sponte corruere: Super hoc enim altera
tio nostra fundata est. Dic enim oro te (sed cogita
priusq̄ respondeas: atq̄ ad id animum indue: nō
contentionis sed ueritatis auidum) dic mihi: quez
hominū putas peccasse coactum? cuz uelint sapiē
tes peccatum esse uoluntariam actionē: usq̄adeo
ut si uoluntas desit: desinat esse peccatuz: sine pec
cato autem nemo fit miser: quod mihi iam superi⁹
concessisti. ¶ Franciscus. Uideo me nuper paula
tim de proposito excidere: ⁊ fateri cogor ꝙ initiū
miserie mee ex ꝓprio processit arbitrio: hec in me
sentio: in alijsq̄ conijcio: modo tu mihi quoq̄ uex
fatearis. ¶ Augustin⁹. Quid me fateri postulas?
¶ Fran. Ut sicut uerum est: neminem nisi sponte
corruere: sic illud etiam uerum sit: innumerabiles
sponte prolapsos: non sua tamen sponte iacere: qd̄
de meipso fidenter affirmem: Idq̄ datuz mihi ar-
bitror in penam: ut quia stare duz possem nolui: as-
surgere nequeam dum uelim. ¶ Aug. Q̄q̄ haud
prorsus delirantis opinio ista sit: postq̄ te tamen
in primo errasse cognoscis: idem in secundo fatea-
ris oportebit. ¶ Fran. Cadere igitur ⁊ iacere vnū
atq̄ idem esse diffinis? ¶ Augustinus. Immo vō
diuersa noluisse tamen ⁊ uelle: ⁊ si in tempore dif
ferunt: in re tamen ipsa: inq̄ animo nolentis vnuz
sunt. ¶ Fran. Sentio quibus me nexibus inuoluis
nec tamē fortior luctator est qui arte sibi victoriaz
quesiuit sed ꝓfecto uersutior. ¶ Augustinus. Co-
raz ueritate loquimur: cui simplicitas omnis ami
ca ē calliditas inimica: qd̄ ut clare videas cū quā
talibet deinceps simplicitate procedam⁹. ¶ Fran
ciscus. Nihil possem audire iucundius: dic ergo
quomodo de meipso mentio fuerat: qua naz ratio
ne mihi monstraueris hoc ꝙ miser suz: id eniz me
esse non inficior: nunc etiam mee uoluntatis existe
re ut surgam: cum ego contra sentiam: nil me per
peti molestius: nil magis aduersum proprie uolū-
tati: sed ultra nō ualeo. ¶ Augustinus. Modo cō
uenta seruentur: ostendam alijs tibi uerbis utēdū
fore. ¶ Franciscus. Que nam conuēta memoras
quibus ue admones utendum uerbis? ¶ Augu.
Conuenta sunt ut fallaciarum laqueis reiectis: cir
ca ueritatis studium: pura cum simplicitate uerse
mur: uerba vō quibus te uti uelim hec sunt: ut ubi
te non posse dixisti: ultra te nolle fatearis. ¶ Fran
ciscus. Nunq̄ erit finis: nunq̄ enim hoc fatebor:
scio quidem ⁊ tu testis es mihi quotiens uolui nō
potui: quot lachrymas fudi nec profuerūt? ¶ Au-
gustinus. Lachrymarū tibi testis sum multarum
uoluntatis vō minime. ¶ Franciscus. Per supe-
rum fidem (hominem scire niminem puto) quid
ego passus sim: q̄tumq̄ uoluerim si licuisset assur
gere. ¶ Augustinus. Sile: prius celū tellusq̄ mi-
scebitur: prius astra ꝯcident a neruo: ⁊ amica nūc
inuicem elemēta pugnabunt: q̄ hec que inter nos
diiudicat Ueritas falli queat. ¶ Fran. Quid ais
igitur? ¶ Augustinus. Lachrymas tibi sepe con
scientiam extorsisse: sed propositum non mutasse.

C Franciscus. Quotiens dixi: me ulterius nequi uisse. C Augustin⁹. Quotiensqꝫ respōdi: immo ue rius noluisse: nec tamen admiror te in his nūc am bagibus obuolutum: in quibus olī ego ipse iacta tus: dum nouam vite viā carpere meditarer: Ca pillum vulsi: frontē percussi: digitosqꝫ contorsi: de niqꝫ complosis genua manibus amplexus: amaris simis suspirijs celū aurasqꝫ compleui: largisqꝫ ge mitibus solum omne madefeci: τ tamen hec inter idem ille qui fueram: mansi: donec alta tandē me ditatio omnem miseriam meam ante oculos ɔges sit. Itaqꝫ postq̄ꝫ plene uolui: ilico τ potui: miraqꝫ τ felicissima celeritate transformatus sum in alte rum Augustinum: cuius historie seriē: ni fallor: ex confessionibus meis nosti. C Fran. Noui equidē illiusqꝫ ficus salutifere: cuius hoc sub vmbra cōti git miraculum: immemor esse non possum. C Au gustinus. Recte quidem: nec enī myrtus ulla: nec hedera: deniqꝫ nec dilecta: ut aiunt: phebo laurea: q̄uis ad hanc poetarum chorus omnis afficitur: tuqꝫ ante alios qui solus etatis tue contextam ei⁹ frondibus coronā gestare meruisti: gratior debet esse animo tuo: tandem aliquando in portum ex tā multis tempestatibus reuertenti: q̄ꝫ ficus illius re cordatio: per quam tibi correctio τ uenie spes cer ta pretenditur. C Franciscus. Nihil aduersor: sed inceptum perage. C Augustinus. Hoc inceperam ad hoc prosequor: contigisse tibi hactenus: quod multis: quibus dici potest uersus Uirgilij: Mens immota manet: lachryme uoluuntur inanes. Uex ego τ si multa congerere poterā: vnico tamen eoqꝫ domestico exemplo contentus fui. C Franciscus. Consulte: neqꝫ enim aut pluribus res egebat: aut aliud quodlibet in pectus hoc profundius descen disset: eo presertim quia (licet pro maximis iterual lis) quanta inter naufragium τ portus tuta tenen te: tanta interqꝫ felicem τ miserum esse solēt discri mina: aliquale tamē inter procellas meas: fluctua tionis tue uestigiū recognosco. Ex quo fit ut quo tiens confessionum tuarum libros lego: iter duos contrarios affectus: spem videlicet τ metum (licet non sine lachrymis interdum) legere me arbitror: non alienā sed proprie mee peregrinationis histo riā. Deinceps autem: quoniam omne studium cō tentionis abieci: ut libuerit perge: sequi enim: non obstare disposui. C Augustinus. Haud hoc postu lo. Sicut enim ut doctissimus quidam ait: Nimiū altercando ueritas amittitur: sic ad uerū multos sepe perducit modesta contētio. Neqꝫ igitur (quo modo pigri τ torpentis ingenij mos est) passī om nibus acquieuisse conuenit: nec rursus aperte ue ritati studiosius oblucturi: quod clarum litigiose mentis indiciū est. C Franciscus. Intelligo τ lau do τ consilio utar: perge modo. C Augustin⁹. Re cognoscis ne igitur ueram illam fuisse sententiam graduumqꝫ progressum: ut miseriarum suarū per fecta cognitio: perfectum desiderium pariat assur gendi: si desiderium potentie obsequatur. C Fran ciscus. Jam animum induxi: nihil tibi non credere C Augustinus. Sentio aliquid etiam nunc resta re quod uelis: licet: fare age quicqd id est. C Frā. Nil aliud nisi q ipē mecū obstupeo noluisse hacte n⁹ q̄ vnū semp noluisse crediderā. C Au. Adhuc hesitas atqꝫ ut his iā tandē sermonibus finis sit: fateor τ ipse te uoluisse nonnunq̄ꝫ. C Fran. Quid ergo dixisti? C Augustinus. An non succurrit illō Ouidij: Uelle parū incipias ut re potiaris opor tet. C Franciscus. Intelligo: sed τ desiderasse pu tabam. C Augustinus. Fallebaris. C Francisc⁹. Credo. C Augustinus. Ut certus credas consciē tiam ipse tuam consule. Illa optima virtutis inter pres. Illa infallibilis τ uerax est: operum cogita tionumqꝫ pensatrix. Illa tibi dicet: nunq̄ꝫ te ad sa lutē: qua decuit: aspirasse: sed tepidius remissius qꝫ q̄ꝫ periculorum tantorum consideratio require bat. C Franciscus. Cepi quam iubes conscientiā excutere. C Augustin⁹. Quid illic inuenis? C Frā cisc⁹. Uera esse que dicis. C Augustinus. Profe cimus aliquantulum si incipis expergisci: iam me lius tibi erit: si q̄ꝫ male olī erat agnoueris. C Frā ciscus. Si hoc uel nosse satis est: non tantum bene sed optime mihi propediem esse posse confido: ni hil enim vnq̄ꝫ clarius itellexi q̄ꝫ nunq̄ꝫ me satis ar denter optasse libertatem τ miseriarum finem: nū quid autem post hoc optasse sufficiat? C Augusti nus. Quid enim? C Franciscus. Ut nihil ampli⁹ agam. C Augustinus. Impossibilem proponis cō ditionem: ut qui quod cupit ardenter cupiat τ ob dormiat. C Franciscus. Quid igitur ipsum opta re profuit? C Augustinus. Nēpe per medias dif ficultates iter pandet: ad hoc ipsum per se virtutis desiderium: pars est magna virtutis. C Frācisc⁹. Magne mihi spei materiam prebuisti. C Augusti nus. Idcirco te alloquor ut τ sperare doceam τ ti mere. C Francisc⁹. Timere quo nā modo? C Au gustinus. Immo vō qualiter sperare? C Franci scus. Quia cum hactenus non mediocre studium gesserim ne pessimus forem: tu mihi viam aperis qua optimus fiam. C Augustinus. At q̄ꝫ id iter la boriosum sit: fortasse non cogitas. C Franciscus. Quid noui terroris ingeminas? C Augustinus. Quia hoc ipsum optare: uerbum vnum est: secun dum quod innumerabilibus consistit ex rebus. C Franciscus. Terrificas. C Augustinus. Atqui ut ea sileam ex quibus desiderium istud constat: q̄ꝫ multa sunt ex quorum euersione cōficit̃. C Frā ciscus. Quid dicere uelis non intelligo. C Augu stinus. Nulli potest desideriū hoc absolute cōtin gere: nisi qui alijs omnibus desiderijs finē fecit. Jam intelligis q̄ꝫ multa τ uaria sunt que optantur in vita: que prius tibi vilipendenda sunt: ut sic ad concupiscentiam summe felicitatis ascendas: quā profecto minus amat: qui secum aliquid amat qō non propter ipsum amat. C Franciscus. Agnosco sententiā. C Augustinus. Quotus ergo fuerit qui omnes cupiditates extinxerit: quas ne dicā extin guere: sed uel enumerare longū sit: qui animo suo frenum rationis admonuerit: qui dicere audeat: ni hil mihi iam cōmune cum corpore: que uidentur iucunda cuncta sordescunt: ad feliciora suspiro? C Franciscus. Rarissi mū genus hominū: τ nūc difficultatem quam cōminabaris intelligo. C Au gustinus. His nempe cessantibus: desiderium il lud plenum expeditumqꝫ erit: Necesse est enim ut q̄ꝫtum animus ad celum propria nobilitate subue hitur: tantum mole corporea τ terrenis pregraue tur illecebris. Ita dū ascēdere: τ in imis permane re cupitis: neutrum impletis: in alterna distracti. C Franciscus. Quid igit̃ censes esse faciendum: ut integer animus discussis terre compedibus: tollat̃

M ad superna? ¶ Augustinus. Ad hunc terminũ pro
fecto meditatio illa producit: quam primo loco no
minaueram: cum mortalitatiſ nostre recordatione
continua. ¶ Franciscus. Nisi ⁊ hic fallor: nullus
hominuꝫ crebriuſ in hac reuoluitur curas. ¶ Au.
Noua lis laborq̨ ali⁹. ¶ Frã. Quid? Ergo ne ẽt
hic mẽtior? ¶ Au. Urbani⁹ loq uelĩꝫ. ¶ Frã. Hãc
tamẽ sententiam. ¶ Augu. Certe non aliã. ¶ Frã
cisc⁹. Ergo ego de morte non cogito? ¶ Augusti
nuſ. Perraro quidem idq̨ tam segniter: ut in cala
mitatis tue fundum cogitatio ipsa non penetret.
¶ Franciscus. Contra crediderã. ¶ Augustin⁹.
Non quidem credideras: sed quid credere debue
ras attende. ¶ Francisc⁹. Nunq̃ post hoc me cre
diturum scito: si ⁊ hoc falso credidisse monstraue
ris. ¶ Augustin⁹. Monstrabo perfacile: modo bo
nafide uerum confiteri in animuꝫ inducas utar in
hac re teste etiam non longinquo. ¶ Franciscus.
Quo nam queso? ¶ Augustinus. Consciẽtia tua.
N ¶ Franciscus. Illa contrarium dicit. ¶ Augusti
nus. Ubi confusa preit interrogatio: certũ respõ
dentis testimonium esse vix potest. ¶ Franciscus.
Quid ad rem? ¶ Augustinus. Multum sane qđ
ut clare peruideas aduerte: Nemo tam demens
est (nisi sit idem prorsus insanus) cui non interduꝫ
conditio proprie fragilitatis occurrat: qui non si in
terrogetur: respondeat se esse mortalem: ⁊ caducũ
habitare corpusculum. Id enim ⁊ membrorum do
lor ⁊ febrium temptamenta testantur: a quib⁹ pror
sus immunem vitam degere: que nam dei vnq̃ in
dulgentia prestabit? Adde q̇ ⁊ ex funeribus ami
corum: que assidue preter oculos uestros eunt: spe
ctantium animis terror incutitur: quia dum eque
uum quisq̨ comitatur ad sepulchrum: necesse est
ipse etiam ad alieni casus precipitium cõtremiscat
⁊ de se incipiat esse sollicitus: Sicut ubi flagran
tia vicinorum tecta conspexeris: de tuis secur⁹ esse
non potes: quoniã ut ait ⁊ Flacc⁹: Ad te post pau
lum uentura pericula cernis. Eo autem uehemen
tius mouebitur qui iuniorem: qui ualidiorem: for
mosioremq̨ videat repentina morte subtractum:
sese ante circumspiciet ⁊ dicet: Securius hic habi
tare videbatur ⁊ tamen eiectus est: Nec etas pro
fuit: nec forma: nec robor mihi securitatem qs spo
pondit deus ue: magus ue: mortalis suꝫ profecto.
Qr si hoc idem imperatoribus regibusq̨ terrarũ:
si egregijs formidatisq̨ personis euenerit: multo
etiam acrius concutientur astantes: quoniam qui
alios sternere solitum norant subito inde aut pau
carum fortassis horarum anxietate prostrantur.
Unde enim nisi ex hoc fonte procedũt: illa que in
mortibus summorum hominum stupentes faciũt
populi: qualia multa (ut te tãtisper ad historias re
uocem) in funere Julij Cesariſ meministi? Hoc est
illud commune spectaculum: quod mortaliuꝫ ocu
los ⁊ corda perstringit: fatiq̨ sui memoriam inge
rit aliena cernentibus: Accedit beluarum furor at
q̨ hominum rabiesq̨ bellorum: Accedunt ⁊ ma
gnarum edium ruine: quas bene quidam ait: tute
lam hominum fuisse: nunc esse periculuꝫ: Accedũt
sinistro sydere motus aerei ⁊ celi pestilentis affla
tus: ⁊ tot terre marisq̨ discrimina: quibus vndiq̨
circumsepti: non potestis oculos auertere ubi nõ
eis occurrat proprie mortalitatis effigies. ¶ Frã
O ciscus. Indulge queso: amplius expectare nõ pos

sum: nihil enim ad confirmandum rationem meã
dici reor efficacius q̃ꝫ tu multa dixisti: egoipse iter
audienduꝫ mirabar: quid tua uellet oratio aut ibi
desineret? ¶ Au. Nondũ quippe desierat: tu eam
precidisti. Hec enim cõclusio restabat: q̃ꝫ q̃ꝫ multa
uolitantia circumstent: nil tamen ad interiora pene
trare durius: longa consuetudine pectoribus mise
rorum uetustoq̨ uelut calle salutiferis admonitio
nibus resistente: paucos inuenies satis profunde
cogitãtes: sibi esse necessario moriendum. ¶ Fran
ciscus. Paucis ergo diffinitio nota est: que tamen
omnibus in scholis tam crebro repetitur: ut nedũ
auditorum aures fatigasse: sed ipsas edificiorum
columnas iam prideꝫ minuisse debuerit. Ista qui
dem dialecticorum garrulitas nullum finem habi
tura ⁊ diffinitionum huiuscemodi compẽdijs sca
tet: ⁊ immortalium litigiorum materia: Plerunq̨
autem quid ipsum uerum sit quod loquuntur igno
rant. Itaq̨ si quem ex eo grege de diffinitione nõ
tantum hominis sed rei alterius interroges para
ta responsio est. Si ultra progrediare silentiũ fiet
aut si assiduitas disserendi: uerborum copiam au
daciamq̨ pepererit: mores tamen loquentis ostẽ
dent: ueram sibi rei diffinite notitiam non adesse:
contra hoc tam fastidiose negligens tamq̨ super
uacuo curiosum genus hominum iuuat inuehi.
Quid semper frustra laboratis: ha miseri: ⁊ inani
bus tendiculis exercetis ingenium? Quid obliti
rerũ: inter uerba senescitis: atq̨ inter pueriles in
eptias albicãtib⁹ comis ⁊ rugosa fronte uersami
ni? Uobis utinam solis uestra noceret insania ⁊ nõ
nobilissima sepe adolescentuꝫ ingenia corrupisset.
¶ Augustinus. Contra id fateor studiorum mon
strum: nihil satis mordaciter dici potest: tu tamen
interea dicendi studio euectus quod de diffinitio
ne hominis inceperas omisisti. ¶ Francisc⁹. Abũ
de dictum rebar: sed agam expressius: hominẽ qui
dem esse animal: immo ṽo animalium principem
cunctorum: nemo tam durus pastor inuenitur ut
nesciat: nemo rursum puer si interrogetᵣ: aut ratio
nale animal aut mortale negauerit. Itaq̨ omnib⁹
diffinitio nota est. ¶ Augustinus. Immo ṽo per
paucis. ¶ Franciscus. Quid ergo? Si queꝫ vide
ris adeo ratione pollentem: ut secundum eam vitã
suam instituerit: ut sibi soli subiecerit appetituſ: ut
illius freno mot⁹ animi coherceat: ut intelligat sese
per illam tantum a brutorum animantiuꝫ feritate
distingui: nec nisi quatenus ratione degit: nomen
hoc ipsum hominis mereri. ¶ Augustinus. Adeo
primo mortalitatis sue conscium: ut eam quotidie
ante oculos habeat: per eam seipsum temperet: ⁊
hec peritura despiciens ad illam vitaꝫ suspiret ubi
ratione superauctus desinet esse mortalis: hanc tã
dem ueram de diffinitione hominis atq̨ utilẽ sen
tentiam habere dicito: Huius ultimi: quoniaꝫ de
eo nobis sermo erat: dicebam paucos cognitioneꝫ
aut meditationem idoneaꝫ fortitos. ¶ Francisc⁹.
Ego me hactenus ex paucis rebar. ¶ Augustin⁹.
Et ego quidem non ambigo tibi taꝫ multa per om
nem vitã experientia magra: tã multa ex librorꝫ le
ctione repetẽti: crebras cogitatiões mortis occur
rere: sꝫ que nec satis alte descẽdãt nec satis tenaci
ter hereãt. ¶ Frã. Quid uocas alte descẽdẽ? ⁊ si
met itelligẽ mihi videar: cupio ex te clari⁹ audire.
¶ Au. Dicaꝫ: q̃uis iaꝫ vulgo psuasuꝫ sit: atq̨ ẽt e

medio grege philosophorum clarissimi testes accesserunt: mortem inter tremenda principium possidere: usqꝫadeo: ut iam pridem nomen ipsuꝫ mortis auditu tetrum atqꝫ asperum videatur. Ne tamen uel similia hec summis auribus excepta: uel rei ipsius recordatio compendiosa sufficiat: immo rari diutius oportet atqꝫ acerrima meditatione singula morientium membra percurrere: ꝛ extremis quidem iam algentibus media terreri: ꝛ in summo opportuno sudore defluere: ilia pulsari: vitalem spiritum mortis vicinitate lentescere: ad hec defossos natantesqꝫ oculos: obtuitum lachrymosum: contractam frontem liuentemqꝫ: labentes genas: lucidos dentes: rugentesqꝫ atqꝫ acutos nares: spumantia labia: torpentem squamosamqꝫ linguam: aridum palatum: fatigatum caput: anheluꝫ pectus: raucum murmur ꝛ mesta suspiria: odoreꝫ totius corporis molestum: precipueqꝫ alienati vultus horrorē: que omnia facilius ac uelut in promptu ꝛ ad manum collocata succurrent: Si cui familiariter obseruari ceperit memorādum aliquod conspecte mortis exemplum: Tenacior enim esse solet visorum q̄ auditorum recordatio. Quaꝫ ob causam non sine alto consilio: in quibusdaꝫ religionibus atqꝫ sanctissimis: usqꝫ etiam ad hanc etateꝫ que bonis morib⁹ inimica est: illa consuetudo perdurat: ꝙ ad cernenda corpora defunctorum: dum lauantur preparanturqꝫ sepulture: eiusdem rigidi propositi professores intersint: ut scilicet triste miserandumqꝫ spectaculum oculis subiectum: ꝛ memoriam semper admoneat: ꝛ animos superstituꝫ ab omni spe mundi fugatis exterreat: Hoc est igitur quod satis alte descendere dicebam: nondum forte consuetudinis causa mortem nominatis dū nil morte certius: nil hora mortis incerti⁹: cetera q̄ huius generis usu quotidiani sermonis iteratis: preteruolant enim illa: non insident. ¶ Franciscus. Assentior eo facilius: quia multa que mecuꝫ tacitus agere soleo: nunc te loquente recognosco. Signum tamen aliquod memorie mee si videtur imprime: quo admonitus post hoc de me ipse mihi nō mentiar: nec erroribus meis interblandiar. Id enim est: ut video: ꝙ mentes hominum calle virtutis auertit: dum methaꝫ apprehendisse rate: ulterius non aspirant. ¶ Augustinus. Libens hec

R audio ex te: neqꝫ enim ociosi ꝛ a casu pendentis: sed multa circumspicientis animi uerba sunt. Signum igitur quo nunq̄ fallaris accipe: Si quotiens de morte cogitabis: loco non moueberis: scito te uelut de rebus ceteris inutiliter cogitasse. At si in ip̄o cogitatu obrigueris: contremueris: expallueris: tibiqꝫ iam huic laborare visus fueris medias inter mortis angustias: si cum hoc ꝛ illud occurrat: animam illicet: ut ex his membris exierit: sistendam in eterno iudicio totius vite preterite: actuūqꝫ ꝛ uerborum rationem exactissimam summam esse reddendam: nullam deniqꝫ in forma corporis aut in mundi gloria: nullam ingenio eloquētiam: nullam in opibus aut potentia spem habendam: nec corrumpi posse: nec falli iudicem: nec placari mortem ipsam: laboruꝫ non finem esse sed trāsitum: Hec inter mille suppliciorum: mille tortorꝫ genera ꝛ stridor ꝛ gemitus auerni ꝛ sulphurei amnes ꝛ tenebre ꝛ ultrices furie: postremo aduersa simul orci pallentis immanitas: que ue his omnibus preponderant malis: infelix sine fine perpetuas: terminandeqꝫ calamitatis desperatio ꝛ in eternum mansura: nō iam amplius miserātis ira dei. Si hec omnia simul ante oculos uenerint: non ut ficta sed ut uera: non ut possibilia sed ut necessaria ineuitabiliterqꝫ uentura ꝛ pene iam presentia: In qꝫ his curis non pretericēs nec desperans: sed spei plenus ꝙ dei dextera potens promptaqꝫ sit ex tātis malis eruere: tu modo te curabilem prebeas surgendiqꝫ auidus: ꝛ propositi tenax: assidu⁹ uersaberis: non frustra te meditatum esse confide.

¶ Franciscus. Grauiter me fateor tantis ante oculos coaceruatꝭ miserijs terruisti. Sed sic mihi de- S
us uenie largus sit: ut ego per dies singulos in has cogitationes immergar: precipueqꝫ noctibus cuꝫ diurnis curis relaxatus animus se in ipsum recolligit: cum corpus hoc in morem morientium: compono: ipsam quoqꝫ mortis horam: ꝛ quicquid circa eam mens horrenduꝫ repperit: intentissime mihi ipse confingo: usqꝫadeo ut in agone moriendi positus: mihi videar interdum tartara: ꝛ que narras: omnia mala conspicere: eaqꝫ tam grauiter visione cōturbor: ut exterritus tremensqꝫ consurgā: ꝛ sepe usqꝫ ad horrorem astantium: hec in uerba prorumpam: Heu quid ago? quid patior? cui me exitio fortuna reseruat miserie? Jesu per opeꝫ: eripe me inuicte his malis: Da dextram misero ꝛ tecum me tolle per vndas: Sedibus ut saltem placidis in morte quiescam. Multa preter hec alia: phrenetici in morem quocunqꝫ uagum animum pauentemqꝫ tulit impetus: mecum loquor: multa quoqꝫ cum amicis: quibus illachrymans ipse nōnunq̄ ceteros in lachrymas coegi: Iꝫ utiqꝫ post lachrymas reuertemur ad solita. Que cum ita sint: quid ergo me retinet? quid latentis obstaculi est: ut nunc usqꝫ nil ista mihi cogitatio preter molestias terroresqꝫ pepererit: ego autem idem sim adhuc qui fueram prius: ꝙqꝫ hi sunt quibus forte nunq̄ tale aliquod contigit in vita: eoqꝫ miserior: quo illi (quisquis sit futurus exitus) presentibus saltem uoluptatibus delectantur: mihi ꝟo ꝛ finis incertus sit: ꝛ nulla uoluptas: nisi talibus amaritudinibus respersa proueniat. ¶ Augustinus.

Noli precor: ubi gaudendum est dolere: peccator T
enim quo maiorem uoluptatē ꝛ titillationem percipit ex sceleribus suis: eo miserior calamitosiorqꝫ iudicandus est. ¶ Franciscus. Forte ideo: quia nunq̄ ad virtutis semitam reflectitur: quem nusq̄ interrupta uoluptas sui raptat immemorem. Qui ꝟo inter carnis illecebras ꝛ blandimēta fortune: durum aliquid experitur: totiens conditionis sue meminit: quotiens illū delectatio preceps ꝛ inconsulta destituit. Qꝫ si vnus esset amborum finis: non intelligo: cur non felicior dici possit qui nunc gaudet doliturus in posterum: q̄ qui nec sentit in presens gaudium nec expectat: nisi te forte moueat: ꝙ in fine risus sit luctus acerbior. ¶ Augustinus. Illud magis: quoniam freno rationis abiecto (quod quidem prorsus in illa suprema uoluptate deserit) grauior casus est: q̄ eodem uel tenuiter retento ex pari precipitio corruentis. Ante omnia tamen illud a te prius dictum attendo: ꝙ de alterius sperandum: de alterius conuersatione desperandū est. ¶ Frā. Istud quidem sic esse considero: sed tu interim: nūquid non prime questio-

nis oblitus es? ¶ Aug. Cuius? ¶ Frā. Quid est
quod me retinet? Hic enim quesiueram: cur mihi
vni cogitatio mortis intensa nō profuit quā miris
v modis fructuosam dicis? ¶ Augu. Primuz quip
pe: quia de longinquo forsitan illa consideras: que
tamen propter breuissime vite cursum: tum ꝓpter
incertos ⁊ uarios casus: longinqua esse non pos-
sunt. Omnes eniz ferme in hoc fallimur: ut ait Ci
cero: ꝙ mortem prospicimus: quem textum corre-
ctores quidam: at uerius corruptores: immutare
uoluerunt: negationez uerbo preponentes: ⁊ mor
tem non prospicimus: dicenduz esse firmātes. Ce
terum qui mortē omnino non aspiciat: sani capitis
nullus inuenitur: re autem uera prospicere procul
aspicere est: quod vnū super cogitanda morte mul
tos illusit: dū illā viuēdi methā sibi quisq; propo
suit: ad quam si peruenire possit per naturaz: tamē
paucissimi peruenerunt. Fere enim nullus mori-
tur cui non conueniat poeticum illud: Caniciemq;
sibi ⁊ longos promiserat annos. Hoc nocere tibi
potuit: Nam ⁊ etas ⁊ complexionis vigor ⁊ vite
modestioris obseruantia: hanc tibi spem fortasse
prebuerunt. ¶ Franciscus. Noli queso de me ta-
lia suspicari: auertat deus hāc insaniam: me ne hu
ic confidere monstro: quod apud Uirgiliuz famo
sissimus ille magister maris ait: Et ego in mari ma
gno seuoq; ac turbido iactatus: tremulam cymbā
fatiscentemq; ⁊ rimosam: uentis obluctantibus:
per tumidos flatus ago: hanc diu durare non pos
se: certe scio: Nullam spem salutis superesse mihi
video: nisi miserator omnipotens prebeat: ut gu-
bernaculum summa vi flectens anteq̄ peream: lit
tus apprehendam qui in pelago vixerim: moritu
rus in portu. Huic opinioni debear: ꝙ opum ma-
gneq; potentie desiderio: quo multos non modo
coetaneos meos: sed longeuos homines: ⁊ com-
munem viuendi modum supergressos exestuare
vidimus: nunq̄ arsisse me recolo. Quis enim fu-
ror est: omnem etatem in laboribus ⁊ in pauperta
te traducere: ut inter tot curis coaceruandas diui
tias statim moriar? Sic itaq; de his formidolosis
rebus cogito non ut longe distantibus sed mox af
futuris iamiamq; presentibus. Necdum de me-
moria mea excessit uersiculus quidam: quem ad-
huc admodum iuuenis: inter multa que ad amicū
scripsi: hec in fine subiungens: Loquimur dum ta
lia: forsan Innumeris ꝓperata viis: in limine mors
est. Quid si tunc dicere potui: quid modo dicam
⁊ experimento rerum ⁊ etate prouectior? Quic-
quid video: quicquid audio: quicquid sentio: quic
quid cogito ad hoc vnum refero: ꝙ si in hac cogi-
tatione nō fallor: ad hec questio illa superest: quid
x ergo me retinet? ¶ Augustin⁹. Humiles deo gra-
tias age qui te tam salubribus habenis frenare: sti
mulisq; tam pungentib⁹ sollicitare dignatur. Uix
eniz possibile fuit: ut queʒ cogitatio mortis habet
tam quotidiana tam presens: huc mors eterna cō
tingat. Sed quoniaz deesse aliquid tibi sentis: nec
immerito: quid illud sit aperire temptabo: ut eo (si
deus fauerit) amoto: in cogitationes tuas tot⁹ as-
surgens: quo adhuc premeris uetustum seruitutis
iugum possis excutere. ¶ Franciscus. Utinaz id
tibi contingat efficere: ⁊ ego tanti muneris capax
inueniar. ¶ Augustinus. Inuenire si uoles: neq;
enim res impossibilis est: Sed in actibus huma-
nis duo uersantur: quorum si deest alterum: prepe
dire constat effectuz: uoluntas igitur presto sit: ea
q; tam uehemens ut merito desiderij uocabulum
sortiatur. ¶ Franciscus. Ita fiet. ¶ Augustinus.
Scis quid cogitationi tui officiat? ¶ Franciscus
Hoc est quod peto: hoc est quod tāto tempore de-
sidero. ¶ Augustinus. Audi ergo: animam quidē
tuam sic celitus bene institutam esse: non negaue-
rim: sic ex contagione corporis huius: ubi circum
septa est multum a primeua nobilitate sua degene
rasse non dubites. Nec degenerasse dumtaxat: sed
longo iam tractu temporis obtorpuisse: factam ue
lut proprie originis ac superni conditoris imme-
morez. Nempe passiones ex corporea commixtio
ne subortas: obliuionemq; nature nobilioris diui
nitus videtur attigisse Uirgilius ubi ait: Igneus
est illis vigor ⁊ celestis origo Seminibus quan-
tum non noxia corpora tardant: Terreniq; hebe-
tant artus moribundaq; membra. Hinc metuūt
cupiuntq; dolent gaudentq;: nec auras Respiciūt
clause tenebris ⁊ carcere ceco. Discernis ne in uer
bis poeticis quadriceps illud monstrū nature ho
minū tam aduersum? ¶ Franciscus. Discerno cla
rissime quadripartitam animi passionem: que pri-
mum quidem ex presentis futuriq; temporis re-
spectu in duas scinditur partes: rursus quelibet in
duas alias: ex boni maliq; opinione subdistingui-
tur. Ita quatuor uelut flatibus aduersis: huma-
narum mentium tranquillitas perit. ¶ Augusti-
nus. Rite discernis atq; uerificatum est in nobis y
illud Apostolicuz: Corpus quod corrumpitur ag
grauat animam: ⁊ deprimit terrena inhabitatio
sensum multa cogitantem. Conglobantur siquidē
species innumere ⁊ imagines rerum visibiliū: que
corporeis introgresse sensibus: postq̄ singulari-
ter admisse sunt: cateruatim in anime penetrabili-
bus densantur: eamq; nec ad ingenitam: nec tam
multorum difformium capacem pregrauant atq;
confundunt. Hinc pestis illa phantasmatum ue-
stros discerpens laceransq; cogitatus: meditatio
nibus clarificis quibus ad vnum solum summum
q; limen ascenditur iter obstruens uarietate mor-
tifera. ¶ Franciscus. Huius quidem pestis sepe
al's cum in libro de uera religione (cui nihil cōstat
esse repugnātius) preclarissime meministi: In quē
librum nuper incidi: a philosophorum ⁊ poetarū
lectione digrediens: Itaq; cupidissime perlegi:
haud aliter q̄ qui videndi studio peregrinatur
a pr̄ia: ubi ignotum famose cuiuspiā urbis limē in
gredit: noua captus dulcedine locoruz: passimq;
subsistēs: obuia queq; circūspicit. ¶ Augu. Atqui
(licet aliter sonātibus v̄bis: sicut catholice v̄itatis
preceptorem decuit) repies libri illius magna ex
parte philosophicā p̄cipueq; Platonicam ac So
craticam fuisse doctrinā. Et ne qd tibi subtraham:
scito me ut opus illō iciperē: vnū maxime. Cicero
nis tui v̄bum induxisse: Affuit deus incepto: ut ex
paucis seminibus messis optima ꝯsurgeret: Sed
ad ꝓpositum reuertamur. ¶ Frā. Ut libet p̄i opti
me: Ante tū vnum oro: ne mihi abscondas uerbū
id quod tam preclaro operi: ut ais: prebuit materi z
am. ¶ Augustinus. Cicero siquidem in quodam
loco: iam tunc errores temporum perosus sic ait:
Nihil animo videre poterant: ad oculos omnia re
ferebāt: Magni autem est ingenij reuocare men-

tem a sensibus ꝛ cogitationē a consuetudine:hec ille.Ego autem hoc uelut fundamentum nactus: desuper illud quot tibi placuisse dicis opus extruxi.⁋Fran.Teneo locū:In Tusculano est:Te autem hic Ciceronis dicto ꝛ illic ꝛ alibi in operibus tuis delectari solitum animaduerti:Nec immerito:est enim ex eorum genere quibus cum ueritate permixtus lepos ac maiestas inest:Tu vo tandez iam ut videtur ad propositum redi.⁋Augu.Hec tibi pestis nocuit:hec te nisi prouideris:perditum ire festinat. Siquidem phantasmatibus suis obrutus multisq3 ꝛ uarijs ac secum sine pace pugnātibus curis animus fragilis oppressus:cui pmum occurrat q̄ nutriat:q̄ perimat:q̄ repellat examinare non potest:vigorq3 eius omnis ac tēpus:parca quod tribuit manus ad tam multa non sufficit. Quod igitur euenire solet in angusto multa ferentibus:ut impediant se sata concursu:Idem tibi cōtingit:ut in animo nimis occupato:nihil utile radices agant nihilq3 fructiferū coalescat:Tuq3 inops consilij : modo huc:modo illuc mira fluctuatione uoluaris : nusq̄ integer : nusq̄ totus.Hinc est ut quotiens ad hanc cogitationez mortis aliasq3 per quas iri posset ad vitam:generosus:si finatur:animus accessit:inq3 altum naturali descendit acumine stare ibi non ualens : turba curarum uariarum pellente resileat:Ex quo fit:ut tam salutare propositum nimia mobilitate fatiscat:oriturq3 illa intestina discordia:de qua multa iam diximus : illaq3 anime sibi irascentis anxietas:dum horret sordes suas ipa nec diluit:vias tortuosas agnoscit nec deserit:impendensq3 periculuz metuit nec declinat. ⁋Fran.Heu mihi misero : nunc profunde manū in vulnus adegisti.Illic dolor meus habitat:istic mortem metuo.⁋Augu.Bene habes:torpor abscessit.Sed quoniam iam satis hodiernum colloquium absq3 intermissione protulimus:Reliquis si placet in diem proximum dilatis:nunc aliquantisper in silētio respiremus.⁋Fran.Peroppoꝛtuna quidem languori meo quies ꝛ silentium.

⁋ Francisci Petrarche poete Oratoris q3 Clarissimi:Libri quem secretum suuz inscripsit:de contemptu mundi disputātis:Colloquiuz Secundi diei:Incipit.

⁋Augustinus.

Atis ne feriati sumus? ⁋Frā.Ut libet quidē. ⁋Aug. Quid tibi nūc animi est:quantum ue fiducie? Prefuit enim nō leue salutis indiciū spes lāguētis. ⁋Frā. Quid de me sperem non habeo:spes mea deus est. ⁋Aug.Sapienter nūc ad rem redeo : multa te obsident:multa circumstrepūt:Tuq3 ipse quot adhuc aut q̄ ualidis hostibus circūsideris ignoras. Quod igitur euenire solet condensam procul aciē cernenti:ut contemptus paucitatis hostiuz fallat: quo vo propius accesserit:quoq3 districtius subiecte oculis cohortes affluxerint:prestringente oculos fulgore:metus crescat:ꝛ minus debito timuisse peniteat. Idem tibi eventurū reor:ubi ante oculos tuos hinc atq3 illinc prementia teq3 circumfallantia mala coniecero : pudebit te minus doluisse minus ue metuisse q̄ decuit:partiusq3 miraberis animum tam multis obsessum:per medios hostium cuneos erumpere nequiuisse.Uidebis profecto:Cogitatio illa salubris ad quam te nitor attollere:quot aduersantibus cogitationibus victa sit. ⁋Fran.Perhorresco grauiter:quoniam si periculum meum magnum semper agnoui:tuq3 illud tātum super estimationez meam esse ais:ut respectu ei⁹ qd̄ timere debui nihil pene timuerim:qd iam spei reliquum est? ⁋Augu.Ultimum maloꝝ omnium desperatio est:ad quam nemo vnq̄ nisi ante tempus accessit:Ideoq3 hoc in pmis scias uelim: nihil esse desperandum.⁋Frā.Sciebam:sed me moriam terror abstulerat. ⁋Augu.Nunc ad me oculos animumq3 converte: ꝛ ut familiarissimi tibi uatis uerbo utar:Aspice qui coeant populi que menia clausis Ferrum acuant portis:in te excidiumq3 tuorum.Uide quos tibi mundus laqueos tendit:quot inanes species circumuolant:quot superuacue premunt cure.Primum quidem ut inde initium faciam:vnde ab initio creaturaruz omniū illi nobilissimi spiritus corruerunt : tibiq3 ne post illos corruas:summopere prouidendum est. Oq̄ multa sunt que animum tuum funestis alis extollunt: ꝛ sub insite nobilitatis obtentu:totiēs ex parte fragilitatis immemorem fatigant:occupant:circumuoluunt:aliud cogitare non sinunt:superbientem fidentemq3 suis viribus ꝛ usq3 ad creatoris odium : placentem sibi:q̄:q̄ grandia equalia tibi fingis esse:non in superbiam tamen:sed in humilitatem inducere debuissent memorantez:nullis tuis meritis illa tibi singularia cōtigisse. Quid eniz ne dicam eterno:sed temporali domino obsequentiores fecerit subiectorum animos : q̄ in illo spectata liberalitas:nullis suorum meritis excitata? Student enim benefactis subsequi:quaz preuenire debuerant. Nunc vo facillime licebit q̄ pusilla sunt quibus superbis intelligere. Fidis ingenio: ꝛ librorum lectione multorum gloriaris eloquio: ꝛ forma morituri corporis delectaris.Enimuero sentis igeniū in q̄multis te sepe destituat.Quot sunt artium spēs in quibus vilissimoꝝ acumē hominum equare non poteris?Minus dixi:animalia ignobilia ꝛ pusilla reperies:quorū opera nullo studio queas imitari.I nunc ꝛ ingenio gloriare.Lectio autē ista quid profuit?Ex multis enim que legisti:q̄tum est quod inheserit animo? quod radices egerit:quod fructum proferat tempestiuum?Excute pectus tuum acriter:inuenies cuncta que nosti:si ad ignorata referantur:eam,pporꝛtionē obtinē:quā collatus oceano riuulus estiuis siccādus ardoribus.Oq̄ uel multa nosse qd releuat? Si cum celi terreq3 ambitum:si cum maris spatium ꝛ astrorum cursus herbarumq3 virtutes ac lapidum ꝛ nature secreta didiceritis:uobis estis incogniti:si cum rectam virtutis ardue semitam scripturis ducibus agnoueritis:obliquo calle transuersos agit furor:si cum omnis eui claroruz hominū gesta memineritis:quid uos quotidie agi

tis:non curatis?De eloquio quid dicam:nisi q tu
ipse fateberis: sepe te quidem eius fiducia fuisse
delusum?Quid autē attinet:audientes forsan ap-
probasse que diceres: si te iudice damnabantur?
Quis enim audientium plausus non spernendus
eloquentie fructus esse videatur: si tamen ipsius
oratoris plausus interior desit: quantulum uolu-
ptatis prestare potest strepit⁹ ille vulgaris?Quo-
modo autem alios loquendo mulcebis:nisi te pri-
mum ipse permulseris?Idcirco sane nōnunq̄ spe
rata eloquētie gloria frustratus es:ut facili cogno
sceres argumento:q̄ uentosa ineptia superbires.
Quid enim queso puerilius:immo vō quid insani
us:q̄ in tanta rerum omnium incuria tantaq̄ se-
gnitie uerborum studio tempus impendere:τ lip-
pis oculis nunq̄ sua probra cernentem:tantā uo
luptatem ex sermone percipere: quarundam aui-
cularum philomenarum in morem:quas aiunt us
q̄ in pernitiem proprij cantus dulcedine delecta-
ri?Et hoc quidem tibi sepe contingit in rebus quo
tidianis τ vulgaribus:quo magis erubescere∫:q̄s
tu inferiores arbitrabaris eloquio:eas te uerbis
equare nequiuisse.Q: multa sunt autem in rerum
natura:quib⁹ nominādi∫ proprie uoces desūt?Q:
multa pterea que quanq̄ suis uocabulis discernā
tur:tamen ad eorum dignitatem uerbis amplectē
dam:ante ullam experientiam sentis eloquentiam
non peruenire mortaliu∫?Quotiens ergo te que
rentem audiui:quotiens tacitum indignantemq̄
psperi:q que clarissima cognituq̄ facillima ēent:
animo cogitanti:ea nec lingua nec calamus suffici
enter exprimeret? Que est igitur ista eloquentia
tam angusta:tam fragilis:que nec cuncta comple-
ctitur: τ que si fuerit complexa non stringit?Gre-
ci uobis:uos vicissim grecis uerborum penuriam
soletis obijcere.Seneca quidē illos uerbis ditio
res estimat: At Marcus Tullius in primordio
operis quod de bonorum τ malorum finibus edi
dit:Ego inquit mirari non queo:vnde hoc sit tam
insolens domesticarum rerum fastidium: non est
omnino hic dicendi locus:sed ita sentio τ sepe dis
serui:latinam linguam non modo inopem:ut vul-
go putarent:sed locupletiorē etiam esse q̄ grecā.
Et idem cum sepe alias:tum in Tusculano suo:dis
putās exclamauit:O uerbor inops quibus abū-
dare te semper putas grecia.Dixit hec vir ille fidē
tissime:ut qui se latine eloquentie principē sciret:
audiretq̄ de huius rei gloria iam tunc bellū gre-
cie mouere:iuxta id quod ab eodem Seneca:gre-
ci sermonis minatorie in declamationibus scriptū
est: Quicquid inquit habet Romana facundia:
quod insolenti grecie aut opponat aut preferat:cir
ca Ciceronem effloruit magna laus: sed sine ulla
dubitatiōe uerissima.Est ergo ut vides de eloquē
tie principatu:non tm̄ inter uos τ grecos:sed iter
nostrorum etiam doctissimos magna contentio:
Inq̄ his castris est qui illis faueat:sicut in illis for
sitan qui nobis:quod de Plutarcho illustri philo
sopho quidam referunt.Deniq̄ Seneca noster τ
si Ciceroni deferat ut dixi:coactus maiestate tam
predulcis eloquij: In reliquis tamen grecie pal-
mam defert:Ciceroni contrarium videtur.Si vō
meum his de rebus iudicium expectas: utrunq̄
ueridicum pronuncio: τ qui Greciam τ qui Itali
am uerborum dixit inopem.Q: si de his duabus
tam famosis regionibus recte dicitur:quid possunt
sperare alie?Quid tibi preterea in hac re fidendū
viribus tuis sit:ubi toti puincie:cuius perexigua
portiuncula es: hanc sermonis vides esse penuri-
am:tecum ipse considera:pudebit tantum tempo-
ris consumpsisse in eam rem: quam τ assequi im-
possibile: τ assecutum esse uanissimum sit. Ut vō
iam hinc ad alia pertractanda transgrediar: Cor-
poris huius bonis extolleris? nec que te circum-
stent deinde pericula cernis?Quid autē tuo tibi
placet in corpore?robur ne an ualitudo psperior?
At nihil imbecillius: fatigatio ex leuibus causis
obrepens: τ insultus morborum uarij: τ uermicu
lorum morsus seu leuissimus afflatus:atq̄ huius
generis multa confirmant. An forme forsan fulgo
re deciperis: τ proprij vultus colorē seu liniamē
ta conspiciēs:habes cui inhies:quod mireris: qd
mulceat:quod delectet? Neq̄ te Narcissi terruit
fabula:nec quid esses introrsus vilis consideratio
corporee feditatis admonuit:exterioris cutis cō-
tētus aspectu:oculosq̄ mentis ultra nō porrigis.
Atqui huius quoq̄ caducum fore precipitemq̄
flosculum: τ si alia que innumerabilia sunt argu-
menta cessarent:ipse tibi etatis inquietus cursus:
per singulos aliquid decerpens dies:luce clarius
ostendere debuisset:Et si forte:quod dicere nō au
debis:aduersus etatem τ morbos:ceteraq̄ formā
corporis alterantia:tibiipse uidereris indomitus:
at illius saltem cuncta subruentis extremi non de
cuit obliuisci: fixumq̄ alta sub mente geri debuit
illud Satyricū:Mors sola fatetur q̄ntula sint ho-
minum corpuscula:Hec ni fallor sunt que te super-
bis flatibus elatum:humilitatem conditionis tue
considerare prohibent mortisq̄ reminisci.Sunt τ
alia que iam hinc exequi fert anim⁹. ¶ Frā. Sub
siste paululum queso:ne tanta mole rerum obru-
tus:nequeam responsurus surgere. ¶ Augu. Dic
age:subsistā libens. ¶ Fran. In admirationē me
non modicam coegisti: multa mihi obijciens que
nunq̄ in animum meum descendisse sum conscius
Me ne confisum ais ingenio?At profecto nullum
ingenioli mei signum est:nisi hoc vnum:nullā me
in eo posuisse fiduciam:ego ne librorum ex electio
ne superbior fiam:que mihi sicut scientie modicū
inuexit:sic curarum materiam multarum. An lin-
gue gloriam sectatus dicor:qui ut tu ipse memora
sti:nihil magis indigner:q̄ conceptibus illam me
is non posse sufficere:nisi temptandi ppositū tibi
sit:scis me paruitatis mee mihi conscium semper
fuisse: τ si quid forte mihi visus sum:potuit hoc in
terdū aliene ruditatis consideratione cōtingere.
Eo enim(quod sepe dicere soleo)peruentū est:ut
iuxta vulgatum Ciceronis dictū potius aliorum
imbecillitate q̄ nostra virtute ualeam⁹.Quid aūt
τ si abunde cōtigissent ista que narras?Quid mi
hi tam magnificum contulissent:ut hinc superbien
dum foret?Non sum tam meiipsius immemor:ne-
q̄ tam leuis:ut his meam aurem agitandā pbeā.
Quātulū enim uel ingeniū uel scientia uel eloquē
tia profuerit:nullū lacerantibus aiā morbis affe
rens remediū?quā rem in epistola quadam me di
ligentius questum fuisse commemini. Jam qd de
corporeis bonis quasi serio dixisti:pene in risū ex
citauit:Me ne in hoc mortali τ caduco corpuscu
lo spē posuisse:quotidianas ei⁹ruinas sentientē?

Deus meliora. Fuit hec puero fateor cura pectendi capitis: vultus ornandi: uerum hoc cum primis annis simul euanuit: req; ipsa nunc experior illud Domitiani principis: qui in epistola ad amicam de seipso scribens querensq; corporee pulchritudinis prerapidam fugam: Scias inquit nil gratius decore: nil breuius. ¶ Augu. Copiose possem aduersus ista disserere: malo tamen tibi conscientia tua q̃ sermo meus incutiat pudorem: non agam pertinaciter neq; tormentis uerbum extorquebo: quod generosi solent ultores: simplici negociatione contentus precabor ut posse ac omni studio declines: quod hactenus te non admisisse cõtendis. Si quando autem vultus tui species temptare animum forte ceperit: occurrat qualia mox eadem futura sint membra que nunc placent: q̃ feda: q̃ tristia: q̃ tibiipsi si reuidere posses horrenda: tecumq; hoc inter philosophicũ illud frequenter ingemina: Ad maiora sum genitus q̃ ut sim mancipium corporis mei. Profecto enim summa insania est hominum sese negligentium: corpori autem ⁊ in quibus habitant membra gementium. Siquis in carcerem tenebrosum atq; humentem olentemq; pestifere ad breue tempus intrusus sit: nonne si non desipiat: intactum se quantum possibile fuerit ab omni parietum ⁊ soli contagione seruabit: ⁊ iam iam egressurus: intentis auribus liberatoris sui expectabit aduentum? Qui si his curis abiectis: cenoq; ⁊ horrore carceris delibutus exire metuat: ac pingendis ornandisq; circa se menibus omnem curam studiosus impendat: loci stillantis naturã frustra superare meditans: nunquid non merito insanus videatur ⁊ miser? Nempe uos carcerem uestrum ⁊ nostis ⁊ amatis: Ha miseri ⁊ mox uel educendi certe uel extrahendi heretis: in eo exornando solliciti quem odisse decuerat: Sicut tu ipse in Africa tua Scipionis illius magni patrem loquẽtem induxisti: Odimus laqueos ⁊ vincula nota timemus: Libertatis onus quod nunc sumus illud amamus. Preclare quidem modo quod alios dicere facis: ipse tibi diceres. Unum uerbum quod ex omni sermone tuo tibi fortassis humillimũ: mihi autem arrogantissimum videtur: dissimulare nõ ualeo. ¶ Fran. Doleo si superbe aliquid dixi: at si factorum dictorum ue moderator est animus: nihil me arroganter dixisse ipse mihi testis est. ¶ Augu. Multo quidem importunius superbie genus est alios deprimere: q̃ seipsum debito magis attollere: longeq; maluissem: ceteros magnificares: te quoq; ceteris anteferres: q̃ calcatis omnibus ex alieno contemptu superbissime tibi clypeum humilitatis assumeres. ¶ Fran. Ut uoles accipe: ego nec mihi nec alijs multum tribuo: piget referre qd de maiore parte hominum sentiam expert⁹. ¶ Augu. Seipsum spernere tutissimum est: alios ꝑo periculosissimum atq; uanissimum. Sed progrediamur ad reliqua: Scis qd te aliud auertit? ¶ Frã. Quicquid libuerit dicito: modo ne accuses inuidie. ¶ Augu. Utinam non tibi magis superbia q̃ inuidia nocuisset: hoc enim crimine: me iudice: liber es: sed alia quedam dicturus sum. ¶ Frã. Nulla me deinceps accusatione turbaueris: dic ingenue: quid est quod me transuersum agat? ¶ Aug. Rerum temporalium appetitus. ¶ Fran. Apage obsecro: nihil vnq̃ absurdius audiui. ¶ Aug. Repente turbatus ⁊ proprie promissionis oblitus es: Jam inuidie mentio nulla est. ¶ Fran. At auaritie: a quo crimine nescio an remotior quisq; sit. ¶ Augu. Multum te iustificas: sed mihi crede: nõ es ab hac peste: ut tibi videris alienus. ¶ Fran. Ego ne ab auaritie labe immunis sum? ¶ Augu. Ne ab ambitione quidem. ¶ Frã. Age iam urge: ingemina: accusatoris officium imple: quid iam noui vulneris infligere uelis expecto? ¶ Augu. Pro F
prie quidem ueritatis testimonium accusationem ⁊ vulnus appellasti: uerum est enim illud Satyricum: Accusator erit qui uerum dixerit. Nec min⁹ ⁊ Comicũ id: Obsequium amicos: ueritas odium parit. Sed dic oro quorsum he sollicitudines ⁊ edẽtes animum cure? quid necesse erat in tam breuibus vite spatijs tam longas spes ordiri? Uite summa breuis spem nos uetat inchoare longam: Legis semper ista sed negligis. Respondebis: ut arbitror: amicorum te charitate compelli: ⁊ pulchrũ errori nomen inuenies. Atqui demẽtia quanta est ut alteri sis amicus: tibiipsi bellum ⁊ inimicitias indicere? ¶ Fran. ¶ Non sum tam illiberalis ⁊ inhumanus ut non me contingat amicorum cura: eorum presertim quos virtus mihi uel meritum cõciliat: Sũt enim quos suspiciã: quos ueneror: quos amem: quosue miserear amicos. Ex aduerso autem nec adeo liberalis sum ut propter amicos me perditum eam. At quoad vixerim: pro victu quotidiano preparare aliquid mens optat: atq; hoc in studio (ut quoniam Horatij iaculis me petis: horatianus clypeus me tegat) Sit bona librorum ⁊ prouise frugis in annum Copia: neu fluitem dubie spe pendulus hore. Et quia propositum est mihi: ut ait idem: nec turpem senectam degere: nec cithara carentem. Et quia multum uereor vite prolixioris insidias: lõge in utrunq; mihi ipse prouideo: ⁊ musarum studijs: reifamiliaris curas interfero: uerũ id ago tam segniter: ut euidenter appareat me coactum ad ista descendere. ¶ Augu. Intelligo q̃ al G
te in cor tuum ista penetrarint: quibus excusatio quereretur amentie. Cur autem non eque Satyricũ illud precordijs inhesit: Sed quo diuitias hic per tormenta coactas: Cum furor haud dubius: cum sit manifesta phrenesis: Ut locuples moriaris egẽti viuere fato? Credo quia preclarius estimas purpureis stratis obsitum mori: sepulchro iacere marmoreo: linquere successoribus de opulenta hereditate certamen: illasq; ideo quibus ista parantur diuitias concupiscis: Superuacuus labor: ⁊ si mihi credis: insanus. Jam si ad communẽ hominum respicis naturam: nosti eam paucis esse cõtentam: Sin ad propriam cogitando reflecteris: vix natus est cui pauciora sufficerent: nisi public⁹ error obstreperet. Ad populares mores: uel ad ipsius forte qui loquebatur animum respexit poeta dum diceret: Uictum infelicem tellus lapidosaq; corna Dant rami: ⁊ vulsis pascunt radicibus herbe. Tibi cõtra fatearis oportet: nihil tali victu dulcius nihilq; suauius: si tuis ⁊ non insanientis vulgi legibus viuas. Quid ergo te crucias si ad naturam tuam te meteris? Jam pridem diues eras: sed ad populi plausum diues esse nunq̃ poteris: semper aliquid restabit: quod sequens per cupiditatũ abrupta rapiaris. Meministi quanta cum uoluptate reposito quõdã rure uagabaris: ⁊ nũc herbosis

pratorum choris accubans:murmur aque luctan-
tis hauriebas:nunc apertis collibus residens sub
iectam planitiem libero metiebaris intuitu: nunc
in aprice uallis vmbraculo dulci sopore correptus
optato silentio fruebaris:nunq̃ʒ ociosus mente ali
quid altum semper agitans. ⁊ solis musis comita
tibus nusq̃ʒ solus:deniqꝫ Uirgiliani senis exẽplo:
Qui regum equabat opes animo seraqꝫ reuertẽs
Nocte domum:dapibus mensas onerabat in em-
ptis:sub occasum solis angustam domuʒ repetẽs:
⁊ tuis contentus bonis:nunquid non tibi omniuʒ
mortalium longe ditissimus ⁊ plane felicissimꝰ vi-
debaris? ¶ Fran. Heu mihi nunc credo atqꝫ illi-
us temporis commemoratione suspiro. ¶ Augu.
H Quid suspiras:aut quis tibi demẽs tẽpoꝝ maloꝝ
p̃buit materiaʒ? Nempe animus ipse tuus quem
puduit tam diu nature sue legibus parere: quiqꝫ
frenuʒ non fregisse credidit seruitutis:is modo te
raptat violentus: ⁊ nisi habenas contrahas preci-
pitaturus ad mortem:ex quo primuʒ cepisti ramo
rum tuorum baccas fastidire:amictusqꝫ simplici-
or: ⁊ agrestium hominum sorduit conuictus: In
medios urbium tumultus urgente cupiditate re-
lapsus es:ubi q̃ʒ late quanqꝫ tranquille degas:frõ
tis tue habitus ⁊ uerba testantur. Quid enim ibi
miseriarum non vidisti:pertinacissimus aduersus
infeliciter experta: ⁊ adhuc hesitas? Peccatorum
forsan illigatus nexibus:ac patientie deo: ut ubi
sub aliena ferula pueritiam exegisti:ibidem tui iu-
ris effectus miserabilem conteras senectutẽ? Cer-
te ego presens aderam:cum adhuc adolescentuluʒ
te nulla cupiditas:nulla prorsus tãgebat ambitio:
cum cuiusdam magni futuri viri specimen prefere
bas: Nunc mutatis moribus:infelix: quo magis
ad terminum appropinquas: eo viatici reliquum
conquiris ⁊ attentius. Quid superest igitur nisi
ut in die mortis (que forte iam iuxta est: ⁊ profe-
cto procul esse non potest) aurum sitiens:calenda-
rio semiuiuus incumbans? Siquidem quod per
dies singulos crescit:suprema die necesse est ad sũ
mum ⁊ augeri: ⁊ ad uetitum prouenire incremen
tum. ¶ Fran. Senectutis pauperiem ante prospi
ciens:si fatigate etati adiumenta conquiro:qd hic
I tam reprehẽsibile est? ¶ Aug. O ridiculas curas
insanamqꝫ negligentiaʒ:id anxie cogitare quo uel
nunq̃ʒ forte peruenturus certe:uel ubi breuissimo
tempore permansurus sis: Illius autem obliuisci
quo ⁊ peruenire necessarium sit ⁊ irremeabile per
uenisse. Sed ille mos uester execrandus: Transito
ria curatis:eterna negligitis. In eo quidem quod
de senili paupertate clypeum queris:errori inhe-
sit:credo tibi Uirgilianum illud: Atqꝫ inopis me-
tuens formica senecte: Itaqꝫ illam tibi vite ma-
gistram delegisti:excusabilior:dicente Satyrico:
Frigusqꝫ famemqꝫ Formica tandem quidaʒ expa
uere magistra. Ac si non tutus in formice magiste-
rium abijsti:reperies nihil miserius:nihil amenti-
us q̃ʒ semper pauperiem pati:nequando patiaris.
¶ Fran. Quid ergo? pauperiem ne suades? Op
tarem quidem minime:tolerare summopere:si sic
res humanas miscens fortuna coegerit. ¶ Augu.
Mediocritatem sane in omni statu expetendũ cẽ-
seo. Non igitur ad illorum statuta te reuoco: qui
aiunt: Satis est vite hominum panis ⁊ aqua:ne-
mo adhuc pauper est:intra que quisqꝫ desiderium
suum clausit:cuʒ ipso Ioue de felicitate cõtendet:
nec medium vite hominum fluuium ceteremqꝫ cõ
stituo. Sunt enim ut magnifice:sic auribus homi-
num importune pridem odiose sententie: Itaqꝫ in-
firmitati tue more ingeram:exinanire naturam nõ
doceo sed frenare. Sufficiebant tua quidem usibꝰ
necessarijs si tu ipse tibi suffecisses:nunc autem ip
se quam pateris indigentiaʒ peperisti. Cumulatio
nem enim opum:necessitatem ac sollicitudineʒ cu-
mulare:iam totiens disputatum est:ut ampliōribꝰ
iam non egeat argumentis:mirus error ⁊ miserã
da cecitas:preclarissime nature ac celestis originis
humanum animum:celestibus neglectis:metallis
inhiare terrestribꝰ. Cogita queso acriter atqꝫ ocu-
los mentis intende:nec eos circumradiantis auri
fulgor impediat:quotiens vncis auaritie tractus:
ab altissimis curis ad hec inferiora diuerteris:nõ
ne de celo in terras precipitem corruisse remotisqꝫ
syderibus in profundissimam uoraginem demer-
sum te esse cognoscis? ¶ Fran. Cognosco equideʒ
⁊ dici non posset q̃ʒ grauiter precipitatus allidor.
¶ Augu. Quid ergo totiens expertus non metu-
is: ⁊ cum fueris erectus ad superna non tenacius
pedem figis? ¶ Fran. Nitor quippe:sed quoniam
humane cõditionis concutitur necessitas:inuitus
auellor: Nec enim sine causa ueteres poetas:gemi
num Parnasi collem:duobus dijs dedicasse suspi
cor:sed ut ab Apolline (quem deuʒ ingenij uocãt)
internum animi presidium:a Baccho autem rerũ
externarum sufficientiam implorarent. In quam
sententiam me non modo rerum experientia magi
stra:sed crebra etiam doctissimorum hominum in
clinauit auctoritas:quos tibi quideʒ inculcare nõ
attinet. Ita q̃ʒuis turba deorum ridiculosa sit:hec
tamen uatum opinio haud prorsus insensata est:
quam ego si ad vnum retulerim deum:a quo om-
nis opportuna subuentio est:non me delirare qui-
dem arbitror:nisi tibi aliter videatur. ¶ Aug. Ego
ita esse non nego:sed quia tempus tam inique par
tiaris indignor. ¶ Uniuersam enim etatem tuam
honestis olim curis destinaueras: si quid in alijs
coactus expenderes:id tempus perditum iudica
bas:nunc ꝟo tantum honestati tribuis:q̃ʒtum ti-
bi reliquum fecit auaritie studium. Quis non ad
etatem prouectiorem peruenisse cupiat:que sic con
silia hominum alternat? Sed quis erit finis: aut
quis modus? Prefige tibi metham:ad quam duʒ
perueneris subsistas ⁊ aliquando respires. Scis
illð humano ore p̱latũ oraculi vim habere: Sem
per auarus eget: Certũ uoto pete finẽ:qs auteʒ cu
piditatibꝰ tuis erit finis? ¶ Fran. Nec egere: nec
abũdare:nec p̃esse: nec subesse alijs:finis est meꝰ.
¶ Augꝰ. Humanitatẽ exuas oportet ⁊ deus fias:
ut tibi non egere contingat. An ignoras ex cunctis
aialibus:egentissimum esse hoiem? ¶ Frã. Audie
rã sepissime:sed integrare memoriã uelim. ¶ Au-
gu. Aspice nudum ⁊ informẽ inter uagitus ⁊ lachry
mas nascentem:exiguo lacte solandum:tremuluʒ
atqꝫ reptantem: opis indignum aliene:quem mu
ta pascunt animantia ⁊ uestiunt:caduci animi:in-
quieti:morbis obsessum uarijs:subiectuʒ passioni
bus innumeris:cõsilij inopẽ:alterna letitia ⁊ tristi-
tia fluctuantem:impotentemqꝫ arbitrij appetitus
cohibere:nescium quid quantum ue sibi expedi-
at:quis cibo potuiqꝫ modus ignorantem: Cui ali-

menta corporis ceteris animantibus in aperto posita:multo labore conquirenda sunt:quem somnus inflat:cibus distendit:potus precipitat:vigilie extenuant:fames contrahit:sitis arefacit:auidum timidumq; fastidientem:possessa perdita deplorantem:z presentibus simul z preteritis z futuris anxium:superbientem inter miserias suas:z fragilitatis sibi conscium:vilissimis uermibus imparem: vite breuis:etatis ambigue:fati ieuitabilis ac mille generibus mortis expositum. ¶ Fran. Coaceruasti miserias infinitas z egestates:ut pene iã me hominem natum peniteat. ¶ Augu. In hac tanta hominum imbecillitate tantaq; penuria:tu tibi copiam auspicaris ac potentiam:que nullis Cesaribus nullisq; vnq̃ regibus perfecta contigerit. ¶ Fran. Quis nam his uocabulis usus est? quis seu copiam seu potentiam nominauit? ¶ Aug. At que maior copia q̃ non egere? que maior potentia q̃ non subesse? Profecto enim reges dominiq; terrarum quos opulentissimos reor:innumerabilibus rebus egent. Ipsi quoq; duces exercituum quibus preesse videntur:subsunt: z ab armatis legionibus obsessi:per quas metuuntur:vicissim metuãt oportet. Desine iam impossibilia sperare: z humana sorte contentus abundare z egere:preesse z subesse condiscas:non his moribus degens:fortune iugũ quo colla regum premuntur excutias:quod tamẽ demum excidisse tibi noueris:cum calcatis passionibus humanis:totus sub virtutis imperium accesseris:liber illic futurus:nulla egens re:nulli subiectus hominum:deniq; rex z uere potens absoluteq; felix. ¶ Frã. Jam piget incepti cupioq; nihil cupere:sed consuetudine rapior peruersa:sentioq; inexpletum quoddam in precordijs meis semper. ¶ Augu. Hoc est ut ad propositum spectet oratio: hoc est quod te a cognitione mortis auertit: dum terrenis sollicitudinibus implicitus:oculos ad altiora non erigis:quas quidem uelut pestiferas animorum sarcinas:si quid mihi credis abijcies: nec abiecisse labor magnus fuerit:dummodo te ad naturam tuam composueris:eiq; potius q̃ vulgi furijs te uehendum regendumq; cõmiseris. ¶ Frã. Fiet id quidem me uolẽte:sed quod de ambitione loqui ceperas:iam pridem audire desidero. ¶ Augu. Quid a me expetis quod tibiipse prestare potes? Pectus tuum examina:reperies inter pestes ceteras non minimum ambitionũ locum. ¶ Frã. Nihil ergo mihi profuit urbes fugisse:dum licuit populosq; z actus publicos despexisse: siluarum recessus z silentia rura secutum: odium uentosis honoribus indixisse:adhuc ambitionis insimulor. ¶ Augu. Multa linquitis mortales:non quia contemnitis sed quia desperatis posse consequi: excitant enim se alternis stimulis:spes z desiderium: usq;adeo:ut altero frigescente:tepescat alterum z recalente referueat. ¶ Fran. Quid oro me sperare prohibeat:adeo ne cuncte bone artes deerant? ¶ Aug. De bonis artibus sileo:at ille deerant profecto:quibus hodie p̃sertim ad altos gradus ascẽditur:ambiendi scilicet magnorum limina blandiendi:fallendi:promittendi:mentiendi:simulandi: dissimulandiq;:grauia z indigna quelibet patiendi:harum z similium egenus artium:nec naturam vinci posse ratus: ad alia studia transiuisti: caute quidem z prudenter:quid est enim aliud:ut ait Cicero:gigantium more pugnare cum dijs:nisi nature repugnare? ¶ Fran. Ualeant magni honores: si his artibus acquiruntur. ¶ Augu. Bene ais:nõ tamen prorsus in auribus meis tuam innocentiam comprobasti:neq; enim honores te non optasse cõcludis:tametsi querendi molestiam perhorrescas: sicut nec Romam vidisse contempsit quisquis viarum labore perterritus:pedem retulit ab incepto: adde q nec pedem retulisti:ut tibiipse persuades mihiq; persuadere niteris:neu te:ut aiunt:digito contexeris:quicquid cogitas:quicquid agis ante oculos meos est: z q fuga urbium siluarumq; cupidine gloriaris:non excusationem sed culpe imitationem arguit. Multis nanq; vijs ad vnum terminum peruenitur: z tu mihi crede:lz calcatã vulgo deserueris viam:tamen ad eandem quam spreuisse te dicis ambitionem:obliquo calle contẽdis: ad quam ocium:solitudo:incuriositas tantarum rerum humanarũ:atq; ista tua te perducunt studia: quorum usq; nunc finis est gloria. ¶ Fran. Ad angulum urges me:vnde possem licet subterfugere: quia tamen tempus breue est: z in multa dispartiẽdum:si libet progrediamur ad reliqua. ¶ Augu. Sequere igitur ad precedentem:gule nulla sit mẽtio:cuius studio nullatenus teneris:nisi uoluptati fauens nonnunq̃ amicorum blandior conuictus obreperet:Ueruntamen nihil hinc metuo:quotiens enim urbibus ereptum:rus suum recuperauit incolam:omnes repente diffugiunt insidie talium uoluptatum:quibus amotis:ita te viuentem fatear animaduerti:ut z proprios z communes amicos supergressa sobrietate ac modestia delectarer. Iram quoq; preteruehor:qua z si sepe iusto magis exardeas:cõfestim tamen nature bonitate mitigabilis compescere motus animi soles: memor Horatiani consilij: Ira furor breuis est:animum rege: qui nisi paret Imperat:hunc vinculis:hũc tu compesce catena. ¶ Fran. Aliquantulum mihi:fateor: z poeticum hoc: z plurima huius generis philosophorum consilia profuerunt:atq; in primis eui breuis recordatio. Que enim rabies est:paucolos dies quos inter homines agimus in hominum odium perniciemq; consumere? Aderit ecce dies ultima:que has flammas in pectoribus humanis extinguat: z finem positura odijs z si inimico nihil morte grauius optamus:iniquissimi uoti compotes factura: Itaq; quid se: quid alios precipitare iuuat? quid opportunas partes breuissimi temporis amittere? z uel presentibus honestis gaudijs uel future vite consilijs deputatos dies:vix suffecturos ad singula summa:licet cum parsimonia dispensatis auferre necessarijs ac ꝓprijs usibus:inq; alienam pariter z nostrã tristitiam mortẽq; cõuertere: Uerum hec mihi meditatio eousq; profuit:ut impulsus non totus ruerẽ: z si corruissem mox exurgerem:ne ullis aũt iracũdie flatibus agitarer:nullũ mihi hactenus studiũ p̃stare quiuit. ¶ Aug. At quia nullum ex huius te flatibus aut tibi aut alteri uereor naufragium:facile patiar:ut si Stoicorum promissa non attingis:qui morbos animorum radicitus se vulsuros spondent:sis in hac re Peripateticorum mitigatione contentus: his igitur in presens omissis:ad periculosiora z tibi multo diligentius prouidenda festino. ¶ Fran. Deus bone: quid adhuc periculosius restat? ¶ Augu. Quãtis

luxurie flammis incenderis? ¶ Fran. Tātis equi-
dem interdum ut grauiter doleam q̄ nō insensibi
lis natus sum: Immobile saxum aliquod esse ma-
luerim: q̄z tam multis corporis mei motibus turba
ri. ¶ Augu. Habes igitur quod te uel maxime ab
omni diuinorum cogitatione dimoueat: Quid enim
aliud celestis doctrina Platonis admonet: nisi ani
mum a libidinibus corporis arcendum ⁊ eraden
da phantasmata: ut ad prouidenda diuinitatis ar-
cana: cui ꝓprie mortalitatis annexa cogitatio est:
purus expeditusq̄z consurgat? Scis quid loquor
⁊ hec ex Platonis libris tibi familiariter nota sūt:
quib⁹ auidissime nuper incubuisse diceris. ¶ Frā.
Incubueraz fateor alacri spe magnoq̄z desiderio:
sed peregrine lingue nouitas ⁊ festinata precepto
ris absentia: preciderunt propositum meum: Cete
rum ista quam memoras disciplina ⁊ ex scripturis
tuis ⁊ ex aliorum Platonicorum relatione notis-
sima est. ¶ Augu. Haud refert quo uerum mōstrā
Q te didiceris: q̄zuis multum sepe possit auctoritas.
¶ Frā. Apud me presertim hominis illius de quo
alte mihi quidem insedit illud Ciceronis in Tuscu
lano: Plato inquit: Et si rationem nullam afferret
(vide quid homini tribuo) ipsa auctoritate me frā
geret: mihi autem sepe diuinum illud ingenium co
gitanti: iniuriosum uideretur: si cum ducem suum
Analogistam facit Pythagoreum vulgus: redden
de rationi foret obnoxius Plato: Sed ne a propo
sito longius eam: Platonis hanc sententiam mihi
pridem adeo ⁊ auctoritas ⁊ ratio ⁊ experientia
commendauit: ut nil uerius nilq̄z sanctius dici pos
se non dubitem. Ita enim interduz deo manū por-
rigente surrexi: ut incredibile quadam ⁊ immensa
cum dulcedine: quid mihi tunc prodesset: quid ue
antea nocuisset agnoscerem: ⁊ nunc meo pondere
in antiquas miserias relapsus: quid me iteruz per
diderit: cum amarissimo gustu mentis experior:
Qđ idcirco retuli: ne forte mireris huius me Pla
tonici dogmatis experientiam profiteri. ¶ Augu.
Non miror equidem: laboribus eniz tuis interfui
⁊ cadentem ⁊ resurgentem vidi: ⁊ nunc prostra-
tum misertus opem ferre disposui. ¶ Fran. Grati-
as ago tam misericordis affectus: quid autez opis
superest humane? ¶ Augu. Nihil: at diuine pluri
mum: continens equidem nisi cui deus dedit esse
nō potest. Ab eo igitur munus hoc ⁊ in primis hu
militer ⁊ sepe cum lachrymis postulandum est: so
let ille que rite poscuntur non negare. ¶ Fran. Fe
ci tam sepe ut pene iam sibi molestus esse uerear.
R ¶ Aug. At nō satis humiliter: nō satis sobrie: sem
per aliquid loci uenturis cupiditatibus reseruasti:
semper in longum preces extendisti: Expertus lo-
quor: hic ⁊ mihi contigit: Dicebam da mihi castita
tem: sed noli modo: differ paululum: statim ueniet
tempus: uirentior adhuc etas: suis eat semitis: su-
is utatur legibus: turpius ad iuuenilia ista redire
tur: Tunc igitur abeundum erit cum ⁊ minus ad
hoc habilis decursu temporis factus fuero: ⁊ sa-
tietas uoluptatum metum regressionis abstulerit:
hec dicens aliud te uelle precari: aliud non intelli-
gis. ¶ Fran. Quo nam modo? ¶ Aug. Quia qui
in diem poscit: in presens negligit. ¶ Fran. Ego in
presens sepe cū lachrymis poposci: sperans simul
⁊ illud euenturum: ut effractis cupiditatum laque
is ⁊ calcatis vite miserijs saluus euaderem: ⁊ ue-
lut in aliquem salutarem portum ex tam multis cu
rarum inutiliuz tempestatibus enatarem. At quo
tiens postea inter eosdem scopulos naufragiū pas
sus sum: quotiensq̄z si destituor passurus intelligis
¶ Augu. Crede mihi: aliquid semper defuit oran
ti: alioquin uel annuisset largitor ille supremus: uel
quod Paulo fecit apostolo: ad perfectionem vir-
tutis ⁊ infirmitatis expientiā denegasset. ¶ Frā.
Credo ita esse: precabor tamen assidue nec fatiga-
bor: nec erubescam: nec desperabo: si forte misera-
tus omnipotens labores meos: aurez precib⁹ quo
tidianis accōmodet: ⁊ quibus si iuste fuissent gra-
tiam non negasset: idem ipse iustificet. ¶ Aug. Cō-
sulte tamen tu enitere: ⁊ (quod prostrati solent) in
cubitum erectus: ingruentia mala circumspice: ne
ad repentinum cuiuslibet molis incursum: iacen-
tia membra dissileant: nec segnius interim opez at
tollere ualentis implora: Aderit ille tunc forsitan
cum abesse credideris: vnum semper ante oculos
habeto: Platonis superiorem illam haud spernen
dam sententiam: Ab agnitione deitatis nil magis
q̄z appetitus carnalis ⁊ inflammatam obstare li-
bidinem. Hanc igitur doctrinam assidue tecuz uer
sa: hec nostri consilij summa est. ¶ Fran. Ut intelli
gas me hanc adamasse sententiam: non modo in
atrijs suis sedentem: sed peregrinis etiam nemori
bus latitantem: auidissime complexus sum. At lo-
cum animo mutaui ubi illa oculis meis occurrat.
¶ Aug. Quid dicere uelis expecto. ¶ Frā. Scis
Uirgilium virum fortem: per quot pericula: in illa
suprema ⁊ horrenda Troiani excidij nocte circum
duxit? ¶ Augu. Scio: quid enim scholis omnibus
vulgatius: ipsum quoq̄z casus suos enarrantem fa
cit? Quid cladem illius noctis: quis funera fando
Explicet? aut possit lachrymis eq̄re labores? Urbs
antiqua ruit multos dominata per annos: Pluri-
ma perq̄z vias sternuntur inertia passim Corpora:
perq̄z domos ⁊ religiosa domorum Lumina: nec
soli penas dant sanguine teucri. Quondam etiam
victis redit in precordia virtus: Uictoresq̄z cadūt
Danai crudelis ubiq̄z Luctus: ubiq̄z pauor ⁊ plu-
rima mortis imago. ¶ Fran. At qui q̄zdiu Uene-
re comitāte: inter hostes ⁊ incendiuz errauit: aptis
lz oculis: offensorum iram numinum videre nō po
tuit: eaq̄z illum eloquentem: nil nisi terrenum intel
lexit: At postq̄z illa discessit q̄d euenerit nosti. Si
quidem mox iratas deorum facies eū vidisse sub
sequitur: ⁊ omne circunstans periculuz agnouisse.
Apparēt dire facies inimicaq̄z Troie Numina ma
gna deū: ex q̄bus hoc excerpsi: usum Ueneris con-
spectū diuinitatis eripe. ¶ Augu. Preclare lucem
sub nubib⁹ iuenisti. Sic nēpe poeticis iterest ueri-
tas figmētis: tenuissimis riuulis adeūda. Sed q̄m
rursus ad ista redeūdū est: que restāt ad ultimum
reseruem⁹. ¶ Frā. Ne ignotis me tramitib⁹ agas:
que nā te redditurū polliceris? ¶ Aug. Maxima
tue mentis vulnera nondum attigi: ⁊ consulto di-
lata res est: ut nouissime posita hereant memorie.
In illorum altero appetituum carnalium de qui-
bus aliqua diximus cumulatior aderit materia.
¶ Fran. Progredere iam ut libet. ¶ Augu. Nisi
impudenti pertinacia sis: nulla deinceps superest
contentio. ¶ Fran. Nihil gratius videre possez q̄z
omnē contentionez causam oblatam ex orbe terra
rum: Nihil deniq̄z tam clare mihi cognitum fuit

vnq;:ut de eo non inuitus altercarer:ꝙ inter ami-
cos licet orta contentio:asperum quidem et hosti-
le et amicitiarum moribus aduersuʒ habet:sed per
ge ad hec quibus me statim assensurum putas.
¶ Augu. Habet te funesta quedam pestis animi:
quaʒ accidiam moderni:ueteres egritudinem di-
xerunt. ¶ Fran. Ipsum morbi nomen horreo.
¶ Augu. Nimirum: q2 diu per hunc grauiter ue-
xatus es. ¶ Fran. Fateor et illud accidit quod om
nibus ferme quib9 angor:aliquid falsi licet dulco-
ris immixtum est. In hac autem tristitia et aspera
et misera et horrenda omnia:aptaq; semper ad de
sperationem via: et quicquid infelices animas ur-
get in interitum. Ad hoc et reliquarum passionum
ut crebras:sic breues et momentaneos experior in
sultus. Hec autem pestis tam tenaciter me arripit
interdum:ut integros dies noctesq; illigarum tor
queat:quod mihi tēpus non lucis aut vite:sed tar-
taree noctis et acerbissime mortis instar est: et (qui
supremus miseriarum cumulus dici potest) sic la-
boribus et doloribus pascor atra quadam cuʒ uo
luptate ut inuitus auellar. ¶ Aug9. Morbum tuū
nosti optime:modo causam nosces: Dic ergo quid
est quod te adeo contristat? Temporalium ne dis-
cursus: aut corporis dolor:an aliqua fortune du-
rioris iniuria? ¶ Fran. Non vnum horum aliqd:
si singulari certamine temptarer:starem utiq;:nūc
autem toto subruor exercitu. ¶ Augu. Distinctius
quid te urgeat eloquere? ¶ Fran. Quotiens vnuʒ
aliquod fortune vulnus infligitur persisto interri-
tus:memorans sepe me ab ea grauiter perculsuʒ:
abijsse victorem. Si mox illa vulnus ingeminet:ti
tubare parumper incipio:quod si duobus tertiuʒ
quartum ue successerit: tum coactus non quidem
fuga precipiti:sed pede sensim relato:in arcem ra-
tionis euado. Illic si toto rerum agmine incubue-
rit fortuna:meq; ad expugnandum cōditionis hu
mane miserias et laborum preteritorum memori-
am:futurorumq; formidinem congesserit:tum de-
mum pulsatus vndiq;: et tantam malorum conge-
riem perhorrescens ingemisco:hinc dolor ille gra
uis oritur:ueluti siquis ab innumeris hostib9 cir-
cumclusus:cui nullus pateat egressus:nulla sit mi
sericordie spes:nullumq; solatium:sed infesta om-
nia:erecte machine:defossi super terram cuniculi:
tremuntq; iam turres: stant scale propugnaculis
admote:herēt menibus vinci: et ignis tabulata per
currit:vndiq; fulgentes gladios minantesq; vul-
tus hostium:cernensq; vicinum:cogitans excidiū:
quid ni paueat et lugeat:quando his licet cessanti
bus:ipsa libertatis amissio viris fortibus mestissi-
ma est? ¶ Augu. Quanq; confusius ista percurre
ris:intelligo tamen opinionem tibi peruersam:cau
sam esse malorum omniū:que innumerabiles olim
strauit sternetq;:male tibi arbitraris. ¶ Fran. Im
mo ꝟo pessime. ¶ Augu. Quam ob cām? ¶ Frā.
Non vna quidem sed innumeras. ¶ Augu. Idem
tibi accidit ex his qui ob leuissimaʒ quālibet offen
sam in memoriam redeunt ueterum simultatum.
¶ Fran. Nullum in me adeo uetustum vulnus:ut
obliuione deletum sit:recentia sunt cuncta que cru
ciant: et si quod tempore potuisset aboleri:tam cre
bro locum repetijt fortuna:ut hians vulnus nulla
vnq; cicatrix astrinxerit. Accedit et humane condi
tionis odium atq; contemptus: quibus omnibus
oppressus:non mestissimus esse non ualeo:hanc si-
bi egritudinem siue accidiam: siue quid aliud esse
diffinis: haud magnifacio: ipsa de re conuenit.
¶ Augu. Quoniam ut video altis radicibus mor
bus innititur: superficietenus hunc sustulisse non
sufficiet:repullulabit etenim celeriter:radicit9 euel
lendus est. Unde autem incipiam incertus sum:tā
multa me terrent: Sed ut facilior sit distincti ope-
ris effectus:discurram per singula. Dic ergo quid
in primis tibi molestum putas? ¶ Fran. Quicqd
primum video:quicquid audio:quicquid sentio.
¶ Augu. Pene nil ne placet tibi ex oibus? ¶ Frā.
Aut nihil:aut perpauca quidem. ¶ Augu. Utinaʒ
saltem salubriora delectent:sed quid apprime dis-
plicet responde mihi queso? ¶ Fran. Iam respon-
di. ¶ Augu. Totum est hoc eius quam dixi acci-
die:tua omnia tibi displicent. ¶ Fran. Aliena non
minus. ¶ Augu. Et hoc ex eodem fonte procedit:
ut ꝟo aliquis dicendorū ordo sit:adeo ne tibi tua
displicent ut ais? ¶ Fran. Desine questiunculis:
quater plus etiam q; dici posset. ¶ Augu. Ergo il
la tibi fordescunt:que multis alijs inuidiosum fa-
ciunt. ¶ Fran. Qui misero inuidet: necesse est ut
sit ipse miserrimus. ¶ Augu. Quid autem magis
displicet ex omnibus? ¶ Fran. Nescio. ¶ Augu.
Quid si ego dinumerem: fateberis ne? ¶ Fran.
Fatebor ingenue. ¶ Aug. Fortune tue iratus es.
¶ Fran. Quid ni oderim superbaʒ:violentam:ce
cam: et mortalia hec sine discretione uoluentem?
¶ Augu. De communibus publica est querela:
nunc proprias prosequamur iniurias. Quid si in-
iuste cōquereris:uelles ne in grāʒ reuerti. ¶ Frā.
Difficillima quidē persuasio:si tamen id mihi mō
straueris conquiescam. ¶ Augu. Parcius tecum
agere estimas fortunam. ¶ Fran. Immo amarissi
me:immo iniquissime:immo superbissime: immo
crudelissime. ¶ Augu. Non vnus est apud Comi
cum poetaʒ querulus:innumerabiles sunt: Tu quo
q; adhuc vnus ex multis es:malleʒ ex paucis. Ce
teruʒ quia adeo trita materia est:ut vix noui quic
q; possit afferri: Poterisne morbo ueteri uetus re
mediū adhiberi? ¶ Fran. Ut libet. ¶ Augu. Age
ergo:famem ne an sitim:frigusue perpeti compu-
lit paupertas? ¶ Fran. Nonduʒ eousq; fortuna se
uit mea. ¶ Augu. At q; multis ista quotidiana sūt.
¶ Fran. Aliud adhibe remediuʒ si potes:me quo
niam ista nil adiuuant. Non enim ex illis suʒ quos
in malis suis:calamitosorum et circumlugentium
delectat exercitus:nec minus interdum alienis q;
proprijs miserijs ingemisco. ¶ Augu. Nec ego ut
delectet: sed ut soletur expecto: doceatq; alienas
cernentem fortunas:suis esse ꝯtentum: Neq; eniʒ
omnes primum tenere locum possunt: Alioquin
quomodo primus erit nisi quem secundus sequi-
tur? Bene uobiscum agitur mortales si non in ex-
trema reiecti:de tā multis fortune ludibrijs:tantū
mediocria ꝑtulistis:q;q; et extrema perpessis:suis
qbusdā acriorib9 remedijs succurrēdum est:qbus
tu pńs eger es minime mediocri lesus aspitate for
tune. Sed hoc est qd̄ uos in has ꝑcipitat erūnas:
proprie quilibet sortis oblitus:supremum mēte lo
cum agitat:quem:quoniam ut dixi:nequeunt oēs
apprehendere:elusis conatibus subit indignatio.
Qꝫ si summi status miserias agnoscerēt homines:
quem exoptant perhorrescerent. Idq; illoruʒ pro

batur testimonio:quos ad summa rerum fastigia multis laboribus euectos vidimus: ꝛ uotoꝝ mox suorum nimis facilem exitum execrantes: Quod ꝛ si omnibus notum esse debeat:tibi tamen precipue:longa cui experientia persuasum est omnem status altissimi laboriosam atqꝫ sollicitam ꝛ prorsus miserabilem esse fortunam:ita fit ut nullus querimonie gradus uacet: dum ꝛ optata consecuti ꝛ repulsi:iustam lamentandi causam pre se ferūt. Illi se deceptos:hi se neglectos estimant. Sequere igitur Senece consilium:cum aspexerit quot te antecedunt: cogita quot te sequantur. Si vis gratus esse aduersus deum ꝛ aduersus vitam tuam: cogita q̃ multos antecesseris. Et ut eodem loco ait idem: ꝛ finem constitue: quem transire ne possis quidem si uelis. ¶ Fran. Constitui pridem desiderijs meis finem certum: ꝛ nisi fallor modestissimum:At inter procaces impudentesqꝫ seculi mei mores:qui modestie locus est:secordiam atqꝫ
AA segnitiē uocant. ¶ Augu. Potensne igitur est animi tui statum vulgaris aura conuellere:que nunq̃ rectum iudicat:nunq̃ res suis nominibus uocat: at illam si rite recolo spernere solebas. ¶ Frã. Nunq̃ mihi crede magis spreui:non pluris facio quid de me vulgus estimet:q̃ qui brutorum greges animantium. ¶ Augu. Quid ergo? ¶ Fran. Moleste fero ꝙ cum nullus ex coetaneis meis quem ego nouerim modestiora cōcupiuerit:nemo difficilius ad concupita profectus est. Summum nempe nunq̃ me locum exoptasse:testis hec nostra simul ꝛ omnium spectatrix:que cogitationes meas semper introspiciens nouit:quotiens humani more ingenij: per omnes statuū gradus mente discurrerem:nunq̃ tranquillitatem illam ac serenitatem animi quā rebus omnibus preferendam arbitror:in supremo fortune culmine positam agnouisse. Ideoqꝫ ꝛ curarum ꝛ sollicitudinum refertam vitam:exhorrentē mediocria:sobrie se semper iudicio pretulisse: nec uerbo solum:sed mente etiam Horatianum illud approbasse:Auream quisquis mediocritatem diligit tutus caret:absoleti sordibus tecti: caret inuidaqꝫ sobrius aula: nec minus mihi ratio placuit: q̃ dictum. Sepius uentis agitatur ingens Pinus: excelse grauiore casu Decidunt turres: feriuntqꝫ summos fulgura montes:hāc profecto mediocritatem nunq̃ mihi contigisse doleo. ¶ Au. Quid si que putas mediocria supra te sunt? quid si uera mediocritas iam pridem contigit? quid si abunde cōtigit? quid si illam longe post tergum reliquisti: ꝛ multo pluribus inuidie q̃ contemptus materiam prebes? ¶ Fran. Et si ita esset:mihi tamen contrarium videtur. ¶ Augu. Peruersam opinionem malorum omnium:sed huius precipue causam esse nō ambigitur. Ab hac igitur charybdi: omnium: ut ait Tullius:remorum ac uelorum auxilio fugiendum est. ¶ Fran. Unde me fugere:quo ue proram tendere:quid denicqꝫ opinari iubes nisi qđ video? ¶ Augu. Uides ubi oculos intendisti: ac si retro
BB respicias:videbis innumerabilem turbam sequi: teqꝫ primo agmine: aliquanto proximiorem eē q̃ ultimo:sed timor animi rigorqꝫ propositi:non permittunt oculos in tergum flectere. ¶ Fran. Deflexi cum interdum multosqꝫ post me uenire perpendi:neqꝫ sortis mee pudet:sed curarum piget ac penitet tantarum. Qꝫ ut eiusdem Horatij uerbo utar:

Fluitem dubie spe pendulus hore. Si hec anxietas tollatur:quantum habeo abunde sufficiat:dicamqꝫ equanimiter quod eodem loco ait idem: Quid credis amice precari:Sit mihi:quod nunc est etiam minus ut mihi viuā: quid superest eui? Si quid superesse uolunt dij:Ego semper dubius futuri:semper animo suspensus:nullam ex fortune muneribus dulcedinem capio:adhuc ut vides hactenus alijs viuo: quod miserrimum ex omnibus est: Atqꝫ utinam uel senectutis mihi reliquie cōtingant: ut qui procellosos inter fluctus vixerim: moriar in portu. ¶ Augu. Tu ne igitur in tanto rerum humanarum turbine: tanta uarietate successuum: tantaqꝫ caligine futurorum(ꝛ ut breuiter dicam)sub imperio positus fortune:solus ex cunctis hominum milibus curarum uacuā etatem ages? Uide quid cupias mortalis: vide quid postules. Qꝫ ꝟo non tibi te vixisse conquereris:nō inopie sed seruitutis est:quam licet(ut tu idem asseris)miseriam esse confitear:tamen si circumspicis: paucissimos hoies sibi vixisse reperies: Nam ꝛ hi qui putantur felicissimi: ꝛ quibus innumerabiles viuunt:seipsos simul alijs viuere:vigiliarum ꝛ laborum assiduitate testantur. Quid enim(ut supremo te commoneri faciam exemplo)Julius Cesar: cuius illud uerum:licet arrogans dictum est:Humanum paucis genus viuit:nunquid postq̃ eo genus redegerat humanum ut sibi vni viueret: ipse interim alijs viuebat? Interrogabis fortasse quibus? His nimirum a quibus occisus est. De Bruto uel Cimbro ceterisqꝫ perfide coniurationis auctoribus quorum cupiditates explere non ualuit tanti munificētia largitoris. ¶ Fran. Mouisti animum fateor:ut iam nec seruum me nec inopem indigner. ¶ Augu. Indignare potius te non esse sapientem:quod vnum ꝛ libertatem ꝛ ueras diuitias prestare potuisset. Ceterum quisquis causarum absentiam equo ferens animo:effectus non adesse conqueritur:nec causarum certam tenet ille rationem nec effectuum. Exequere autem nunc quid te premit preter hec que dicta sunt:corporis ne fragilitas:an latens molestia? ¶ Fran. Nempe corpus hoc onerosum mihi semper fuit:quotiens meipsum contemplatus fui:at cum alienorum grauedinem corporum respexi: satis obediens me mancipium habere fateor:possem idem utinā: ꝛ de animo gloriari:sed ille imperat. ¶ Augu. Utinā rationis ipse subditus imperio:Sed ad corpꝰ redeo quid in eo molestum experiris? ¶ Fran. Nihil equidem nisi communia quedam:ꝙ mortale est:ꝙ suis me doloribus implicat:mole pregrauat:somnum suadet spiritu vigilante alijsqꝫ necessitatibus subigit humanis:quas enumerare ꝛ longum ꝛ inamenū est. ¶ Augu. Compone animum precor:teqꝫ hominem esse recordare:licet anxietas ista cessauerit: si quid preter hoc angerit exquire. ¶ Fran. Illa ne tibi inaudita est fortune nouercantis imanitas:cum vno die me spesqꝫ ꝛ opes meas omnes ꝛ genus ꝛ domū impulsu strauit impio. ¶ Augu. Uideo oculorum tuorum scatebras:ideoqꝫ pretereo:neqꝫ enim nunc docendus sed admonendus es. Unum igitur hic admonuisse sufficiet:Si enim non priuatarum modo familiarum:sed notissimas tibi regnorum ex omnibus seculis recoles ruinas:nō nihil tibi Tragediarum lectio profuerit:ut non pudeat tugurio-

lum tuum cum tot regijs edibus ꝯflagrasse: proce
de modo: hec enim partim dicta: spatiosius tibi ru
minanda seruabis. ¶ Fran. Quis vite mee tedia
⁊ quotidianū fastidiū sufficiēter exprimat: mestis-
simam turbulentissimamqꝫ orbem terrarū omniū
angustissimam atqꝫ ultimam sentinam: ⁊ totius or-
bis sordibus exundantē? Quis uerbis equet que
passim nauseā ꝯcitāt grauē: olētes semitas pmix
tas rabidis canibus: obscenas sues: ⁊ rotarū muros
quatientium stridorem: aut transuersas obliquis
itineribus quadrigas: tam diuersas hominū spe-
cies: tot horrenda mendicantiū spectacula: tot di
uitū furores illos mestitia deuictos: hos gaudio
lasciuiaqꝫ fluitantes: tam deniqꝫ discordātes ani-
mos artesqꝫ tā uarias: tantum confusis uocibus cla
morem: ⁊ populi inter se anxietatis incursum: que
omnia ⁊ sensus melioribus assuetos conficiunt ⁊
generosis animis eripiunt quietem ⁊ studia bo-
narum artium interpellāt? Itaqꝫ me deus ex hoc
naufragio: puppe liberat illesa: ut ego sepe circū-
spiciens: in infernum viuens descendisse mihi vi-
deor. I nunc ⁊ honestis cogitationibus incumbe.
I nunc ⁊ uersus tecum compone canoros. ¶ Au.
Hic me Flacci uersiculus quid potissimum lamē-
teris admonuit: doles ꝙ importunum studijs tu-
is locum nactus es: quoniam ut ait idē: Scripto
rum chorus omnis amat nemus ⁊ fugit urbes:
Tuqꝫ ipse in epistola quadam eandē sententiam
uerbis alijs expressisti: Silua placet musis: urbs
est inimica poetis. Quod si vnqꝫ itestinus tumul-
tus tue mentis conquiesceret fragor iste circumto
nans (mihi crede) sensus quidē pulsaret sed aīum
non moueret. At ne nota pridem auribus tuis in-
geram: habes Senece de hac re non inutilem epi
stolam: habes ⁊ librum eiusdem de tranquillitate
animi: habes ⁊ de tota hac mentis egritudine tol
lenda: librum. M. Ciceronis egregium quem he-
sterne diei disputationibus in Tusculano suo ha-
bitis ad Brutum scripsit. ¶ Franci. Singula hic
haud negligenter legisse me noueris. ¶ Augusti.
Quid ergo: nihil ne profuerūt? ¶ Frā. Immo ue
ro inter legendum plurimum: libro autem e mani
bus elapso: assensio simul omnis intercidit. ¶ Au
gustinus. Communis legentium mos est: ex quo
monstrum illud execrabile litteratorum passim fla
gitiosissimos errare greges: ⁊ de arte viuēdi mul
ta licet in scholis disputent: in acta paucum cōuer
ti: Tu vero si suis locis notas certas impresseris ⁊
fructum ex lectione percipies. ¶ Fran. Quas no
tas? ¶ Augu. Quotiens legenti salutares sese of
ferunt sententie quibus uel excitari sentis animū
uel frenari: noli viribus ingenij fidere: sed illas in
memorie penetrabilibus abscōde: multoqꝫ studio
tibi familiares effice: ut quod experti solent medi-
ci: quocunqꝫ loco uel tempore dilationis impatiens
morbus inuaserit: habeas uelut in animo conscri-
pta remedia. Sunt enim quedam sicut in corpori-
bus humanis sic in animis passiones: in quibus tā
mortifera mora est: ut qui distulerit medelā: spem
salutis abstulerit. Quis enim ignorat (exēpli gra
tia esse quosdam motus tam precipites: ut nisi eos
in ipsis exordijs ratio frenauerit animū corpusqꝫ
⁊ totum hominem perdant: ⁊ serum sit quicquid
post tempus apponitur. In quibus primum obti-
nere locum reor iram: Cui non frustra rationis se-
dem superpositam esse diffiniūt: hi qui in tres par
tes animam diuiserunt: Rationem in capite uelut
in arce: irā in pectore: concupiscentiā subter pre
cordia collocātes: ut scilicet presto sit que subiecta
rum pestiū violentos impetus repēte coherceat:
⁊ ex alto uelut receptui canat: quod frenum quia
ire magis necessariū erat: illi vicinior sita ē. ¶ Frā
ciscus. Consulte equidē: quod ut me nō tantū ex phi
sicis sed ex poeticis etiam scripturis elicuisse pro-
uideas per illorum uentorū rabiē: quā Maro de
scribit: Speluncis abditis latitantē: superiectosqꝫ
montes ⁊ regem in arce sedentē: atqꝫ illos iperio
mitigantem. Irā atqꝫ impetus animi posse deno
tari mecum sepe cogitaui. In profundo scilicet pe
ctoris deferuētes: qui nisi cohercean rationis fre
no (ut ibidem legitur) Maria ac terras celūqꝫ pro
fundum: Quippe ferant rapidi secū uerrantqꝫ per
auras. Per terras enim quid nisi terream corpo-
ris materiam? Per maria qd nisi humorē quo vi-
uitur? Per celum vero profundum: quid nisi interio
re loco habitantem animā itelligit? Cuius (ut alio
loco ait idē) igneus est vigor ⁊ celestis origo: qua
si diceret: corpus atqꝫ animā: ⁊ breuiter totū ho
minem cui dominabunt in precipitium agent. Ex
aduerso aūt montes regemqꝫ presidentē: quid nisi
capitis arcem ⁊ rationem esse que illic inhabitat?
Sic enim ait: Hinc uasto rex Eolus antro: Lu-
ctantes uentos tēpestatesqꝫ sonoras Imperio pre
mit ⁊ vinclis ac carcere frenat. Illi indignātes ma
gno cū murmure montis. Circū claustra fremūt
summa sedet Eolus arce Sceptra tenēs. Hec ille.
Ego autē singula uerba discutiēs: audiui indigna
tionem: audiui luctamē: audiui tempestates sono
ras: audiui murmur ac fremitum: hec ad irā refer
ri possūt. Audiui rursū regē in arce sedētē: audiui
sceptra tenētē: audiui iperio tremētē: ⁊ viculis ac
carcē frenātē que ad rōnē quis referri posse qs du
bitet? Attū ut de aio atqꝫ ira aiū turbāte: dici oia
ꝯstaret vide qd addidit: Mollitqꝫ aios ⁊ temperat
iras. ¶ Au. Laudo hec quibus abūdare te video poe
tice narrationis arcana: Siue enim id Uirgilius
ipse sensit dum scriberet: siue ab omni tali conside
ratione remotissimus maritimā his vsibus: ⁊ nil
aliud rescribere uoluit tempestatē hoc tū de irarū
impetu ⁊ rationis iperio dixisti facete satis: ⁊ pro
prie dictum puto. Sed ut vnde discesseram reuer
tar: ⁊ aduersus iram ⁊ aduersus reliquos motus
precipueqꝫ aduersus hanc de qua multa iam diu
loquimur pestē: aliquid semper excogita: quod cū
intenta tibi ex lectione contigerit: Imprime sentē
tijs utilibus (ut incipiens dixeram) certas notas:
quibus uelut vncis memoria uolentes abire cōti
neas. Hoc equidem presidio consistes immobilis
tum aduersus cetera: tum contra animi tristitiam
que vmbra uelut pestilentissima virtutum semina
⁊ omnes ingeniorū fructus enecat. In qua postre
mo (ut eleganter ait Tullius) fons est ⁊ caput mi
seriarum omnium. Profecto autē si alios teqꝫ di
ligenter simul excusseris: omissoqꝫ ꝙ nullus homi
nū est cui nō multe sint lugēde cause: Omisso pre
terea ꝙ delictorum tuorū recordatio iure mestū
⁊ sollicitū facit: ꝙ vnum mestitie genus salutare
est: modo desperatio non surrepat: multa tibi diui
nitus cōcessa fateberis: que inter turbas querulo
rum atqꝫ gementium consolandi gaudendiqꝫ ma-

teriam pꝛeſtare queant. Nam in eo ꝙ tibi nondũ
vixiſſe quereris: ꝙ ue tumultus urbiũ: ſtomacho-
rum: ⁊ maximorum hominum ſimilis querela ⁊ il
la cogitatio: ꝙ tua ſponte in hoc incideris anfra-
ctus tuaqꝫ ſponte: ſi omnino uelle ceperis: poſſis
emergere: non parum tibi conferrent ſolamen ubi
⁊ conſuetudo longioꝛ pꝛofuerit: Si ſtrepitũ popu
lorum uelut cadentis aque ſonitũ aures tuas edo
mueris: cum delectatione percipere. Id autem: ut
dixi facillime conſequeris: ſi tue pꝛimum mentis
compeſcueris tumultus: Pectus enim ſerenum ⁊
tranquilluꝫ fruſtra uel peregrine circũeunt nubes
uel circumtonat externus fragoꝛ: Itaqꝫ uelut inſi
ſtens ſicco littore tutus: aliorum naufragium ſpe-
ctabis: ⁊ miſerabiles fluitantium uoces tacituſ ex
cipies: quantum ue turbidum ſpectaculum cõpaſ
ſiones attulerit: tantũ gaudij afferet pꝛopꝛie foꝛtiſ
alienis periculis collata ſecuritas: Ex quibus om
nem animi triſtitiam te iamiam depoſiturum eſſe
cõfido. ¶ Franciſcus. Quanq̃ꝫ multa me uellicẽt
atqꝫ illud in pꝛimis ꝙ urbes relinquere: quaſi reꝫ
facilẽ mei cenſes arbitrij: tamen quia in multiſ me
ratione ſuperaſti: uolo ⁊ hic pꝛiuſq̃ꝫ deijciar: arma
bb deponere. ¶ Auguſtinus. Potes ergo iam triſti-
tia relegata: cum foꝛtuna tua in gratiam redire?
¶ Franciſcus. Poſſum utiqꝫ ſi modo aliquid eſt
foꝛtuna: nam ut vides: inter Hꝛaium ⁊ noſtrũ poe
tas: hac de re tanta diſſenſio eſt: ut cuꝫ ille foꝛtunã
in operibus ſuis nuſq̃ꝫ nominare dignatꝰ ſit: quaſi
nil eam eſſe crederet: hic noſter ⁊ ſepe eam nomi-
net: ⁊ quodam in loco omnipotentem eam etiã uo
cet. Cui ſententie ⁊ hiſtoricus ille nobilis fauet: ⁊
oratoꝛ egregius: Nam ⁊ Criſpus Saluſtius do-
minari pꝛofecto ait in re qualibet foꝛtunã: ⁊ Mar
cus Tullius humanarum rerum dominam aſſeue
rare non timuit: Ego autem quid ſentiã: aliud foꝛ
te tempus ac locus aliter fuit dicendi. Quod ue-
ro ad inceptum attinet: eouſqꝫ mihi pꝛofuit admo
nitio tua: ut meipſum cum maiore parte hominuꝫ
conferenti: non tam miſer (ut ſolebat) ſtatus meus
appareat. ¶ Auguſtinus. Gaudeo ſi quid tibi pꝛo
fui cupioqꝫ pꝛodeſſe cumulatius. Sed quoniaꝫ ſa
tis hodiernum colloquiũ pꝛoceſſit: poteris ne que
reſtant in diem tertium differri atqꝫ ibi finem ſta-
tui. ¶ Franciſcus. Ego v̉o numerum ipſum terna
rium tota mente complectoꝛ: Non tam quia tres
eo gratie continẽtur: q̃ꝫ quia diuinitati amiciſſimũ
eſſe conſtat: ꝙ non tibi ſoluꝫ alijſqꝫ uere religionis
pꝛofeſſoribus perſuaſum: quibus eſt omnis in tri
nitate fiducia: ſed ipſis etiam gentiuꝫ philoſophis
a quibus traditur uti nos hoc numero in conſecra
tionibus deorum. Quod nec Uirgilius meꝰ igno
raſſe videtur: ubi ait: Numero deus impare gau-
gaudet. De ternario enim loqui eum pꝛecedentia
manifeſtãt. Tertiã igiť deinceps de manibus tuiſ
partẽ huius tripartiti muneris expecto.

¶ Franciſci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſimi: Libꝛi quem Secretum ſuũ inſcripſit: de Contemptu mũdi diſputãtis: Colloquium Tertij diei: Feliciter incipit.

Auguſtinus.

I gd hactenꝰ ſmo tibi me-
us contulit: oro obteſtoꝛqꝫ
ut te facilẽ hauriendiſ que
ſupſunt pꝛebeas: cõtentio
ſumqꝫ reluctanteꝫ aiuꝫ de-
ponas. ¶ Fran. Factũ pu-
to: Sentio eni me tuis mo
nitis magna ſollicitudinuꝫ
mearum parte liberatum:
eoqꝫ paratioꝛ ad reliq̃ au-
dienda tranſgredioꝛ. ¶ Augu. Nondum intracta
bilia ⁊ infixa viſceribus vulnera tua contigi ⁊ con-
tingere metuo: recolens quãtũ altercationis ⁊ que
relarum leuioꝛ contactus expꝛeſſerit. Spero autẽ
ex aduerſo collectis viribus: animum foꝛtiorẽ aſ-
periora deiceps equanimius laturũ. ¶ Frã. Nil
metuas. Iam aſſueui ⁊ moꝛborũ meorũ nomẽ au
dire ⁊ medici manus auxilium pati. ¶ Auguſti.
Duabꝰ adhuc adamantinis dextera leuaqꝫ pꝛeme
ris catenis: que neqꝫ de moꝛte neqꝫ de vita ſinunt
cogitare: has ſemper extimui: ne te in interitũ age
rent: necdum quidem ſecurus ſum nec pꝛius ero:
q̃ꝫ te ſolutum ac liberum illis effractis abiectiſqꝫ
videro. Neqꝫ eni reoꝛ impoſſibile: ſed pfecto diffi
cile: alioquin fruſtra circa impoſſibilia uerſarer.
Eſt auteꝫ ut in adamãte frangendo hircinũ dicũt
ſic in huiuſcemodi duricie curarum molliẽda: ſan
guis ille miruꝫ imodũ efficax: qui cũ coꝛ aſperum
ꝯtigerit: frangit ac penetrat: Tamen id metuo quo
niam in hac re: tuo ſimul opus eſt aſcenſu: quẽ ne
pꝛeſtare poſſis: ſiue (ut dicã uerius) ne uelis mul-
tum uereoꝛ: ne ipſe cathenarum circumradians at
qꝫ oculos mulcens fulgoꝛ impediat: ne foꝛte ꝯtin-
gat quod euenturum ſuſpicoꝛ: ſi auarus quiſpiam
aureis catenis vinctus in carcere teneretur ſolui
etiam uellet ſed catenas nollet amittere: Tibi au-
tem ea carceris indicta lex eſt: ut niſi catenas abie
ceris: ſolutus eſſe non poſſis. ¶ Franciſcus. Heu
mihi: miſerioꝛ eram q̃ꝫ putabam: due ne nunc etiã
illaqueant animum catene quas ego nõ agnoſco?
¶ Auguſtinus. Immo v̉o clariſſime: ſed earũ pul
chꝛitudine delectatus: nõ catenas ſed diuitias ar
bitraris: euenitqꝫ tibi (ut ſimilitudine uerſar in ea
dem) nõ aliter q̃ꝫ ſiquis aureis manicis atqꝫ com-
pedibus tentus: aurum letus aſpiceret: ſed laque-
os nõ videret: Tu quoqꝫ nunc apertis oculis que
te vincunt vides: ſed o cecitas: ipſis ad moꝛteꝫ tra
hentibus vinculis delectaris: quodqꝫ eſt omnium
miſerrimuꝫ gloriaris. ¶ Fran. Que nã ſunt quas
memoras catene? ¶ Aug. Amoꝛ ⁊ gloria. ¶ Frã.
Pꝛoh ſuperi quid audio: has tu ne catenas uocaſ
has quoqꝫ ſi patiar excuties. ¶ Aug. Hoc molioꝛ
ſed incertus de euentu: Relique enim omnes qui
bus tenebaris ⁊ fragiliores erant ⁊ inameniores:
Ideoqꝫ dum confringerem fauiſti: he autẽ nocen-
do placent ac fallunt quadaꝫ ſpe decoris. Ideoqꝫ
plus negocij ſubeſt: reluctaberis eniꝫ ceu ſummis
te bonis ſpoliare te uelim: aggrediar tñ. ¶ Fran-
ic. Quãdo ego de te alia merui ut ſpecioſiſſimas
mihi curas uelles eripere ⁊ tenebꝛis dãnare per-
petuiſ ſereniſſimam animi mei partẽ? ¶ Aug. Ha
miſer: an tibi phiſica illa uox excidit: tum cõſuma
tum fore miſeriarum cumulum: cum opinionibus

falsis persuasio funesta succrescit:ita fieri oporte-
re? ¶ Fran. Haud quaq̃ excidit:sed a ꝓposito re-
mota snia est. Cur eni nō ita fieri oporte arbitrer?
Atqui nihil vnq̃ rectius arbitrat⁹ sum q̃ esse hos
nobilissimos quos mihi obijcis affectus. ¶ Aug.
Segregem⁹ hic tantisper dū remedijs cōquirēdis
inhio:ne dū huc illuc distrahor:fragiliore impetu
ferar ad singula. Dic ergo qm̄ prius amoris men-
tio facta est: None hāc oium extremā ducis insa-
niā? ¶ Fran. Nequid ueritati subtrahā:pro diuer
sitate subiecti:amorē uel deterrimam animi passio
nē uel nobilissimā actionē dici posse censeo. ¶ Au.
Ne res egeat exēplo aliqd in mediū ꝓfer. ¶ Frā.
Si infamē turpēq; mulierem ardeo:insanissimus
ardor est. Si rerū aliquod specimen virtutis alli
cit:inq; illud amandū uenerādumq; molitus sum
quid putas:nullum ne tā diuersis in rebus statuis
discrimen:adeo ne pudor omnis euanuit? Ego uo
ut ex me aliquid loquar:sicut primum graue & in-
faustum animi pōdus estimo:sic secundo vix quic
q̃ reor esse felicius:qd si tibi cōtrarium forsitā vi
detur:suam quisq; sententiam sequatur. Est enim
ut nosti opinionum ingens ueritas libertasq; iudi
candi. ¶ Aug. In rebus cōtrarijs opinio diuersa:
ueritas autem vna atq; eadem semper est. ¶ Frā-
ciscus. Istud quidē ita esse fateor:Sed hoc est q
transuersos agit:opinionibus antiquis inherem⁹
pertinaciter nec facile diuellimur. ¶ Aug. Utinā
tā recte de tota amoris q̄stione sentires:ut de hoc
sentis articulo. ¶ Franciscus. Quid multa? tā re
cte sentire mihi videor:ut contrasentientes insani
re non dubitem. ¶ Augustinus. Inueteratum mē
dacium pro ueritate ducere:nouiterq; compertā
ueritatem estimare mendacium:ut omnis rerū au
ctoritas in tempore sita sit:dementia summa est.
¶ Franciscus. Perdis operam: nulli crediturus
sum:succurritq; illud Tullianum: Si in hoc erro
libenter erro:neq; hunc errorem auferri mihi uo-
lo dum viuo. ¶ Augustinus. Ille quidem de ani-
me immortalitate loquēs:opinionē pulcherrimā
omniū ac uolens q̃ nihil in ea dubitaret:q̃q̃ cō
trarium audire nollet: huiuscemodi uerbis usus
est: Tu in opinione fedissima atq; falsissima hisdē
uerbis abuteris: Profecto enim & si mortalis eēt
anima:immortalem tamen estimare melius foret:
Errorq; ille salutaris videri posset:virtutis incu-
tiens amorem:que q̃uis etiam spe premij sublata
per seipsam expetenda sit:desiderium tamen eius
proculdubio proposita anime mortalitate lentesce
ret: Contraq; licet mendax future vite ꝓmissio ad
excitandum animos mortalium non inefficax vi-
deretur : tibi uo quid allaturus error iste tuus sit
vides:nempe in omnes animū precipitaturus in
sanias:ubi pudor & metus & que frenare solet im-
petus rationis ac cognitio ueritatis exciderint.
¶ Franciscus. Dixi iam q operā perderes. Ego
enim nihil vnq̃ turpe:immo uo nihil nisi pulcher
rimum amasse me recolo. ¶ Augustinus. Etiam
pulchra turpiter amari posse certum est. ¶ Fran-
ciscus. Nec in nominibus certe : nec in aduerbijs
peccaui:desine iam amplius insectari. ¶ Augusti
nus. Quid ergo:vis ne ut phrenetici quidē solēt:
inter iocos & risus expirare? An animo miserabili
ter egrotanti adhuc aliquid remedij adhibere ma
uis? ¶ Franciscus. Non respuo:remedium qdem
accidit si me egere monstraueris:bene ualentibus
autem remediorum inculcatio sepe funesta est.
¶ Augustinus. Conualescendo tu quidem quod
multis accidit te grauiter egrotasse fateberis.
¶ Franciscus. Ad postremum spreuisse nequeo:
cuius & sepe alias & his presertim proximis die-
bus sana consilia sum expertus: Perge igit. ¶ Au
gustinus. Primū ergo vnā hāc mihi ueniā tribui
uelim si cogēte materia aduersus delitias tuas ali
quid fortassis infectus fuero. Jam enim hoc preui
deo q̃ grauiter in aurib⁹ tuis sonitura sit ueritas.
¶ Franciscus. Anteq̃ incipias:audi paululū:scis
ne de quo loquendum tibi sit? ¶ Augustinus. Di-
ligenter mihi preuisa sunt omnia:de muliere mor-
tali sermo nobis instituitur:in qua admiranda co
lendaq; te magnam etatis partē consumpsisse do
leo: & in tali ingenio tantam & tam longeuam insa
niam uehementer admiror. ¶ Franciscus. Parce
conuitijs precor:mulier mortalis erat & Thais &
Liuia: Ceterum scis ne de ea muliere mentionem
tibi exortam:cuius mens terrenarum nescia cura
rum:celestibus desiderijs ardet. In cuius aspectu
si quid vsq̃ ueri est:diuini specimen decoris efful
get. Cuius mores consumate honestatis exēplar
sunt:cuius nec uox nec oculorum vigor mortale
aliquid:nec incessus hominē representat:hic que
so iterum ac iterum cogita:credo quib⁹ uerbis utē
dum sit intelliges. ¶ Augustinus. Ha demens ita E
ne flammas animi in sextum decimum annum fal
sis blanditijs aluisti: Profecto non diutius Italie
famosissimus olim Hannibal incubuit:nec crebrio
res illa tunc amatorum impetus passa est nec uali
dioribus arsit incēdijs:q̃ tu his temporibus vio
lentissime passionis flammas atq; impetus pertu
listi. Inuentus tamen est qui illum tandē abire cō-
pelleret Hannibalem tuum quis ab his vnq̃ cer-
uicibus auertet? Si tu eum & exire uetas: & ut
tecum maneat sponte iam serius iuitas:malo pro
prio delectaris infelix : atq; oculos illos usq; tibi
in pernitiem placentes suprema clauserit dies:cū
effigiem morte uariatam & pallētia membra con-
spexeris:pudebit animū mortalē caduco applicuis
se corpusculo: & que nunc tam pertinaciter astruis
cū rubore recordaberis. ¶ Franciscus. Auertat
deus omen:ego ista non uidebo. ¶ Augustinus.
Equidem necessario euentura sunt. ¶ Frāciscus.
Scio:sed non tam inimica mihi sunt sidera:ut na-
ture ordinem in hac morte perturbent:prius intra
ui prius ingrediar. ¶ Augustinus. Meministi cre
do,temporis illius quo contrariū timuisti: & qua
si iam moriture amice funereum carmen dictante
tristitia cecinisti. ¶ Franciscus. Memini certe sed
dolui: & adhuc recolens cōtremisco: Indignabar
q̃ me nobiliori uelut anime mee parte truncatum
illi esse superstitē:que dulcem mihi vitā sola sui
presentia faciebat: Hoc enim carmen illud deflet:
quod tunc multo lachrymarum imbre respersum
excidit mihi:sententiam memini si uerba tenerē.
¶ Augustinus. Non hoc queritur quantū tibi la F
chrymarum mors illius formidata:q̃tū ue dolo
ris inuexerit:sed hoc agitur ut itelligas que semel
concussit posse formidinē reuerti:eoq; facilius q
& omnis dies ad mortem propius accedit: & cor-
pus illud egregium morbis ac crebris ꝑturbatio-
nibus exhaustum:multum pristini vigoris amisit.

¶ Franciscus. Ego quoq; ⁊ curis grauior ⁊ etate
prouectior factus sum: Itaq; illa ad mortē appro
pinquāte precucurri. ¶ Augustin⁹. O furor: ex na
scendi ordine ordinem mortis arguere. Quid eni
aliud orba senectus queritur parentum nisi adole
scentium filiorum festinatas mortes? Quid anno
se lugent aliud nutrices: nisi infantium suoruz an-
ticipatum tempus quos dulcis vite exortes ⁊ ab
ubere raptos abstulit atra dies ⁊ funere mersit
acerbo? Si vō paucoruz numerus annorum quo
illam precedis spem tribuit uanissimam: prius te
q̄ furoris tui fomitē esse moriturū: ⁊ hunc nature
ordinem tibi fingis immobilez. ¶ Frāciscus. Nō
usq; adeo immobilem ut contrarium fieri posse siz
nescius: sed assidue ne idem adueniat precor: sem-
perq; de eius morte cogitāti succurrit iste uersus
Ouidij: Tarda sit illa dies ⁊ nostro serior euo.
¶ Augustinus. Has ineptias amplius audire nō
ualeo: quid enim quando pre mori illam posse non
ignoras? quid illa moriente dicturus es? ¶ Fran
ciscus. Quid dicturus aliud nisi me presente cala
mitate miserrimum? Solamen vō ex recordatio-
ne transacti temporis habiturum rapiant uenti: ta
men ista que loquimur ⁊ spargant augurium pro-
G celle. ¶ Augustinus. O cece: necduz itelligis quā
ta dementia est sic animuz rebus subiecisse morta
libus: que eum ⁊ desiderij flammis accēdant: nec
quietare nouerint: nec permanere ualeant in finez
⁊ crebris motibus quem demulcere pollicentur
excruciant. ¶ Franciscus. Si quid habes effica-
cius profer: nunq̄ hoc me sermone terrueris: neq;
enim: ut putas: mortali rei animuz addixi: nec me
tam corpus noueris amasse q̄ animam: moribus
humana transcendentibus delectatum quoruz ex
emplo qualiter inter celicolas viuatur admoneo.
Itaq; si (quod solo torquet auditu) me prior mo-
riens illa desereret: quid agerem interrogas: cum
Lelio Romanorum sapientissimo proprias mise-
rias consolarer: virtutem illius amaui que extin-
cta non est: hec dicerem atq; alia que illum dixisse
audio: post eius interitum quem miro quodā amo
re dilexerat. ¶ Augustinus. Inexpugnabili erro-
ris arce consistis: vnde te deijcere non ociosus la-
bor est: Et quoniam ita te affectuz video ut multo
patiētius auditurus sis quicquid de te q̄ ꝙ de ip
sa liberius dicetur: mulierculam tuaz quā talibus
laudibus cumules licebit: Nihil eniz aduersabor
Sit regina: sit sancta: sit dea certe an phebi soror:
an nympharum sanguinis vna? Ingens tamen ei⁹
virtus: minimum tibi ad excusationem erroris cō
ferret. ¶ Franciscus. Quid noui litigij ordiaris
experior. ¶ Augustinus. Dubitari non pōt quin
pulcherrima sepe turpiter amentur. ¶ Francisc⁹.
Iam ad hec supra responsum est: Si enim amoris
in me regnantis facies cerni posset: eius vult⁹ (quē
licet multum tamen debito partius laudaui) non
absimilis videretur: hec mihi coraz quo loquimur
testis est: ꝙ in amore meo nil vnq̄ turpe: nil obsce
num fuerit: nil deniq; preter magnitudinē culpabi
le: Adde moduz: nihil pulchrius excogitari queat.
¶ Augustinus. Possum tibi Tulliano uerbo re-
spondere: modum tu queris vitio. ¶ Franciscus.
H Nō vitio sed amori. ¶ Augustin⁹. Et ille cū id di-
ceret: de amore loquebatur: Locuz tenes? ¶ Frā
ciscus. Quid ni in Tusculano hec legi: uerum ille
de communi amore hominum sentiebat: in me au
tem singularia quedam sunt. ¶ Augustinus. Eni-
uero idem de se alijs fortasse videatur: uerumq; est:
tum in alijs: tum in hac precipue passione: ꝙ vnus
quisq; suarum rerum est benignus interpres. Nec
inepte illud: a plebeo licet quodam poeta: dictum
laudatur: Suam cuiq; sponsam: mihi meam: suuz
cuiq; amorem: mihi meuz. ¶ Franciscus. Uis ne
si tempus suppetit pauca de multis exponaz: que
te in admirationez stuporemq; compellant? ¶ Au
gustinus. Me ne putes ignorare: ꝙ qui amant ip
si sibi somnia fingunt? omnibus scholis notissimū
carmen est: Ceterum ex ore eius piget has insani-
as audire: quē decet altius ⁊ sapere ⁊ loqui. ¶ Frā
ciscus. Unum hoc (seu gratitudini seu ineptie
ascribendum) non sileo: me quantulumcunq; con
spicis: per illam esse: nec vnq̄ ad hoc si quid est no
minis aut glorie fuisse uenturum: nisi virtutū tenu
issimam sementem quam pectore in hoc natura lo
cauerat: nobilissimis his affectibus coluisset. Illa
iuuenilem animuz ab omni turpitudine reuocauit
vncoq;: ut aiunt: retraxit: atq; alta compulit specta
re. Quid ni eniz in amatos mores trāsformare: at
q; nemo vnq̄ tam mordax cōuitiator inuētus est:
qui huius famam canino dente cōtingeret: qui di-
cere auderet (ne dicaz in actibus eius sed in gestu
uerborū) reprehensibile aliquid se vidisse. Ita qui
nihil intactum liquerant: hanc mirantes ueneran
tesq; reliquerunt. Minime igitur miruz est: si hec
tam celebris fama: mihi quoq; desideriū fame cla
rioris attulit laboresq; durissimos quibus optata
consequerer molliuit. Quid enim adolescens aliō
optabam q̄ ut illi uel soli placerez que mihi uel so
la placuerat. Quid ut mihi contingeret sprets mil-
le uoluptatum illecebris: quot me ante tempus cu
ris laboribusq; subiecerim nosti: ⁊ iubes illam ob
liuisci uel partius amare: que me a vulgi cōsortio
segregauit: que dux viarum omnium: torpenti in-
genio calcar admouit: ac semisopitum animum ex
citauit. ¶ Augustinus. Infelix: q̄to satius fuerat
tacere q̄ loqui: q̄uis enim uel in silentio talem te
introrsus aspicerem: asseueratio tamen ipsa tā per
tinax bilem stomachumq; percussit. ¶ Francisc⁹.
Cur queso. ¶ Augustinus. Quia falsum opinari
ignorantis est: falsum impudenter asserere: igno-
rantis pariter ⁊ superbi. ¶ Franciscus. Quid me
tam falsum uel sensisse uel pertulisse confirmas?
¶ Augustin⁹. Nempe vniuersa que memoras pri
mum omnium ubi ais: te quod es per illam esse: si
sic intelligis ut hec esse illa dederit: mētiris haud
dubie. Si uero sic ut non amplius esse permiserit:
uerum dicis. O quantum iurgium euadere pote-
ras: nisi illa te forme blanditijs retraxisset. Quod
es igitur: nature bonitas dedit: quod esse poteras
ille preripuit: immo tu tibi potius abstulisti. Illa
enim innocens est: forma q̄dē tibi visa est tā blāda
tā dulcis: ut in te omnez ex natiuis virtutum semi
nibus prouenturam segetem ardentissimi deside-
rij estibus ⁊ assiduo lachrymarum imbre uastaue
rit. Qꝫ autem te ab omni turpitudine illa retraxe-
rit: falso gloriatus es: retraxit forsan a multis: sed
in maiores impulit erumnas. Enimuero neq; ua-
rijs sordibus obscenam viam declinare monuit: si
in precipitium perduxit: nec que minutiora sanās
ulcera: letale interiz iugulo vulnus iflixit: liberasse

potius q̃ꝫ occidisse dicẽdũ est. Ita quoqꝫ quã tuã
predicas ducem:a multis te obscenis abstrahens
in splendidũ impulit baratrũ. Qꝫ ꝯ o alta spectare
docuit:ꝙ segregauit a populo:quid aliud fuit q̃ꝫ
presidentẽ sibi ⁊ vnius captũ dulcedine cõtempto
rem rerum omnium studioseqꝫ negligentez reddi
disse? Quo nihil in conuictu hominum scias esse
molestius. Jam ꝙ innumeris illam te laborib⁹ im
plicuisse commemoras:hoc vnum uere predicas.
Quid autez hic tam magni muneris inuenias co
gita:cum multiformes enim sint labores quos de
clinare non licet:quanta dementia est nouos spon
te sectari? At ꝙ fame clarioris auidum:per illã te
factum gloriaris cõpatior errori tuo: siquidem ex
animi tui sarcinis nullã tibi funestiorem esse mon-
strabo:sed nondum eo peruenit oratio. ℂ Franci
K scus. Promptissimus dimicator comminat͛ ⁊ vul-
nerat:ego autem ⁊ vulnere ⁊ comminatione pro-
moueor: ⁊ titubare iam grauiter incipio. ℂ Augu
stinus. Quanto grauius titubabis cum grauissi-
muz vulnus inflixero? Ista nempe quaz predicas
cui omnia te debere asseris:ista te peremit. ℂ Frã
ciscus. Deus bone:quibus hoc mihi persuadebi-
tur modis? ℂ Augustinus. Ab amore celestiũ elõ
gauit animum ⁊ a creatore ad creaturam deside-
rium inclinauit:que vna quidem ad mortem pro-
nior fuit via. ℂ Franciscus. Noli queso precipita-
re sententiam:deum profecto ut amarem: illius
amor prestitit. ℂ Augustinus. At peruertit ordi-
nem. ℂ Franciscus. Quo nam modo? ℂ Augu-
stinus. Quia cum creatum omne creatoris amore
diligendũ sit:tu contra creature captus illecebris
creatorem non quomodo decuit amasti:sed mira-
tus artificem fuisti:quasi nihil ex omnibus formo
sius creasset:cum tamen ultima pulchritudinũ sit
forma corporea. ℂ Franciscus. Hanc presentem
in testimonium euoco:conscientiamqꝫ meaz facio
contestem:me (quod superius dixeram) illius non
tam corpus amasse q̃ꝫ animã:quod hinc percipies
licebit:quoniam quo illa magis in etate progressa
est (quod corporee pulchritudinis ineluctabile ful
men est) eo firmior in opinione permansi. Et si eniz
visibiliter in uere flos tractu temporis languesce-
ret:animi decus amplius augebatur:qn sicut amã
di principium sic incepti perseuerantiam ministra
uit:Alioquin si post corpus abijssem:iaz pridẽ mu
tandi propositi tempus erat. ℂ Augustinus. Me
ne ludis? an si idem animus in squalido ⁊ nodoso
corpore habitaret similiter placuisset? ℂ Franci-
L scus. Non audeo quidem id dicere: neqꝫ enim ani
mus cerni potest:nec imago corporis talem spopõ
disset:ac si oculis appareret:amarem profecto pul
chritudinem animi:deforme licet habentis habi-
taculum. ℂ Augustinus. Uerborum queris admi
nicula. Si enim non nisi quod oculis apparet ama
re potes:corpus igitur amasti:nec tamen negaue-
rim animum quoqꝫ illius ⁊ mores flãmis tuis ali
menta prebuisse:nimirum cũ (uti paulopost dicã)
nomen ipsum non nihil:immo uel plurimum furo
ribus istis addiderit. Cum enim in omnibus ani-
mi passionibus:in hac presertim euenit:ut ex mini
mis fauillis sepe incendia magna ꝯsurgãt. ℂ Frã
ciscus. Uideo quo me cogas:ut scilicet cum Oui-
dio fatear:animam cum corpore amaui. ℂ Augu
stin⁹. Hoc quoqꝫ quod sequitur fatearis oportet:
neutrum te satis sobrie:neutruz amasse quomodo
decuit. ℂ Franciscus. Torquẽdus tibi sũ anteq̃ꝫ
fatear. ℂ Augustin⁹. Aliud quoqꝫ te propter hũc
amorem in magnas concidisse miserias. ℂ Franci
scus. Hoc q̃ꝫuis in eculeum sustuleris nõ fatebor.
ℂ Augustinus. Immo vo sponte tua mox utrũqꝫ
fateberis nisi rationes meas interrogationesqꝫ ne
glexeris. Dic ergo meministi ne puerilium annoꝝ
an uero presentium turba sollicitudinum: memo-
ria omnis illius etatis euanuit? ℂ Frãciscus. Ne
pe infantia pueritiaqꝫ nõ aliter ante oculos meos
sunt q̃ꝫ dies hesterna. ℂ Augustinus. Meministi:
quãt⁹ in illa etate timor dei? quanta mortis cogita
tio? quãtus religionis affect⁹? quãt⁹ amor honesta
tis? ℂ Franciscus. Memini profecto doleoqꝫ cre
scentib⁹ annis decreuisse virtutes. ℂ Augustinus.
Ego quidem semper extimui ne illum tam intem-
pestiuum florem uernalis aura discuteret:qui si in
teger illesusqꝫ mansisset mirabilem fructuz suis tẽ
poribus protulisset. ℂ Franciscus. Ne a proposi
to diuertas:quid eniz hoc ad ea de quibus sermo
nobis inceptus erat. ℂ Augustinus. Dicam: pcur M
rere tecum tacitus quando integram tibi sentis re
centemqꝫ memoriaz: percurre vniuerse vite tue tẽ
pus: ⁊ ubi tanta morum uarietas incesserit:recor
dare. ℂ Franciscus. En in ictu oculi trepidãtis an
norum meorum numerum serieqꝫ recensui. ℂ Au
gustinus. Quid reperis igitur? ℂ Frãciscus. Lit
tere uelut Pythagore quaz audiuimus: legi non
inanem esse doctrinam. Cum enim recto tramite
ascendens ad biuium peruenissem modestus ⁊ so
brius ⁊ dexteram iuberer arripere: ad leuã incau
tus dicam aut contumax deflexi: neqꝫ enim mihi
ꝓfuit quod sepe puer legerã. Hic locus est partes
ubi se via scindit in ambas: Dextera que ditis ma
gni sub menia ducit. Hac iter Helyseuz nobis at le
ua maloruz Exercet penas ⁊ ad impia tartara mit
tit. Hec nimirum quanq̃ꝫ ante legissem:non tamẽ
prius intellexi q̃ꝫ expertus sum. Ex tunc autẽ obli
quo sordidoqꝫ calle distractus ⁊ sepe retro lachry
mans conuersus:dexterum iter tenere non potui:
quod cum deserui:tunc profecto fuerat illa moruz
meorum facta cõfusio. ℂ Augustinus. At qua nã
hoc etatis tue parte ꝯtigerat? ℂ Franciscus. Me
dio sub adolescentie feruore: ⁊ si aliquantisper ex
pectas:quotus mihi tunc etatis annus ageretur
facile recordabor. ℂ Augustinus. Non tam exa N
ctum calculum requiro quin potius illud edissere
quando illius tibi primũ mulieris species visa est?
ℂ Franciscus. Id utiqꝫ nunq̃ꝫ obliuiscar. ℂ Augu
stinus. Iunge igitur tempora. ℂ Frãciscus. Pro
fecto ⁊ illius occursus ⁊ exorbitatio mea vnum in
tẽpus inciderũt. ℂ Augustinus. Habeo quod uo
lebam:obstupuisti credo: perstrinxitqꝫ oculos ful
gor insolitus. Dicunt enim stuporem amoris esse
principiũ:hinc est apud nature consciũ poetã: Ob
stupuit primo aspecta Sidonia Dido. Post quod
sequitur: Ardet amãs Dido: Que q̃ꝫuis: ut nosti
optime:fabulosa narratio tota sit:ad nature tamẽ
ordinem respexit ille dum fingeret. Sed cum ob
stupuisses ad illius occursum:cur ad leuam potissi
mum deflexisti: puto quia decliuior videbatur ⁊
latior:dextera enim ⁊ ardua ⁊ angusta est:laborez
igitur timuisti. At mulier ista tam celebris quam
tibi certissimã ducẽ fingis:ad superos cur non he

fitantem trepidumq; dixerit: ⁊ quod cecis fieri so
let: manu apprehensum non tenuit: quo ⁊ gradien
dum foret admonuit? ¶ Fra̅ciscus. Fecit hoc illa
qua̅tu̅ potuit: q̄d eni aliud egit cu̅ nullis mota p̄ci
cib9: nullis victa bla̅ditijs muliebre̅ tenuit decore̅
⁊ aduersus suam simul ⁊ mea̅ etate̅: aduersus mul
ta ⁊ uaria que flectere adamantium licet spiritum
debuissent inexpugnabilis ⁊ firma perma̅sit. Pro
fecto animus iste femineus: quid viru̅ decuit ad
monebat: prestabatq; ne mihi insectando pudici-
tie studio (ut uerbis utar Senece) uel exemplum
deesset uel conuitium: postremo cum lorifragum
ac precipitem videret: deserere maluit q̄ sequi.
D ¶ Augustinus. Turpe igitur aliquid interdu̅ uo
luisti: quod supra negaueras. At iste vulgat9 ama̅-
tium: uel ut dicam uerius: amentium furor est: ut
oib9 merito dici possit: Volo nolo: nolo uolo: uobis
ipsis quid uelitis aut nolitis ignotum est. ¶ Fran
ciscus. Incautus in laqueum offendi: si quid tame̅
olim aliter forte uoluissem: amor etasq; coegerunt
nunc quid uelim ⁊ cupiam scio: firmauiq; iam tan
in illam ocurrat: qcquid uel oculis uel animo cogi
tātis occurrit: ad hoc vnum refer: celum: terra: ma
ria mutant̄: quid homo fragilissimum animal spe
rare pōt? Uicissitudo tēporum suos cursus recur-
susqꝫ pagit nunq̄ ꝑmanēs: si tu posse ꝑmanere pu
tas: falleris. At ut elegāter ait Flaccus: Dāna ta
men celeres reparant celestia lune Nos ubi deci-
dimus. Quotiens igitur floribus uernis estiuam
segetem: quotiens estiuis salubris autumni tem-
periem: quotiens autūni vindemijs hybernā suc-
cessisse niuē vides: dic tecū ita: preterierūt: sed sepi⁹
reuersura: ego autem irrediturus abeo. Quotiens
urgente ad occasum sole vmbras montium cresce
re conspicis: dic nunc vita fugiente: vmbra mor-
tis extenditur. Iste tamen sol cras idem aderit:
hic autē mihi dies irreparabiliter effluxit. Quis

pulcherrima ſpectacula ſerene noctis enumeret?
que ſicut male agentibus peropportuna : ſic bene
agentibꝰ deuotiſſima pars temporis eſt. Quobrē
non ſecurius q̃ʒ magiſter Phrygie claſſis:neqꝫ eni
tutius fretum nauigas media nocte conſurgens.
Sydera cuncta nota tacito labētia celo:que dum
ad occidentem feſtinare circumſpicis:ſcito te cum
illis impelli:nullamqꝫ niſi in eo qui non mouetur:
quiqꝫ occaſum neſcit:ſupereſſe fiduciam ſubſiſten
di. Ad hec dum occurrunt quos modo pueros vi
diſti aſcendentes etatū gradibus:recordare te in
terim alio calle deſcendere:eoqꝫ celerius quo ſm
naturam:ſic omnium grauium caſus uetuſta cer-
nenti menia ſuccurrat:in primis ubi ſunt:quorum
illa congeſſerunt manus recentia tuenti : ubi mox
futuri ſunt. Idē de arboribus:ex quaruʒ ramis ſe
pe fructum non legat ipſe qui coluit ac plantauit.
In multis enim obſeruatum eſt illud Georgicuʒ:
Tarda uenit ſeris futura nepotibus vmbra . Flu-
mina uelociſſima miranti ſemper:ne te ad alienos
euocem : uerſiculus quidem tuus in promptu ſit:
Flumina nulla quideʒ curſu leuiore fluunt q̃ʒ Tē
pus abit vite. Nec te uallat dierū pluralitas ⁊ eta
tis operoſa diſtinctio. Tota hominum vita quan-
tūlibet intendatur:diei vnius inſtar habet : eiuſqꝫ
vix integri:Crebro ante oculos reuoca Ariſtoteli
cam quandam ſimilitudinem:quam animaduerti
admodum tibi placere:vixqꝫ vnq̃ʒ ſine graui men
tis ipulſu legi ſolere uel audiri:q̃ʒ clariori eloquio
⁊ ad perſuadenduʒ aptiori:In Tuſculano quidē
a Cicerone relatā inuenies:ait his uerbis aut pro
fecto ſimilibꝰ:neqꝫ enim libri nūc illius copia eſt:
Apud Hypanim inquit fluuium:qui ab Europe
parte in pontuʒ influit:beſtiolas quaſdā naſci ſcri
bit Ariſtoteles:que vnum diem viuant:que orien
te ſole moritur:iuuenis moritur:que vͦo ſub meri
die iam etate profectior:atqꝫ ſole occidente ſenex
abit:eoqꝫ magis ſi ſolſtitiali die:Confer vniuerſaʒ
etatem noſtram:ſin eadem propemodum breuita
te reperiantur. Hec ille. Que quideʒ aſſertio meo
iudicio tam uera eſt:ut ex ore philoſophoruʒ iam
pridem in vulgus effuſa ſit. Nunquid eniʒ rudes
etiam ⁊ ignaros homines in quotidiani ſermonis
uſum deduxiſſe vides:ut puerum aſpicientes di-
cant:huic ſol oritur:virum autem:hic meridiem at
tingit:hic nonam:ſenem vͦo decrepitum:ad ueſpe-
ram atqꝫ ad ſolis occaſuʒ iſte peruenit. Hec igitur
fili chariſſime tecuʒ uolue: ⁊ ſi qua huius generiſ
occurrunt alia:que multa eſſe non dubito:ſed hec
erant que ex tempore ſeſe obtulerunt. Unum pre-
terea obſecro:ſepulchra ueterū ſed eoruʒ qui tecū
vixerūt diligētius cōtēplare:certus eādem tibi ſe
dē ac penneʒ aulā fore preparatā . Tēdimus huc
oēs:hec eſt domus ultima. Tu quoqꝫ qui nūc eta
te ultima florida ſuperbis:alios calcas : mox ipſe
calcaberis. Hec cogita:hec diebus ac noctibꝰ me-
ditare:non ſolum ut hominem ſobrium ac nature
ſue memoreʒ:ſed ut philoſophuʒ decet:atqꝫ ita te-
neas:intelligi debere quod ſcribitur. Tota philo-
ſophoꝝ vita commendatio mortis eſt. Iſta inq̃ʒ co
gitatio docebit te mortalia facta contemnere:aliā
qꝫ viuendi viam quaʒ arripias monſtrabit. Inter
rogabis autem que naʒ hec via eſt ſeu quibꝰ adeū-
da tramitibus. Reſpondebo tibi longis monitio-
nibus te non egere. Audi modo uocantem iugiter

hortantemqꝫ ſpiritum ⁊ dicentem:Hoc iter eſt in
patriam. Scis que ille tibi ſuggerit : quas vias ⁊
que deuia:qd ſequēdum vitādum ue pronunciet.
Illi parere ſi ſaluum te uel liberum eſſe cupis:non
longis deliberationibus opus eſt:factū exigit:na-
tura periculi hoſtis inſtat a tergo: ⁊ in facieʒ inſul
tat:parietes tremūt in quibus obſeſſus es:nō eſt
ulteriꝰ heſitandū. Quid tibi prodeſt dulciter alijs
canere ſi te ipſe non audis? Finem faciam : effuge
ſcopulos:eripe te in tutum. Sequere impetū ani-
mi:qui cum ſit turpis ad reliqua honeſta pulcher-
rimus eſt. ¶ Fran. Utinam hec mihi ab initio di-
xiſſes:priuſq̃ʒ his animum ſtudijs addixiſſem.
¶ Aug. Dixi eqdeʒ ſepe ⁊ in ipſis primordijs ubi
te calamum arripuiſſe vidi : prefatus ſum : ꝙ vita
breuis ⁊ incerta:ꝙ lōgus ⁊ certus labor:ꝙ opus
grāde:ꝙ fructus exiguus foret:Sed aures tuas
obſtruxerant populoꝝ uoces:quas odiſſe ſimul ⁊
ſecutū eſſe te ſtupeo. Ceterū qꝛ ſatis multa cōtuli
mus:queſo ſi quid ex me gratum accepiſti:ne pa-
tiaris ſitu deſidiaqꝫ marceſcere:Si qd auteʒ aſpe
rius:ne moleſte feras. ¶ Frā. Ego vͦo tibi tū pro
alijs multis:cum pro hoc triduano colloquio ma-
gnaſ grās ago:qm̄ ⁊ caligātia lumina deterſiſti: ⁊
dēſam circūfuſi erroris nebulam diſcuſſiſti:Huic
aūt quas refero grates:que multiloquio non gra
uata:uel que nos ad exituʒ expectauit? que ſi uſq̃ʒ
faciē auertiſſet:operti tenebris per deuia uagare-
mur:ſolidūqꝫ nihil uel tua cōtineret orͦo uel intel-
lectus meus exciperet. Nūc vͦo qm̄ ſedes ueſtra
celum eſt mihi aūt terrena nōdū finitur habitatio:
que quorſum duratura ſit neſcio: ⁊ in hoc pendeo
anxius ut vides:obſecro ne me (licet magnis tra-
ctibus diſtantē) deſeratis. Sine te enim pater op
time:vita mea inamena eſt:ſine hac auteʒ nulla fo
ret . ¶ Aug. Impetratū puta:modo teipm̄ nō de
feras:aliogn iure optimo deſereris ab omnibus.
¶ Frā. Adero mihi ipſe quantum potero: ⁊ ſpar-
ſa aīe fragmēta recolligā:moraborqꝫ mecuʒ ſedu
lo:ſane nunc lʒ dum loqmur:multa me magnaqꝫ:
q̃uis adhuc mortalia negocia expectant. ¶ Aug.
Maius fortaſſe vulgo aliqd videt᷑:ac certe utiliuſ
nihil eſt:nihilqꝫ ꝙ poſſit fructuoſius cogitari: Re
lique enim cogitationes poſſunt eſſe ſuperuacue:
has aūt ſemꝑ neceſſarias:ieuitabilis ꝓbat exitus.
¶ Fran. Fateor:neqꝫ aliā ob caām ꝓpero nunc tā
ſtudioſus ad reliqua : niſi ut illis explicitis ad hec
redeā:non ignarus (ut pauloante dicebas) multo
mihi futurū eſſe ſecurius ſtudiū hoc vnuʒ ſectarie
⁊ deuijs ꝑtermiſſis:rectū callem ſalutis apprehē
dere:Sed deſideriū frenare nō ualeo. ¶ Aug. In
antiquā litem relabimur:uolūtatem ipotentiā uo
cas:ſed ſic eat qn̄ aliter eſſe non pōt : Supplexqꝫ
deū oro:ut euntem comitemur:greſſuſqꝫ (licet ua
gos) in tutū iubeat ꝑuenire. ¶ Fran. O utinaʒ id
mihi contingat qͦd ꝑcaris: ⁊ ut duce deo iteger ex
tot anfractibus euadā: ⁊ dum uocantem ſequor:
non excitem ipſe puluerem in oculos meos:ſubſi-
diātqꝫ fluctus animi:ſileat mundus ⁊ fortuna nō
obſtrepat.

¶ Franciſci Petrarche poete Oratoriſqꝫ Clariſſi-
mi:Liber qui Secretū inſcribitur:In quo de con
temptu mundi colloquio trium dieꝝ diſputatur:
Explicit.

¶ Franciſci Petrarche poete oratoriſq̄ clariſſimi: Dialogus primus: in quo de uera ſapientia diſputatur: Feliciter icipit. Collocutores ſunt Idiota ⁊ Orator.

Onuenit pauper quidaꝫ idiota ditiſſimū oratoreꝫ in foro romano: quem facete ſurrideſ ſic allocutus eſt. ¶ Idiota: Miror de faſtu tuo: ꝙ tu licet continua lectione defatigeris innumerabiles libros lectitando: nonduꝫ tamen ad humilitatem ductus ſis. Hoc certe ex eo: quia ſciētia huius mundi: in qua te ceteris precellere putas ſtultitia quedam eſt apud deum: ⁊ hec inflat: Ex qua inflatione tumida oritur ſuperbia: que natione celeſtis: ſemp̱ in altuꝫ nititur ut grauius cadat: uera auteꝫ ſcia humiliat: que nulla inflatione grauefacta in altum non caſura uolat. Optarem igitur ut ad illam te conferres: quoniaꝫ ibi eſt theſaurus letitie. ¶ Orator. Que eſt hec preſumptio tua pauper Idiota ⁊ penitus ignorans: ut ſic paruifacias ſtudium litterarū: ſine quo nemo proficit? ¶ Idiota. Non eſt magne Orator preſumptio que me ſilere non ſinit: ſed charitas: Nam video te dedituꝫ ad querendum ſapientiā multo caſſo labore: a quo te reuocare ſi poſſem deſidero: ita ut ⁊ tu errorem perpenderes: puto cōtrito laqueo te euaſiſſe gauderes. Traxit te opinio auctoritatꝭ: ut ſis quaſi equus naturaliter liber: ſed arte capiſtro alligatus preſepi: nō aliud comedit niſi quod ſibi miniſtratur. ¶ Orator. Si non in libris ſapiētum eſt ſapientie pabulum: ubi tunc eſt? ¶ Idiota. Non dico ibi non eſſe: ſed dico naturale ibi nō reperiri: Qui enim primo ſe ad ſcribendum de ſapientia contulerunt: non de librorum pabulo qui nondum erant: incrementa receperunt: ſed naturali alimento in viros perfectos euadebant: Et hi ceteros qui ex libris ſe putant profeciſſe: longe ſapiētia antecedunt. ¶ Orator. Q̄uis forte ſine litterarum ſtudio aliqua ſciri poſſunt: tamen res difficiles ⁊ grandes nequaq̄: cum ſcientie creuerint per additamenta. ¶ Idiota. Hoc eſt quod aiebam: ſcilicet te duci auctoritate ⁊ decipi. Scripſit aliquis uerbum illud cui credis: Ego auteꝫ tibi dico ꝙ ſapientia foris clamitat in plateis: ⁊ eſt clamor eiuſ: quoniaꝫ ipſa habitat in altiſſimis. ¶ Orator. Sapientiaꝫ attamen ſtudio ac librorum lectitatione conſecutꝰ ſum. ¶ Idiota. Rem magnā: ſi uera eēt: ⁊ inſeparabilem a virtute: Crede autem mihi: nūq̄ ſi uere ſapiēs eſſes: hoc diceres: Sapiens enim q̄ztum eſt quod ſibi deſit intelligit: non gloriaꝛ ita q̄ ſed ſuſpirat. ¶ Orator. Sapientem me profiteor. ¶ Idiota. Bene irent res ſi tot eſſent ſapientes: quot ſapientie profeſſores. Nūc illud perdifficile eſt: hoc ꝟo facillimum. ¶ Orator. Studio ad ſapientiam perueni. ¶ Idiota. Utiq̄ ſic ad illam peruenitur: ſed an tu perueneris recogita: Nō eſt enim res ſtudij breuis egens aliquot annoꝝ ut reliquie artes: tota uel lōgiſſima opꝰ eſt vita. Sigs: ut aiunt: tota die currens peruenit ad ueſperaꝫ: ſatis eſt. Notum eſt illud Platonis: ut alia multa: preclariſſimum: quod tuo Ciceroni placet ⁊ mihi: Beatum cui etiam in ſenectute contigerit ut ſapiētiam ueraſq̄ opiniones aſſequi poſſit. Has tu an calle medio obuias habueris miror: an neſcio quo pennato equo uectus ante tempuſ attigeris: incertum: qui tam cito ſapiens euaſiſti. ¶ Orator. Sapientie perfectionem celitus accepi: Eſt enim ſapientia donum: omne autem donum deſurſum eſt a patre luminum. ¶ Idiota. Eſt fateor celeſte donū ſapientia: Sed magnus certe vir erat: ⁊ dei amicus Paulus: qui non ut tu de ſapiētia: ſed potius hoc modo aiebat: Non ꝙ iam acceperim aut p̱fectus ſim. ¶ Orator. Sapientiam cupida mēte cōprehendi. ¶ Idiota. Ut pecunie rerumq̄ multaꝝ mala: ſic ſapiētie cupiditas bona eſt: Sed an tu tāte rei capax ſis videto. Certe ille idem de quo modo memini: Paulus apoſtolus: Ego me inquit non arbitror comprehendiſſe. Et ille quoq̄ permagnus erat qui cum deo de ſeipſo loquens aiebat: Imp̱fectum meuꝫ viderunt oculi tui. Hoc eſt proprium ſapientis imperfectuꝫ ſuum noſſe ac fateri. ¶ Orator. Sapiens dicor. ¶ Idiota. Nō tue: neq̄ aliene uoces vnq̄ ſapienteꝫ fecerunt: ſed res ipſa. ¶ Orator. Sapiens vulgo dicor. ¶ Idio. Uulgus inſanos ſapiētes: ⁊ ſapiētes inſanos iure ſuo dicere ſolet: quod eſt ut falſa pro ueris: ⁊ uera pro falſis habeat. Nihil eſt a ueritate remotiꝰ: q̄ vulgaris opinio. ¶ Orator. Omnes me predicant ſapientem. ¶ Idiota. Ad famaꝫ fortaſſe aliquid: ad ſapientiam nil omnino. Sentio autem ſuperſcriptionibus inniteri litterarum: quibus nihil eſt liberalius: non ſatis eſt facere ſapientes qui non ſunt: ſed egregios ⁊ inſignes faciunt ⁊ reuerendos ſereniſſimos inſuper ⁊ illuſtres: ut iam ſimplex ſapientie titulus ſit pudori: qui q̄ paucis tamen conueniat: ſtupor eſt. Uis autem noſſe q̄ ſis ſapiens: Uerte oculos retro: Recordare quotiēs in hoc vite curſu ceſpitaueris: quotiens offenſo pede cecideris: quot pudēda: quot dolenda: quot penitenda commiſeris: tunc ſi audes dicito ſapientē: credo autem non audebis. ¶ Orator. Scio me ſapientem. ¶ Idiota. Litterarum forte vis dicere: Sūt enim plane litterati aliqui: licet pauci: ſapientes autē pene nulli. Aliō eſt ſapienter loqui: aliud ſapienter viuere: aliud dici: aliud eſſe ſapientē. Fuere qui dicerent ſapiētem nullum. Id q̄ ueruꝫ falſum ue ſit: non diſputo: Certe nimis prerupta eſt ſententia: ⁊ ad deſperationem prona: ⁊ ſtudio aduerſa ſapientie. Hebrei ſapientem Salomonē ſuum predicant: qui q̄ ſapiens eſſet: turba coniugum pellicumq̄ teſtatur: multoq̄ magis dijs alienis cultus exhibitus. ¶ Ora. At Romani ſapientem Lelium ⁊ Catonem habuere: Grecia ipſa dū floruit ſepteꝫ habuiſſe dicitur ſapientes. ¶ Idio. Hec de antiquis ſapiētibus: Felicior etas noſtra: que non vnum duos ue: aut ſeptem: ſed in ſinguliſ urbibus ceu pecudum greges numerat ſapiētes. Nec mirum ſane multos eſſe: qui tam facile fiant: Uenit iuuenis ſtultus ad templum doctoris inſignia recepturus: preceptores illum ſui celebrant ſeu amore ſeu errore: tumet ille: vulgus ſtupet: applaudūt affines ⁊ amici. Ipſe iuſſus cathedrā ſcādit cūcta iam ex alto deſpiciens: ⁊ neſcio quid confuſuꝫ murmurās: Tūc maiores certatim ceu diuina locutū laudibꝰ ad celū tollūt: tinnuīt interim cāpane: ſtrepūt tube: uolant anuli: figunꝛ oſcula: uertici rotūdus ac magiſtralis bonnetus apponitur.

His peractis descendit sapiens qui stultus ascēderat. Mira prorsus trāsformatio: nec Ouidio cognita. Sic fiūt hodie sapiētes: Uer⁹ sapiēs fit alter. ¶ Orator. Sapiens attamen sum. ¶ Idio. Solēt qui de se magnifice sentiunt confidenter maiora viribus aggredi: inq̃ nisu medio prolapsi: suo magno uel periculo uel pudore addiscere q̃ʒ iusti rerum estimatores fuerint: suarum. Prestat igitur (mihi crede) falsas opiniones abijcere: insolentiā deponere: insipiētiam circūspicē: ꝛ optare ne qua experiēde sapiētie necessitas incidat: que declaret te de nihilo gloriatum. Hec rectior tutiorq̃ querēde sapiētie via est. ¶ Ora. Credo ꝛ ego ad sapiam
E peruenisse. ¶ Idio. At si mihi obsequeris: ad illaʒ potius assurgēdo nitendoq̃ puenies q̃ʒ credēdo. Nihil enim ascendit altius q̃ʒ humilitas operosa. ¶ Ora. Magna mihi sapiētia est. ¶ Idio. Putasses forsitan si tacuisses: Iam me premunisti: quoniam ubi maior iactātia: sapientia minor esse solet: ut tuus ait Cicero: Qui se inqt iactat: statim inuenit derisorem: imo ꝛ tot irrisores: quot habet auditores. ¶ Orator. Inter sapiētes deputatus sum. ¶ Idio. Unus forsan es de illo grege quorum numerus multus est magnusq̃: quib⁹ preciosum magis est videri sapiētes ꝛ nō eē q̃ʒ esse qdē nec videri. Sicut ꝛ multi sunt qui iusti poti⁹ videri malūt ꝛ non esse: q̃ʒ esse iusti nec apparere. Primos igiť sophistas uocat Aristoteles: secundos hypocritas. Amborum autem effectus fallere est: ꝛ in primis seipsos. Isti uerbis: illi gestibus: Alij nutibus: gestibus ac uerbis iustos ꝛ sapientes se ostēdūt: stultos autem prauosq̃ moribus atq̃ vita. Preterea si tu sapiēs esses: utiq̃ nō diceres. Quippe nō presumit: non inflatur: uerū gemit in seipso sapiens: nō gloriatur: sed semp quod sibi desit pōderat: neq̃ acquisita sed acquirenda semper cogitat. Omnia nanq̃ illi desunt qui sibi nil ad sapiētiaʒ deesse putat. Igitur si uelis fieri sapiens: noli ut iam dixi
F teipsum opinari sapientem. ¶ Ora. Uerus tamē sapiens cōsensu omnium iudicor. ¶ Idio. Ad sapientiam ueram nemo peruenire potest qui falsa sapientia deceptus est. Stultus igiť fias: oportet: ut esse possis sapiens. Perge ergo quousq̃ tibi stultus videaris: ꝛ attigisti sapiētiaʒ. Stultus ꝟo tūc demum tibi esse videbere: cum ad tuipsius cognitionem puenies: Porro cum a sapere sapientia dicitur: ille ꝓfecto sapiēs esse iudicať: cui res sapiūt prout sunt: qui sic rebus transitorijs nouit uti: ne eternis obsint: ita quoq̃ moderate p̄sente uti mundo: ut q̃tum pōt fruatur ipso deo. Deniq̃ hec uera sapientia est: qua sapit de⁹ sapienti viuēti de spiritu eius: qua vitam suaʒ ordinat: cōponit mores: actus dirigit: ac oīa opa suo quodam diuino sapore ꝯdit atq̃ format: qua eos ēt cū qbus hic ꝟsatur hoīes: oleo letificant̄ grē adlinit: ut videntes opa eius bona: p̄rem qui in celis est glorificēt: grām habēs ad amicos: ad inimicos patiētiam: bñficētiam ad quos pōt: ꝛ ad oēs beniuolētiam ad quos debet: neminem cōtēnens: neminem iudicās: oēs diligēs ꝛ saluos fieri optās in visceribus charitatis. Postremo ut breuiter cum uerbis Bernardi concludam: Inuenisti inquit sapiētiaʒ: si mala tua preterita defleas: si presentia hec bona paruipēdas: si futura bona toto cordis desiderio concupiscas. ¶ Ora. Stultum me dixisti fieri oportere: ut sapiens sim. Q̄ð qdem tūc demum assequi potero: ut tu dicis: cum meipsum nosse incepero: Quo igitur pacto: edissere: mei ipsi⁹ notitiā adipiscar. ¶ Idio. Reminiscere in primis orator: ꝛ sepenumero tua in mente reuolue quid sis: Magna siquidem mortalium turba ignara sui quid in terris sit agenduʒ: quidq̃ in celis agitur querit: philosopho cuidam persimiles qui syderum cursus noctu cum astrolabio metiretur: in limosaʒ lapsum est specum: quod ancilla sua cachinno magno ridēs: Herus inquit meus ignorat quod ante pedes est vile lutum: ꝛ rimari temptat arcana celorum. Debet ergo homo id primum inquirere quid sit. Homo inquit Porphyrius est aīal rōnale mortale. Mortale ait Bernardus temperet rationale ne forte in superbiam extollatur: ꝛ rationale confortet mortale ne in desperationem labatur. Hinc Bernardus ad Eugenium queʒ modo allegaui. A te inquit tua consideratio inchoet: ne frustra extēdaris ad alia te neglecto. Quid tibi prodest vniuersum lucrari mūduʒ teipsuʒ perdēs? Noueris licet omnia mysteria: noueris lata terre: ꝓfunda maris: alta celi: si te nescieris: sil'is eris viro edificāti absq̃ fundamēto: ruinā nō structurā faciēs. Nō est sapiēs: qui sibi non est sapiēs: In acqsitione eni salutis tue nemo tibi germanior neq̃ ꝓpingor: Hec Bernardus. Sūt p̄terea nōnulli adeo seu fatui seu elati qui seipsis ignoratis scientiam diuinoꝝ assequi putant: Sed quo pacto vult ille deum cognoscere: qui seipsum conuincitur ignorare? Nescienti seipsum impossibile est scire deuʒ. Ex sui nempe cognitione oritur humilitas ꝛ timor dei: Quid fuit homo nascitur⁹: quid sit natus: quid mortuus erit? Ex sui ꝟo ignorantia oritur superbia: natione ut dixi celestis: alta semper appetens ut grauiori casu ad infima ruat: que fecit angelos demones: ꝛ demonibus hoīes coequauit. Ex superbia autem oritur dei ignorantia: ex qua infelix desperatio sepenumero cōsurgit At ꝟo sine timore dei ꝛ humilitate qs potest de salute presumere? Ille solus est uere sapiens ac seipsum intelligens: qui vilē se ac paruuʒ reputat: qui ꝟo se magnum aliquid esse existimat: cum non sit: fallitur ille: ꝛ uera sapientia in eo non est. ¶ Ora. Perge ꝟo obsecro: perge inq̃: talia mihi inaudita hactenus uerba salutaria enarrare. Sunt enim ut video ad salutem magis accedentia: q̃ʒ aut Ciceronis aut Quintiliani reliquorum ue in meis oratorijs libris contentorum. ¶ Idio. Pergam profecto: idq̃ etiam libens. Uere sapiens ꝛ rect⁹ apud deum ille animus est qui cogitat qualis vita: non q̃ta sit. Nempe ut pulchre ait ꝛ splendide Lactantius: Si ut viuendi: sic ꝛ bene viuendi cura nobis esset: infinitos pene labores quibus stultitia estu at humana tanq̃ superfluos ꝛ insanos fugiendos longe vitaremus. Sed heu nemo iam uel admodum rarus q̃ʒ bene viuat: sed q̃ʒdiu curat: cum tamē omnibus in potestate est ut bene viuāt: ut diu ꝟo nemini. Quid est autē aliud diu viuere: q̃ʒ diu torqueri? Et q̃to diutius quis in hac vita fuerit: tanto maiori grauatur oneraturq̃ sarcina peccatoruʒ. Et non vides o Orator: Immo o quilibet hō q̃ sic es in vita ista quasi hospes in domo aliena. Qua die nescit hospes uel qua hora dicať ei: Exi foras: q: quam ihabitas dom⁹ tua nō est. Homo qppe vite cōmodat⁹: est nō donat⁹. Sapiēs in hac

vita sic dies studet agere transitorios:ut in futura
dies eternitatis inueniat. Stude igitur o homo si
sapiēs esse desideras:saltem letaliter nō peccare.
A uenialibꝰ enim:cum septies in die cadat iustus:
qs pōt oino continere? Qđ si peccaueris orōnibꝰ:
holocaustis:lachrymis atq̄ elemosynis tuaꝫ quo
ad potes iustitiam redime: Ait enim in ecclīastico
Salomō: Fili peccasti:nō adiicias iterum:sed de
p̄stinis depcare ut tibi dimittant̄. Sed hoc vnum
est qđ te viribꝰ totis fugē admoneo: ꝓcrastinatio sci
licet emēdationis ⁊ pnie. Dico enim tibi ꝙ deꝰ qui
peccāti ueniam spopōdit:peccāti dieꝫ crastinū nō
ꝓmisit: Testis est tuus in tragediis Seneca ita di
cēs: Nemo tam diuos habuit fauētes crastinū ut
posset sibi polliceri. Deus enim licet ueniam ut di-
xi penitēti promiserit:non tamen promisit ei dare
uoluntatem penitendi sicut nec uoluntatem pec-
candi dedit. Immittit nanq̄ diabolus longio-
ris vite securitatem : ut inferat perditionem. Nec
dinumerare est possibile q̄ꝫtos hec ianis spei fallax
vmbra deceperit. Audi q̄ꝫ pulchre ait Gregorius:
Deꝰ quos diu ut cōuertant̄ expectat:nō cōuersos
duriꝰ damnat. Audi etiam si vis Augustinum su-
pra Joānem angelica potius q̄ꝫ humana uerba re
sonātem: Intēdant inquit qui amant in dn̄o man-
suetudinem: ⁊ timeāt ueritatem. Etenim dulcis ⁊
rectus dominus. Amas ꝙ dulcis est:time ꝙ re-
ctꝰ est. Tanq̄ꝫ mansuetus dixi:tacui:sed tanq̄ꝫ iu-
stus nunqd semp tacebo? Misericors ⁊ miserator
dn̄s: Ita plane. Adhuc adde lōganimis:adde ad-
huc ⁊ multū misericors:sed time qđ est in nouissi-
mo ⁊ uerax. Mā suetus dn̄s:longanimis dn̄s:mi
sericors dn̄s:sed ⁊ iustus dn̄s ⁊ uerax dn̄s. Largi
tur tibi spatium correctionis:sed tu plus amas di
lationem q̄ꝫ emendationeꝫ. Malus fuisti heri:ho
die bonus esto: Et hodiernuꝫ diem in malitia per-
egisti:uel cras mutare. Semp expectas ⁊ de mise
ricordia dei tibi plurimū polliceris:q̄si ille qui ti-
bi per patientiam ꝓmisit indulgētiam: ꝓmittat ti-
bi etiam ꝓlixioreꝫ vitam. Unde scis qd pariat cra
stinus dies? Recte dicis in corde tuo: Qn̄ me cor
rexero:deus omnia mihi peccata dimittet: Nega
re non possumus:correctis atq̄ cōuersis indulgē-
tiam deus promisit. Naꝫ in quo propheta mihi le
gis q̄ promisit correcto indulgētiam:non mihi le
gis q̄ promisit tibi deus longam vitam. Ex utro-
q̄ꝫ igitur homines periclitantur ⁊ sperando ⁊ de-
sperando:contrariis rebus:cōtrariis affectionibꝰ.
Sperando decipitur is qui dicit: Bonus est deꝰ
misericors est deꝰ:faciaꝫ qđ mihi placet:quo libet
laxem habenas cupiditatibꝰ meis ut impleam de
siderū aie mee. Quare hoc? q̄a misericors est de-
us:bonus est deus:mausuetus est deus. Spe isti
periclitantur. Desperatione autem qui cuꝫ incide-
rint in grauia peccata putantes sibi non posse iam
ignosci penitentibus: ⁊ statuentes se ad damnatio
nē sine dubio destinatos:dicunt apud seipsos: Iā
damnandi sumus:quare non quod uolumus faci
mus? Ideo molesti sunt desperati: Iam eniꝫ quod
timeant non habent ⁊ uehementer timendi sunt.
Istos despatio necat:illos spes. Inter speꝫ ⁊ despe
rationem fluctuat animus. Metuendum est ne te
occidat spes: ⁊ cum speras multum de misericor-
dia:incidas in iudicium. Metuendum est rursum
ne te occidat desperatio: ⁊ cum putas iam tibi nō
ignosci que grauia commisisti:non agas penitenti
am: ⁊ incurras in iudicem sapiētiam que dicit: Et
ego uestre ꝑditioni superridebo. Quid ergo agit
deus cuꝫ periclitantibus utroq̄ꝫ morbo? Illis qui
spe periclitātur hoc dicit. Ne tardes conuerti ad
dn̄m:neq̄ꝫ differas de die in diem: Subito eniꝫ ue
nit ira eius: ⁊ in tempore vindicte disperdet te. Il
lis qui desperatione periclitātur qd dicit? In qua
cūq̄ꝫ die iniquus conuersus fuerit:omnes iniqui
tates eiꝰ obliuiscar. Propter illos ergo qui despe-
ratione periclitantur proposuit indulgētie portū:
propter illos vō qui spe ꝑiclitantur ⁊ dilationibꝰ
includuntur:fecit diem mortis incertum. Quādo
ueniat ultimus dies nescis: Ingratus es:q̄ hodi
ernuꝫ habes in quo corrigaris. Hinc dixit ad pec-
catricem mulierem dn̄s: Nec ego te cōdemnabo:
uade deinceps iam noli peccare : sed facta secura
de preterito:caue futura. Nec ego inq̄ꝫ te condem
nabo:de leui quod cōmisisti : obserua quod prece
pi:ut iuenias quod promisi. Hec Augustinus. Au
disti iam Augustinuꝫ o orator:audito etiā ⁊ Chry
sostomū super Joannem sic dicētem: Quid est la-
trone ⁊ homicida deterius? Nōne ultima hec spe
cies malitie est: ⁊ tamen ad summum virtutis con
festim peruenit: ⁊ ipsum migrauit paradisum nō
diebus indigens:nō vna die:sed breui momento.
Quare licet repente transponi : ⁊ fieri aureum ex
luteo? Quia eniꝫ non natura virtꝰ aut malitia est:
facilis est trāspositio ab oi necessitate eruta: Si uo
lueritis ⁊ audieritis me ait dominꝰ: bona terre co-
medetis. Uides quoniam uoluntate indiget sola:
uoluntate quideꝫ non cōmuni ⁊ nuda que est mul
torum:sed studiosa que paucorum est: Quia om-
nes noui in celum uelle euolare nūc:sed per opera
oportet uoluntatem ostēdere. Etenim negociator
qui vult ditari nō solum usq̄ꝫ ad mētem uolūtateꝫ
sistit:sed nauem construit: ⁊ congregat nautas : ⁊
rogat gubernatorem: ⁊ in omnibus aliis preparat
nauim: ⁊ pecuniaꝫ feneratur: ⁊ transit pelegus: ⁊
ad externam uadit terram : ⁊ ꝑicula sustinet mul
ta: ⁊ alia omnia que sciunt qui mare nauigāt: Ita
⁊ nos oportet uoluntatem ostendere. Nauigamꝰ
enim ⁊ nos nauigationem non eam que a terra in
terram:sed eam que a terra in celum. Construamꝰ
igit̄ mētem nostram ad aptam gubernationeꝫ que
sursum fert: ⁊ nautas ei obedientes: ⁊ nauim soli
dam : ut neq̄ꝫ circūstātia neq̄ꝫ tristitia submergat̄
mūdiali:neq̄ꝫ elationis eleuetur spiritu : sed bene
precincta sit ⁊ leuis. Si sic quidem nauium:sic vō
gubernatorem ⁊ nautas preparabimꝰ:cuꝫ aptitu-
dine uentorum nauigabimus: ⁊ filium dei qui ue
rus est gubernator attrahemꝰ ad nosipsos:qui nō
dimittet submergi nauim nobis:sed etsi infiniti fla
uerint uenti: ⁊ uentos increpabit ⁊ mare: ⁊ pro flu
ctuatione multā tribuet trāquillitateꝫ. Hec Chry
sostomus. Ueruntamen que supra dicta sunt fere
oia de sola creata ⁊ que homini inesse potest sapi-
entia dixerim. Et quidem ⁊ alia sed increata sapi
entia longe illa prestantior lōgeq̄ꝫ differentior : ⁊
tanto quidem q̄ꝫto finitum ab infinito: eternum a
tpali differt. Media tamē ista ad illam : ⁊ nō ali-
unde ꝑuenit̄. ¶ Ora. Ut audio cū te Idiotam re
putes : sape tn̄ nō modicuꝫ videris. ¶ Idio. Hec
est fortasse iter te ⁊ me differētia: Tu te sapiētē pu
tas:cū nō sis:hinc sup̄bis: Ego vō idiotam me eē

cognosco: hinc humilior ⁊ in hoc forte doctior existo. ¶ Ora. Quomodo ductus esse potes ad sciētiam ignorantie tue cum sit idiota? ¶ Idio. Non ex tuis: sed ex dei libris. ¶ Ora. Qui sunt illi? ¶ Idio. Quos suo digito scripsit. ¶ Ora. Ubi reperiūtur? ¶ Idio. Ubiqꝫ. Ora. Igitur ⁊ in hoc foro? ¶ Idio. Immo ⁊ iam in capite libri dixi: ꝙ sapientia clamitet in plateis. ¶ Ora. Optarē audire quomodo. ¶ Idio. Si te absqꝫ curiosa inquisitione affectum conspicerem: magna tibi panderē. ¶ Ora. Potes ne breui tempore efficere: ut quid uelis degustem? ¶ Idio. Possum. ¶ Ora. Contrahamus igitur nos in hāc tonsoris proximā queso apothecā: ut sedentes quietius loquamur. Placuit idiote. Et intrātes locum: aspectum in forum uertentes: sic exorditus est Idiota sermonem.

¶ Francisci Petrarche de uera sapientia: Dialogus primus explicit.

¶ Eiusdem Francisci Petrarche poete oratorisqꝫ clarissimi: Dialogus secūdus in quo de eadem re disputatur: feliciter Incipit.

¶ Idiota.

a q Uoniam tibi in predentibus dixi sapientiam clamare in plateis: ⁊ ꝙ clamor eius est ipsam in altissimis habitare: hoc tibi ostēdere sic conabor. Et primum uelim dicas: quid hic aspicis in foro? ¶ Ora. Uideo ibi numerari pecunias: in alio angulo pōderari merces: ex opposito mensurari oleū ⁊ alia. ¶ Idio. Hec sunt opera rationis illius per quam homines bestijs antecellunt: Nam numerare: pōderare ⁊ mensurare bruta nequeunt. Attende nūc Orator per quem in quo ⁊ ex quo hec fiunt: ⁊ dicito mihi. ¶ Orator. Per discretionem. ¶ Idio. Recte dicis. Per quid aūt discretio? Nonne per vnū numeratur? ¶ Orator. Quomodo? ¶ Idio. Nonne vnum est vnum semel: ⁊ duo est vnū bis: ⁊ tria est vnum ter: ⁊ sic deinceps? ¶ Orator. Ita est. ¶ Idio. Per vnum igitur fit omnis numerus. ¶ Orator. Ita videtur. ¶ Idio. Sic ut igit̄ vnuꝫ est principium numeri: sic pōdus minimum est pͥncipium ponderandi: ⁊ mensura minima principiū mensurandi. Uocetur igitur illud pondus vncia: ⁊ mensura petitum: Nonne sicut per vnum numeratur: ita per vnciam ponderatur: ⁊ ex petito mensuratur? Nōne hec sic se habent? ¶ Ora. Immo. ¶ Idio. Per quid autē attingitur vnitas: per qđ vncia: per quid petituꝫ? ¶ Orator. Nescio. Scio tamen ꝙ vnitas non attingit̄ numero: quia numerus est post vnum: Sic nec vncia pondere: nec petitum mensura. ¶ Idio. Optime ais Orator. Sicut enim simplex prius est natura composito: ita compositum natura posterius: vnde compositum non potest mensurare simplex: sed econuerso. Ex quo habes quomodo illud per qđ ex quo ⁊ in quo omne numerabile numeratur nō est numero attingibile: similiter illud per quod ex quo ⁊ in quo omne ponderabile ponderatur non est pondere attingibile: similiter ⁊ id per quod ex quo ⁊ in quo omne mensurabile mensuratur non est mensura attingibile. ¶ Orator. Hoc clare ꝓspicio. ¶ Idio. Hūc clamoreꝫ sapientie in plateis transfer in altissimis: ubi sapientia habitat: ⁊ multo delectabillora reperies q̄ in omnibus ornatissimis uoluminibus tuis. ¶ Orator. Nisi qđ per hoc uelis exponas: nō intelligo. ¶ Idiota. Nisi ex affectu oraueris prohibitus sum ne faciam: Naꝫ secreta eterne atqꝫ increate sapientie non sunt omnibus passim aperienda. ¶ Orator. Multum desidero te audire: ⁊ ex paucis inflammor: Ea enim que iam premisisti aliquid magni futuruꝫ enunciant: Rogo igitur ut incepta prosequaris. ¶ Idio. Nescio si liceat tanta secreta detegere: ⁊ tam altam profunditatem facilem ostendere: tamen nequeo me continere quin tibi cōplaceam: Ecce frater: sūma sapientia est hec: ut scias quomodo in similitudine iam dicta attingitur inattingibile iattingibiliter. ¶ Orator. Mira dicis ⁊ absona. ¶ Idio. Hec est causa cur occulta non debent communicari omnibus: quia eis absona videntur. Admiraris me dixisse sibi cōtradicētia: Dico aūt: ꝙ sicut iam ante de vnitate: vnciā ⁊ petito dixi: ita de omnibus quo ad omnium pͥncipium dicendum: Nam omnium principium est per quod ex quo ⁊ in quo omne principiabile principiatur: ⁊ tamen per nullum principiatum attingibile: Ipsum est per quod ex quo ⁊ in quo omne intelligibile intelligitur: ⁊ tamen est intellectu intelligibile: Et similiter per quod ex quo ⁊ in quo omne fabile fatur: ⁊ tamen est fatu ineffabile: Sic est per quod ex quo ⁊ in quo omne terminabile terminatur: ⁊ tamen est termino interminabile ⁊ fine infinibile. Tales facere potes innumerabiles uerissimas ꝓpositiones: ⁊ omnia tua oratoria uolumina illis implere: ⁊ alia sine numero illis addere: ut videas quomodo sapientia in altissimis habitat. Altissimum enim est quod altius esse non potest. Sola infinitas est illa altitudo: Unde sapientia quam cum omnes homines natura scire desiderant cum tanto mentis affectu querunt: nō aliter scit̄ q̄ ꝙ ipsa est oi sciētia altior ⁊ inscibilis: ⁊ omni loquela ineffabilis: ⁊ omni intellectu intelligibilis: ⁊ omni mensura imensurabilis: ⁊ omni proportione improportionabilis: ⁊ omni imaginatione imaginabilis: ⁊ omni sensatione insensibilis: ⁊ omni tractatione intractabilis: ⁊ omni gustu ingustabilis: ⁊ omni auditu inaudibilis: ⁊ omni visu inuisibilis: ⁊ omni apprehensione inapprehēsibilis: ⁊ omni affirmatione inaffirmabilis: ⁊ omni negatione innegabilis: ⁊ omni dubitatione idubitabilis: ⁊ omni opinione inopinabilis. Et quia omni eloquio est inexpressibilis: harum locutionū non pōt finis cogitari: cum omni cogitatione sit incogitabilis ipsa gloriosa atqꝫ eterna sapientia per quam ex qua ⁊ in qua omnia. ¶ Orator. Hec indubie maiora sunt q̄ a te audire putabā. Non cesses queso me illo ducē ubi aliqđ taliū altissimaruꝫ theoricarū tecū q̄ suauiter degustē: Nū video te non satiari semper de illa sapientia loqui. Maxima autem ut puto dulcedo hoc agit: quā nisi interno gustu saperes: te non tantum alliceret. ¶ Idio. Sapientia est que sapit: qua nihil dulcius intellectu. Neqꝫ censendi sunt quouis modo sapientes qui uerbo tm̄ ⁊ non gustu loquuntur. Illi autem

cuȝ gustu de sapia loquunť qui per eã ita sciūt oīa
ꝙ nihil omni: Per sapientiã enim ⁊ ex ipsa ⁊ in ip
sa est omne internum sapere. Ipsa autē quia in al-
tissimis habitat nullo sapore est gustabilis. Ingu
stabiliter ergo gustatur: cum sit altior omni gusta-
bili sensibili: rationali: ⁊ intellectuali. Hoc est au-
tem ingustabiliter ⁊ a remotis gustare: q̃si si odor
quidem dici potest pregustatio ingustabilis. Si-
cut enim odor ab odorabili multiplicatus in alio
receptus nos allicit ad cursum: ut in odore vnguē
torum ad vnguentum curratur: ita eterna ⁊ infini
ta sapientia cū in omnibus reluceat: nos allicit ex
quadam pregustatione affectuum ut mirabili desi
derio ad ipsam feramur. Cum eniȝ ipsa sit vita spi
ritualis intellectus qui in se habet quandam con-
naturatam pregustationem per quaȝ tanto studio
inquirit fontem vite sue: quem sine pregustatione
nō quereret: hinc ad eam ut ad propriam suam vi
tam mouetur: ⁊ dulce est omni spiritui ad vite pn̊
cipium: q̃ȝuis inaccessibile continue ascendere. Et
quando eo ducitur vitam suam querens: tāto plus
gaudet: q̃ȝto suam vitam infinitam atq; immorta
lem conspicit: ⁊ sic euenit ut inaccessibilitas siue in
comprehensibilitas infinitatis vite sue sit sua desi
deratissima comprehensio. Quasi siquis haberet
thesaurum pecunie: ⁊ ad hoc pertingeret ꝙ illum
sciret innumerabilē: imponderabilem ⁊ imensura-
bilem: hec scientia incomprehensibilitatis est gau
diosa ⁊ optatissima cōprehensio: non quideȝ ut ad
comprehendētē refertur: sed ad ipsuȝ quoq; amo-
rosissimum thesaurū. Quasi siquis amet aliquid
hic gaudet i amabili ifinitas ⁊ inexpressibiles amo
ris causas reperiri: ⁊ hec est gaudiosissima cōpre-
hensio amantis: quando incomprehensibilem esse
amati amabilitatē comprehendit. Nequaq̃ȝ enim
tantum gauderet se amare secundum aliquid incō
prehensibile amatum: sicut quando sibi ꝯstat ama
ti amabilitatem esse penitus immensurabilē: infini
bilē: interminabilē ac incomprehensibilem: hec est
gaudiosissima incomprehensibilitatis comprehē-
sibilitas. ℭ Orator. Intellligo forte indicabis:
Nam hec videtur tua intentio: ꝙ principium no-
strū per quod ex quo ⁊ in quo sumus ⁊ mouemur
tunc gustatur a nobis ut principium medium ⁊ fi-
nis: quādo eius vitalis suauitas ingustabiliter gu
statur per affectum: ⁊ incōprehensibiliter cōpre-
henditur per intellectum. At vō qui ipsum gusta-
biliter gustare ⁊ cōprehensibiliter cōprehēdere ni
titur ille penit⁹ est sine gustu ⁊ intellectu. ℭ Idio.
Optime cepisti orator. Ob hoc qui non aliud sa-
pientiam putant q̃ȝ id quod est intellectu cōprehē
sibile: ⁊ non aliud felicitatem putant q̃ȝ eaȝ que est
attingibilis per eos: hi longe sunt a uera sapientia
eterna ⁊ infinita: sed conuersi sunt ad finibilē quan
dam quietem ubi putant letitiam vite esse sed non
est. Hic se deceptos comperiētes in cruciatu sunt:
Nam ubi felicitatem esse putabant: ad quaȝ se om
ni conatu conuertebant: ibi erumnam reperiunt ⁊
mortem. Sapientia enim infinita est indeficiēs vi
te pabulū: de quo eternaliter viuit spiritus nr̄: qui
si rect⁹ est nō nisi sapiam ⁊ ueritatē amare potest.
Ois enim intellect⁹ appetit esse: suū esse est viuere:
suum viuere est intelligere: suū intelligere est pasci
sapientia ⁊ ueritate. Unde itellectus qui nō est de
gustans claram sapientiam: hic est ut oculus in te
nebris: Est enim oculus sed non videt: quia nō est
in luce. Et quia caret vita delectabili que consistit
in videre tunc est in erumna ⁊ cruciatu: ⁊ hec est
mors poti⁹ q̃ȝ vita: Sic intellectus ad omne aliū
q̃ȝ ad eterne sapientie pabulum cōuersus: se extra
vitam quasi in tenebris ignorantie inuolutum po-
tius mortuum q̃ȝ viuum reperiet. Et hic est crucia
tus mirabilis: intellectuale esse habere ⁊ nunq̃ȝ
intelligere. Sola enim eterna sapientia est in qua
omnis intellectus intelligere potest. ℭ Ora. Pul
chra certe atq; rara ⁊ mihi gratissima narras: nūc
age queso quomodo eleuari queam ad aliqualem
gustū eterne sapientie. ℭ Idio. Eterna sapiētia in
omni gustabili gustatur. Ipsa est delectatio in om
ni delectabili: ipsa est pulchritudo i omni pulchro
ipsa est appetitio in omni appetibili: ⁊ sic in cūctis
delectabilibus uel desiderabilibus dicito: Quo-
modo ergo tunc potest non gustari? Nōne vita est
gaudiosa quando est secundum desiderium tuuȝ?
ℭ Ora. Immo nihil plus. ℭ Idio. Cum ergo hoc
desiderium tuū non sit nisi per eternam sapientiaȝ
ex qua ⁊ iu qua est: ⁊ hec vita felix quam deside-
ras: similiter non sit nisi ab eadem eterna sapiētia
in qua est: ⁊ extra quam nequit esse: hinc nō aliud
in omni desiderio intellectualis vite desideras q̃ȝ
eternam sapientiã: que est desiderij tui cōplemen-
tū: principiū: mediū ⁊ finis. Si igitur est tibi dulce
hoc desiderium immortalis vite: ut eternaliter fe-
liciter viuas: quandã in te pregustationem experi
ris eterne sapientie nihil enim penitus incongruū
appetitur: Sunt enim poma apud Indos quorum
pregustationem cum non habemus ea non appeti
mus: Sed cum sine nutrimento viuere non possu-
mus: appetimus nutrimentū. Habemus autē nu-
trimēti quādã p̄gustationē ut viuam⁹ sensibiliter:
Et hinc puer quandam habet lactis pregustatio-
nem in sua natura: quare dum esurit ad lac moue-
tur: Ex quibus enim sumus ex illis nutrimur. Sic
intellectus noster habet vitam suam ab eterna sa-
pientia: ⁊ huius hēt aliq̃lē pregustationem: Uñ in
omni pascentia que sibi ut viuat necessaria est non
mouetur nisi ut inde pascatur a quo habet hoc in-
tellectuale esse: Si igitur in omni desiderio vite in
tellectualis attenderes a quo est intellectus: per
quod mouetur: ⁊ ad quod in te comperires dulce
dinem eterne sapientie illam esse que tibi facit de-
siderium tuum ita dulce ac delectabile: ut inenar-
rabili affectu ferreris ad eius comprehensionem
tanq̃ȝ ad immortalitatem vite tue: quasi ad ferruȝ
⁊ magneteȝ attendas: Habet eniȝ ferrū in magne
te quoddam sui fluxus principium: Et dum ma-
gnes per sui presentiam excitat ferrum graue ⁊ pō
derosuȝ: tunc mirabili desiderio fertur etiaȝ supra
motum nature quo secundum grauitateȝ deorsuȝ
tendere debet ⁊ sursum mouetur se suo principio
vniendo. Nisi enim in ferro esset quedã pregusta-
tio naturalis ipsius magnetis: nō moueretur plus
ad magneteȝ q̃ȝ ad aliū lapidē. Et nisi in magnete
eēt maior iclinatio ad ferruȝ q̃ȝ ad cuprū: nō eēt il
la attractio. Habet igiť spiritus nr̄ itellectualis ab
eterna sapientia principium sic intellectualiter es-
sendi: quod esse est conformius ipsi sapientie q̃ȝ es-
se non intellectuale: Hinc irradiatio seu immissio
in sanctã aiam est mot⁹ desiderosus in excitatione.
Qui enim q̃rit motu itellectuali sapiaȝ: hic iterne

tactus ad pregustandam dulcedinẽ sui oblitus ra
pitur in corpore quasi extra corpus: omnium sensi
bilium pondus eum tenere nequit: quousqꝫ se vni
at attrahenti sapientie. Et tunc ex stupida admira
tione sensum linquens insanire facit animã: ut cun
cta preter ipsam nihilifaciat: ⁊ talibus dulce hunc
mundū linquere: ut expeditius ferri possint in ip
sam immortalitatis sapientiam. Hec pregustatio
facit sanctis omne apparens delectabile abomina
bile ⁊ oĩa corporalia tormenta propter ipsam citi
us adipiscendam equissimo animo ferre. Hec nos
instruit hunc nostrum spiritum ad ipsam conuer
sum nunq̃ꝫ deficere posse. Si enim hoc corpus no
strum spiritum omni sensibili ligamento tenere ne
quit: quin auidissime ad ipsaꝫ corporeo dimisso of
ficio ferat: nequaq̃ꝫ deficiẽte corpore deficere põt.
Hec enim est eius assimilatio que spiritui nostro
naturaliter inest: per quam nõ quietatur imago ni
si in eo cuius est imago: a quo habet principiũ: me
dium ⁊ finem. Uiua autem imago per vitam mo
tum ex se exerit ad exemplar in quo soluꝫ quiescit:
Nam vita imaginis non potest in se quiescere: cuꝫ
sit vita vite ueritatis ⁊ nõ sua: hinc mouetur ad ex
emplar ut ad ueritatem sui esse. Si igitur exẽplar
est eternum: ⁊ imago habet vitã in qua pregustat
suum exemplar: idcirco desiderose ad ipsum mo
uetur. Et cum motus rei vitalis non possit quiesce
re nisi in infinita vita que est eterna sapientia: ideo
nõ potest cessare spiritalis ille motus qui nunq̃ꝫ in
finitam vitam infinite attingit. Semper enim tam
gaudiosissimo desiderio mouet̃ ut attingat: ꝙ nun
q̃ꝫ de delectabilitate attactus fastiditur. Est enim
sapiẽtia eterna cibꝰ saporosissimus qui satiãdo de
siderium sumendi non minuit: ut in eterna cibatio
ne nũq̃ꝫ cesset delectari. ¶ Ora. Indubie te optie
dixisse teneo: Sed ualde referre video inter gustũ
sapientie ⁊ ea que de gustu ꝓferri possunt. ¶ Idio.
Bene dicis ⁊ placet a te hoc uerbum audisse. Si
cut enim omnis scientia de gustu rei nunq̃ꝫ gusta
te uacua ⁊ sterilis est quousqꝫ sensus gustus attin
gat: Ita de hac sapientia quaꝫ nemo gustat per au
ditum: sed solum ille qui eam accipit in interno gu
stu: ille perhibet testimonium non de his que audi
uit: sed in seipso experimentaliter gustauit. Scire
multas amoris descriptiones: quas sancti nobis
reliquerunt sine amoris gustu: uanitas quedã est.
Quapropter ad querendam eternam sapientiam
non sufficit scire que de ipsa legunt̃: sed necesse est
postq̃ꝫ intellectus repperit ubi est ꝙ eaꝫ affectu su
am faciat: quasi qui inuenit agrũ in quo est thesau
rus: non põt gaudere de thesauro in agro non suo
existente: quare uendit omnia ⁊ emit agrum illuꝫ:
ut in suo agro habeat thesaurũ: Unde oportet om
nia uendere ⁊ dare: Non vult enim eterna sapien
tia haberi nisi ibi ubi habẽs nihil de suo tenuit ut
eam haberet. Id autem quod de nostro habemꝰ vi
tia sunt: de eterna v̇o sapientia non nisi bona. Qua
propter spiritus sapiẽtie nõ habitat in corpore sub
dito peccatis: neqꝫ in maliuola anima: sed in agro
suo puro: ⁊ sapientiali munda imagine: quasi in tẽ
plo sancto suo. Ubi enim eterna habitat sapientia:
ibi est ager dominicus ferens fructuꝫ immortalẽ.
Est enim ager virtutũ: queꝫ sapientia colit: ex quo
nascuntur fructus spiritales: qui sunt iustitia: pax
fortitudo temperantia: castitas: patientia: ⁊ ceteri
tales. Et lꝫ eterna sapiẽtia se omnibus cõmunicet
liberalissime cum sit infinite bona: tamẽ a nullo ca
pi potest uti est. Identitas enim infinita non potest
in alio recipi: cum in alio aliter recipiatur: ⁊ cũ nõ
possit in alio nisi aliter recipi: tunc recipitur melio
ri modo quo potest: Sed immultiplicabilis infini
tas in uaria receptione melius explicatur: magna
enim diuersitas in multiplicabilitatẽ melius expri
mit. Ex quo euenit ut sapiẽtia in uarijs formis ua
rie recepta hoc efficiat: ut quelibet ad identitatem
uocata modo quo potest sapientiaꝫ participet: Ut
quedam eandem participent: in quodam ualde di
stanti a prima forma: quibus vix esse elemẽtale tri
buit: Alia adhuc in nobiliori gradu: quibus vitam
prebet uegetabilem. Adhuc alia in altiori: quibus
vitam sensibilem: post hoc quibꝰ animaleꝫ: deinde
quibus rationalem: demum quibus intellectualẽ.
Et hic gradus est altissimus proximior scilicet sa
piẽtie imago. Et hic solus est gradus habẽs prom
ptam ⁊ innatam aptitudinem se ad sapiẽtie gustũ
eleuandi: quia in illis intellectualibꝰ naturis ima
go sapientie viuit vita intellectuali: Cuius vite vis
est ex se vitalem motuꝫ exerere: qui motus est per
intelligere ad suũ propriũ obiectum quod est ueri
tas absoluta que est eterna sapiẽtia ꝑgere. ¶ Nũc
itaqꝫ pro hoc breui tempore: hec sic dicta sufficiãt:
ut scias sapientiam esse non in arte oratoria: aut in
magnis uoluminibꝰ: sed in separatione ab istis sen
sibilibus: ac in conuersione ad simplicissimam ⁊ in
finitam formam: ⁊ illam recipere in templo purga
to ab omni vitio: ⁊ feruido amore ei inherere: quo
usqꝫ degustare eam queas ⁊ videre q̃ꝫ suauis sit il
la in qua est omnis suauitas. Qua degustata vile
scent tibi omnia que nunc tibi magna videntur: ⁊
humiliaberis ut nihil arrogãtie in te remaneat: ne
qꝫ aliud quodcunqꝫ vitium: quin castissimo ⁊ pu
rissimo corde semel degustate sapientie indissolu
biliter adherebis: etiam hunc mundum ⁊ cuncta
que non sunt ipsa magis q̃ꝫ ipsam deserendo: ⁊ cũ
indicibili letitia viues ac morieris: ⁊ post morteꝫ
in ipsa amorosissimo amplexu eternaliter requie
sces: Quod tibi ⁊ mihi concedat ipsa dei sapiẽtia
semper benedicta.

¶ Francisci Petrarche poete oratorisqꝫ clarissimi:
Dialogus secundus: In quo de uera sapiẽtia dis
putatur: Explicit feliciter.

Tractatuū ac capl'orum tertij libri de rebus memorandis annotatio.

¶ Tractatuū ac capl'oꝝ q̄rti libri de rebꝰ memorādis: in quo de ꝓuidentia tertia ꝑte ꝑ̄me v̄tutis scilicet prudētie tractat̄:Annotatio.

Finis

¶ Francisci Petrarche poete oratorisq3 clarissimi: rerum memorandarum Liber primus incipit.

¶ Tractatus primus: De ocio et solitudine quorundam clarorum virorum.

¶ De ocio solitarij et diuisione eiusdem: et de quo ocio auctor uelit tractare. Cap.I.

s Ed mihi cuncta uersanti: cum id solum tpis vixisse videar quod ociosus aut solus vixi: visum est non aliunde q3 ab ocio et solitudine potissimum ordiri: nõ modo q hic plurima et maxima vite mee solatia pcessisse nouerim: sed q multis etiam claris viris iactatis inter curarum fluctus huius portus quesitum remedium recordabar. Ceterum cum solitarij ocij duo sint genera Illud somno et inertie amicum: qd qdam lucifuge sectant qui villis suis utunt pro sepulchris: et in illis sese infodiunt viuentes: nulla re alia q3 ocij cognomine gloriosi: nõ litterato tm: sed viro etiam obscenum atq3 indignum cõmemoratione ptereo. Alterum illud attingam nõ tam urbis odio q3 litterarum et virtutis amore cõstitutum: vñ animo uel studiorum cupido uel ad ea intẽto de qbus pnme dicturus sum: gratissima pueniũt alimẽta: ut hinc merito uelut a primo dicẽdorum fonte totius narrationis descẽdat exordium. Quem vo nunc historicus illustrissime cohortis statuam signiferum: nisi quẽ poetici laboris primum ducem in Africe mee libris statuisse non penitet.

¶ De ocio Scipionis Africani primi. Cap.II.

s Cipio ille qui pmus agnomẽ Africani rebus gestis virtute meruit: amator solitudinis atq3 ocij fuit. Itaq3 spiritum domitorẽ gẽtium et militare illud corpus bellis exercitũ auresq3 castror et tubarum fragoribus oppletas huc referre cõsueuerat: nõ ut virtus ocio langueret: sed ut sese mens uarietate negocior distracta colligeret: q̃obrem neq3 sibi vnq3 ociosus ppetua mentis occupatione grãde aliqd moliens: neq3 sibi solus vnq3 videbat altissimis atq3 pulcherrimis comitatus curis: neq3 theatrum aut vulgi plausum querebat: rerum suarum plaudẽte memoria ac cõsciẽtie testimonio cõtẽtus. Jure ergo dicere solitum accepimus: Nunq3 se minus ociosum eẽ q3 cum ociosus nec minus solum q3 cum solus eẽt. Idq3 ipsi' Africani non mediocrem emulum Marcum Portium Catonem scriptum reliquisse auctor est Cicero.

¶ De ocio Scipionis Africani secundi. Cap.III.

b Uius nepos et ipse Africanus Scipio: sicut laboris supra fidem patiẽs: sic ociose cupidus getis solus sepe cum Lelio rusticari pegrinariq3 solitus credit: Interdũq3 littoribus italicis uagabũdus: expugnatricem illam Carthaginis Numãtieq3 dexteram ad marinas conchulas lapillosq3 candidulos inter legẽdos inclinasse. Sic enim ad id qd superat negocium: ocio breuissimi tpis aium recupabat. Uerecũde hec apud Ciceronem reuerenterq3 narrant: eos incredibiliter: ne uera deseram: repuerascere esse solitos cum rus ex urbe tanq3 e vinculis euolassent.

¶ De ocio Marci Tullij Ciceronis. Cap.IIII.

d Uces bellorũ memoro: Marcus Tullius Cicero post innumerabiles labores quos in republica ptulit: post tam multa discrimina: que sibi ille turbulẽtissimus cõsulatus: et cũ improbis certamẽ imortale peperat: fracta tãdem libertate ciuium uelut puppe submersa nudus ornamẽtis suis oibus enauit: inq3 ocium secessit: in quo qdem rura pagrãdo: sicut ipse de se loqtur: sepe solus erat. Sed qd negocium queso cum illius ocio: que frequẽtia cum illius solitudine cõferẽda est? Quam l3 ipse casum patrie miseratus grauiter defleat: inde tñ ad oẽs populos pucta diui ingenij monumẽta fluxerũt. Plura enim ibidem: ut ait idẽ: breui tpe: euersa quam multis annis stãte republica scripsit. At qui fatum suum declinare nõ ualuit: in tempestate tutus: in portu naufragiũ passus est.

¶ De ocio Mutij Sceuole. Cap.V.

m Utius Sceuola diuini pariter et humani iuris illa etate csultissimus: a pcella fori fugiẽs in ocium et pile et alee calculorũ ludo ferẽ opam dedisse: eaq3 vicissitudine rerum mole p̃grauatum ingenium releuasse: Et his qdem ocia vite diuerticula contigerunt.

¶ De ocio Epaminunde Thebani. Cap.VI.

s Ed ne ab hac illustrium cõmemorationis rerum alienigene sese fortassis exclusos putẽt: Epaminũdas Thebanus quem apud pstantissimos auctores uel primum uel iter pmos Grecie duces semp iuenio: Cuiq3 litterarum studium ac philosophie doctrina tãta ierat ut mirabile videret: sicut Justinus historicus ait: vnde tam insignis militie sciẽtia homini iter litteras nato. Is inq3 cum quo Thebanor omnis gloria: ut aiunt: et orta simul et extincta est: et suauitate musica gemino labori debitum ocium exornãs: pclare qdẽ: ut est apud Ciceronem: grecis fidib' cecinisse dicit.

¶ De ocio Achillis. Cap.VII.

s Imile apud Homerum de Achille: qd ducem suũ imitati nostri quoq3 uates asserũt. Id qdem pne suscipimus et habem' ppositi nostri testem: clarissimum adolescentem siue fictum suspicamur ab Homero et eiusdem sententie auctor est excellẽtissimus poeta. Profecto nunq3 id in eo quem nobilitandum pposuerat sibi ficturus: ni laboriose militie alternam ocij remissionem necessariam iudicasset.

¶ De ocio Socratis. Cap.VIII.

s Ed alio spectare arbitror: qd de Socrate scriptum est: cum iam senior foret uacare fidibus cepisse: Nõ enim apud me similitudinem ueri habet: tãtum virũ illa etate presertim discendi potius gra tam parue rei tẽpus impendisse q3 discẽdo docẽdoq3 fatigatus talis ocij solatium quesiuisse. Qd partius miror dum eũdem arundine cruribus inserta colludẽtem infantulis suis intueor: qd cernẽs familiarissimus sibi risisse fertur Alcibiades.

¶ De ocio Roberti regis Sicilie. Cap.IX.

a T ne semp uetustissimis immoremur: sitq3 aliqs et etati nře locus: Robertus hierosolymitanus et Siculus: rex regum et philosophor huius eui meo pnceps iudicio: per singulos dies statutis horis: e medijs regie vite turbinibus in ocium uelut in aliquam getissimam stationẽ sese pferre cõsueuerat. Illic multiplex ei quodã

B litteras tecū p̄fer:notū enī ibi nullū habes.Orator qdā clarus s3 gibbo p̄minēti deformat⁹ Galba de quo lolij vulgatissim⁹ iocus erat:Ingeniū Galbe male habitare.Is inq̄ corā Cesare cām agens ⁊ uelut eloquio gloriabundus:sepe iterās:corrige in me si quod corrigēdū videris Auguste: hoc ab eo tādē respōsum habuit:Ego te Galba monere possū corrigere aūt nullo modo.Purpurā emi p̄cepat:nō respōdebat aio suo color:uēditor vitiū excusabat.Et attolle dicebat purpuram Cesar:ac sursum oculos intēde.Cui Cesar:Ego ne ut populo Romano bñ uestitus videar:in solatio ambulē oportet.Solebat ad cenā inuitatis nō negare:quo se ciuib⁹ suis cōuictu nō supbo q̄ familiarissimum faceret:A pauprima ac tenuissima cuiusdam cena redicēs:hospiti illū ꝟbis p̄sequēti:hoc vnū ad aurē iocoso murmure respōdit:Tā familiarē me tibi nō putabā.Cū extrui forū p̄cepisset: ⁊ cōsumationis auidus:architecti nimiā tarditatē inuisam haberet:eodēq3 tpe ⁊ a Cassio Seuero accusati plurimū absoluerent̄:acuelut ab inquieti ⁊ calūniosi hois laqueis eqtate iudicū expedirent̄:Utinā ingt Augustus forū meū accusaret Cassius.Petebat a Cesare cōgiariū Patinus caut⁹:quo melius psuaderet:Uulgatū iā apud oēs affirmabat:magnam pecuniā sibi ab illo datā:Respōdit:S3 tu noli cre-

C dere.Alteri cuidā cū ab officio remot⁹ esset: similia flagitāti:atq3 addēti:Nō se cupiditate ad id petēdū induci:s3 pudoris proprij respectu: ⁊ ut sine noxa p̄fecturā equitū spōte dimisisse:Insup ⁊ liberalitate cesarea dignus putaretur:sic elusit:Tu te accepisse palā dicito:ego me dedisse non negabo. Quidā Romanus eques diez funct⁹ erat:post cuius mortē es alienū ingēs qd usq3 ad extremū uel ex terminū occultauerat emersit:Re cōperta miratus Cesar:Ite ait ⁊ cubicularē mihi culcitrā eius cōparate.Obstupētib⁹ mādatum:ratiōnē adiecit: Sōnos inquit alliciet culcitra:in qua ille tātis debitorū molibus oppressus somnū capere poterat. Mos antiqs erat in agris suis sepeliri: Uectius qdā agrū excolēs:illic inuēto sepulchro patris nō pepcit:s3 aratrū supinduxit:qua in re ita lusit Augustus:Hoc est(inquit)uere sepulchrū patris colere.Filia eius Julia festinatos canos egre ferēs: clā uellere cōsueuerat:superuenit ornatricib⁹ operi inhiātibus improuisus Cesar: ⁊ vulsos capillos in illarū gremio notauit:sic tñ oculos auertit:ut nec vidisse videret̄.Et tūc qdē nihil hac re:post tēpus sciēs in sermonē senectutis icidit:filiā sciscitat⁹ est: utrū suo tpe canos:an nullas habere comas mallet:Atq3 illi sine hesitatiōe respōdēti: ⁊ caniciē cal-

D uitio p̄ferēti:sic insultauit:Cur igit̄ hec ante tempus te decaluāt?Audita fama Herodis Judeoꝝ regis:q̄ infantes circa bimatum oēs in Syria natos:inter quos mādasset ⁊ p̄priū filiū occidi:Melius est:ingt:Herodis porcū esse q̄ filiū:Alludēs mori hebraico:sic enī carnib⁹ suillis:sicut humanis abstineret.Tragediā scribere adort⁹ erat:cui⁹ mentionē iter studia ei⁹ feci.Tragedie nomē erat Aiax.Eā enī sue iā q̄ displicuisset:ut Macrobi⁹ refert:siue iceptū stilo nō succedēte:ut Suetonio videt̄:aboleuerat.Et iterrogātib⁹ amicis: qd iam Aiax suus ageret?In spōgiā ingt icubuit:Nō incōsulte(nisi fallor) ageremus:bona ps scriptorū: si in iudicādo de opusculis nostris huius ioci memoriā haberem⁹.S3 ne forte dicatio: Augustus q̄ principem decet:ceteris silentium indixisse videatur:Attingam alios.

¶De dicacitate Marci Tullij. Cap.III.

M Arcus Tulli⁹ Cicerone fratrē:ac Lētulū habebat generum: homūtiōes pusille ad modū stature:In utrūq3 cauillat⁹ est.Uenerat in p̄uinciā cui frater p̄fuerat:Illic imaginē eius clypeatā q̄ amplissima forma ⁊ ad pect⁹ depictā(ut mos erat)cernēs:Frater ingt meus maior est dimidius q̄ tot⁹.Rursus generū ingēti gladio accinctū vidēs:Quis generū meū ad gladiū alligauit?Quo ioco nūc erga insignis paruitatis homines vulgo utimur.Alter illi gener erat Piso qui cū in incessu cūctatior foret q̄ cōueniret viro: filia ex diuerso cōcitatior q̄ deceret feminā:vno ꝟbo lusit in utrūq3:Ait enī filie: Ambula ut vir. Anceps iocus duos simul pupugit.Apud Damasippū cenās:cū ille mediocre vinū mēse adhibitū: grādilogs ꝟbis attollēs diceret:Bibite phalernū hoc:qdraginta annorū est:Respōdit: Bñ fert etatē.Facete vnde gloriā ille vino petebat:hic ue- A

niā dedit.Illusit ⁊ in Juliū Cesarē:ad quē cū post ciuilis belli victoriā uenisset:iterrogatus:cur homo doct⁹ in electiōe ptiū tā pueriliter aberrasset? Hoc vnū qd respōderet habuit: Precinctura me decepit caute simul ⁊ iocose:Cū enī meritorū cōparatiōi locus amplius nō esset:habit⁹ ducū cōtulit: ⁊ q̄si rerū omniū p̄cellētiā Cesari tribuēs:solo quo videret̄ iferior se deceptū affirmauit.Constabat enī Cesarē p̄pter habit⁹ negligētiā:ab ineunte etate male p̄cinctū puerū uocari solitū. Illusit ⁊ Uatinio qui paucis dieb⁹ cōsul fuerat:Grande ingt p̄digiū anno Uatinij:q̄ illo cōsule nec pruina nec uer:nec estas:nec autūnus fuit. Eidē querēti: q̄ ad se uenire neglexisset:Uolebā ingt in cōsulatu tuo uenire:sed nox me cōprehēdit. Mihi tñ ⁊ si vno loco sic scriptū inueni:uerisimilius videt̄ qd alibi legit̄: hic iocus Caninio poti⁹ dict⁹ q̄ Uati- B

nio:q̄ Uatini⁹ paucis:Canini⁹ nō nisi vno tñ die cōsulatū tenuit.De quo est alter Ciceronis iocus: Uigilātē cōsulē habem⁹ qui in cōsulatu suo somnū nō admisit.Illud vulgatū:solere flamines diales esse cōsules.Et iterrogatio ludicra qbus cōsul cōsulib⁹ fuisset.Longior s3 si Ciceronis iocos ad vnū colligā.Ceterū ex paucis aceruī toti⁹ libamē obtulisse sufficiet.Hoc qdē iter p̄tereūda nō fuerit qd magnis auctorib⁹ cōstat eū sepe fontes in iudicio defendēte:deficiēte iustitia cōfugisse ad iocos: ⁊ eo p̄sidio victoriā quesisse. Nec illud ignotū q̄ in his creberrim⁹ foret: cōsularē scurrā ab hostib⁹ uocitatū: quin ab ipso de quo supra dixim⁹ Uati C

nio qui hãc eius notã scriptis edidit. Sed iam satis iocatus est Cicero: maior quidem iocator interuenit: cedendum est.

¶ De facetitate Uespasiani Augusti. Cap.IIII.

n Espasiani principis facetissima q̃dã sunt: Illud in p̃mis. Mulier amorem fassa seq̃ amãdo periturã nisi opẽ ferret: rigorẽ maiestatis p̃cib⁹ ac blãditijs euicit: ⁊ in ãplexus tãdẽ Cesareos admissa est. Cũ certã pecunie summã uł cõcubit⁹ uel amoris p̃ciũ p̃nceps amãti daret: dispẽsator ignarus q̃liter eã pecuniã rõnib⁹ iscriberet ꝑcunctabat̃: Respõdit: Uespasiano adamato. Quid in tali p̃sertim sene iocosius? Unus ex domesticis: cuidam externo sub obtẽtu germanitatis dispẽsationẽ impetrare nitebat̃: agnouit fraudẽ: ⁊ dilata re: illũ pro quo petebatur accersijt: certiorq̃ ab eo fact⁹ q̃d pro se supplicaturo spopondisset: id sibi numerari iussit ⁊ uoti cõpotẽ dimisit. Reuersus itercessor istare. Cui Uespasian⁹: Aliũ tibi fratrẽ quere: quẽ tuũ putas meus est. Dũ iter ageret: mulio auriga descẽdit ad calciãdas mulas: substititq̃ uehiculũ. Rapta interi occasiõe: litigator anxius accessit ad p̃ncipẽ: que uellet narrandi tẽpus habuit. Aiaduertit tãtũ cõmẽtũ Cesar: iterrogato q̃ mulione q̃ti calciasset: pepigit lucri ptẽ. Festiue utrũlibet nisi auaritie suspitio iocis insita uideret̃. Sed de hoc alias. Plura stãt eius talia: qn ⁊ supremo vite tp̃e iocat nõ destitit. Ad primũ egritudinis insultũ: statim q̃ erat mortiferũ arbitratus: ut puto: inquit: deus fio: Illudens predecessoribus suis in deorum numerum relatis.

¶ De facetitate Tiberij Cesaris. Cap.V.

e Xciderũt a seuissimis ingenijs facetissimi sermũculi: quos uel ob hoc ipsum cõmemorare libuit: Quis eni imitior Tiberio Cesare: p̃sertim postq̃ Capreas attigit cruẽtissimo ei⁹ ocio famosam ⁊ infelicẽ isulã? Illic moras trahẽtẽ: Iliẽsiũ adijt legatio cõsolatiõis obsequiũ p̃ncipi ferẽs sup mortẽ vnici filij: Cuius mortis dolorẽ ille memoriãq̃ oẽm nõ tã forti q̃ inhumano aĩo cõfestim aboleuerat. Itaq̃ uelut intẽpestiuis cõsolatoribus sic allusit: Ego quoq̃ fortune uestre compatior: quia magnificum ciuẽ Hectorem ꝑdidistis: Ultra millesimum annum iocandi materiam quesiuit: animo ferox actisq̃ metuendus.

¶ De facetitate Domitiani. Cap.VI.

q Uis preterea Domitiano seuior? quis ab honestarũ artiũ studio remotior? Et tamẽ agẽte natura: non nihil paterni leporis inerat. Eius illa referunt̃ de Metio qui in cultu corporis mult⁹ erat: Uellẽ inq̃t tam formosus esse q̃ Metius sibi videt̃. Alteri⁹ comam ꝑmixta canicie flauescentem: perfusam mulso niuem appellauit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap.VII.

c Ecilius iuriscõsult⁹ ab hoc ordine nequaq̃ repellẽdus est: Lapidatus erat a populo Uatinius dũ gladiatoriũ mun⁹ ederet: ea iniuria ꝑmot⁹: edilitio edicto caueri ꝓcurauerat: ne q̃s sibi pomũ in arenã mitteret. Per eos dies cõtigit ut Ceciliũ q̃dã cõsuleret: Esset pomum nux pinea? Si in Uatiniũ inquit missurus es: pomum est haud dubie. Idẽ mercatori cõsulenti: quo nam modo nauem cum socio diuideret? Respondit: Si nauem diuiseritis neuter habebit.

¶ De dicacitate Lucij Cecilij. Cap.VIII.

l Ucius Cecilius cũ Caio Cesare pila ludebat: nec deerãt collusores alij. Iussit Cesar ceteris cẽtena sextertia per singulos numerari: quinquaginta Cecilio. At ille: vna ne tantum manu (inquit) ludo.

¶ De facetitate Uirgilij. Cap.IX.

n Ec illepide Uirgilius cũ sibi exprobratus esset q̃ v̄sus Homericos abstulisset: ⁊ in opis sui cõgeriẽ redegisset: respõdisse tradit̃: magnarum esse viriũ auferre clauã de manu Herculis: nõ dissimulãs se illis v̄sib⁹ nõ p̃cario s; pro suis uti. Q̃ esse permaximum ex Herculea Homeri magnitudine: latenter affirmãs facete admodum ⁊ breuiter: q̃ ad ignominiam dicebatur: in gloriam suam uertit.

¶ De dicacitate Ualerij. Cap.X.

u Aleri⁹. P. Clodio ifenso sibi: Quid ait durius minaris q̃ ut eã Dyrrhachiũ ⁊ reuertar? sumpta iocãdi materia de exilio Ciceronis: qui eo in exilium perrexerat: agente Clodio confestimq̃ redierat.

¶ De dicacitate Quinti pretoris. Cap.XI.

q Uintus uel Egntius p̃tor de optime atq̃ innocẽtissime administrata ꝓuincia reuersus: in morbũ iciderat: Is dũ gelidas manus se habere amico cõquereret̃ assidẽti: Certe ait ille nuꝑ calidas de ꝓuincia retulisti: de furtorũ scilicet ⁊ rapinarũ frequẽtia iocũ texens. Qui viro integerrimo ⁊ bene sibi conscio risum mouit: fastidiũq̃ discussit: suffusurus noxio ruborem.

¶ De dicacitate Lucij Mallij. Cap.XII.

l Ucius Mallius pictor egregi⁹ deformes filios habebat: q̃b⁹ visis amicus apud eum cenans: non similiter ait pingis ⁊ fingis Malli? Ille autem nimirũ fingo enim in tenebris: in luce pingo.

¶ De dicacitate Satellij Quadrati contra Sabinum. Cap.XIII.

s Abinus q̃dam noĩe: diues ineptissimus a Seneca refertur: qui etate sua fuit hebes q̃: q̃ ⁊ obliuiosus: glorie tamẽ auidissim⁹: quã ex litterarum notitia ꝓcurabat. Itaq̃ magnis precijs seruos cõparauit: quorum alter hũc: alter illum poetam familiariter memoriter nosset: hoc scilicet expeditum iter ad eam quã appetebat gloriam ratus: si serui ut peculiũ: sic ⁊ litteras domino queret̃. Hac tali familia instructus: cõuiuas suos questiũculis exagitabat. Serui ad pedes aderant: ⁊ de quacũq̃ re sermo esset obortus: accommodatos materie uersus insusurrabãt. Quos ille gloriabũdus dum ꝓnũciare uellet: in medio herebat. In hũc igit̃ Satellius Quadrat⁹: ut ipsi⁹ hoc narrãtis uerbis utar: stultorũ diuitũ irrisor ⁊ arrisor ⁊ derisor ita iocat⁹ est. Cũ ille iactaret cẽtenis milibus seruos sibi singulos ↄstitisse: Minori precio inquit Quadratus totidẽ scrinia emisses. Idẽ Sabinũ ut luctaretur orabat. Cũq̃ ille admirans diceret: Quomodo luctabor homo eger ac fragilis ⁊ vix viuere ualens? Noli queso inquit Quadratus hoc dicere: Aspice quot seruos habes robustissimos. Merito has nugas audiebat demẽs qui ex alienis gloriam speraret. Sed ⁊ aliq̃tisper locum iocis muliebribus prebeamus.

¶ De dicacitate Julie Augusti filie. Cap.XIIII.

Ulia Augusti filia: que profecto non ultima inter illustres feminas fuisset: si prudētie curā quam primā esse par fuerat: non in ultimis habuisset) iter multas & uarias nature dotes: humanitatē morū comitatēq; sermōis habuit cauillatrix in primis iucūdissima. Contra crebros patris mōitus: culta lasciuius: oculos ei⁹ turbasse cognouerat: modestiore habitu reuersa mitigare paternam idignatiōem cogitauit & obtinuit. Itaq; uerba que dolor oppresserat: gaudiū expressit. Et sentis ne ait q̄tomagis hic q̄ extern⁹ habitus deceat Augusti filiam? Nō obstupuit illa tāti cēsoris maiestatē: Sed heri me (inqt) viri: hodie p̄ris oculis ornaui. Eandē in spectaculo ludorū circūualla uerāt adolescentū impudicorum agmina: cū ex ad uerso Liuia Augusta uenerādo modesta comitatu staret. Hec Cesaree cōiugis ac nate uarietas populū exercerat: sed ipsum ꝑncipaliter Augustū. Cōmonefecit ergo Juliam breui scripto: circūspiceret q̄ta morū iparitas: iter duas dignitate pares feminas foret. Illa castigatorē suū repulit: his ꝟbis: Et hi mecū senescēt. Amico sobrio & prudēti: ut se paterne frugalitatis imitatricē faceret: modestosq; illius mores in animum induceret: respondit: Ille se Cesarem obliuiscitur: ego Cesaris me filiam recordor. Sed iam satis multa de nostris.

De dicacitate Diogenis philosophi. Cap.XV.

Jogenes Cynicus ille famosissimus cōtēptor omnium que optant ab alijs: de Antisthene ꝑceptore suo sic iocari solitus traditur: Ille me ex magnis diuitijs ad inopiā dedu xit: effecitq; ut latas edes cum angusto & uolubili dolio ꝑmutarem: Quātum ultro citroq; laudum ac glorie sub hac irrisione claudebat. Item aduersus dialecticum sophistā lepidissime cauillat⁹ est. Proposuerat ille per cōtumeliam hoc modo: Quod ego sum: id tu nō es. Annuit Diogenes. Ille procedens in sophismate: homo autē inquit ego sū. Et id quoq; cōfessus est. Tunc ex cōcessis conclusit: Igitur homo tu nō es. Indignatus has ineptias: hoc inquit ultimum falsum est proculdubio: Et si uerum fieri vis: a me incipe.

De dicacitate cuiusdam iuuenis qui similis erat Augusto. Cap.XVI.

Iuuenis alienigena Romam uenit: forma corporis taz similis Augusto: ut omnē populū spectaculi admiratiōe suspēderet. Augustus re audita: ad se iuuenē euocatum cernens: effigiēq; suā in illius facie recognoscēs: in hāc sententiam interrogauit: Fuit ne vnq̄ o adolescēs mater tua Rome? Sensit ille quo pergeret: Et minime (inquit) mater: at pater meus sepe. Facete & illatam suspitionē repulit: & nouam peperit: Et hec qdē historia sic in Saturnalibus tradita est. Ualerius autē Maximus: nō Augusti sed innominati pretoris: neq; matris sed duorum patrū mētionē facit: ꝓterea nō Rome sed in Sicilia interrogatuz respōsum ue cōmemorat. Percūctātē enim magistratu Romano quendā eius prouincie sibi forma corporis simillimū: & mirari se dicēte vnde hec tāta similitudo cum pater suus nunq̄ in Sicilia fuisset. At ille respondit: Pater meus sepe Romā uenit. Que nam sane uerior fideliorq; narratio est: fides (ut aiunt) apud auctores maneat.

De dicacitate Mithridatis regis. Cap.XVII.

Ithridates Ponti rex Cappadocum: sororis sue filio sub simulatiōe colloquij insidias tēdēs: gladiū abdiderat: crudelis licet adolescēs & ad interitū destinat⁹: regio tū illoruz more tēporū: scrutatorē premisit: qui duz Mithridati manū in secretiores ptes corporis mittit: Jocatus ille: Caue ait ne aliud telū q̄ quod queris inuenias. Eoq; modo suspitiōe detracta: iocis texit insidias. Miruz quod in eo statu iocari posset: sanguine mox nepotis respergendus.

De dicacitate Publij Syri. Cap.XVIII.

On est huic loco subtrahendus Publius quidam e Syria: qui a primis annis huic rei deditus: & libertatem ob id vnum consecutus: Rome tandem & per italiam victis omnibus similium studiosis: preter fauorem populorū Julij Cesaris ingentem quoq; gratiaz promeruit. Is & mimos scriptitauit: & multa eius extant non magis iocosa q̄ grauia: propter que tum primum charus & libertate dignus haberi cepit: duo referuntur: domini sui patronus seruum suum hydropicum in arena resupinum ad solem cernens: quid illic ageret quesierat: anteq̄ eger responsum exprimet: processit Publius puer ex inopinato: & aquā inquit calefecit. Idem inter conuiuas disceptantes: quid esset ocium molestum: acceptam omnib⁹ sententiam dedit: podagrici pedes dicēs. Hec atq; huiuscemodi latentis ingenij indicium & manu misso erudiendi materiam prebuerunt.

De dicacitate coniugis Azonis Comitis Estensis contra virum. Cap.XIX.

Ot nature fortuneq; muneribus quibus Azo Marchio Estensis etate patrum claruit: ne absq; molestia frueretur: minus spectatam habuisse creditur uxoris fidem: Ita cum fortissimum ex illa susceptum puerum in ulnis habens: suspirasset: causam quesiuit illa suspirij: Cui maritus: uellem inquit hunc puerum meum esse omni dubietate submota ut tuus est: Et hanc certitudinem libens magna fortunarum mearuz parte redimerem: Atqui ait illa: nihil hic impense est: negocij parum: Arreptoq; filio: hic inquit quod nemo dubitat meus est: Annuente viro: Ut nihil igitur dubij supersit: de manibus meis suscipe cum ait: tuus sit.

De facetitate uxoris Agapiti de columna contra Bonifacium papam octauum. Cap.XX.

Onifacius octauus Romanus pontifex: duobus fere lustris domum de Columna uagam egit: ac toto orbe dispersam. Fulminabat ille de terris: & ad exemplum tonantis etherei cuius gerebat vices edictis minacibus intonabat. Capitale fuerat aliquem de generosis exulibus hospitio suscepisse. Nunciatum est interea Agapiti uxorem que sanguine illum cōtingebat esse pregnantem. Sensit hostem suum Rome fuisse: & accesus ira atq; odio: perduci ante

pedes suos mulierem iussit. Uenit illa uerecunde ⁊ uentrem studio tegens. At ille: ut erat in sermone mordacissimus: Demitte inquit pallium meretrix: Quis te grauidam fecit? Loqui coacta: Pater ait sanctissime: tu mihi virum meum abstuleras quid facerem? quod ⁊ etas ⁊ forma suaserunt: cōsilium cepi: Inter innumerabiles peregrinos quos hic annus in urbe hac cōgregauit: circunspiciens vnum viro meo simillimum: notaui: placuit oculis meis ille: ⁊ in exulantis viri memoriam susceptus est per noctem: mane abiens qualem cernis me dimisit. Hec autem alludēs ad viri habitum dicebat qui sub ueste peregrini ignotissimus ad uxorem penetrauerat. Risit Bonifacius: ⁊ muliebri facundia mitigatus est.

¶De facetitate cuiusdam nobilis inoiati. Cap.XXI.

In collibus apud quos nat⁹ sum: vidit etas nostra nobilem quendam virum: cuius primum studium fuit excipere trāseūtes apparatu magnifico. Die quodam a siluis ⁊ uenatu: cuius quoq; pstudiosus erat: icultā ⁊ dumis laceratā tunicā idutus: rediēs plenā hospitib⁹ domum repperit. Quibus honorādis itētus: dum huc illuc cūcta puidēs discurrit: in quēdam illoꝝ superbum ⁊ stabula miscentem famulum icidit: cepitq; eum blāde corrigere. Impatiēs ire furcifer: extenta manu faciem eius pcussit: Secessit ille tacitus: Mox cernēs famulus quem pulsauerat: iter discūbētes medium trepidare ceperat: Tādem explorato q̄snam eēt affusus erroris ueniam poposcit. Cui edium dominus: Tibi inqt libēs parco: huic autem: ⁊ tunicam suā digito signauit: non parco: que ut ita tractarer prestitit.

¶De facetitate Santij regis Castelle contra papam. Cap.XXII.

Quodam tēpore dum christianorū pceres fines sarracenoꝝ inuadere: ⁊ terrā Christi sanguine ꝯsecratam idigno seruitio decreuissent liberare (qd heu sepe facimus nunq̄; pficim⁹) agitatū est in ꝯsilijs: qs nam tātis ceptis dux aptissimus foret: Uisusq; est ⁊ optimus Santius Hispani regis frater: quem ⁊ expiētia armorum cōmēdabat ⁊ genus ⁊ probitas: nec suspectum luxus faciebat (frequēs pncipatus malum) nullis enim ingnatus opib⁹ aut delitijs: sed hispano more asper ⁊ agrestis: ⁊ sub diuo inter labores educatus erat. Accersit⁹ igif omnium ꝯsensu Romam uenit ⁊ latine lingue nescius: vnum ex fidis interpretis loco habuit. Publicum qd in tali solet celebrari ꝯsistorium. Illuc iter multa recitatum erat Romani pōtificis decretum: ubi Egypti regem fecerat. Quo audito sublat⁹ est igēs plausus omnium: admirās Santius: sedētem ad pedes interpretem quid sibi uellet strepitus pcūctatus est: Ubi audiuit se Egypti regem pnūciatum: Surge ait: ⁊ diuum papam pnūcia Calliphum de Baldacho: Festiua ⁊ uere regia libertas: pro inefficacis regni noie inanis pōtificatus titulum pensauit.

¶De facetitate cuiusdā comitis Furi. Cap.XXIII.

Comes olim Furi in Cathaloniam pfect⁹: erat homo liberalis ⁊ qui nil negare didicisset. Illic ut aiūt turba petētium obsessus nihil sibi reliquerat pter mulam quam pōderosus senex eqtabat. Reditum parāti: nō defuit qui calcaria isup pcibus extorquere niteref. At ille ptēto pede subridēs: Accipe inqt: modo mihi aliquem expedias qui mulam meam Furum usq; sollicitet.

¶De dicacitate Dini ꝯ aliqs senes. Cap.XXIIII.

Dinus qdam ꝯciuis meus: qui etate nostra gratissime dicacitatis adolescēs fuit: casu pteriēs per loca frequētissima sepulchris: aliquos sibi notos senes illic ꝯfabulātes cōperit. Qui ut iocādi pitum irritarent: iocari simul omnes (ut est etas illa loqcior) ⁊ manibus etiam apprehēdere ceperūt. Ille se pripiēs: hoc vnum omnibus rn̄dit: Iniquum hoc loco certamē: nos aū domos uestras animosiores estis: senio scilicet eorum ⁊ vicine morti alludēs: Nec pus itellect⁹ q̄ eo ab oculis ablato: cemiterium circūspiciētes: qs ille domos loqref ppēderūt. Innumerabilia dixit ad huc modum que apud nos vulgo etiam nota sunt. Hoc enim loco non iocos eius prosequi: sed nomen attingere propositum fuit.

¶De dicacitate Donati Patauini contra quendam iudicem. Cap.XXV.

Donatus Patauinus fuit nup poetarum oium quos nostra uel patrum nostroꝝ vidit etas facillime pnceps: nisi iuris ciuilis studium amplexus ⁊ nouem musis duodecim tabulas imiscuisset: ⁊ animum ab heliconijs curis ad forensem strepitum deflexisset. Is amici subita causa ⁊ moras respuente necessitate: ipso quotidiano ac domestico quo forte inuentus est habitu: rogatus in iudicium uenit: Nouus iudex qui tribunal impleuerat: egregio viro nec assurrexit: nec aliquo cum honore dignatus est. Ceperat Donatus amici causam planis uerbis ac vulgaribus agere: ⁊ illum in singulis dictis obluctantem urbane ad modum ac suauiter conuincere. Indignatus iudex tanq̄ maius aliqd dicturus: sic interrogauit: Scis litteras? At ille: scio paucas inquit. Risit insulsus iudex idiotam ratus: Ad inceptum redijt sermonē Nec ante se delusum sensit q̄ disertissimi viri ⁊ ratione simul ⁊ oratione superatus: Nomen abeuntis querens: ab astantibus didicit Donatum esse: cuius ea tempestate non Padue tm̄ celebris: sed per omnem Italiam fama erat. Deinceps ad ea trāseamus in quibus permagnum ingenium nec minor festiuitas sed morsus est acrior: quibus abundare ⁊ si prudentis non est: qui tamen precedentibus similia erant: ad eloquentiam similiter spectare videbantur: qualiacūq; forent segreganda non censui. De mordacibus iocis.

¶De dicacitate Publij contra Mutium inuidum. Cap.XXVI.

Mutius quidam fuit inuidi ⁊ iniqui animi: qui eque alienis bonis ⁊ suis malis torqueretur ingemisceretq;. Hunc molestiorem solito cernens Publius: ita iocatus est: Aut Mutio nescio quid mali accidit: aut cuipiam nescio qd boni.

¶De dicacitate contra Antonium fugientem: cuiusdam serui sui. Cap.XXVII.

Post obsidionem Mutinēsem fugiēs Antonius: seu naturali humore seu corpibus exhaustis creberrime bibebat: subsistebat q̄ per singulos passus ubi bibēdi facultas afforet. mox fugam pcipiti ꝯsternatione resumebat. Interrogatus vnus ex familiaribus eius: quid nam Antonius ageret? Respōdit: qd canis in egypto: bibit

⁊ fugit. Certum est enim canes egyptiacos croco dilloꝝ cõtactu anxios atqꝫ lymphaticos fugere ⁊ bibere.

¶De dicacitate cuiusdam sutoris contra Plancum. Cap.XXVIII.

p Lancus Meuiam Gallam uxorem habuit:nõ satis ꝓbati nois feminam. Cum autem amici causam agenti: testis ex aduerso sutor ꝓcessisset qdam:putãs Plancus vilitate officij testem suspectum reddere q̃si icognituꝫ:sciscitatus erat qua arte se regeret:Gallam iquit calco. Galla autem sutoris istrumẽtuꝫ erat. Qua equocatione nois:inter uanam artis sue ꝓfessioneꝫ ⁊ interrogãtis ignominiam mordaciter lusit.

¶De dicacitate Fausti Sylle filij ⁊ Catonis censorij. Cap.XXIX.

s Ylle filia duos simul adulteros habebat: Põpeium quẽdam cognomẽto Maculã ⁊ Fuluium fullonis filium. Lusit in dedecore domestico Faustus sic:Miror inqt sororem meam cum fullonem habeat: maculam habere. Nec Catonis cẽsoria asperitas iocoꝝ talium expers fuit:Sacrificio utebaꝛ antiqtas: cui Proteruia nomẽ erat:ex quo qcqd tibi sacrificãtibus restabat:ignibus tradebaꝛ. Albidius qdam nebulo: patrimonium omne deuorauerat: domum solam que gule superat ignis absumpserat:fecisse Albidium Proteruiam iocabaꝛ Cato:cuius nomẽ Catonis Uticẽsis memoriam reuocat: ⁊ rei quam illo i spectãte potuisse contingere:uehemẽter indignor ac stupeo.

¶De dicacitate Catuli senatoris contra iudices corruptos. Cap.XXX.

p Ublio Clodio violatarum religionum ac manifesti adulterij reo dati iudices:qa de criminibus cõstabat sentẽtiam ꝓnũciaturi p̃sidium a senatu petierũt:tum demum peti solitũ cum aliqs reus potẽs ꝯdẽnãdus eẽt. Interim. P. Clodius ad artes suas in extremis casibus sese vtẽs:aliquos ex iudicibus illustrium feminarũ apõ q̃s cõsuetudine ⁊ muneribus ⁊ suarum interuẽtu p̃cum potẽs erat:ꝓmisso cõcubitu ⁊ p̃scito adulterioꝝ stuprorũqꝫ pticipes: ⁊ ob hoc sibi ꝓpitios fecit: alios magnis pecunijs oneratos corrupit. Quid multa? Ubi codẽnatio sperabaꝛ:summa cũ populi Ro. ⁊ illius seculi infamia absolutus:nocẽtior absolutione q̃ꝫ crimie. Qm̃ ut elegãter ait Seneca:plus est distribuere adulteria q̃ꝫ facere. Itaqꝫ prius adulter:post leno. Propter p̃mum accusatus:ꝓpter secũdum liberatus. Mira res ⁊ vix credibilis:nisi eam clarissimi auctores lr̃is mãdassent:Hos iudices absoluto Clodio mordaciter ludẽs Catulus:senatum his percõtatus est uerbis: Quid a nobis p̃sidium poscebatis:an forte ne pecunia pfidie uestre p̃cium nobis eripeꝛ? Erubuisse poterãt scelesti hoies:sed apud aios libidinibꝰ auaritieqꝫ deditos pudoris iactura leuissima est. Facile igiꝛ p̃ñtem pudorem:pceptis uoluptatibus ac pecunia solabanꝛ. Istud potius miror:vñ illis tpibus tãti ⁊ tam compti facinoris ipunitas:Ut eni cum eodem Seneca cõcludam:pudet dicere:nunq̃ꝫ apertius q̃ꝫ coram peccatum est.

¶De facetitate Ciceronis. Cap.XXXI.

A s Ed qs oium iocator aut ꝓmptior aut mordacior Cicerone? Cui enim queso pepcisset aut cuius magnitudinem timuisset: qui ⁊ Pompeio suo non pepercit: ⁊ fortunam Cesaris nõ expauit. Sane cum eq̃liter ambos lacesseret: grauius offendebaꝛ amicior. Uenerat ad castra Põpeij in p̃mordio ciuilis belli:rep̃hẽdẽtibus amicis qȯ nimis distulisset:Minime inqt ueni nam nihil hic paratũ video:Põpeij tarditatem in apparatibus belloꝝ ludẽs. Cum vȯ ad ipsius Pompeij cõspectum puenisset: ⁊ ille interrogatus dixisset ubi nã Dolobella gener tuus? Respõdit:Cuꝫ socero tuo. Unico uerbo discussa calũnia: ⁊ [illegible]eri ⁊ sua: qui in dissẽtiẽdo de re publica p̃ncipu[illegible] uestigia sequerenꝛ. Gallus qdam de Cesaris exercitu ad Põpeium trãsfugerat:illi ciuitatem Romanaꝫ dederat Põpeius:Exclamauit Cicero: O belluꝫ hominẽ: Gallo ciuitatem promittit alienam:nobis nostraꝫ reddere nõ põt. Solebat de Põpeio nimiuꝫ mordaciter iocari his v̇bis:Ego quem fugiam habeo: quem seq̃r nõ habeo. His horũqꝫ sitibus hoc vnũ Põpeius reludebat:Cupio ad hostes Cicero trãseat:ut nos timeat:Quasi tãtam illam loquendi fiduciam Ciceroni nõ aliũde q̃ꝫ ex familiaritate nimia ꝓuenire cõfirmãs. Jam quotiẽs ⁊ q̃ꝫ grauiter lusit in Cesarem:Andron qdam Laodicenus Romam uenerat: ⁊ aduẽtus sui causam interrogauit Cicero:Atqꝫ illo rñdẽte:pro patrie sue libertate legatum ad Cesarem uenisse:seruitutem Romanaꝫ dissimulare nõ ualẽs:greco sermone in hãc sniam rñdit:Si obtinueris: ⁊ pro nobis itercede. Abutebaꝛ Cesar vno tpe mr̃e ⁊ filia:nomẽ mr̃i Seruilia que ⁊ Marci Bruti genitrix fuit:quã ut ait Suetonius:añ alias dilexit: ⁊ cui sup alias donationes margaritam ingẽti p̃cio mercatus est:Filie nomẽ Tertia que ipsius soror Bruti: ⁊. G. Cassij cõiunx erat:Cum itaqꝫ bona ciuitatuꝫ subhastarenꝛ iussu Cesaris: ⁊ seruilia magni ualoris p̃diũ exigua pecunie cõparasset:lusit Cicero:Eqdem quo melius emptum sciatis:cõparauit hũc fundum Seruilia: Tertia deducta. Rogatus pro amico ut ei decurionatuꝫ ꝓcuraret:multis audiẽtibus rñdit:Rome ius hñte Pompeio difficile est qȯ postulas:tacite facilitatem Cesaris nimiam incusans:sup senatus dignitatibus passim ꝓfundẽdis. Eodem pertinet qȯ Laberio ait:Cum enim senatu supra modum aucto:parum afforet qn loca senatoribus nouis deessent:vna ⁊ rudem senatum: ⁊ Laberium nõ inuenientem ubi nam assideret: ⁊ ipsum qui angustiarũ mãm p̃buerat Cesarem illusit:Recepissem inqt te nisi anguste sederem. Hũc tñ iocum nõ inultum tulit. Ita enim ille repcussit:Miruꝫ si anguste sedes qui duabus sellis sedere soles:duplicitateꝫ animi ⁊ fidei cõstãtiam obiectãs:quam multi tunc obijciebãt viro egregio. Sed immerẽter ⁊ idigne hec optimus ⁊ innocuus ciuis audiebat:ne excusationem eius sileam:que est in Saturnalibus:vñ iocosa huius magna ex pte decerpta sunt. Eqdeꝫ qȯ se quiꝛ excusare nescio:parũqꝫ abest ut sniam reuocẽ Egrediꝛ enim oẽm ludi modum ⁊ aptum cõtinet odium:qȯ dicam eo magis:quo nõ uolatili leuitate loquẽdi excidit:sed mãsura grauitate a scribẽte dictatum. Sic enim in epistola quadam ait: quaꝫ ad. G. Cassium interfectorem Cesaris misit:Uellem idibus Martijs me ad cenam inuitasses:profecto reliquiarum nihil fuisset:Nunc me relige uestre exterrẽt:Augustũ Cesarẽ ac Marcũ Antoniũ

religarum noīe ſignificās. O hoſtilem ⁊ virulētū iocum: ⁊ qui Laberij dictum Antonijq; factū ꝓpe iuſtificet. Multa ſe offerūt ſimilia. Sed nimis amicum meum urgeo: Subſiſtam igiť. Nec a Cicerone tm̄: ſed etiā vulgo laceratus eſt Ceſar. Si quidē pegrinis ac nouis hominibus admiſſis in ſenatum: pꝛecipue gallis: inuentus eſt libellus hoc continens: Bonum factum: ne quis ſenatori nouo curiam moſtrare uelit. Item illa publice canebantur: Gallos Ceſar in triūphum duxit: idem in curiam. Et rurſus: Galli bꝛachas depoſuerūt: latū clauum ſumpſerūt. Et hec qdem ideo: pͥmum: qꝛ illud idem reſpiciūt qd̄ in Laberiū iocās Cicero moꝛdebat. Nūc paulo ſupius redeūdum eſt. Edilitatem agēs Ceſar cum Marco Bibulo Capitolium ac forum comitiūq; ⁊ baſilicas ac poꝛticus adoꝛnauerat: ludoſq; iſuper fecerat cōmuni ipēſa: Sed qꝛ collegę obſcurius: clariſſimū Ceſaris nomen erat: cum apud animos hominum omnium gratia reflecteret in Ceſarē: iocatus eſt Bibulus idem ſibi qd̄ Polluci ɔtigiſſe: Etenim cū fratre ille cōmunem domum habēs: ſileret in populo: ⁊ Caſtoris tm̄ domus diceret: ſic communem ipſius ac Ceſaris largitatem vnius ⁊ nō alterius iactari. Cum eodem poſtmodū Marco Bibulo cōſulatum gerens: qd̄ abſq; ullo eius reſpectu rempublicam ꝑaret: iocādi occaſionem vulgo dedit: Fuere qui quotiēs ex more tale aliqd ageret: qd̄ ɔſignatione diei ⁊ cōſulis egeret: nō Ceſare ⁊ Bibulo: ſed Iulio ⁊ Ceſare ɔſulibus geſtum ſcriptis mādaret. Hic vulgati mox ſine auctore uerſiculi: Nō Bibulo quicq̄ nup ſed Ceſare geſtū eſt: Nā Bibulo fieri ɔſule nil memini. Et hec inuidioſa magis q̄ obſcena. Cōtra illa turpiſſima. Adoleſcens admodum adhuc Sylla ſupſtite: cū foꝛtune ſue nauigium patrie tēpeſtatibꝰ nup agnoſceret: ſeceſſit: Aſiam petēs atq; apud Nicomedē Bithynie regem paulo familiarius ſubſiſtēs: ex leuiſſima cā grauiſſimam ⁊ inexpurgabilem ɔtraxit infamiā: tanq̄ adoleſcētie flore ꝓſtrato regie libidini. Hic ſuſpitio pꝛo ueritate ſuſcepta: ⁊ omnibus ſine fine: non tam iocundum q̄ obtrectandum materia data eſt. Cōſul ingēti patrum repugnātia Galliā ꝓuinciā obtinuerat. Hinc imodice letus magna ſenatus frequētia linguam frenare nō ualuit: meſtis ⁊ nolētibꝰ inimicis ſe qd̄ optaſſet cōſecutum dictitās: cūctiſq; vices odij redditurum. Ubi cū qdam eas minas egre ferēs id nulli femine facile fore dixiſſet: ſatis habuit moꝛdacem iocum: urbana reſpōſione diſcutere: Et regnauit ingt in Syria Semiramis: magnāq; quōdam Aſie ptem Amazones tenuere. Iam iſta nō inter iocos numero: in qbꝰ nihil colorate agiť ſed palam igerunť obpꝛobꝛia. Dolobella regine pellicem: ſpōſum iterioreꝫ regie lectice uocauit. Bibulus ipſe nō Ceſarem ſꝫ Bithynicam dicit: ⁊ feditati miſcet inuidiam: dicēs ante ſibi regem coꝛdi fuiſſe: nūc regnū. Octauius qdā eger aīo: eoq; lingue moꝛdacioꝛ in publicum ꝓgreſſus: Pōpeium regis noīe ſalutauit: Mox uerſus in Ceſarem: Aue ingt regina. Cicero ipſe queꝫ ad moꝛdaces iocos cogoꝛ reuocare: Cū apte nimis multa de hac re ſcriptis etiam mādaſſet: defendētem quōdam Ceſarem Nicomedis filie cauſā in ſenatu: ac magna regis erga ſe merita recēſentē iterpellauit: Et remoue ingt iſta oro te: qm̄ notum eſt ⁊ qd ille tibi ⁊ qd illi tu dederis. Curio cum ſtabulum Nicomedis: ⁊ Bithynicū foꝛnicem appellaſſet: ſimplici nō cōtētus macula utriuſq; ſexus ignominiam adiecit in oꝛōne quadam: oīum mulierum virum: ⁊ oīum virorum mulierē uocitās. Sed qd hoſtilia miramur: cum a ſuis etiam militibus a qbus nullum impatorū aut ducū eque dilectum cōſtat irriſus ſit: Quo die de Gallis triūphabat: currum de more ꝓſequētes: hoc inter multa cecinerūt. Gallias Ceſar ſubegit: Nicomedeſ Ceſarem. Item illud: Ecce Ceſar nunc triūphat qui ſubegit Gallias: Nicomedes non triumphat qui ſubegit Ceſarem. Illud pꝛeterea urbani: Seruate uxores: mechum caluū adducimus: Aurum in Gallia effudiſti: hic ſumpſiſti mutuū. Hec tamē triūphalis utcūq; pōpe libertas excuſauerit Sed qs nam in illis patiētiam habuiſſet? Circa ſupꝛemum vite tēpus Lucij Bꝛuti qui Targnum expulerat: ſtatue ſubſcriptum fuit: Utinam viueres. Statue Ceſaris hoc mō: Bꝛutus quia regeſ eiecit cōſul pͥmum factus eſt: Hic qꝛ cōſules eiecit: Rex poſtremo factus eſt. Mirum q̄ hō inuicti ſpirituſ ⁊ nullos metuēs: tam ptulerit multa. Q̄ ō non minus ꝓpter admirationem eius attigi: q̄ ꝓpter rerum ſeu vboꝝ grām: ut ſcilicet apperet quanta maieſtas aī uelut ex alto deſpiciētis terrirepas moꝛtalium nugas. Neq; enim facile videbam vn̄ meliuſ exēpla congrerem: qbus moneremur nō confeſtim excādeſcere: ⁊ ad omne vbum acrius in iram rabiemq; ꝓrumpere: Pꝛeſertim memorātes illum. ⁊ ab hoſtibus ⁊ a ſuis grauiſſima tolēraſſe. Cui quidem in utroſq; ꝓmpta facultas ultionis ſi libuiſſet affuit. Sed hec hactenus. F G

¶De dicacitate Aſinij Pollionis contra Ceſarem. Cap. XXXII.

a Uguſtus quoq; cū multa luderet: aliquotiens moꝛdaciora pertulit. In illa triūuirali ꝓſcriptione feſceninos in Aſinium Pollionem ſcripſerat: Ille pꝛo reſpōſo hoc tm̄ reddidit: At ego taceo: non eſt enim facile in eum ſcribere qui poteſt pꝛoſcribere.

¶De dicacitate Curtij. Cap. XXXIII.

c Urtio eqti Romano molli ac ſtomacho ſoꝛ: ad mēſā Ceſaris foꝛte macer turdus inuenerat: Nihil autem impoꝛtunius diuite delicato: mediocria cuncta faſtidit dāte animos gula. Queſiuit Curtius nunqd mittere liceret? Quid ni ingt Ceſar? Nō expectauit ille amplius: ꝓtinuſq; per feneſtram miſit: ꝓpe dignus qui pari ꝓteruia iocādi poſt turdum mitteretur.

¶De dicacitate Licinij liberti Auguſti contra eundem Auguſtum. Cap. XXXIIII.

l Icinius libertꝰ Auguſti: operibꝰ patroni pecuniam largiter in ſubſidium pͥſtare cōſueuerat. Cepto opere: ſcripſit ei certam pecuniam ꝓmittere: Sed id nō explicite: imo litteris numeros repſentātibus: Animaduertit Ceſar aliquantulum ſpatij uacātis: illud pꝛopꝛia manu totidem q̄ ſimilibus additis litteris impleuit: duplicauitq; ſummam tam ſolerter ut nulla ſuſpitio ineſſet: Agnouit libertus ⁊ pꝛomiſſi duplum ſoluit tacuitq;. Dehinc opus aliud aggreſſo ſic allucita Miſſo chirographo in quo ſcriptum erat: Confero tibi domine ad noui operis impenſam quod videbitur: Iocoſam fraudem retemptari:

urbana dicacitate prohibuit.

De duplici dicacitate contra eũdem. Cap.XXXV.

A Iam illa mordaciora sunt. Cenam clãdesti nam magno sumptu studioq; fecerat: qua ipse qdem Apollinis habitu: ceteri cõuiue singulorũ deorũ dearũq; gesta discubuerãt. Eius cene inuidiam infamiamq; cumulauit publica fames atq; inopia que illis diebus urbem inuaserat Itaq; pter aptas inimicorum exprobrationes: & effusos in populum uersus sine auctore famosissimos: cõclamatum esse omne frumẽtũ deos comedisse. Item uere Cesarem eẽ Apollinem sed tortorem: quo qdem cognomine Apollo qdam urbis p te colebaẽ. Nec defuerũt qui famam pncipis ab oĩ parte morderẽt: Culte supellectilis uasorũ Corinthiorum auidior putabaẽ: quin & aliquorũ nomina ob hoc vnum ut uasis eorum potireẽ: in proscriptorum numerum retulisse. Laborabat & altera ifamia: q in alee ludo multum tpis expẽderet. Ex qbus pmum notam secuti tpis egregia cõtinentia discussit ac diluit: secũdam nõ expauit. Ideoq; ab omni pte integerrimus: atq; ut Tranqllus ait: sine suspitione ullius vitij: alce famam usq; ad senectutem sine dissimulatione sustinuit. De pmo qdẽ ita lusum est: ut triũuiratus tpe subscribereẽ ad statuam ipsius: Pater ergo Argẽtarius: ego Corinthiarius. Bis cynicus iocus & mores simul pstrigit & originem: quam qdam ab argẽtarijs deriuatam dicũt: lz alij antiqssimam honoratissimãq; diffiniant. De secũdo aũt bello Siculo mordax epigramma iactatũ est huiusmodi: Postq̃ bis classe vict⁹ naues pdidit: aliqñ ut vincat: ludit assidue alea.

B

Item alie dicacitates contra Uespasianum Augustum. Cap.XXXVI.

A Extant & in Uespasianum mordaces ioci: pcipue cupiditatem in pncipe lacerãtes. Fama erat eũ auarissimos q̃sq; ad amplas pcurationes pmouere: ut publicis dãnis ditatos: plurimis cõdẽnaret: & ad inopiam reduceret: Hic vulgare puerbium: talibus eum pro spõgijs uti solitum: sitiẽtes scilicet implẽdo plenosq; uacuando. Eidem uetus auaritia ad hũc modum exprobrata est: Senex bubulcus in pmordio pncipatus eum adijt: libertatem gratuitam suppliciter petẽs. Negãte Cesare: exclamãs: Uulpes ait pilum mutant sed nõ mores. Sane lz intẽpestiuum hoc loco videaẽ: ne tñ ex his suspitio falsa fortassis aium lectoris occupet: differre nolui: q hãc auaritie notam & Suetonius Tranqllus scriptor fidelissimus: nec nõ & ipsius facta dictaq; pncipis excusant. Siquidem & initio impij: testatus est imẽsa pecunia op⁹ eẽ: ut possit inopia corructẽs respublicas subsistere. Preterea q̃litercũq; quesitis: optime: ut ait idẽ Suetonius: usus est in oẽ genus hoĩum liberalissimus. Sed nihil est iniquis iudicio populari: proli bito crassaẽ inexorabiliterq; diffinit. Nec ṽba: nec facta pfuerũt: quo minus etiam defunctum sequereẽ infamia. Uiuus ex more ueteri sumẽs mortui psonam: factorũq; ac dictorum viuẽtis repñtator: pcõtatus publice dispẽsatores: quãti funeralia cõstarẽt? Ut audiuit cẽtum sextertia cõstare: mordaciter exclamãs ex psona pncipis: Date mihi cẽtũ sextertia meq; uel in tyberim pijcite. Et hoc qdẽ in mores iocatum est: & in oris sui habitum. Quidam urbanus natura dicatior: hortãte Uespasia-

B

no: ut cõtra se aliqd diceret: Faciam inqt cum uentrem exonerare desieris. Nitẽti enim atq; impellẽti simillimam faciem habuisse eum: & scriptores rerum tradũt: & imago vultus sui que vulgo adhuc aureis uel argẽteis ereisq; nũmismatibus insculpta reperitur indicat.

De dicacitate Ambij Crispi contra Domitianum Augustum. Cap.XXXVII.

d Domitiani quoq; principis mores tragico dente digniores iocãtium licẽtia momordit: Certam diei partem deputare solitudini in consuetudinem adduxerat: Illic nihil q̃ muscas aucupari solitus: graphioq; acutissimo trãffigere. Querebaẽ ad ianuaz: ullus ne in thalamo staret cum imperatore? Rñdit Ambius Crispus: Nullus: immo ne musca quidem.

Item alia dicacitas contra Claudium Augustũ. Cap.XXXVIII.

c Claudius Augustus pnceps: inter multa turpis & nefarie demẽtie: libertis ac spadonibus se suaq; oia credidit: eisq; miser paruit: cui Romanum late impiũ parebat: oibus tamen Narcissum & Pallãtem ptulit: Quibus & honores & lucra sine fine cõtulit: rapinasq; q̃s uellẽt pmisit exercere: eousq; donec illis solis locupletibus uẽditis oibus: erarium insup impos esset. De cuius interdum paupertate cõquerẽti Claudio: sic libani mordacitate rñsum est: Abũdare incipies: si a duobus libertis tuis admissus in societatẽ fueris.

De dicacitate contra Neronem. Cap.XXXIX.

i Iam ṽo q̃ mordacibus ṽbis potit⁹ est Nero: Tãctũ nulla mordacitas infandi pudẽdiq; pncipis meritum possit adeq̃re: Puerum quẽdam Sporũ noie cuius infami amore deperibat: dẽpta virilitate in sexum femineum transformare nisus: obluctãte natura: eoq; dementie raptus erat: ut nõ sine dote & ornatu exqsitissimo: q̃lis cõiugibus Cesaris eẽ psueuerat: magnifico apparatu nuptiarum in domum suam publice euocatum: haberet legitime uxoris loco. In quo pingio ita iocatus est qdam: Bñ agi poterat cum reb⁹ humanis: si Domitius pater talem habuisset uxorem q̃ pprie damnosam mundo Neronis originem denotauit?

De dicacitate Lucij Crassi contra Gaium Domitium. Cap.XL.

h Uius imperatoris attauus: Gaius Domiti⁹ Enobarbuz: homo durus seditiosusq; & arrogãs fuit. In cuius mores ita lusisse traditur Lucius Crassus orator: Quid mirũ si eneam barbam Domitius habet: cum & os ferreum & plũbeum cor habeat? Sed iam satis domi lusum est.

Alia dicacitas cuiusdam philosophi cõtra quẽdaz libertum superbum. Cap.XLI.

l Ibertus regius repẽtinis opibus inflatus philosophos aliquos ad cenam inuitauerat: Qui cum de rebus uarijs ex more dissererẽt: & questiones eorum nõ intelligẽti pridicule viderenẽ: alludẽs libertus: Immo agite inquit: o cõuiue: dicite mihi quid cause est q ex albis nigrisq; fabis non nisi vnius coloris efficitur pulmentum? Tangit & modestos animos indignitas Igitur arridens vnus ex philosophis: non passus has ineptias: Quin tu nobis edissere: cur de albis & de nigris flagris vniformes macule resultant:

Satis mordaciter preterite seruitutis elatum presentibus admonuit.

¶ Alia dicacitas regis philippi macedonū. C. XLII

Philippus rex Macedonū: is cum quo Romani primum bellum Macedonicum gessere: iocosior etiam inter seria fuisse tradit q̄ deceret regem. Is cū ad Tarquini Quinti Flaminij multorumq̄ grecie principum colloquium uenisset: ⁊ disceptatio de altissimis rebus eēt: ubi suus regniq̄ sui status uertebatur: dicente Etolorum ꝑtore phana: qd multis uerbis opus est: inter nos bellum iudicabit. Istud qdem (inqt rex) etiā cecus videt: cauillatus in loquētis lippitudinem.

¶ Alia dicacitas contra regem Antigonū monoculum. Cap. XLIII.

Nec minus mordacior: at alioquin stultior Theocritus nō Syracusius sed Chius: qui cum ad infensum sibi regem Antigonū altero oculo captum traherer: spem ꝑbentibus suis fore ut cum ad oculos regis peruenisset misericordiam inueniret: Rn̄dit: Impossibilis igit est ista conditio: Actum est perij. Ceterum hec itēpestiua mordacitas: ⁊ Theocrito mortis: ⁊ Antigono homicidij simul ⁊ periurij causa fuit. Jurauerat sibi enī parcere: sed asperitate motus nō pepcit.

¶ Alia dicacitas Hānibalis contra Antiochum Syrie regem. Cap. XLIIII.

Vlgatissimus est Hānibalis iocus: qui cū vir tādē bello victus a Romanis: ad Antiochum Syrie regem ꝯfugisset: Et ille bellum moturus populo Romano: inumerabiles eqtes elephātorūq̄ turritorū ⁊ falcatoꝝ curruū copias cāpis explicaret: noscēdarum virium grā: exercitūq̄ auro ⁊ purpura atq̄ exqsitis cultib⁹ onustum intuēs: Hannibalem quem lateri hēbat interrogasset: Satis ne putaret illa omnia Romanis esse? Respondit mordaciter irridēs: ut qui exercitum illum ducēq̄ nec minus Romanos nosset: Optime ⁊ satis iquit eē puto Romanis hec: q̄uis auarissimi sint. Acris urbanitas si diligenter attēdit: q̄tum iter querētis ⁊ respōdētis animū intersit. Sed aliquantisper ab exēplis ueteribus abeundum est.

¶ De Dicacitate Dini ꝯtra quendam ipsum illudentem. Cap. XLV.

Dinus idem cuius supra memini: cuī q̄dā mulier nobili ab adolescētia stupri ꝯsuetudinē habuerat: cui⁹ vir uel ꝯiectura rei ul' notitia ifestus illi erat: sed nil nisi v̄botenus audebat: Itaq̄ sub specie iocādi multa iterdum aspera iactare: Die quodā icomitatus Dinus in magna populi frequentia humili uehebat̃ equo. Alter ut pudorem incuteret riuali: arrepta equi coma: ⁊ illius paruitatem ⁊ isedētis proceritatem irridere putās: Nūc ambulare (inquit) doces: sed ubi queso ꝑmum hāc artem didicisti? At ille equo calcaribus adacto: Domi tue inquit. Sic destinatum sibi ruborem in interrogantis faciem refudit.

¶ Alia dicacitas Dantis contra Canem Ueronensem. Cap. XLVI.

Dantes Allegerius: ⁊ ipse ꝯciuis nuper meus: vir vulgari elogo clarissimus fuit: Sꝫ moribus parum per ꝯtumaciam ⁊ oratione liberior q̄ delicatis ac studiosis etatis nostre ꝑncipum auribus atq̄ oculis acceptum foret. Is igit̃ exul patria: cum apud Canem magnum: commune tūc afflictoꝝ solamē ac ꝓfugiū uersaret̃: primo qdem in honore habitus deide pedetētim retrocedere ceperat minusq̄ in dies dn̄o placere. Erant in eodem cōuictu histriones ac nebulones omnis generis: ut mos est: quoꝝ vnus ꝓcacissim⁹: obscenis uerbis ac gestib⁹ multum apud omnes loci ac gratie tenebat. Qd̄ moleste ferre Dantem suspicatus Canis: ꝓducto illo in medium: ⁊ magnis laudibus cōcelebrato: uersus in Dātem: Miror ingt qd cause subsit: cur hic cum sit demēs: nobis tn̄ omnibus placere nouit: ⁊ ob omnibus diligit̃: qd̄ tu qui sapiēs diceris nō potes? Ille autem mime ingt mirareris si nosses: qd̄ morum paritas ⁊ silr̄itudo aioꝝ amicitie causa est. Idem cum iter cōuiuas nobiles discūberet: ⁊ cōuiuij dn̄s iā vino hilarior ⁊ cibo grauis ubertim sudaret: vicissimq̄ loqueret̃ friuola multa ⁊ falsa ⁊ inania: nec finē faceret: aliquādiu indignās tacitus audiuit. Cūctis tādem silētio attonitis: gl'iabūdus ip̄e qui loquebat̃: ⁊ q̄si facūdie laudem oium testimonio cōsecutus: humētibus palmis Dātem arripit: Et quid ingt: Sentis ne ꝙ qui uerum dicit nō laborat? Et ille: Mirabar (ait) vnde hic sudor tāt⁹ tibi.

¶ Alia dicacitas Petri Naui contra Hugutionem. Cap. XLVII.

Hugutio etate nr̄a multis actus fortune tēpestatibus: ad aulam tādē memorati Canis magni Ueronēsis: uelut in portum aliquem fessus senex appulit: ubi magnifice exceptus qd̄ in illa domo ꝑcipuum erat: nō hospitis sed parētis locum tenuit. Orta aūt (ut fit) sup mensas ſemel edēdi mētione: cum multi magni comestores referrent̃ ab alijs: expectatus Hugutio ipse qui inter maximos habebat̃: ut de se aliqd loqueret̃: Cepissetq̄ vir immēsi corporis de esu suo in etate iuuenili quedam incredibilia narrare. Petrus Nauus qui in eadem Canis aula sapiētia celebris sed mordax habebat̃: rn̄disse tradit: Minime qdem miror hec que dicis: cum maiora sileas que tn̄ scim⁹ Pisas ⁊ Lucam vno prādio comedisti. Pūgentis ioci cuspidem trāsfixisse senis aium reor. Cōstās est enim opinio: potuisse die illo quo de dictarum ciuitatum dn̄io pulsus erat: vulgi tumultu cōprimi: si e conuiuio surrexisset.

¶ De facetijs paupum ⁊ ingeniosis remedijs in necessitatibus adinuētis in generali. Cap. XLVIII.

Habet ⁊ paupertas ingenium suum: habet ⁊ cogitationes alias: Nec nūc ulla cōmemoro que vniuersis urbibus cāpisq̄ ⁊ littorib⁹ nota sunt: quot curas quātosq̄ labores pro mortali felicitate solliciti: domi militieq̄: terra pelagoq̄ suscipimus: q̄ cupide q̄q̄ ꝑiculorum omnium oblitus: Impiger extremos currit mercator ad indos: Per mare paupiē fugiēs per saxa per ignes Sed illa dūtaxat que in remedium suiipsius ociosa paupertas excogitat: qualia sunt hec in Saturnalium libris precedētibus intermixta: que quoniam facetiarum non expertia sunt: relatu non indigna iudicaui.

¶ De ingenio pauperis erga Cesarem Augustum salutandum per coruos sic edoctos. Cap. XLIX.

Pendente inter Augustum Cesarē ⁊ Marcum Antoniū fortuna: cuius belli neq̄ mediocres casus erāt: neq̄ vulgaria premia

victorie:ingēsq; apud oēs gentes finis expectatio: Paup qdam Rome in cūctos sibi ꝓuidēs euēt⁹:i genium tale cōmētus est:omni diligētia duos cor uos enutriuit:effecitq;(tantum in omni re studiu; ualet)ut dicacibus v̄bis:alter Augustu;:alter An toniu; salutaret. Idem Augusto tādem victore in pr̄iam reuertēti:salutatorem suum manu ꝑferens occurrit:qui iter crocitādū hec v̄ba fundebat:Aue Cesar victor impator:Delectat⁹ Augustus vigin ti milia nūmoꝝ loq̄cem uolucre; compauit. Argu ta qdem:sed diu precōcepta subtilitas.

Item de eodem. Cap.L.

At huius socius ex tpe cōsilium cepit. Socio eni; ditato inuidēs(neq; latius apd ul lum genus hoium regnat inuidia)Cesarem adijt:obtinuitq; ut coruum alteru; afferri iuberet. Iussus illum attulit qui hostem salutare didicerat his v̄bis:Aue victor impator Antoni: Non ampli us motus est Cesar:q̄; ut ꝑoris auis precium:pre ciperet cum delatore partiri.

De eodem. Cap.LI.

Per ide; tēpus inuētus est qui picam ad sa lutationem similem:inuētus ⁊ qui psitacū erudiret. Et hunc ⁊ illam emi placuit.

Item de eodem. Cap.LII.

Ut vicinoꝝ successibus admonit⁹ iops su tor:⁊ ipse corui ingenium agē instituit:qđ cum frustra diutius tētasset:tedio affectus crebroq; mutam auem icrepitās aiebat:Opa ⁊ im pēsa perijt. Uir tāde; coruus ⁊ hoc ⁊ salutationē que iubebat̄ exp̄ssit:⁊ in publico positus ꝑtereūtē Cesarem salutauit. Qđ ille audiēs:Satis inqt sa lutatoꝝ talium domi hēo. Procedēs in uociferati one solita coru⁹ ait:Opa ⁊ impēsa perijt. Effusus in risum Cesar:maiori q̄; ceteras precio redemit.

De ingenio cuiusdam homūculi greci erga Augu stum quomō sue cōsuluit pauptati. Cap.LIII.

Ad Augusti famam:nō ex Italia tm̄:sed ex grecia atq; orbe toto ꝯcursus fiebat lr̄atoꝝ hoium. Uenit iter multos Greculus poeta paup:qui nihil ꝑter musas ⁊ calamu; hēret:Is in ꝯsuetudinem adduxerat p̄ncipem a palatio descē dētem ꝑoccupare oblato carmine aliquo ipsi⁹ grāz cōtinēte. Qđ cum nō intelligēte uel dissimulante eo ne qcq̄; sepius expt⁹ foret nec adhuc cessaturus uideret̄:scripsit Augustus manu ꝓpria breue car mē grecum:qđ illi ad se de more ꝓꝑerāti premisit: carmine carmē pēsaturus. Ille cum ueneratiōe su sceptum:cū admiratione plegit. Postq̄; satis ⁊ ge stu ⁊ v̄bis dictātis igenium collaudasse visus est: accedēs ꝓpius ex macri crumena paucos excussit nūmulos porrexitq; p̄ncipi munusculum greco ser mone ꝓsecut⁹. Cuius hec fuit snīa:Nō ꝑm factum tuum Auguste:si plus hērem plus darem:Cūctis qui aderāt in letitiam v̄sis. Ex illius actu qd agen dum sibi foret admonitus Cesar:accersito dispēsa tore diserti homūculi cōsuluit pauptati.

De duab⁹ vijs qbus religiosi multi habuerunt ma gnas diuitias a domino Joanne papa vicesimose cundo. Cap.LIIII.

Veruȝ ut appareat quemq̄ȝ facilius alijs cōsulere q̄ȝ sibi: Idem ille Quintus Cicero: Marco Ciceroni fratri consiliū dedit: qđ si seruasset:potuisset forsan in lectulo suo mori:potuisset integro cadauere sepeliri. Consilium fuit:ut libratis equalium suorum virorum illustrium miserandis casibus:periculisq̄ȝ suis circumspectis se se a contentionibus ⁊ nihil profuturis reipublice: sibi autem nouissime nocituris dimicationibus abstineret. Prouidentissime quidem: Quid enim stultius q̄ȝ desperantem: presertim de effectu litibus perpetuis implicari? Itaq̄ȝ Tullius ipse huius fraterni consilij quodam loco meminit:uerum ꝙ ⁊ sapiens fatetur: At q̄ȝ id sapienter obseruauerit notum est. Sed fatalis eum forte necessitas urgebat: Cui obsistere nescio an impossibile sed profecto difficillimum. Et hic mihi qui sequitur in memoriam redit.

¶ Qualiter Seneca sapienti consilio usus:ut mortem vitaret cessit bonis:quam tamen vitare nō potuit. Cap̄.XIIII.

Anneus Seneca: de exilio quod in insula Corsice dulci ocio summaq̄ȝ cum trāquillitate ac studiorum libertate transegerat:reuersus. Quem reditum in quadam Tragedia grauiter ac magnifice deplorat. Neronis impietatem crescentem indies singulos ⁊ circumfusam aulicorum inuidiam perhorrescens:sepe cōmeatuȝ petijt: Ac ueritus ne diuitiarum suarum uelut vndis quibusdam teneretur: bonis suis omnibus cessit. Sapienti nempe consilio: Nam ⁊ prudentis naute est thesauros in tempestate ut uel nudus enatet ⁊ ab hoste mortem metuentis equanimiter membrum quo vincitur amittere ut uel truncus effugiat. Nemo itaq̄ȝ Senecam arguat:quasi nolēs illi officine scelerum adheserit: Omnia temptauit ut preuisum discrimen euaderet:sed inuicta necessitas huic quoq̄ȝ p̄stitit in limine:nec abscedere passa est donec inhumanus ⁊ periurus princeps qui ei crebro iurauerat moriturum se potius q̄ȝ illi nociturum:extremam preceptoris sui senectutem:nō quidem immatura sed impia ⁊ indigna morte preuerteret.

¶ De sapienti consilio Varronis:in expēdendo pro aliquo bono saltem duodecimam partem temporis eius quod qs expēdit in suo p̄prio. Cap̄.XV.

Sed ubi Uarronem linquimus? Is quidez ait: Si quantum opere sumpsisti: ut tuus pistor bonum faceret panem: eis duodecimam philosophie dedisses: ipse bonus iam pridez esses factus. De pane loquitur: ꝙ is cibus quotidianus est homini: Idem fere de rebus omnibus dici potest. Si eius cure quam in diuitijs posuisti: partem duodecimam in bonis artibus posuisses: iam pridem ueris diuitijs abundares. Si eius tēporis quod amico obsequens perdidisti duodecimam partem obsequijs dei dedicasses: iam pridē amicissimus illi fores. Si eius opere quam circa bonam ualitudinem ac formam corporis consumpsisti duodecimam partem circa cultum animi cō sumpsisses: iam pridem tibi ꝛ pulchritudo ꝛ sanitas contigisset: quas nec morb⁹ nec ferruz eriperet. Nunc igitur quantus furor mortaliuz: qui preciosissima negligētes: in rebus vilissimis ac fugacissimis occupantur.

¶ De sapienti doctrina Fauorini: ꝛ aliorum pluriuz sapientum: contra dictum diuinatorum ꝛ eorū falsa uaticinia. Cap. XVI.

Fauorini philosophi ingenio agili atqꝫ eloquentia iucunda: dictuz vnū quod in vita hominum frequens ꝛ quotidianū est. Solebat Fauorin⁹ dicere: Peius de fama nostra mereri lentos ac steriles laudatores ꝙ̄ acerrimos detractores. Huius fore rationē: ꝙ detractores quāto id ardentius agerent: tanto maiori odio accensos appareret: tantoqꝫ minus fidei apud animos reperirent audientium: At exiliter laudantes amicitie speciem preferrent: qꝺ nisi diligerent non laudarent: ceterum nihil aut modicum in nobis laude dignum inuenire crederentur. Idez diuinos ꝛ futurorum notitiā promittentes copiosissime refellebat: nullam eis habendam omnino fidem docens. Et si enim aliqua interdum oscitātes uera iactarēt casu id non ratione contingere: Uti eos lubricis ꝛ fallacibus cōiecturis: ac uelut per tenebras suspēso gradu pretentaqꝫ manu palpitantes: nonnunꝙ̄ in ipsam ueritatez ignoranter incurrere: ne quicꝙ̄ per eadem uestigia si iubeas reuersuros: ut quib⁹ nihil comperti foret ꝛ nulla arte ducerentur: Sepe preteritarum auditu rerum abuti in consulētiū uanitate ꝛ credulitate dementium: multaqꝫ de circūstantibus percunctando ad ipsa que silētur quadam uersuta ratiocinatione penetrare: Ideoqꝫ sepius videri preteritorum ꝙ̄ futurorū uates: Sed ob hoc ipsum apud animos noscendi desiderio flagrantes secuturi temporis fidez promereri. Ita tñ uel fortuite uel callide uaticinantes consequi non posse: ut cum omnia mentiantur respōsorum pars millesima uera fit. Stultum ergo dicebat Fauorinus inter tot mendacia tam uariam tamqꝫ ancipitem ueritatem aucupari. Addebat his esse optimū nihil de futuris inquirere: Et chaldeos totūqꝫ id genus hominum contemnere: Nihil enim ab his audire posse nisi graue ꝛ molestum. Quoniā aut uera respondebunt aiebat (qꝺ rarissime solent) ꝛ quidem mala: Aut falsa. Si uera: miseriaz ante tēpus afferent ꝛ superuacuam sollicitudinem. Posita illic ueritate: adest necessitas: Ista pscisse nihil nisi dolorem afferet. Libet hoc loco subsistere: ꝛ quod communis rerum natura non patitur tēptare: An minori maior siue offensione possit interseri: hoc est Fauorino Marcus Tullius: cuius hec sunt: ut omittamus superiores: Marco Crasso putas utile fuisse: tuz cuz maximis opibus fortunisqꝫ florebat: scire sibi iterfecto filio Publio exercituqꝫ deleto trans euphratem cuz ignominia ꝛ dedecore esse pereundum? An tu Pompeium censes tribus suis consulatibus: tribus triumphis maximarum rerum gloria letaturum fuisse: si sciret se in solitudine Egyptiorum trucidandum iri amisso exercitu: post mortez ꝟo ea cōsecutura que sine lachrymis non possumus dicere? Quid ꝟo Cesarez putamus si diuinasset ut in eo senatu quem ex maiori parte ipse cooptasset in curia Pompeiana: ante ipsius Pompeij simulachrum tot centurionibus spectantibus ꝛ nobilissimis ciuibus: partim etiam a se omnibus rebus ordinatis: trucidatus ita iaceret: ut ad eius corpus: non modo amicorum sed ne seruorum quidem quisꝙ̄ accederet? Quo cruciatu eum vitam acturum fuisse: certe ignorantia futurorum maloruz utilior est ꝙ̄ scientia. Et idcirco possem ego ꝛ antiquos ꝛ fortunatissimos etatis nostre viros in huius sententie testimonium uocare: sed nec necesse est: nec locus hic longiorem digressionem recipit: ꝛ attigisse videtur ille clarissima. Sin autem bona pronunciant: duplex incommoditas: expectationis tedium: ꝛ precogniti gaudij extenuatio: qꝺ repentinum cumulatius ac gratius obuenisset. Aut falsa dicent: qꝺ quotidianum apud eos est. Et si erunt infelicia: angoribus falso ꝙ̄ metu: si felicia inani spe ꝛ gaudio tristitiaqꝫ te ubi delusum senties: torqueberis. In omnem igitur euentum hos nugatores sycophantas contenēdos fore. Ad hanc fere sententiam: ut pretercam Dicearchum: qui expedire nobis omnino futura nescire magno uolumine conclusit: breue: ꝛ ut ita dixerim: manuale Fauorini consilium extat: Meo quidem iudicio salutiferum ac summopere seruandum. Et cuius ipse mihi cōsiliū sim conscius a me semꝑ obseruatū: ante etiā ꝙ̄ ul' Fauorini uel Dicearchi nomen audiuissem. Meminerā quippe poetici illius: Quid crastina uoluerit hora scire nefas homini. Sꝫ multo maxime natura ipsa me in hāc sententiam ducebat: hisipsis rationū vinculis: que post philosophica esse didici. Accedunt ꝛ antiquorum testimonia multa: E quibus duo in Noctibus Atticis scripta sunt poetarū in illa prima etate preillustrium. Pantinius enim ait: Nam si que uentura sunt preuident: equiparentur Ioui. Rursum qꝺ in illis Noctibus non habetur: Pacuuius idē ait: Istis qui linguam auium intelligunt: plusqꝫ ex alieno iecore sapiunt ꝙ̄ ex suo: magis audiendum ꝙ̄ auscultandum censeo. Actius ꝟo: Nihil inquit credo auguribus qui aures uerbis ditant alienas. Tertium his Ennium addiderim: qui uetusta illa ꝛ uenerabili facundia hos ipsos elegāter irridet: Ut uerbis etiā eius utar: qui sui questus cā fictas suscitant sentētias: Nō enim sunt hi aut scia aut arte diuini: sed superstitiosi uates impudentesqꝫ harioli inertes aut insani aut quibus egestas imperat: qui semitam sibi non sapiunt alijs monstrāt viam: quibus diuitias pollicentur ab his drachmaz ipsi petant: de his diuitijs sibi deducant drachmā ceteram. Hec Ennius. His ꝛ quartum aggregauerim Physicum Democritum: hominē spectate auctoritatis. Is ergo aduersus diuinationem iocās:

Qō est inquit ante pedes nemo spectat: celi scrutā tur plagas. Quintus ecce superuenit pmissis omnibus fide dignior Cato: qui mirari se ait: ꝙ nō ridet haruspex haruspicem cum videt: Qō eo spectat: quia tot ineptijs credulos homunculos illudunt: ut occursus memoriam ⁊ risuꝫ ex mutua cō scientia mouere debeat. Infinita sunt doctorū hominum in hanc sententiam. Nec raptim ad retrahendū ab his ineptijs adolescentes dixerim: q̄ꝙ deliros similiter senes ineptos videam: qui cum mirari potius deberent quomodo tandiu mēbris trementibus vixerunt: consulunt qualiter victuri sint: de morte autem nihil interrogāt: quasi illa qꝫ tātū eos distulit oblita sit. Ceterum de tota hac re ad utrāqꝫ partem conquisitis argumentis ⁊ psuasionibus uarijs: libri duo extant Marci Tullij accuratissime compositi: qui inscribuntur de Diuinatione. Illi quidem cui hec breuiora non sufficient adeundi sunt.

¶ Qꝫ sapientes nunq̄ꝫ debeant intendere in uerborū auctoritate ꝑm Domitium. Cap̄.XVII.

Sed mihi mentio Fauorini: Domitium urbis Rome clarissimum grāmaticum in animum adducit: Cuius responsio licet paulo q̄ꝫ virum modestum deceat concitatior facta sit: sapientie tamen plenam continet sententiam. Interrogatus enim ab illorum aliquo de peregrinorum quorūdam proprietate: animo simul ⁊ fronte permotus: Nulla inquit prorsus bone salutis spes reliqua est: cum uos philosophorum illustrissimi nihil iam aliud q̄ꝫ uerba auctoritatesqꝫ uerborū cordi habetis. Pauca preterea turbata uoce in hanc sententiam questus ita conclusit: Utinam muti omnes homines essemus: minus improbitas instrumenti haberet. Quid nunc diceres Domiti: quando philosophia posthabita ⁊ neglecta: garrulitatem pro virtute sectātes: omnes se certatim ad dialecticam transtulerunt: nec pudet in puerilibus senescere sapientie studium professos.

¶ Qꝫ sapientia ꝑm Affraniuꝫ est filia memorie: ⁊ efficacius habetur ex rerum experientia q̄ꝫ ex libris. Cap̄.XVIII.

Detur ⁊ poetis locus. Affranij circa hāc ipsam de qua iam diu loquimur sapientiam celebris ac vulgata sententia est Usus: eaꝫ ac memorie filiam opinantis: Quo intelligi vult: sapientiam non in libris tm̄ ac disciplinis moralibus consistere: sed in experientia rerum omnium magistra: accedente fideli eorum que quis viderit memoria: Hinc sibi enim ⁊ alijs certius queqꝫ cō sulere argumento rerum: in quibus sepe periclitatus sit: q̄ꝫ uerborum: in quibus alienis ingenijs lusum est. Altius quidem in animos descendere semel visa q̄ꝫ septies audita compertum est. Ipsius Affranij uerba in togata cui Sellie est nomen: in Atticarum noctium libris posita: huc trāsferre propter eorum uetustam elegantiam videtur. Sūt auteꝫ huiusmodi: Usus me genuit: mater peperit memoria. Sophiam me uocant Graij: uos sapiētiaꝫ.

¶ De sapienti dicto Pacuuij loquentis de his qui habent sapientiam in ore ⁊ in uerbis: ⁊ non in factis. Cap̄.XIX.

Nec Pacuuium excludam: cuius dictū vnū scribi debere pro foribus templorum omnium: in eisdem libris scriptum est: Ego in quit odi homines quorum ignaua opera: ⁊ philosophica sententia: Nihil indigniuſ neqꝫ intolerabilius fieri potest: q̄ꝫ ꝙ homines ignaui ac desides: operti barba ⁊ pallio: mores ⁊ emolimenta philosophie in lingue uerborūqꝫ artes conuertant: ⁊ vitia facundissime accusent: ipsi vitijs madentes.

¶ De quadā poetica fictione Aristophanis: per quā status humane vite monstratur illusio ex falsis ⁊ breuibus gaudijs suis. Cap̄.XX.

Inter exempla sapientie: cernens Aristophanem: temperare mihi nequeo: quo minus vnuꝫ quoqꝫ de tam multis nostri poete figmētis ⁊ illustribus dictis annumerē. In illa etenim horrenda nocte Troiani excidij: per quam non inepte quideꝫ intelligitur humane vite status falsis quideꝫ ac breuibus gaudijs illusus ⁊ uelut somno felix: mox ut expergisci ceperis: tenebris atqꝫ horrore obsitus: iter innumerabiles miserias ac labores ⁊ pericula urgere cuꝫ lachrymis ad ineluctabilem interitū. In illa inqꝫ nocte Eneam ipsum suum per hostes ac flammas errantem fecit: Sꝫ donec lateri genitrix Uenus affixa est caligātibus oculis securū. At ubi primum illa digredit: purgatis luminibus viri fortis: iratas facies deorum apparuisse: subiūgit. Qua in re more poetico magne sapiētie recōdit arcanū: Quin ⁊ expimēto cōpertū ⁊ magnorum hominum auctoritate testatum est: ab aspectu diuinitatis nihil magis abstrahere q̄ꝫ usus ueneris: quo amoto ⁊ simul visus discussa caligine incipit quidem deus apparere sed iratus. Ita tm̄ ut euadendi non abripiat facultatē.

¶ De sapientia uoluptatis: que potius dementia est: optata hostibus populi Romani. Cap̄.XXI.

Ut auteꝫ retrogrado ferar stilo: Fabricius ad Pyrrhum legatus a senatu: dum morā trahit apud regē: audiuit a Cynea qui uersa vice a rege legatuſ ad senatū uenit Athenis esse quēdam qui sapiens haberetur: disputare solitum ac diffinire: Omnia que agimus in vita: ad uoluptatem referri: illam finem esse ac premium actionum laborūqꝫ omnium. Eo autem audito: vir tēperatissimus obstupuit. Qō cum domi narraret: Titum Coruncancum ⁊ Marcū Curiū sic optasse ferunt: Dent dij talem sapientiaꝫ hostibus populi Romani. Sapientiſ sui ludo dicta illiſ imprecati. Profecto enim qui uoluptati rerū suaruꝫ terminū constituit: nihil gloriosi aut magnifici operis: illa semper animum retorquente suscipiet.

¶ De sapienti optatu cuiusdam hostis Romani Imperij: ut donis corrumpi posset: quo citius perire posset ipsum imperium. Cap̄.XXII.

Atqꝫ ut parumper in italia subsistamus: nō absimiles. C. Pontij Sannituꝫ imperatoris preces: Utinam inquit ad id tēpus me fata reseruassent quo Romani dona accipere cepiſsent: Non essem passus eos diutius regnare. Sapienter id quidem hostis optabat: videbat eni imperium donis corruptibile: diuturnum esse non posse.

¶De ſapienti demonſtratione periculoſi ſtatus Tyrannici: facta a Dionyſio Syracuſano Tyranno Damoni. Cap̄.XXIII.

d Jonyſius maioꝛ: qui Syracuſas Sicilie nobiliſſimam quondam ac florentiſſimam ciuitatem graui ſeruitio calcauit: tam delitijs q̄ꝫ feritate notiſſimus: cunctis uarie blandientibus: ſolus de ſe uerum teſtimonium dedit. Cum enim Damon quidam foꝛtunarum eius pꝛecipuuſ miratoꝛ: ſtatum illius celotenus attollens: euꝫ omnium moꝛtalium longe feliciſſimuꝫ p̄dicaret. Uiſne iquit igitur felicitatis mee particulam degustare? Jmmo vo inquit ille: nihil magis opto. Tum Dionyſius imperauit Damonem in conuiuium p̄duci: ⁊ in loco oꝛnatiſſimo diſcumbere: oſtro ⁊ ſyndone circumamictum: parietes ſerico: floribus ſolum omne ſubſtratum: Electiſſimarum dapium ingens copia ⁊ ſuauis Bacchi diſcoloꝛ uarietas in gemmis tranſlucentibus ⁊ in uaſiſ aureis artificio vincente materiam alternatim apponebantur conuiue attonito ⁊ gaudenti. Aderant omnis generis odores ⁊ gule irritamenta extremo pꝛocul oriente tranſmiſſa. Miniſtrabant tenerrime etatis ⁊ foꝛme uarioris adoleſcentuli: nutuꝫ edentis obſeruantes attentius ⁊ alacrius obſequentes. Coronatus Damon purpureum lectuꝫ molli p̄mebat accubitu. Jam felix: iam ſibi ſapiēs videbat̄ ⁊ tyrannice felicitatis uerum ſibi iudiciū arrogabat. Hec inter ex laqueari inaurata trabe ſupꝛa caput diſcūbentis coruſcus mucro demittit̄: equine caude ſetula tremente ſuſpenſus: iam caſurus ⁊ ſimilis iā cadenti. Jlle autem ſubito hoꝛrore p̄cuſſus expalluit: Herere cibus faucibus: non apparatum: non miniſtros: non epulas circūſpectare: deniqꝫ nuſq̄ꝫ oculos ab acie ferri minantis auertere. Orauit tādem ut abire permitteretur: nolle ſe diutius eſſe felicem. Atqui ingt Dionyſius: talis die noctuqꝫ vita mea eſt qualem tu momento temporis pꝛotuliſti: Hec eſt illa felicitas quam inexpertus tantopere mirabaris: Sic caſtigatum hominem dimiſit. Hactenus hec a multis rerum ſcriptoribus tradita: ſentētijs alienis: noſtro ſermone retulimus: hoc addentes hiſtorie: nequaq̄ꝫ potuiſſe tale aliquid niſi ab homine acuto ⁊ pꝛopꝛium atqꝫ omnium tyrānorum ſtatum altius intelligente confingi. Et actū quidem magne ſapientie nullus negauerit. Quod idcirco minus miroꝛ: quia hunc ipſum Dionyſium fuiſſe acrem ⁊ in victu temperantem: atqꝫ in gerēdis rebus induſtrium: teſtis eſt Cicero: tam ſceleſti tam peruerſiqꝫ pꝛopoſiti tantiſqꝫ ciuium ſuoruꝫ circūuentum odijs pꝛopter exacti temporis flagitia: ut ⁊ ſi vitam tyrānicam dediſcere uellet (O miſera peccantium conditio) ſine capitis ſui periculo non liceret. Hinc iam ſeruato regionum ſitu: ſicut ex Jtalia in Siciliam: ſic e Sicilia in Africam nauigemus.

¶De ſapienti dicto Jugurthe contra coꝛruptam uenalitatem ſenatorum urbis. Cap̄.XXIIII.

a T quoniam ſenſim ad extrema delapſi ſumus: quod uelut longinquo potius cernebat non multo poſt tempore genitus alter hoſtis ante oculos habebat: tam cito romani mores euerſi ſunt ſimul cum victorijs regum ac gentium irrumpente urbem auaritia: De Jugurtha loquoꝛ Numidarum rege: qui coꝛrupta muneribus ſenatus parte atqꝫ auro victis belli ducibus: ſepe uotorum iniquiſſimorum compos: Cum tandem pecunie ⁊ artibus ſuis fidens Romaꝫ ſub fide publica ueniſſet: atqꝫ inde pꝛeter ſpem uerecūdia vincēte cupidinē iuſſus ſecederet: poꝛtas urbis egreſſus crebꝛoqꝫ tacitus ſubſiſtens ⁊ in tergum v̄ſus: in finem traditur dixiſſe: O urbem uenalem ⁊ mature perituram ſi emptorem inuenerit. Quod uerbum q̄ꝫuis ab hoſte pꝛolatum: dictu mirum eſt q̄ꝫ late vulgatum ſit ad infamiam romanorum. Ceterum ex eodem ſapientie fonte pꝛodierunt ⁊ ſup̄ioris uotum ⁊ huiuſmodi expꝛobꝛatio.

¶Aliud dictum ad pꝛopoſitum pꝛecedentis: Philippi Regis Macedonum in epiſtola ad Alexandrum. Cap̄.XXV.

i Am vo qui cum Jugurtha inter templa regum uenimus: Philippus occurrit Macedonie rex: Cuius ad Alexandrum filiū ſubiectorum beniuolentiam muneribus aucupantem extat epiſtola huius ſententie: Quis tibi erroꝛ ſuggerit fili: eos te fideles habiturum quos pecunia paraueris amicos? Sapienter ac regie. Pecunie ſiquidem mercennariorum atqꝫ ſeruorum opera: amore atqꝫ humanitate ingenuorum amoꝛ ⁊ fides queritur.

¶Qualiter Olympias mater Alexandri ſapiēter caſtigauit filiuꝫ dulci admonitione quia ſe dicebat filium Jouis. Cap̄.XXVI.

b Uius lateri cōiunx hereat Olympias: que ab Alexandro filio litteris receptis: in quibus ſe Jouis Ammonis ⁊ Olympiadis regine filium inſcribebat. Reſcripſit uentoſam nati caſtigans inſolentiam his uerbis. Amabo inquit fili mi quieſcas: ne deferas me neqꝫ crimineris aduerſus Junonem. Malum mihi pꝛoꝛſus illa dabit magnum: cum me litteris tuis pellicem eſſe illi confiteris. Laudata mulieris ſapientia: adulatorū flatibus ⁊ falſis opinionibus imbutum filium: non aſpere ne notam ferociaꝫ irritaret: ſed lepide ac ſalubꝛiter admonentis.

¶De ſapiēti coꝛreptione Alexādri ſuiipſiuſ a uanitate: ex occaſione Olympiadis m̄ris ſue. C.XXVII.

s Jc ⁊ ipſe filius reſipiſcens aliquando ſapientius loquitur. Dum enim Jndiam bello pꝛemit: ⁊ muros ciuitatis quam obſidione cinxerat incautius obequitat: ſagitta crus traiect⁹ non dimiſit inceptum ſed intempeſtiuo dolorem labore auxit: Uerum poſtq̄ꝫ refrigeſcens ſanguis ⁊ ſubareſcens vulnus patientiam vicerunt: exclamauit: Omnes me filium Jouis dicunt: ſed doloꝛ hic hominem me eſſe teſtatur. Conſcientiam p̄pꝛiam excutere: ⁊ illi potius q̄ꝫ blandientium ſermūculis fidem dare ac ſtultitiam dediſcere: uel ſero p̄ximus ad ſapientiam gradus eſt.

¶De ſapienti doctrina regis Cyri de p̄petuitate aīe ⁊ imoꝛtalitate mentis humane. Cap̄.XXVIII.

n Ec extoꝛquebit aut bꝛeuitatis ſtudiuꝫ: aut vulgate rei vitandum repetitione faſtidiū: ut ſermoneꝫ Cyri maioris moriētis a Tullio ex Xenophonte tranſlatum pꝛetermittam. Sic enim filios alloquitur: Nolite arbitrari o mi filij chariſſimi: me cū a uobis diſceſſero: nuſq̄ꝫ aut nullum fore. Neqꝫ enim dum eram uobiſcum animū A

meum videbatis: sed eum eē in hoc corpore ex his rebus quas gerebam intelligebatis: Eundem igitur esse creditote ⁊ si nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerēt si nihil eorum ipsorum animi efficerent: quo diutius memoriam sui teneremus. Mihi quidem nunq̃ persuaderi potuit: animos dum in mortalibus eēnt corpib⁹ viuē cū exissent ex his emori. Nec vero tunc animum esse insipientem cum ex insipienti corpore euasisset: sed cum omni admixtione corporis liberatus: purus ⁊ integer esse cepisset: tunc esse sapientem. Hec ad contextum de regijs uerbis elicui.

B Opinio quidem immortalitatis anime: non solum ut uera sed ut studio quoq; virtutis amicissima pie ac tenaciter amplectenda est. Hac eniz sublata omnis profecto mortalium ardor refrigescet quo ad honesta succēdamur. Quis enim dempta spe premij mortis tot humane vite pericula tātosq; labores perferet? Quis se a uoluptatibus arcebit: aut impetus animi frenare uolet? Qua ira aut libido uocauerit: sequet̃ quisq;: Ita totus hic pulcherrimus atq; optimus rationis ordo turbabit̃: interq; marcidum ocium ⁊ effrenatam rabiem sine salutis respectu fluctuabit humanum genus. Duo igitur in rege miror: Et ꝙ dogma tam uerum tamq; salutiferum: Ceterum in illa etate vix dum p̄ncipibus cognitum philosophis: tam constanter affirmat: ⁊ qđ in ipsa morte faciat. Neutrum eniz sine magna quadam sapientia ⁊ singulari contigis̃se arbitror.

¶ De sapienti dicto Themistoclis: Potius uelle dare filiam viro sine pecunia: q̃ pecunie sine viro. Cap.XXIX.

p Rescriptis regibus Themistocles Atheniensis accedat: non ipse quidem Rex: sed nec Persidis aut Grecie regum inferior. Hic interroganti amico: an honesto inopi: an diuiti sed infami vnicam filiam in matrimonium daret Uirum sine pecunia: q̃ pecuniam sine viro se malle respondit: Uirtutem in homine spectandam potius q̃ fortunam.

¶ De sapienti consilio Damocletis dato Atheniensibus ut complacerent alexandro. Cap.XXX.

a Theniensibus quondam diuinos honores negantibus Alexandro: Uidete ait Damocles ne dum celum custoditis terram amittatis. Nō minus sapienter dictum q̃ festiue. Qui enim potenti minora negat: maiora permittit. Et iī modicus libertatis usus seruitutis occasio est. Et his quidem dicto: ac vicinis eorum facto sapiens inuentus est.

¶ De sapienti abrogatione legum ⁊ restitutione earundem facta per Agesilaum: ut extraordinariam iustitiam exerceret. Cap.XXXI.

a Gesilaus Lacedemonius: deprehensa cōiuratione scelestorum ciuium aduersus salutem publicam: cum eos nec raptim aut citra iuris ordinem condemnare posset: nec de indemnatis s̄m Lycurgij leges sumi supplicium licere: ⁊ periculosam animaduersionis moram eē cōstaret. Inter has difficultates dubius: hoc tandem consilij cepit: Legibus abrogatis cōiuratos morte mulctauit: confestim restituit leges. Ita nec contra eas nec contra rempublicam factum est: ⁊ huiusmodi abrogatio confirmatio iuris fuit. Sed iā satis iter duces hesimus: deinceps sapiētie ac philosophorum qui in grecia floruerunt ex innumeris pauca memorie prodita renouare tentabimus: lectores orantes: dent ueniam si in rebus magnificis paulo cunctatior stilus est: nec tacita nostri admiratione contentus: alienis parumper dictis interstrepit.

¶ De sapientibus dictis Attici Solonis: super uarietate ⁊ equanimi tolerātia ipsius. Cap.XXXII.

a Tticū Solonem predicare solitum ferunt: Expectandum fore nouissimum vite diem ut quis beatus iure uocaret̃: Omnes nempe dum viuimus: quocunq; gradu positi: subiacemus imperio ⁊ ludibrijs fortune: a quib⁹ perraro quidem immunes: a periculo autem ac minis nunq̃ tuti sumus. In quantalibet igit̃ rerum affluentia: de futuro semper incerti: dici nō possumus felices. Quod uerbum altius intelligit̃ ab his qui ex altissimo dignitatis ac potentie solio: ubi firmiter stare videbātur: repēte corruerunt. Id cum in multis sepe: tum clarissime in Creso Lydorū rege: ubi hoc dictum a Solone tradit Herodotus apparuit. Hunc enim potentissimum sue etatis: Solon ut a longe vite finem respiceret: monuit: nec prius intellexit q̃ a Cyro Persarum rege breui post victus flāmisq; traditus: in mediaq; iam morte Solonē uerum uatem exclamauit. Quod admirās Cyrus: auferri tantisper supplicium imperauit: donec quid ille uociferaretur agnosceret: Et adiuuit repētinus imber qui impetum flāmasq; compescuit. Re autē intellecta: fortune vim reputans ⁊ statim hostis miseratus: vitam sibi sed sine regno: ⁊ ut quidam adijciūt: sine libertate restituit. Recte igit̃ dici potest: ꝙ de mortali felicitate sola mors iudicat. Quā obrem breuibus quidem inclusum: sed late patēs salutare consilium Solonis vni datum: ab omnibus obseruandum: qui uel sunt uel fieri cupiunt sapientes. Nō solum si propter felicitatis de qua diximus iudicium: quod ita Solonem sensisse Cresi finis indicat: sed etiam si propter vite ad vnum aliquod signum disponende certitudinem: quod verba ipsa non respuunt: intelligere uellemus ad finem vite respicere. Profecto si hoc temporis momentum degere cupimus: tranquille proponēdus animo est aliquis certus vite cursus ac terminus: ad quem omnia nostra referantur. In quo q̃ communiter peccetur ab omnibus: nō audeo dicere. Progredere in vulgus quisquis hoc scire cupis: passim tibi senes ridiculi occurrent: noua in te cōsilia post ultimum mortis tempus agitantes: nec aliter anxij q̃ si per eadem vite uestigia reuersuri sint. Curam que prima esse debuerat: ad extrema transtulit mortalis incuria: Atq; utinam senectutis consilia constarent miseris: quibus saltem in morte tuerentur: Ad hec quoq; titubant assidue: eoq; magis quia multa videndo multiuoli facti sumus. Omne genus hominum percurre: rarissimos inuenies qui liquido quid sibi uelint explicare queant:

Bene q̄dem ac feliciter sibi esse cupere affirmabūt omnes:sed id quo nam modo aut q̄bus vijs expectāt. Hec est illa cōsilioꝝ incōstātia:uotorum cōfusio. Nec mirum: Sicut enim in alto nauis quem portuʒ petat ignara:sic vita hominum ad quem finem dirigat nescia:uaga semp̄ ꝛ incerta fluctuabitur:ut diuersis illa flatibus:sic aduersis hec agitāda sentētijs. Ad millesimum licet annum viuatur: pluribus certe consilijs sed pari uanitate peccabitur. Ego autem uereor: ne sapientissimi viri uerbuʒ puerilibus magis querimonijs implicuisse videar q̄ʒ declarasse: Hinc igit̄ ad aliud eiusdem dictum trāseo: Fortunam ꝓpriam miserabiliter flenti amico huiuscemodi solamē adhibuit. In locuʒ eminēteʒ vnde omnis ciuitas videri possit adducto: Circūspice inq̄t hāc terram incolumis. Quod cum is sedulo fecisset: Nūc ait apō aīum tuuʒ uersa quot quātiq3 hactenꝰ in domibꝰ merores fuerint: quot modo sint:quot i posterum futuri:cōmunēq3 mortalium querelam in patiētia ꝛ lamētis ꝓpriam tuaʒ facere definito. Sapiēter atq3 magnifice. Quātus est enim error? Nemo se hominem natum eē ɔquerit̄:humana cūcti patimur cum gemitu:tāta q3 puersitas incessit:homines esse cupimus ꝛ dolemus. Hinc cōsequēs est eiusdem dictuʒ: Si omnium calamitates ꝛ miserie in vnum cōuehant̄:viritim in singulos refūdēde: ꝛ ad hūc immēsum atq3 inextimabilem maloꝝ cumulum cūcti ɔueniāt mortales:fore:ut attonitus q̄sq3 cum ꝓprijs ꝛusitatis abire malit:q̄ʒ nouam ex vniuerso sibi obuenientem portionem sumere. Quod dictum eo spectat: ut non qui mediocribus agimur incōmodis sortem nostram equanimiter toleremꝰ:nō tam ad aliq̄d pōdus preeūtium:q̄ʒ ad seq̄ntium turbam oculos habentes. Nec ignari si q̄busdam inuidemus: inumerabiles esse quibus inuidiosi sumus: ut ꝑmisceri singuloꝝ mala ꝛ equis partibus distribui nobis qui nunc de statu nostro sine fine cōquerimur nequaq̄ʒ expediat.

¶ De sapiēti dicto Chilōis Lacedemonij scripto in tēplo Apollinis: Nosce teipsuʒ. Cap̄.XXXIII.

p Rogresso in medium Solone: q̄d sex alij qui in eodem sapiētie nomine gloriant̄ facient? Falso gloriari dixerit q̄spiam: nisi ꝛ ipsi de sapiētie sue fōtibus singl'os saltē haustus sitiēti ꝑbeant lectori. Q̄d igit̄ in ducibus obseruatum est:obseruet̄ in hoc ordine. Ad latus Atheniēsis Lacedemonius sedeat Chilo. Ipse est qui illius auctor sentētie tradit̄: que in templo Delphici Apollinis scripta fuit: Nosce teipsum. Cuius precepti tāta est:ut nō hominum cuipiam:sicut ait Cicero:tribueret̄:sed deo: Quo q̄deʒ:ut ait idem:nō credo id ꝑcipit̄ ut mēbra nostra aut staturam figuramue noscamus:neq3 nos corpa sumus:nec ego hec dicēs corpi tuo dico. Cum igit̄ nosce te dicit: hoc dicit:nosce animum. Nam corpus q̄dem quasi uas est aut aliq̄d animi receptaculuʒ. Ab animo tuo q̄cq̄d agit̄:id agit̄ a te. Hec Cicero. Q̄d ꝛ mihi plane ꝓbatissimum ꝛ eo spectare videt̄:ut ꝛ cognitos animi defectus reformemus: ꝛ in actionibus nostris nosmetipsos metiamur: atq3 extimemus acriter quid quisq3 animi robore: q̄d lingua: quid ingenio ualeat: quid viribus corporeis: ne aut ignarus sui nobilitatem insitam desidia corrūpi sinat:aut uaria opinione tumefactꝰ ridicula corruat audacia.

¶ De sapiēti doctria Cleoboli Lyndij: ꝛ Comici Terētij: ꝛ Flacci: i cūctꝭ ꝯuare modū. Cap̄.XXXIIII.

c Leobolus Lyndius dixisse fert̄ Aristometron:q̄d latine sonat modus. Quid hoc breuius:q̄d sapiētius dici pōt? Cuius in singulis vite nr̄e particulis meminisse cōueniet:seu vigilādum:seu dormiēdum:seu laborādum:seu q̄escēdum erit:seu loquēdum uel tacēdum. Et ut breuiter cūcta cōplectar:quicq̄d agemus: quicq̄d cogitabimus:nisi hoc añ oculos semp̄ habuerimus:facillime crebro nimis oberrabimus. Hinc traxisse videt̄ Comicus Terētius q̄d ait in Andria: Nam hoc arbitror appͥme in vita eē utile:ut ne q̄d nimis explicauerat alijs uerbis Cleoboli sentētiam:si addidisset: Et ne q̄d parum:nisi forte hocipsuʒ nimis ad utrūq3 porrigeret̄. Itaq3 plenius locutus mihi videt̄ Flaccus:ubi ait: Est modus in rebus sunt certi deniq3 fines: Quos ultra citraq3 nequit consistere rectum.

¶ Q̄ꝫ raro fideiubēduʒ sit pro alio: ꝯm Thaletē Milesium: ꝛ q̄ deus introspicit mentes sicut exteriora. Cap̄.XXXV.

n Oxam ꝑsto eē spondēti uel adesse uadimonio: Thaletis Milesij sententia est: Quam cōperte sapiētie lachrymose sero penitētīt querele ꝛ miserabiles ꝑrimonioꝝ casus īdicāt eorum qui pro alijs spopōderūt. Idem cū ab eo quereret̄: Nunq̄d opationes hoīum laterēt deos? Ne cogitationes q̄dem ait. Quo tacite monemur non minus abdita mētium q̄ʒ exteriora corpoꝝ actuūq3 introspiciētis dei oculis approbare:nullā in latebris spem habentes.

¶ De sapiēti uerbo Biātis: Plures mali. Et de alio uerbo eiusdem:uel Stilbonis: Omnia mea mecū porto. Cap̄.XXXVI.

b Iantis Priēnei dictum est: Plures mali. De cuius scilicet dicti ueritate nemo ambigit:qui modo inter homines educatus sit: quoꝝ ex milibus quot repire liceat bonos:utinam minus euidens foret. Parum abest quin melius fuisse videat̄: Oēs mali. Eo enim ꝑuētū est:ut bonus habeat̄ quisq̄s distat a pessimo. Eiusdem est uox illa famosissima. **A** Cum enim patria eius expugnata ꝛ incēsa: oēs ciues quos cladis publice fortuna subduxerat:charioruʒ rerum sarcinulas efferēt:atq3 ipsum uacuum abeuntem ut idem faceret monerēt: Ita inq̄t Bias facio: Omnia mea mecuʒ porto. Quecūq3 extra animum sunt nec bona nec sua iudicās sed fortune. Nec sum nescius dictum hoc non Bianti sed Stilboni tribuere Senecam. Quem in epistola q̄dam refert capta patria: amissis liberis ꝛ uxore:solum sed beatum ex incendio **B** publico exeuntem: interrogatuʒ a Demetrio rege illo formidato urbium euersore:utrum omnia ꝑdidisset rñdisse: Oīa sua secuʒ eē. Ut uolet q̄sq3 accipiat:siue Bias:siue Stilbō dixerit:de auctore potest dubitari: de dicti ipsius maiestate ac sapiētia nequaq̄ʒ. Qui Bianti hoc ascribere maluerūt: testem locupletissimum ac fide dignissimum Ciceronem ꝛ sequaces eius:qui Stilboni Senecam citabūt ꝛ ipsum quoq3 magnum testem. Pōt aūt fieri ut ꝛ Bias hoc dixerit ꝛ Stilbon. Siue q2 alter alterius dictum legendo uel audiendo didicisset: siue quia: ut in Oratore ait Cicero: similitudine

ingenij in eadem uestigia icurrissent. Q̄ si res oino in discrepationem ueniat: scio cui ex testib⁹ plus apud me fidei sit: Nisi q: Cicero quodaʒ loco hoc narrans sic ait: Sepe illuʒ laudabo sapientem Biantem: dubitationem omnem absciderat: sed addidit: ut opinor: hoc uerbum ne Stilbonem Senece reijciam facit.

¶ De sapienti doctrina Pittaci super tempore expēdendo. Cap.XXXVII.

p Ittacus mitylenEus: tēpus agnoscere p̄cepit. Q̄ siue opportunitatem atq; occasionem ne qd intēpestiue agam⁹ aut loq̄mur: cum oia tēpus suum habeāt: siue tpis p̄cipitem fugam: cui nullo modo p̄terq̄ bonis ⁊ gl'iosis actib⁹ resistit: cōcernit: ut s̄m p̄mum sensum rebus aptuʒ tēpus discernamus: s̄m alterum tpe partius utentes: rem angustam ⁊ irrepabilem quo vno possumus remedio laxemus: q̄litercūq; inq̄ sapiēter fit sapienterq; consulitur.

¶ De sapienti uerbo Periandri: Meditatio totum. Cap.XXXVIII.

p Eriander Corinthius ait: Meditatio totū Sic est haud dubie: qcqd acturus es ante q̄ʒ incipias meditare: ut te ratio ad optatū p̄uehat finem: Aliogn p̄iculose quodlibet aggredi eris: nō rōni sed casibus obsequēs fortuitis. Illud quoq; uerissimum: Totam docti hoīs vitam in meditatione cōsistere. Recte itaq; dictum est: Meditatio totum.

¶ De sapientissima lege Lycurgi lata Lacedemoniis. Cap.XXXIX.

A f Uit aius mihi Lycurgum inter Solonem ⁊ Chilonem collocare: ut ⁊ cōciuem suum p̄cederet: ⁊ legiferum Atheniēsem legifer Lacedemonius sequeret̄. Retrahēdi manum ab inceptis causa fuit: ut in his septem uetuste Graiorum p̄suasioni morem gererem: nec stilo cōfunderem: aut alijs p̄miscerem: quos segregatos absq; p̄ticipe famosi cognominis eē uoluerūt: q̄uis eosipsos ut est apud Ciceronem: qui ista subtilius querūt in numero sapiētiuʒ nō habēt: Sed utcūq; res se habeat: cur inter hos nō fuerit Lycurgus sepe miratus sum. Sane admirationem tēpus abstulit: q̄m ut in epistola quadam ait Seneca: Lycurgus si eadem etas fuisset: sacro illi numero accessisset octauus. Quia ergo tātum plebiscitum abrogare non

B poteram: hactenus tantum differre sum cōpulsus Itaq; Lycurgus e duob⁹ grecie luminib⁹ illustrauit alterum: cum alterum Solon illustrasset. Ex legibus aūt quas ciuib⁹ suis sanxit: hec memoratu digna narrant̄: Auri ⁊ argēti usum uelut cūctorū criminum radicem extirpauit: in pecunie locum rerum cōpēsationem statuēs. Populos p̄ncipibus: p̄ncipes iustitie subegit: utrosq; p̄simonie quaʒ domi militieq; utilissimam arbitratus est. Regib⁹ bella: magistratibus iudicia: senatui leges: populo senatus ac magistratuum creādorum ius p̄misit. Cōuiuia oibus equalia: eaq; non nisi in publico fieri. Iuuenes singulis in annos uestibus ↄtentos esse: hisq; vnius cultus ac p̄cij uoluit: ne aut latebre luxum: aut imparitas emulationeʒ pareret. Primā etatem foro arcuit: ⁊ rure agi uoluit p̄cul ab urbana luxuria duriter ac seuere: sine pulmēto sine molli accubitu viros in urbem reuerti. Senes p̄mum honoris gradum: nō diuites tenere: Unde uenerabile ⁊ Lysandrum dicere solitum refert Cicero: honestissimum senectutis domiciliuʒ Lacedemō. Uirgines indotatas nubere: ne dotis respect⁹ aut eis insolētiam adderet: aut viris ⁊ in uxorum electione uerum iudicium ⁊ in m̄rimonijs regendis virilem p̄riperet libertatem. Agros deniq; cūctorū ita diuidi: ut ad singulos ciues eque portiones p̄uenirēt: ne patrimoniorum ineq̄litas quosdaʒ in ciuitate p̄potētes: quosdam egenos ⁊ imbecilles faceret: sed oēs sicut in iure ciuium: sic in bonorum abūdātia pares eēnt. Q̄ in illa fortasse republica expedire vir sapiēs itelligebat: apud romanos autem quot quātarūq; seditionum causam iuexerit: que idipsum cōtinebat: notum est oibus qui romanos legerint labores. Itaq; legem illam ⁊ docti ⁊ boni oēs execrant̄. Uñ Cicero: p̄mum officium eē dicit rēpublicam gubernātis: ut suum q̄sq; teneat. Et post pauca: Capitalis inq̄t ōro est ad eq̄tionem bonorum p̄tinēs: qua peste que pōt esse maior? Hanc enim ob causam maxime ut sua tenerent̄ respublice ciuitatesq; cōstitute sunt. Quam q̄dem ciuitatuʒ cōmoditatem eo articulo quem in extremo posui sustulisse videt̄ lex Lycurgi.

¶ De sapientia Pythagore philosophi: Et de reformatione ciuitatis Crotonis ⁊ legibus ibi datis p̄ eum. Cap.XL.

d E quo ut dixi: cur in numerum sapientum grecie nō sit admissus mirabar: de Pythagora nō admiror. Is enim ut in supiorib⁹ expositum est: gl'iosum illud arrogās cognomē sapiētie erubuit: p̄musq; philosophū se dici maluit: Nec pauca tm̄ eiusdem sapiētie extāt argumenta. Primum oium urbs Croton in extremo Italie littore sita est: nūc lʒ ad minimum redacta: quondam tm̄ ut Cicero testat̄: oibus copijs florētissima ⁊ inter urbes Italicas beatissima. Eius ciuitatis populus graui p̄lio attritus: armorum desp̄ationem atq; ois virtutis odium simul ⁊ ocio inherere ceperat. Qua tēpestate p̄opportune trāsuectus ad italiam Pythagoras: Crotonem adijt labētesq; ⁊ iā in luxuriam p̄lapsos: ciuitatis mores sapiētie sue p̄sidio firmauit erexitq;. Tātūq; apud eos ualuit: ut populum nō minus vitijs q̄ʒ ferro domitum assiduis monitis ad antique virtutis habitum reformaret. Sapiētissimus orator pro affectuum uarietate: uario remediorum genere utēdum ratus: sexum ⁊ etatem in cōcionibus distinxit: sua ōrone separatim apud quēlibet usurus: Uiris fortitudinem: ⁊ ignauie fugam: mulieribus pudicitiam ⁊ coniugalem fidem: pueris uerecūdiam ⁊ litterarū amorem: oibus pariter frugalitatis studium suadebat Extorsitq; porādo: ut nō tm̄ viri: sed femine etiam ab omni morum p̄uersitate uelut ab ancipiti fouea pedem retraherēt: eumq; ad alta uocitātem sequerent̄: usqueadeo ut spōte sua uestes quoq; purpureas aureasq; ⁊ cetera corporum ornamēta reijcerēt: docte ornatum muliebrem in pudicitia non in auro gēmisq; consistere: hisq; potissimuʒ armis atq; his facibus seuire luxuriam. Quid igit̄ miri est si cuius singuli tam salubre cōsilium exp̄ti fuerāt: eundem omnes consultorem publicum elegerunt Huius est illud dictum: Alium animum fieri templa ingredientibus: ⁊ deorum simulacra de propinquo spectantibus: q̄ mortalis infirmitas diuinitatis quadam ueluti vicinitate contremiscat.

Eiusdem ⁊ illud institutum: Ut discipuli prius q̄ʒ
questionibus atqʒ altercationibus implicarent: qn
quēnio tacerēt: audire ⁊ meminisse cōtenti: Nec a
temeraria ꝓcacitate: ut nr̄i iuuenes: sed a sobrio at
tentoqʒ silentio sapientiam auspicantes.

¶ De Socratis sapiētissima doctrina circa diuinam
orationem: desideriorum moderationem: cognitio
nem sui: hypocrisis fugam: ⁊ malorum toleranti-
am. Cap. XLI.

Apientie titulum cōsecutum hoīum cōsen
su: dei: ut aiūt: respōso sapiētissimum iudi-
catum: Socratem subijciā: Inde alios nō
sapiētissimos: sed amorem ac studium sapiētie pro
fessos. Sed a Socrate incipiam: Cuius in primis
sanctum ac uenerabile cōsiliuʒ habemus: Adeo ni
si ut nobis bn̄faciat nihil postulare. Ille eniʒ quid
nobis expediat solus nouit: Nos autem ceci: futu
rorum nescij: aduersus ꝓpriam salutem ineptis ⁊
inopportunis p̄cibus sepissime laboramus. In quo
qdem q̄ Satyricus multum grauiterqʒ uersatus
est: libet ⁊ nobis aliquātulum immorari. Itaqʒ ni
hil hoc p̄cepto sapiētius: nihil tutius: nihil utilius:
nihil cōtraria obseruatione demētius. Insistat qſ
qʒ secuʒ reputare quotiēs optauerit nocitura: quo-
tiēs optatum uotorum exitum breui postmodum
execratus sit: intelliget illi vni nos nr̄aqʒ desideria
melius cōmitti: qui nec p̄teritis nec futuris fallit:
deniqʒ cui omne euum p̄sens est. Quid enim mise
ri optamus? Prime mortalium p̄ces pro opib⁹ po
tētiaqʒ fundunt: qbus ꝯiūcta semꝑ inuidia: q̄ʒ mul
tos obruerit enumerare nō attinet. Quid de uxo-
ribus ac liberis dicam? Inter optabilia q̄ʒ p̄cipuū
locum tenēt apud aios mortalium: ignorātib⁹ mi-
seris quātum laborum ac sollicitudinum secum fe
rāt. Qd̄ non adeo occultum est: qn viros inuenias
quos nō ter ⁊ amplius in die teneat nuptiaruʒ ac
peniteat. Sic maritalis lectulus quotidianis iurgi
is ac querimonijs plenus est: sic somni uacu⁹ ⁊ qe
tis. Ut illa grauiora p̄teream: Raram cōiugi fidē:
suspitionesqʒ ꝑpetuas: ꝑuigiles adulteroꝝ isidias:
⁊ domesticum obprobrium: vulgo p̄us notum q̄ʒ
marito. Adde turpissimum errorem ⁊ ridiculā cre
dulitatem: cui audax uox ⁊ spes innitit: educatio-
nēqʒ sanguinis nō sui: atqʒ hereditates melius ad
amicos sic meritos ꝑuenturas: ut cōstat: mr̄imonij
religio sobolis tn̄ irreqeta cōditio est: Aut enim vi
tia cōtristāt: aut spes metusqʒ sollicitāt. Igitur ad
hec partius optādum deoqʒ ut reliq̄ cōmittēdum
erat. Quid de uanitate hoīum loq̄r: qui formā cor
poris optāt nascituris filijs? Sibi enim impossibi
lia optare delirātis est: atqʒ inter corpis ⁊ animi
decorem antiq̄ lis uertit. Scimus q̄ formosis pu
dicitiam seruare ⁊ si libeat: vix licet: tātus ardor li
bidinuʒ: tanta corruptelarum circunstat ambitio.
Omitto femineam pulchritudinem ꝓpter quaʒ p̄
cipites rerum publicarum mutationes ꝯtigisse cō-
pertum est: Propter quam potētissima olim regna
⁊ ualidissime urbes corruē. Ista virilis forma que
nullius ꝑiculi videt: quot ne dicam uolētes. quorū
est inumerabilis multitudo: sed nolētes interdum
⁊ negātes ad potentioꝝ thalamos magno capitis
ac fame discrimine ꝓpulit: ⁊ mox uel offensorū se
uitie maritoꝝ: uel publicis iudicijs dep̄hēsos obie
cit? I nūc ⁊ lactea atqʒ aurea filij ceruice gloriare:
quam ultori gladio p̄biturus es: qui deformis in
lectulo suo forsan moriturus nālem vite cursum in
pace ꝑegisset. Jam qbus illos uerbis irrideaʒ qui
nihil nisi dierum lōgitudinem ⁊ vite spatium pre-
cant? Cum sit p̄muʒ summa demētia in tātis angu
stijs spatiosum aliquid sperare: Deinde viuacitas
hec quam contingere permissum est homini mul-
tis sepe pestilens fuit: Et quos iuuenes virentissi-
mo florentissimoqʒ rerum statu felix exitus abstu
lisset: senes factos uel fortuna destituit uel affli-
xit ⁊ ignominiosa mors rapuit. Lōgior vita credi
te ꝑiculis ac calamitatib⁹ innumeris exposita est.
Et si formidatam mortis horam tātisper distulit
pro usura breuissimi tp̄is quot ꝓpria incōmoda ꝑ
ferre: quot suoꝝ funera comitari: quot infausta vi
dere coegit spectacula ut nō inelegāter dixerit Ca
limachus: multo sepius lachrymasse Priamuʒ q̄ʒ
Troilum. Finge aūt qd̄ in nullo vidimus: in pau-
cis legimus: ut ad nutum cūcta ꝑueniāt: senectus
ip̄a quot scatet angorib⁹: Ego qdē nōdū exp̄t⁹ suʒ:
an experturus ignoro: Uerūtn̄ hi senes qd̄ a tāto tē
pore cupiebāt consecuti: quid aduersus etatem il- C
laʒ uociferēt nō intelligo. Uirilior illoꝝ honestior
q̄ʒ ratio videt: qui honores: qui gloriam aut dome
sticam aut bellicam: qui doctrinam: qui eloquētiā
cōcupiscūt. Eadem tn̄ est insania hec: qm̄ adeptos
⁊ antiqs tempib⁹ ⁊ nostris sese suasqʒ respublicas
ꝑꝑ nescio quem ruiturum titulum sepulchri fundi
tus euertisse comptum est. Quoꝝ aliqua exēpla
ad terrorem legentium libēter insererem: nisi q̄ id
sciēti supuacuum fieret: Ignorāti aūt fieri breui-
ter modo nō posset: Igit̄ finem facimus: hoc cum
Socrate ꝯsulētes humano generi: Nolite morta-
les ꝑnitiem uestram exoptare: desinite inani p̄cuʒ
murmure tēpla cōplere: atqʒ aures dei fatigare: ne
forte importunitate victus: dānosa largiat̄. Quid
uotis icerta paciscimini: qd sanctoꝝ calles viscera
tis: In illo spes uestre sint cui longe q̄ʒ uobisipsis
chariores estis. Illi intrepide rerum uestrarū cō-
silium arbitriūqʒ ꝑmittite: qui ꝓfecto meliora ⁊ si
nō semꝑ iucūdiora p̄stabit. Q̄ si oīno noīatim ali
qd orare libet: illa poscite quoꝝ nunq̄ʒ peniteat vir
tutum cultum: criminum cautelam: sanam mētem
Nec saturicam adiectionem sani corpis respuo:
Et qd̄ culmē humane felicitatis est petite suppli-
citer. Quoniam de vno sapiētissimi viri uerbo pro D
ipsius quidem q̄litate ꝑpauca: pro instātis aūt no-
stri modo satis multa diximus: Reliq̄ uelocius ꝑ-
curramus: Idem Socrates ad gl'iam aspirātibus
que ingēs turba est: rectum ac cōpēdiosum callem
non oībus sane notum designabat: ut scilicet talis
q̄sqʒ fieret: q̄lis videri cuperet: simplex v̄tutis stu-
dium sectādum dicēs: simulationis atqʒ hypocri-
sis viam relinquēdam: que ꝑducere quo pollicent̄
nequeūt. Idem ab adolescēte dubio cōsultus: nu-
ptias ne cōtraheret: an in celibatu ꝑmaneret: ratus
fore: ut quicqd dixisset ab illo magna fiducia susci-
peret̄. Hac errorem r̄nsione discussit: Falleris inqt
si uelut e duobus bonis qd̄ sit melius expectas:
Utrinqʒ difficultates ac molestie: Hinc angor tedi
umqʒ solitudinis: stirpis defectio externiqʒ dolor
heredis: Inde iugis querelarum ac curarum sarci
na: dotate cōiugis audacia: socrus repuerescentis
ꝓcacitas: fastidiū ꝓpinquoꝝ: adulteroꝝ met⁹: an-
ceps exitus natoꝝ: Deinceps ipse tibi ꝯsule ⁊ que
tolerabiliora videant̄ elige. Alterū adolescētē cuʒ

vidisset insignem vultu atq; habitu sed tacitum: loquere inqt ut te videam: ꝓprie qdem quoniam ut supra diximus: nõ vultus aut corpus: sed animus cuiusq; is est cuius quodãmodo facies sermone reuelat ut videri possit: qui inuisibilis est nãe. Nec
E minus sapiẽter interrogatus a quodaz: cur sibi ad trãquillitatem animi nil ꝑegrinatio ꝓfuisset: Noli inqt admirari qm̃ te ipse circũfers. Profecto enim excutere vitia moresq; malos cõuenit ⁊ habitum cui assueuimus exuere. Cum se qsq; qd fuerat domi reliquerit ⁊ in virũ alterũ v̕sus: nouum viuẽdi genus iduerit: tum demuz tuto ꝑegrinari potuit: Aliogn qd ꝓdest ꝑriam fugisse si seipm̃ nõ effugiat? Siue mõtes trãscẽdet siue ꝯscẽdet nauiz: comitabunt cor urẽtes negocioꝝ cure ⁊ cõscie mẽtis arcana: supplicia ⁊ tenaces cõsuetudinum pessimaꝝ laquei: Hoc est enim seipsum circũferre. Peregrinatio igit nõ sufficit: dicẽte Satyrico: Celum non aium mutãt qui trãsmare currũt. Huiꝰ eiusdez viri est illa sibi cõueniẽs semꝑ vniformitas: quam ex nostris in. C. Lelio fuisse legimꝰ: ex grecis in Socrate: qd in ipso Xãthippem uxorem ꝑdicare solitam refert Cicero: eodem scilicet semꝑ vultu vidisse exeũtem illũ domo ⁊ reuertẽtez. Animaduersis qdem tãtis fluctuationibꝰ hoium ceteroꝝ: ac tam crebris motibus: ut iure dictũ sit a Seneca: de aliquo: quem heri videris merito dici posse: hic quis est liquet illam moris cõstantiam nisi sapiẽti vnq̃ potuisse cõtingere: ꝑsertim hoc addito qd apud eũdem Ciceronem sequit: Nõ fuisse eam Socratis frontez que. M. Crassi illius ueteris: quem semel ait in omni vita risisse Lucilius. Cuius vnici risus cã: nec ab ipso nec ab alio qd sciam prodita est. Et erat cognitu nõ idigna res. Sed tranqllam ⁊ serenam affert rationez. Iure enim iquit erat semꝑ idẽ vultus: cuz mẽtis a qua is fingit nulla fit mutatio.
F Que nisi fallor consumate sapientie laus est. Ad nomẽ Xãthippes vnum Socratis respõsuz in memoriam redit. Siquidem litigiosam illam ⁊ ꝓcacem cõiugem ⁊ femineis iportunitatibꝰ abundantem: tum patiẽtissime supraq; fidem equanimiter perferret: admirãs Alcibiades quesiuit: quam ob cãm feminam tam intractabilem intra domus sue limẽ diutius pateret? Qui in hãc sentẽtiam respõdit: Domi qualiter viuẽdum sit addisco: ⁊ uxoris iurgijs aduersus exterioꝝ arrogãtiam armatus egredior. Ita qd sapiẽtis est ꝓprium: alienis vitijs sese meliorem faciebat. Nec tãta Socratice sapiẽtie felicitas: possessorem suum nec in fine destituit. Etenĩz furibũdo patrie cõsensu: morti destinatus: cum oblatam ueneni potionem nec animo nec frõte cõmotus accepisset: ⁊ iam bibere icipet: querelam ac gemituz memorate cõiugis audiuit flebiliter iterãtis: Innocẽtem virum mori. Qua uociferatione cõuersus: ac labijs a poculo tantisꝑ amotis: Nũquid igit ait o mulier: uocãtem mori felicius iudicabis? sic castigata uxore: ad id qd inceꝑat reuersus: mortem hausit intrepidus. Hactenꝰ multa quidez de vno homine: sed pauca de Socrate.

¶ De documẽtis sapiẽtibus Platonis circa vitãdaz uoluptatem: circa reipublice beatitudinem: ⁊ sui administrationem: ac diuini auxilij in cunctis inuocationem. Cap.XLII.

A c Uius discipulus Plato: maioꝝ escam uoluptatem uocat. Preclare atq; ut ait Cicero diuine. Sicut enim hamus credulum piscem implicat: sed non aliter q̃ si escam preferat: sic malorum vitia sub obtẽtu uoluptatis sequaces aias trahũt. Quis enim nisi spe aliq̃ uelut esca illectus: ad peccãduz gratis accederet? Sed heu q̃ facilis ⁊ q̃ breuis quantarũq; miseriarum causa. Idem: Tum demum beatum futurarum terrarum orbez ait: cum aut regnum sapiẽtibus aut sapiẽtia regnãtibus obuenisset. Idem ait similes eẽ ciues qui de reipublice: ⁊ nautas qui de gubernaculi administratione cõtenderẽt: Apta qdem cõparatio: Utrobiq; enim labor appetit. Qd cum in nautis nunq̃ aut raro visum sit: admirari mẽs nõ sufficit: vnde hec in urbibus est gladiãtium sese ciuiuz quotidiana dissensio: ob hoc vnum: qr vnusqsq; ꝑiculosum ⁊ difficile rerum publicarum regimẽ festinat inuadere ⁊ ab eodem reliquos arcere. Qd eo indignius videri debet: qr sentẽtiarum opinionũq; diuersitas ac libertas aiorum in cõsilijs nõ satis sufficiens inimicitiaruz causa est: Eodem philosopho dicẽte: Eos pro hostibus hñdos: qui arma ꝯtra nos ferãt: non qui suo iudicio tueri rẽpublicam uelint. Eidem: nihil grãde: ꝑsertim sine inuocatione diuinitatis aggrediẽdum videt. Cõsulte qdem. Quãtuluĩcũq; enim est hois ingenium: nunq̃ tñ viribus humanis magne res fient nisi auxilium suꝑueniat ab alto. Qd tũc uberius sperari potest: cuz digne ꝑces obuiam misse sunt.

¶ De sapienti dicto Xenophontis: eosdem labores faciliores esse in principe q̃ in milite: ⁊ de ratione ipsius. Cap.XLIII.

a Uteq̃ eam lõgius: ⁊ emulum huic ⁊ ꝯdiscipulum adijciam Socraticum Xenophõtem. Cuius illud in ꝑmis apud Ciceronez Africanus laudat: ꝙ eosdem labores imꝑatori faciliores diceret q̃ militi. Preclare: Quippe ꝑsentem molestiam uẽture spes glorie solat aut minuit Qd nõ tm̃ in re militari: sed in reliqs oibus locuz habet latissimeq; patet. Neq; eniz frustra ꝑnceps oratoꝝ ait: Honos alit artes oẽsq; icẽdimur ad studia gloria laudis. Et nr̃orum nõ secũdus poetarũ Immẽsuz gloria calcar habet. Cepto nunc ordine descendam.

¶ De sapiẽti doctrina Aristotelis ad assistẽduz ꝑncipibus sine ꝑiculo: Et ne se qs laudet aut vituꝑet: ac ut qs fugiat uoluptates: deq; cognitione creatoris per cognitionẽ creature mũdialis: De electione q̃ Theophrasti philosophi per factũ in morte sua ut succederet in auditorio schole sue. Cap.XLIIII.

p Hilosophice nos hereditatis series ad Aristotelem ꝑduxit. Cuius illa laudant: Alexãdro Callisthenem sub eodez Aristotele suum cõdiscipulum ac familiarem postulanti: per quem rerum qs gessisset memoria scriptis mandaret: misit qdem: sed tali cõsilio instructum: ut coraz illo aut assidue taceret aut placita loqueretur: securus seruasset alterutrum. Uerum is dum corripiendis insolẽtissimi regis moribus: nõ cõsilium ꝑceptoris: sed philosophie sue libertatem sequit: in tyrãni seuitia mori iussus icidit. Eiusdẽ Aristotelis documẽtũ est a paucissimis obs̕uatũ: ne. s. de nobis ipsis aut vituꝑando loq̃mur aut laudãdo: Aliogn illinc demẽtie: hic ianis iactãtie aduersus nos ore ꝓprio testimonium ꝓferemus. Nec minus salubriter illud monet: ut uoluptates abeũtes cõtẽple-

mur. Q̄ꝺ si acriter fecerim⁹: earundē breuitas sit ac feditas fructu carēs: empta dolore corpi nocēs atqꝫ aio: glieqꝫ ⁊ vtuti capitaliter inimica suadebit: ut de pteritis pniaꝫ agētes reduces fortiter ac magnifice cōtēnam⁹. De uoluptatibus aūt ita iudicat: oēs quocunqꝫ sensu corporeo imodice susceptas eē fedas fugiendasqꝫ sapiēti: Eas vo pcipue que gustu tactuqꝫ ꝯsisterēt eē turpissimas. Q cum cetere sint hominū tātūmodo: he qdeꝫ sūt homini cōmunes cum beluis: Quare qsqꝫ nō modo stultitiam: sed bestialitatem etiam ac feritatem declinare studet: ab his aium summope coherceat. Illō ab eodem sapiēter excogitatuꝫ refert Cicero. Fingātur inqt aliq sub terra nati: sub terra educati magnifico quodam palatio predecoris picturis atqꝫ imaginib⁹ adornato: suppeditāte affatim oium rerum copia qbus abūdare solēt qui felices appellātur: affluētib⁹ pterea ois generis delitijs qruꝫ ille locus capax sit: lumine etiam penni tenebras arcēte: ⁊ subtili hoium artificio aduersus naturale domicilij torpētis icōmodum excubāte: ita tn̄ ab isātia edocti eē diuinam quādam potestateꝫ ac naturam creatricem rerum mirabiliuꝫ: hisipsis deniqꝫ sic institutis: alioqn humanarum rerum prorsus ignaris: post multū tempis subito in hec loca que icolimus cōtigat emergere: dubiuꝫ nō erit qn cernētes celum: terras ⁊ maria: nubes quoqꝫ celo uagas ⁊ uētos ⁊ pluuias: adhuc ⁊ solem diuine lucis auctorem dum redit auroram terris iuehere ⁊ tēpus laborātib⁹ aptum mortalib⁹: rursus abeuntē gete nocti silentioqꝫ cedere: illam vo sydereo ornatu aut crescētis semper aut descrescētis lune uarietate distinctam: atqꝫ hunc mirabilem totius orbis ordinem: ⁊ hec oia nō fortuito: sed certis ⁊ imotis legib⁹ agi: sūma cum ratione statim sine ulla dubitatione fateanť deum eē ut audierit: seqꝫ hacten⁹ in edificijs hoium habitasse: huius aūt pulcherrimi ⁊ imēsi opis creatorē: ⁊ ut ita dixerim: architectum deum fore. Hec ppemoduꝫ Aristotelica sētētia est: nō suis uerbis expssa: sed qdē aliter: licet aliter Apl's noster ait: Inuisibilia dei a ꝯstitutiōe mūdi p ea que facta sūt itellecta cōspiciunť: sempiterna quoqꝫ virt⁹ eius ac diuinitas. Sed ad Aristotelēꝫ reuertor: cui⁹ quoqꝫ sapiētia: ut de Socrate dixim⁹: in finē enituit: Jacebat supma laborās egritudie: ad quē cum discipuloꝝ cet⁹ ꝯuenisset: instātium ut iudicio suo pbatū eis magistruꝫ ac doctrine sue heredem uelut testamētaria dispositiōe reliqueret: ꝙ post vite sue exitum istitueренť. Sēsit Aristoteles nec compationes odio carere: nec modū fame pōdus suam secum tracturam eē sentētiā: sed tam pias discipuloꝝ pces spnere nō poterat: Respōdit itaqꝫ se cum pmum ex cōmodo liceret facturum qꝺ peterēt. Ex multis qdeꝫ claris viris eius auditorium frequētātib⁹: duo lōge ante ceteros stabāt: Theophrast⁹ ex Lesbo isula ⁊ Menedemus ex Rhodo oriūdus: ut nulli dubiū foret de his tm̄ consuli. Nan multo post eisdem illis qui pmuꝫ depcati fuerāt circūfusis obsequij cā: Uinū inqt aristoteles quo utor asperum ⁊ iamenū est: qrite mihi uel Rhodium uel Lesbium: qnpotius utrūqꝫ degustādū afferte: utar eo qꝺ delectauerit. Utrūqꝫ cuꝫ attulissēt: Rhodiū poscit. Quo gustato: firmū hercle vinū ait ⁊ iucundū. Gustato dehic Lesbio: inqt: Utrūqꝫ bonum: sed hoc gustu meo suauius: Quo dicto discussa est ois ambiguitas. Constabat enim sepiēter sed ⁊ modeste: ac ut ait Aulus Gellius: lepide simul ac uerecunde prelatuꝫ eē Theophrastū lingue ⁊ igenij suauitate cōspicuum. Q̄obrem breui post subtracto rebus humanis Aristotele: tanti preceptoris cōsiliuꝫ secuti certatim se ad Theophrastum contulerunt oēs.

¶ De sententia sapientis Theophrasti: Pro magno ⁊ insigni amici commodo tenuis infamia subeunda est. Cap.XLV.

e Jus ut adhuc per philosophoruꝫ successionem qua cepimus stilus eat: dictū haud ptereūdum reor: Pro magno inqt ⁊ insigni amici cōmodo tenuis infamia subeūda est. Minima qdem honestatis ⁊ fame iactura: maiore honestate: quam erga amicū bn̄ merētem exhibem⁹ cōpēsari pōt. Neqꝫ ait ab hac snia noibus terreamur ꝙ utilitas honestati: ꝙ aliena nr̄is postponēda uideanť: qm̄ hec nō uocabuloꝝ splēdore: sed rerū pōderibus extimāda sunt. Si enim in rebus parib⁹ aut nō lōge disparib⁹ de nr̄a honestate atqꝫ amici utilitate quereret: pna ⁊ facilis diffinitio est: ppōderāte multum honestate rebus oibus: in pposito aūt pinde est ac si pua auri lamina magno eris pōderi cōpareť: Genere enim ⁊ qlitate supat: quantitate ꝯsequēter ⁊ pcio vinciť. Hec Theophrasti p usu vite cois (nisi fallor) satis pbabilis ⁊ colorata snia est: Alijs cōtra fortasse videať: ut libet qsqꝫ pnūciet. Mihi aūt qꝺ ad hūc locum attinet: sapientum atqꝫ illustrium qtuor phoꝝ snias seruato iterim magisterij atqꝫ successionis ordine explicuisse sufficit: Deinceps ppaucorum qui restant nomina qua sors impulerit uagabor.

¶ De sapienti doctrina Isocratis: prudentem in conuiuio pauca loqui. Cap.XLVI.

i Socrates in cōuiuio ab his qui aderāt rogatus ut eis de eloquentia sua coicare uellet: Ueniam poposcit: Que eniꝫ pn̄s locus ⁊ tēpus exigit: inqt: ego nō calleo: que ego calleo nec loca sunt apta nec tēpori. Sapiēter. Stultum est enim non intellecturis: aut quo dixeris spreturis uerba iactare. Inter ebrietatem igitur ⁊ iocos seri hominis ac sobrij ꝯsilium est: ut sileat. Unum nō absimile alterius dictum: ut meminerim: huius narratio causa est.

¶ De Epicuro ⁊ eius sapientibus dictis ipsiusqꝫ falsa pfessiōe philosophie. Cap.XLVII.

e Picurus igiť in medio suoꝝ stabit: Hunc oēs lacerāt: oēs huic obstrepunt: oēs insulāt: omnis in hūc philosophoꝝ secta conspirat. Nec imerito: Hic est enim ille (de quo Cyneas retulit Fabricio) qui sicut in ceno aurum: sic summum bonum in uoluptatib⁹ posuit: huic virtutem ipsam uelut sordide ancillule dn̄am subiecit: Ad hāc deniqꝫ diffiniūt referri oia que aguntť ab oibus. Effeminatum dogma ⁊ qdem infame: iter hoiem ⁊ pecudem nullum statuēs discrimē. At si quedam uoces ⁊ impatorum ⁊ regum insolētium placuerūt qd phibet placere aliqua ab isamilꝫ plata philosopho: cuius presertim tam multa sunt ⁊ consulta sapienter ⁊ dicta suauiter: ut eis Seneca tantus vir: epistolas suas ⁊ fulciat ⁊ exornet? Ex quibus reliqua potius q̄ ex ipsis primi auctoris libris vulgata relinquenti: pauca que mihi altius insedere visum est ab alijs sementa colligere. A

Que ideo magis innotant̃: ut Seneca idem ait: q: mirum est fortiter aliqd dici ab hoīe mollitiem ꝓfesso. Et rursus: qđ fieri in senatu solet: faciēdū ego in phīa quoqꝫ existimo: Cum cēsuit aliqd qđ ex ꝑte mihi placeat: iubeo illam diuidere sniam. Et sequit̃: Pro eo libētius Epicuri dicta egregia cōmemoro: ut isti qui ad illa cōfugiēt: spe mala inducti: qui uelamēta ipsa vitioꝝ suoꝝ habituros se existimāt: ꝓbēt quocūqꝫ ierint honeste viuēduȝ. Hactenus de Epicuro elegāter apud Senecam: Nunc ad ipsum de quo nobis sermo institutus est uenio. Nunq̃ȝ uolui populo placere inqt Epicur⁹: Quid virilius: qd magnificētius: qd sapiēte viro dignius a quocūqꝫ uel ꝑipatetico dici pōt? Nec minus librata rō: Naȝ que inqt scio nō ꝓbat populus: que ꝓbat ego nescio. Preclare si mō nō uoluptatis sed ṽtutis amicus id diceret. Quid enim nescire te dicis Epicure: cum vnus ex oīum grege philosophorum vulgaris insanie defensor existas: ⁊ qđ ab indoctis ebrijs in ꝯuiuio eructat̃: a te sobrio ꝓbet̃ in scholis? Sed omittamus hoīem: qcqd dixerit ab alio dictum extimemus. Idem ait: Si ad nām viues: nunq̃ȝ pauꝑ: si ad opiniones nunq̃ȝ diues eris Et has diuitias ⁊ hāc pauꝑtatem in meipso sum exꝑtus: Ideoqꝫ dictum fidētius laudo: eoqꝫ metu or aduersus amicoꝝ iurgia: desidiam mihi an modestiam exprobrātium: q̄ facili nisu potuissem altius ascēdere: qđ ultro uocantem despexisse videor fortunam. Patiētia qdeȝ mihi opus est eterna: qm̄ illis obiurgādi uoluptas eterna est. Aures duraui illis linguas nō frenātibus ⁊ callum supinduxi: ut ad nullum ṽboꝝ vulnus doleam: aut eis indigner

C pura fide: Sed nisi fallor cōfusa ac ꝑuersa opinione monētibus vnū testor: frustra eos torqueri: qm̄ quo lōgius in tp̄e ꝓcedo: eo firmius in ꝓposito ꝑsisto. Nec me piget aut penitet incepti: qn poti⁹ amicoꝝ demētie tedet ⁊ miseret: quos nec tēpus: nec rō: nec uerior admonitio: nec exēplum: nec pudor: nec fastidium: nec metus: nec vicina mors ab erroribus reuocare pōt. Et hec qdem de meipso loqui cum amicis dulce fuit: Cum enim singulis satisfieri sine labore nō possit: simul oībus edito gescāt: ⁊ sibi cōsulāt: curāqꝫ quam pro me sumpserunt: pro me deponāt: Ego enim pro Epicuro statui: spretis opinionibus: nām sequi: diuitias mihi certissimas ac securissimas ꝓmittētem. Quō aūt mutarer: qui ne in hoc qdem peccare me nouerim: imo si error est: errore delecter ⁊ gl'ier: quo nihil penitētie magis ꝯ̃rium eē pōt: sine qua spes salutis delinquentibus uana est. Sapiētissime ergo ⁊ hoc ab Epicuro dicit̃: q̄ initium salutis est notitia peccati. Nec qđ sequit̃ ab eodem dictum obliuisci ualeo. Quip

D pe cum affigi aīo Seneca iubeat: Aliqs inquit vir bonus nobis eligendus est: ac semꝑ añ oculos habēdus: ut sic tanq̃ȝ illo spectāte viuamus: ⁊ omnia tanq̃ȝ illo vidēte faciamus. Alibi imaginarium testem exꝓmēs: seipsum noīauit. Sic enim inqt: Fac oīa tanq̃ȝ spectet Epicurus. Utrūqꝫ locū tractans Seneca: Scipionem eligi suadet aut Catoneȝ: aut Lelium si Cato videat̃ asperior: deniqꝫ aliquē cuius orōne ac moribus ⁊ honestate delecteris. Saluberrime qdem illud ab altero dictum: ab altero cōfirmatum est. Neqꝫ enim dubitari pōt interuentum claroꝝ hoīum si is desit: memoriam ipsaȝ frenum eē aīo ne in p̄ceps peccatis urgētibus rapiat̃.

Qui hāc sibi meditationem familiarē fecerit: quotiēs ad peccādum labi cepit: subibit ex recordatione uerecūdia: ⁊ manu uelut a ꝑīte retrahetur: nec actus soli: sed cogitationes quoqꝫ ruborem exprimēt. Ita repositis animi motibus testem quem nā negauit: imaginatio formabit ⁊ in imas pectoꝝ latebras itroducet. Mihi qdem ⁊ Cato placet ⁊ Lelius ⁊ suꝑ oēs Scipio. Sed qm̄ nr̄is nūc hoībus ꝯsulēdum: eligite uobis Joānem uel Antonium: Si horum durior sanctitas videt̃: eligite ex eoruȝ numero qui ⁊ peccatum ⁊ ueniam exꝑti orare pro peccātibus didicerūt Paulum: Augustinum: quorum nec ambigua virtus nec cēsura suspecta est: q̃ȝ q̃ȝ nobis qui nec muta simulacra: nec lapideos manufactos: nec uana phātasmata: nec sceleratas furum ⁊ adulteroꝝ vmbras: sed vnum uerum imortalem ac viuētem in secula deum colimus: quid fictionibus opus est? Meminisse sufficiet illum cunctis actibus ⁊ cogitationibus nr̄is assistere: nō testem mō sed iudicem in quo iustitia ⁊ misericordia sūma est. Multe sunt p̄terea magnifice uoces Epicuri: q̄s ꝓsequi ⁊ longum est ⁊ minime necessariū Sed vna oīum regula est: Sentētia placet: auctor displicet. Quis enim illum: ut ait Cicero: ⁊ bonū virum ⁊ cōem ⁊ humanum fuisse nemo neget: bonum tñ philosophū nullus affirmat nisi in eadem nutritus uoluptatis officina: Qm̄ sentētijs clarissimis abūdās: eas (ut dixi) ad turpissimuȝ finem refert. Et hinc qdem ad vnius actus memoriam uocor: ubi spretum sil'iter auctorem legimus manente sententia.

C De sapienti consilio Indidis dato Lacedemoniēsibus ne crederent cuidam alteri malo consilio apparenter bono. Cap. XLVIII.

i N cōsilio Lecedemoniēsi de graui ac magna re disceptatio oborta: Hesitātes animos tenebat ꝯstātib⁹ ceteris: vite qdam obscene sed luculēte facūdie: reipublice ꝯsiliuȝ salutiferum forte dederat: tam ꝓprijs tāqꝫ sonātib⁹ uerbis ut ab oībus ꝓbaret̃: quodqꝫ ille suaserat iamiam lege populi firmādum videret̃. Dum in illius sētētiam patroni oēs certatiȝ ruerēt: Indides vnus e senum numero qbus auctoritate p̄cipua apud Lacedemones ciuilis disciplina q̄si magisterium obtigerat idignabūdus exurgit: Et qs inquit uos error p̄cipitat o ciues: aut que naȝ reliq̃ spes salutis huic urbi est: si talibus ꝯsiliarib⁹ aditum apimus? Qꝫ si ꝯsilium placet oro ne id fedari ꝯsultoris ifamia patiamur. Simul his dictis: virum quēdam fortissimum atqꝫ cvspicue fame sed pigri ⁊ inameni sermonis ꝓtraxit in medium: Cōsensuqꝫ atqꝫ hortatu vniuerse ꝯcionis idem illud ꝯsilium enūciatione qdem rudi ⁊ incōptis uerbis adegit exprimere. Quo facto: ⁊ p̄mi auctoris suppresso noīe: plebiscitum ex idiserti sentētia factum est: Atqꝫ hoc nobile ⁊ illustre ꝯsilium: ⁊ huiuscemodi rei suasorem prudētissimuȝ senem uocat Aulus Gellius: qui hāc historiam Eschinis eloquētissimi viri orationib⁹ scriptam refert.

C De virtute ⁊ cōtinētia Xenocratis ⁊ sapiēti consilio tacendi. Cap. XLIX.

q Uam uoluptatis patronus Epicurus: taȝ hostis Xenocrates: nec minus loquēdi q̃ȝ agēdi abstinēs. Hic ergo cum casu iter maledicos quosdaȝ foret: atqꝫ illis ex more obtrectā-

tibus absentiũ fame: solus cõticesceret: Interrogatus cur id faceret: quia locutum inquit me aliquãdo penituit: tacuisse nunq̃. Laudatuz hoc a sapiẽtibus responsum mihi plenius probaret: si sermonum sepe: taciturnitatis raro penituisse dixisset.

¶ De sapienti et breui dicto Heraclidis: comparantis cursum mundi et tẽpus: flumini in idem reuertenti. Cap.L.

b Eraclides ait: In idem flumen bis descendimus: et nõ descendimus. Sapienter id qdem sed tam breuiter q̃ obscure. Nempe cui hoc esset ꝓpositum et qui cognomẽ ab obscuritate meruerit: ceterum incomprehensibilem tẽporis fugaz hoc eloquio significare uoluit. Quoniaz in flumine sensibus apertior est: idcirco de flumine loqui maluit: ex quo digressus et si cõfestim vnde emersit redeat: nomen quidem fluminis idẽ: aquam mutatam reperit. Recte igit̃ in idez flumẽ et descendisse et non in idem: sed in aliud dici põt descendisse. Hominis autẽ et si parũper occultior: nihil tñ moderatior fuga est. Fugit enim nõ fluminis tñ more: sed limus et vmbra tenuis fuimus et fumus euro uoluẽte rarissimus. Nullum tam breue tẽporis momẽtum est: qđ nõ aliquid vite detrahat. Hec ipse nos hore quas inter cecas uoluptates agimus ad mortem rapiũt: ridẽtes ad lachrymabilem exitum festinamus: ꝑcipites agimur nec sentimus: Ideoq̧ improuisi corruimus et repentinum casum ducimus: quem ab ipso lucis lumine: que cernimus vniuersa ꝓnunciãt. Irrequietus enĩ celi motus nihil in hoc ambitu linquit immotum. Nihil manet eorum etiam que solidissima iudicãtur: Nec opera tñ hominum: sed nature alternantur et intereunt: Corruũt rupes: tumescunt ualles: alta iuga mõtium campis equabũtur: Auertentur flumina et nouos alueos querẽt: alia arescent: alia ex terre visceribus erũpent: Hic se artabit: hic laxabit pelagus: nec diu littorum species eadẽ erit: Piscator ueniet in aratoris fines: et que nũc puppib⁹ ac remis quatit̃: aratro sulcãda regio est. Hec fiũt semel: et facta sunt: oĩa secum tẽpus trahit: omnia absorbet: oĩa circũuoluit ac miscet: nihil stare ꝑmittit: Et magna mutant̃ et minima. Calamus hic dũ ista ꝑcurreret: ter mutatus: ter mihi ferro castigandus fuit. Hanc tñ tẽporis et cum tempore rerum omnium celeritatem cernebat Heraclides: sed affectator breuitatis ambigue paucissimis hec uerbis impleuit. Que mihi qdem oĩa a primis annis et lecta et audita et asseruata memoriter: sed diu tenaciter credita: nunc tãdem tam cõperta sunt ut pene manibus palpent̃: nec aliter annos numerare ceperim q̃ solebam dies. Sic me rapi video: sic remanere nihil post tergum stupeo: ut rudis uector secũdis flatibus puppe conuulsa littora nota circũspiciens ex oculis eripi et arenam quam pedibus ante calcauerat se sedente uanescere. Cui: ut Uirgili⁹ ait: terreq̧ urbesq̧ recedũt. Certe maiori hominũ parti sedenti et ociose et qđ admiror non sentienti tempus et mortalia cũcta preterfluunt: Hinc est ut extremo longeue vite positi se senuisse non intelligant: qđ sollicitudines et vigilie testant̃: quas profecto non tam cupide susciperẽt si superuacuas scirent. Scirent autem si forte expergiscerent̃ et ubi sunt aliqñ respicerent. Idez eniz talibus euenit (ut in eadem similitudine uerser adhuc) qđ in his qui immensum maris spatium dormiendo conficiunt: Prius enim in portuz delatos nauticus fragor excitat q̃ soluisse se nouerint.

¶ Quis debeat dici beatus et quis non ẽm Anaxagoram philosophum. Cap.LI.

a Naxagoras interrogatus: quisnaz eius iudicio beat⁹ esset: Nullus inquit eorũ quos tu beatos putas: Inter illos potius habitat quos miserrimos reris. Non diuitijs suis oppressus: nõ honoribus tumens: non uoluptatibus eneruatus: sed uel auiti ruris nõ auidus colonus: uel proprie discipline modestus possessor ac sobri⁹ sua q̃ vulgi estimatione felicior.

¶ De dicto Hecatõis: Si vis amari: ama. Cap.LII

b Ecaton quoq̧ ab hoc contubernio repellẽdus nõ videtur. Cuius ex multis hoc placuit: Ego inquit monstrabo tibi amatoriuz sine medicamẽto: sine herba: sine ulli⁹ uenefici carmine: Si vis amari: ama. Eleganter artibus magicis feria indicit. Nõ est necesse Thessalica tẽpe fixis in terram oculis lustrare: et per Herculeos calles Medee stupenti exteras herbas internoscere: Non ferino ritu corporibus humanis particulas rapere: et informia deformare cadauera: Non carminibus tartarum et elementa cõcutere. Licet ferales fucos ab amatis labijs auertere: licet spiritibus et sepulchris parcere. Ad id eniz qđ cupimus compẽdiosior et honestior via fert: Si vis amari: ama. In ceteris quidem rebus diuersi generis cõpensatio admittit̃: amor amore pensandus est.

¶ Q; Cretes inimicis suis maius malum non optãt q̃ delectationez ex mala consuetudine prouenientem. Cap.LIII.

c Retes in turba exemplorum sunt. Cũ eniz ceteri mortalium inimicis suis aspera que libet ac tristia: mortem: exilium: pauperiẽ: ignominiam imprecent̃: hi solũ delectationẽ orãt: sed eam que ex mala cõsuetudine percipitur. Et hi qdez qđ de Tito Coruncaneo et Marco Curio supra diximus: uerbo mitissime: re atrociter. Profecto enim pertinax malorũ actuum iucunditas preceps ad interitum via est.

¶ De cõsilio Panetij philosophi cõtra insultus et pericula huius mundi. Cap.LIIII.

p Anetij philosophi illustris sentẽtia hec est: Decere animum sapientis viri inter tumultus et pericula rerum humanarũ positi circũspicere omnia: et vndiq̧ ingruentia mala precauere. Itaq̧ semper ꝓmptũ expeditũq̧ ad omnes insult⁹ vitãdos tolerandosq̧ cõsistere: Sicut athlete solent ad certamen brachijs elatis et toto corpore preparari: nec minus animo ne quid oĩno repentinum aut improuisum accidat. Magnificum prorsus et salutare consiliũ: Quis enim labores ac humane vite discrimina: qs casus uarios enumeret? A Hinc fortuna seuit: hinc blanditur: hinc iuuentus effundit: hinc senectus trahit: hinc morbi obsidẽt: hinc minatur mors: hinc alienis et externis motibus quatimur: hinc intrinsecis et nostris. Sup̃bia attollit: metus deijcit: spes suspendit: cupiditas inflãmat: gaudium dilatat: dolor angustat: liuor inficit: gula sollicitat: accendit ira preceps: et quotidianum ac blandum malum adamãtinos animos flectit luxuries. Quis autem inter hec tutus: qs intrepidus nisi sit demens? Quis vnq̃ athleta tam B

periculoso se credidit duello? Jll q̄dē singulis hostibus occurrūt: nos cum mille congredimur. Itaqꝫ nō tm̄ athletaruꝫ more: ut vult Panetius: exerti: sed Romanorum ducū qui exercitibuſ pꝛesunt: donec in patriā cōtigerit ꝑuenire: ueluti iam dimicādum sit: instructa virtutum acie semꝑ ad pugnā parati simus si in terra hostili inter tot insidias salui esse cupimus. Sꝫ Panetio suus quoqꝫ discipulus iungendus est.

¶ De sn̄ia Possidonij discipuli Panetij. Cap̄.LV.

A u Num eruditoruꝫ diem plus placere q̄ꝫ imperitorum longissimam etatē: inquit: Possidonius. Pꝛeclare: Neqꝫ enim tēpus metiēdum est qḋ fenerātes solent: sed virtus ꝛ gestarum rerum gloria: q̄bus nihil est cōmune cum tempore. Nō illius finibus artanꝰ: sed pꝛopꝛijs quos nihil laxat: nihil angustat: Jn quātalibet bꝛeuitate multū patēt. Hinc pꝛeclaros iuuenes videmus ꝛ obscuros senes: quoruꝫ noīa si ad alienigenas perferanꝰ: subit audiētiū animos opinio diuersa. Fama enim crebꝛioꝛ ꝛ reruꝫ multitudo apud vulgus senectutis argumēta sunt. Uidi ego quorūdam tā gloriosam adolescētiaꝫ: ut ad eos visendos de longinquo ueniretꝰ: dum interim senes ac decrepiti vicinis etiam incogniti laterēt:

B Audiui affirmantes nunq̄ꝫ se nisi oculis suis ꝓpꝛijs fuissent fidem etatis habituros: Quosdaꝫ enim sibi defunctū: alios senem finxisse eum de quo tāta fama. Itaqꝫ cōgressu pꝛimo stupuisse qḋ euenit ignorātibus: quanto letioꝛ sit sapiētis iuuētꝰ. Mihi: ut ait Possidonius vnus etiam peritorum est placitioꝛ dies q̄ꝫ stultorum etas. Hoc in urbibus euidētissimuꝫ est. Quā eniꝫ aliam ob cām Roma atqꝫ Carthago circa q̄ngētesimū annum foꝛmidabiles ꝛ toto oꝛbe notissime fuerāt: cum tot urbes alie: ꝛ per Europam: ꝛ per Africam ꝑmutādis mercibus aut agris fodiēdis inglorie bina aut terna uel eo amplius egerint annorum milia finitimis inaudite? Persuasuꝫ vulgo scio Romam omnium urbiuꝫ esse uetustissimā: cum ne sit longius abeūdum: in circuitu eius multas uetustiores esse certum est. Sed hāc eius opinioneꝫ: ut dixi: ingēs ꝛ singularis gloria cōflauit.

¶ Q̄ꝫ ſm Anacharsem philosophum: leges urbium simillime sūt aranearū telis: ꝛ q̄re hoc. Cap̄.LVI

a Nacharsis philosophus: ꝓpꝛie admoduꝫ ac pꝛudenter: urbium leges aranearum telis simillimas dicebat. Sicut enim ille imbecilla aiantia inuoluūt: frāguntur a foꝛtibus: sic hē pauperum delicta puniunt: a potentibus cōtēnuntur. Qḋ Catonis dicto cōuenit superius relato de furibus publicis ac pꝛiuatis. Dies auteꝫ deficiet si ꝑgimus philosophorum vniuersa complecti. Jam igitur ꝛ poetis Gꝛaijs adituꝫ pādamus.

¶ Q̄ꝫ rerum experientia ꝛ plura videre multum confert ad sapientiam acquirendam. Cap̄.LVII.

b Omerus Ulyxē suum: sub cuius nomine virum sapiētem ac foꝛtē vult intelligi: terra mariqꝫ iactatum fecit: ꝛ carminibꝰ suis toto pene oꝛbe circūtulit. Qḋ imitatus uates noster: Eneam quoqꝫ suum per diuersa terrarum circūducit. Uterqꝫ consulto. Uix enim fieri potest ut aut sapientia cōtingat inexperto: aut experiētia ei qui multa non viderit. Uidisse autem multa herēti in vno terrarum angulo: vix potest euenire.

¶ De sapienti ꝓcacitate ꝛ deliberatiōe Simonidis sup̄ questiōe: Quis aut q̄lis esset deꝰ. Cap̄.LVII.

f Imonides poeta: suauis ꝛ vir doctꝰ ac sapiens (ut ait Cicero) ab Hierone Siculo rogatꝰ edicere q̄dnaꝫ aut qualis esset deus ad deliberādum vnius diei spatium poposcit. Jd cum fluxisset: reuocatus: ꝛ qḋ pꝛidie quesituꝫ erat iussus absoluere: biduuꝫ postulauit. Eo rursus elapso: petijt quatriduum. Et cum sic sepe spatiū duplicasset: admirās tyrānus: q̄d sibi pꝛocrastinatio hec uellet ꝑcunctatus est. Quia quo diutius ingt cogito: eo mihi species videtur obscurioꝛ. Pꝛudenter non temerarie ꝛ impudenter: ut q̄dam solent: haud aliter uerbis deum conscribentes q̄ꝫ si uel is humanis intellectibus caperetur: uel ipsi nunc de celo uenietes iterfuisse diuinis ꝯsilijs meruissent.

¶ Q̄ꝫ ſm Aristophanem leo non est educandus in ciuitate: ꝛ quid hoc significet. Cap̄.LVIII.

a Ristophanes comicus Periclem quē virum cautissimū fuisse cōstabat: finxit ab inferis reuertētem: ꝛ ciues suos monētem: nō opoꝛtere in ciuitate leonem educari: si educatꝰ fuerit obsequi opoꝛtere. Persuadere uolēſ hoc figmento adolescentibus generosis ac ꝑferocibꝰ habenas substringi debere: postq̄ꝫ laxate sint: sero cōtrahi immodica frenum recusante licentia. Posse igitur inimicum libertati nimium fauorem potentibus negari: consecutis eripi non posse.

¶ De doctrina Philladis Histrionis dicētis: Jn scena nil magis magno duci cōuenire q̄ꝫ cogitare pꝛo subditis: nam sic commodius magnitudo eius expꝛimitur. Cap̄.LIX.

c Omedia in scenā bꝛeuis est trāsitꝰ. Quis ꝛ illam crederet exempla sapientie missuram? Philladēs histrio qui pꝛimum uetustum ꝛ incōditum saltandi morem pꝛedecora nouitate permutasse traditur. Jn illa arte clarissimus discipulum habuit Hylam noīe: quē cum impense admodum usqꝫ ad paritatis atqꝫ ad emulationis studiuꝫ erudisset: ꝛ iam pꝛo discipulo aduersariū haberet: cepit eū obseruare tā sedulo ut sepe iusteqꝫ redarguēs spectāte populo Romano se adhuc superiorem appꝛobaret. Uno audito coniecturari reliqua licebit. Saltabat Hylas canticū cuius greca clausula latine sublimē sonabat ꝛ ingentē. Hāc ꝓ o magnitudinem atqꝫ altitudinem Hylas sese attollens dilatansqꝫ ueluti coꝛpore metuendo repꝛesentabat. Non abstinuit Philladēs: sed ex ipso cōsensu spectantium exclamans grecis uerbis increpuit. Tum coactus a populo idem canticum saltauit. Cūqꝫ ad id qḋ in altero repꝛehenderat peruenisset: non sese extulit: non effudit: sed contraxit: finxitqꝫ meditātē docte quidē ꝛ pꝛudenter: Q̄m nil magis magno duci conuenire censuit: q̄ꝫ pꝛo subditis cogitare: nec aliter commodius magnitudineꝫ eius expꝛimi.

¶ De sapientibus pꝛouerbijs ꝛ doctrinis Publij histrionis tam ex libꝛis Senece q̄ꝫ ex Saturnalibus. Cap̄.LX.

p Ublium quem in philosophis inseruit Seneca: ab historicis non excludam: ubi pꝛopositum est ex omni hominum genere memoranda cōquirere. Hurus eq̄dem inter mimos multa tam grauiter tāqꝫ magnifice dicta sunt: ut e medijs philosophie fontibus eruta videantur. Et sicut est in epistolis ad Lucilium non ex calceatis

sed ex coturnatis discenda sunt. Unum eius dictū ille locus habet. Alienum inquit est omne qđ optādo euenit. Quid aliud hic dicit iocorū artifex: q̃ Bias patria capta nudus fugiēs (siue ille sit Stilbon) nihil eorum que fortuna tribuit suum putās? Quedam eius precepta sensibus uberiora q̃ uerbis in Saturnalibus annumerata sunt. Hec q̄m: ut ibi scriptum est: lepida ⁊ ad cōmunem usū accommodatissima ⁊ singulis uersibus circūscripta sunt: ⁊ breuitate ⁊ gratia ne excludātur impetrāt.

b Que tametsi nescio qualiter oia fere Senece prouerbijs inserta reperias: siue ipse: siue alter: siue qs piā de alieno liberalis fuerit: proprio tamē auctori surripiēda nō arbitror. Sunt tamē huiusmodi. Beneficium dādo accepit qui digno dedit. Feras: nō culpes qđ mutari non potest. Cui plus licet q̃ par est: plus vult q̃ licet. Comes facundus in via pro uehiculo est. Heredis fletus sub persona risus est. Furor fit: lesa sepius patientia. Improbe Neptunum accusat qui iterū naufragiū facit. Nimiū altercādo ueritas amittitur. Pars beneficij est qđ petitur si cito neges. Ueterem ferendo iniuriam inuitas nouam. Nunq̃ periculum sine periculo vincitur. Frugalitas īserta est rumoris boni. Ita amicum habeas ut hunc posse fieri inimicū putes. Hec Publij sunt sententie: in quarum singulis aliquantisper insistere non grauarer: nisi quia tractatus sapientie inter insipientis manus nescio quo pacto supra q̃ putaueram excreuit: ⁊ ad finem propero. Hec dixisse satis est: has mihi sententias non tam histrionis q̃ philosophi videri: facileq̃ oēs diuino meo iudicio probari: p̄ter penultimam: quam non sine causa Seneca uelut sibi aduersam liquit: atq̃ ultimam: de qua quid cum Cicerone sentirem: dixi iam.

¶ Q. s̄m Laberium victoria humana est instabilis: ⁊ qui precedit sequitur: ⁊ qui vincit postea vincitur. Cap. LXI.

c Eterum pro tot Asie regibus aut populis in Capitolium secutis: currus triūphantiū Romanorum sufficiat ad vindictā: q̃ nūc Romanus eques a conciuibus longe distractus Asiaticum victorem suum in hoc opere subsequit̄. Laberius inter eos qui mimos scriptitarunt diu clarissimus: victus tādem est a Publio. Quippe a quo nunc talium studiosus nemo nō victus est? Qđ ⁊ Julius Cesar diffiniuit his uerbis: Fauente tibi me victus es Laberi a Cyro. Et Laberius ipse tam equanimiter tulit: ut victum se sine altercatione fateretur his sapientie plenis ⁊ memoratu dignis uersibus: Non possunt p̄mi esse omnes omni tempore. Summum ad gradum cum claritatis ueneris: Consistes egre: ⁊ citius q̃ descendas decides. Cecidi ego: cadet qui sequitur laus est publica.

¶ De prouerbijs vulgaribus: ⁊ ipsorū commendatione in generali ⁊ in speciali. Cap. LXII.

a Unc quedam ⁊ sine auctore famosissima: longo usu in prouerbiū uersa: ⁊ uelut omnium hominum approbata consensu: qualia sunt: innumerabilia in sermone vulgari: que ul' horrens villicus uel tremens anus sic enunciet interdum: ut mirari nos cogat ⁊ subsistere: ⁊ repetiti uerbi laudare sententiam: acumen: ornatum: vis sonum: magnificentiam: breuitatē. Deniq̃ uel in silentio fateri: nihil de tali re melius: nihil uerius: nihil sapientius: nihil elegantius etiam ab eruditissimis ⁊ disertissimis dici posse. Nimirum a talibus nec ab alijs a p̄mordio dicta sunt: licet ea postmodum ⁊ spectata ueritas ⁊ memorie amica breuitas in vulgus effuderunt. Multa quoq̃ huius generis passim per auctorum libros offendimus: ex quibus exempli causa pauca subiecimus. Fortes fortuna adiuuat. Obsequium amicos: ueritas odiū parit. Sine Libero ⁊ Cerere friget Uenus: Licet hec apud Terētium sint. Item qđ inter Senece uerba connumerant. Auarus nihil recte facit nisi cum moritur: Sic est profecto: Uiuens enim nulli bonus nec sibi nec alteri: moriens heredē uoti compotem facit: ⁊ se curis liberat nulli malus. B

Item illud: Summū ius: summa iniuria: Qđ sane: ut Cicero vult in officiorum libris: intelligit̄: ⁊ sanam habet sententiam: si non ad localem vnionē contrariorum trahitur: ⁊ non minus sapienter dictum apparebit: ubi in animum uenerit: quāto plura flagitia in magnis urbibus q̃ in solitudine perpetrantur. Superuacuum per singula discurrere: Hic raptum filie: ille uxoris adulterium: Alter fratris: alter nati violentam mortem deflet. Hic immeritum carcerem: hic eculeum passus est: hic furtū ptulit: hic rapinā: hic presidis: hic potentioris vicini supbia quatit̄: hic de ꝓ hon̄: hic de ꝟ herū idignitate conqueritur: hic auito lare pellitur: hic obsceno premitur seruitio. Tot iniuriarum modis leges non sufficiunt. Atqui hec in medijs urbibus fiunt p̄cipueq̃ illustribus: mirum cum has constet summo iure subsistere: Alioquin ruituras quis neget? Sed ut uetus ꝓuerbiū testatur: hec ꝓrsus aduersa simul stant: Summū ius: summa iniuria: Nec illud sapientie uacat grecum ꝓuerbium: quo iubemur: ut Quam quisq̃ nouit artem in hac se exerceat. C Id q̃ male seruetur nostris p̄sertim temporib' quis non videt: qui uel tenuiter ad humanos act' oculum deflectat? Hic legum peritus in bellū ruit Ille armis exercitus forum terit. Iste dominio genitus mercibus ac fenori studet: Ille aratris nat': a ligonibus ad tyrānidem aspirat. Hic disputator argutus cōcionantibus obstupet: hic concionator egregius dialecticis syllogismis inhiat: uterq̃ manū calamo applicat. Et quia sibi aliquid videtur intelligere: ardet libros componere: seq̃ notū facere posteritati. Qua in re me quoq̃ cum ceteris arguo: ⁊ ardens fame desiderium totq̃ diurnos ac nocturnos labores meos: forsan effectu carituros atq̃ interim ad alia etsi non speciosius: certe fructuosius conuertendos. Non est cuiusuis ingenij libros scribere: Magna quidē res est ⁊ singularis ⁊ difficilis ⁊ paucorum hominū. Sed multa inquis intelligo: multaq̃ longo studio quesiui: cur me a scribendo dehortaris? Quia fieri potest ut recte quis sentiat: ⁊ id qđ sentit polite eloqui nō possit. D Quis hoc? profecto Marcus Tullius. Et si nullus diceret: vnusquisq̃ tamen ita esse fatebit̄: cui non sit insitum pro uoluptate potius q̃ pro ueritate contendere. Quid igitur faciam dices? Si consilium poscis: accipe qđ ego impetu animi raptus mihi ipsi ne quicq̃ sepius inculco. Studium tuum ambitione careat ac pompa: saluti inuigilet non glorie. Profecisse te depulsis tenebris ignorantie: uel ad intellectus lumen dūtaxat uel etiam

lingue claritatem agnoscis:deo gratias agens ute re bono tuo equanimiter:humiliter: ⁊ ubi facilius ac felicius potes ingenium exerce:Scribere autē eius rei peritis linque:memor Oraij prouerbij qd̓ nunc in manibus est:Ita forte membranis parce- tur:faciendiqꝫ libros aliquis erit modus.Sed in- stabis:Ego laborem nō metuo:nec aliter q̄ꝫ tu scri bendi propositum frenare possum quid hic preter temporis ac studij iacturam reprehēsibile est?Re spondit idem Cicero:Mandare quenq̄ꝫ inquit co- E gitationes suas litteris:qui eas nec disponere nec illustrare possit nec delectatione aliqua allicere le ctorē hominis est intemperāter abutentis ⁊ ocio ⁊ litteris.Uides igitur non sapientie tm̄:sed mo- destie causa temperandum.At rursus urgebis ⁊ inculcabis mihi Satyricum illud:Tenet insanabi le multos scribendi cacethos:quid fiet : abstinere non possum ab hoc mūdo delectabili:da ueniam. Hanc negare nequeo morbo simili laboranſ:Id ti bi tamen mihiqꝫ denuncio eventurum qd̓ ibidem Cicero subiungit:Suos inquit libros ipsi legant cum suis:nec quisq̄ꝫ attingit preter eos qui eandē licentiam scribēdi sibi permitti uolunt.Hactenus mecum cum lectore rixatus sim:deinde ad propo situm reuertor:Quam quisqꝫ nouit artem in hac se exerceat.Metiatur seipsum quisqꝫ nec qd̓ pul- cherrimum sed qd̓ aptissimum sit cogitet:sibi atqꝫ illud arripiat:Nunc autē aliena miramur:nostra contēnimus: ⁊ inconsulta glorie cupidine non no stris actibus exercemur . Ipsi deniqꝫ vim nature nitimur inferre:Minime igitur miruꝫ est si studio rum nostrorum tales sunt exitus.Et de his quidē atqꝫ horum similibus nihil amplius.

¶De contemptu diadematis innominati regis ſm Ualerium. Cap.LXIII.

i Ater auctore carentia apud Ualerium in- nominati regis dictum ponam:qui oblatū diadema non confestim superimponenſ ca piti:cum animo ⁊ manibus diutius uersasset:his ad postremum uerbis usus est:O charum ⁊ illu- strem potius q̄ꝫ felicez pannum:cuius quisquis di scrimina curasqꝫ ⁊ molestias preuideat : de terra subleuare negligat.Sapiens dictuꝫ fateor:sed tū quoqꝫ regem dicerem:quādo historie aditum vi- derem diadema eum cum uerbis abiecisse.Crebri enim sunt regnorum ac rerum tempalium dn̄ato- res:rarissimi contemptores.Nec sine causa dictuꝫ reor a poeta:Aude hospes cōtēnere opes:quia ar duus ⁊ paucarum mentium est ille contemptus.

¶Qꝫ nullum maius suppliciuꝫ de hoste optari pōt: q̄ꝫ ꝙ papa fiat ſꝫ Hadrianū papā. Cap.LXIIII.

r Egio simillimum pontificale uerbum:Tē- pus est enim iam ad etatem nostram descē dendi:Hadrianum Romanum pontificeꝫ spe dicentem audiuisse:Polycrates refert:qui sibi perfamiliaris fuit:nullum se ab hoste suo quolibet maius suppliciuꝫ optare q̄ꝫ ut papa fieret.Et pro- fecto nisi fallor:summi pontificatus sarcinam que vulgo felix ⁊ inuidiosa videtur : humeris subijsse difficillimum ⁊ gloriosum miserie genus est:His dico qui eam seqꝫ ab omni contagio precipitioqꝫ preseruare decreuerunt.Reliquis enim quanto le uior videtur:tanto funestior status est.Uidet ita- qꝫ apud utrosqꝫ formidabilis.Qd̓ si ille fatebatur qui id onus paucis diebus pertulit:quid illis vi- deri debeat qui sub fasce senuerunt?

¶De Roberti regis Sicilie sapientia: ⁊ prudēti di- spositione quo ad omnia in morte sua. Cap.LXV.

s Ed nomine truncus erit ⁊ informis sapien tie tractatus absqꝫ Roberti nomine . Nec ego nūc vitam eius que tota moris ac sapi entie norma est:nec lōge etatis acta cōmemoro:de qbus solis uel poetico uel historico sermone:quan tūqꝫ presens impetus animo suaserit:integer rete- xendus nobis liber est:si largiente deo studijs no- stris ociosum tēpus affulserit.Ut si quid apud po steros fidei aut gratie noster labor inueniet:nepo- tum populus intelligat hunc etati nostre regeꝫ cō tigisse:quē nulla non sapientissimum etas dictura sit.Qꝫuis enim inclytum nomē eius ope nostra nō egeat contraqꝫ potius nostruꝫ eius auxilio: ⁊ cla- ritatem ⁊ diurnitatem sperare queat:tamen tā di- gno tamqꝫ honesto officio fungi dulce erit permix tisqꝫ noibus amborum regiam famā nullius indi- gā:debito obsequio prosequi propriaꝫ ꝓo ⁊ illiuſ radijs illustrare: ⁊ in euū pariter fortassis extende re.Quis enim librum qui de Roberto rege inscri ptus erit abijciat?Quis non cupide quocūqꝫ stilo scriptuꝫ relegat?Hoc nēpe proposito precibꝰ quaſ heu supremo mitissimus digressu fundere digna- tus est ilicet acquieuimus:ut Africaꝫ sibi Scipio ni deniqꝫ nostro dicaremus.Quāta aūt nobis uo luptas erit de illo scribere:cui tā libenti animo de illo scripta sacrauimus?Qꝫ deniqꝫ iucundum cuꝫ uenerit:quo nihil in terris dulcius iam nunc cogi- tatione presumimus?Uerū ⁊ si vitam differre co gimur:mortem saltem liceat attingere:Immo ꝓo vite melioris exordium:quis enim mortem dixe- rit?Decubuerat corpore quideꝫ languidus:ſꝫ ani- mo alacri ⁊ infracto:nullus dolor:nulla consterna tio:nullus egrediendi metus:nullum manendi de sideriuꝫ:in illo presertim habitaculo:ubi tanto cū honore permanserat corporis ergastulum artusqꝫ satis fatiscentes uelut totidem libertatis sue vin- cula cernebat:Arebat cutis ⁊ vitalis calor infra senile pectus:iam redactus assidue decrescebat:in geminabant morbi:rarescebant spiritus:transibat dies ultimus:extreme hore tempuſ instabat.Nul le interim querele:nulle ipsius lachryme fluebant: cum alienas abstergeret.Sentio quid mihi argu- tus nunc lector obijciat : Fortitudinis hoc potius q̄ꝫ sapientie videri.Non inficior:nō cōtendo:sciēs ⁊ virtutibus inesse cognationem quādam: ⁊ hūc ipsum de quo loquimur omnibus usqꝫ in miracu- lum abūdasse.Hoc sane qd̓ sequetur ad qd̓ per tot preambula tēdebat:stilus sapientis ⁊ vniuersa cir cumspicientis atqꝫ in extremis solito iudicio fruē tis animi signū est.Quid enim prohibet qd̓ in sin- gulis uel regibus uel philosophis miraſ antiqui- tas?In hoc dicendum est enim sepius) ⁊ rege si- mul ⁊ philosopho posteritatem admirari.Noue- rat se suis esse charissimum:seqꝫ id meritum gau- debat quibus grauissimum se memorem relinque re certus erat.Uidebat adolescentulos regni suc- cessores: ⁊ etatem multis obiectam periculis uere batur.Nouerat sacrum religiose coniugis arcanū fugam e seculo illo adhuc superstite : meditantis. Tuto quidem poterat illustri femine regni pōdus committere : Poterat illi animo supedificare quā tūlibet fundamenta:non deerant nisi ipsa:qd̓ euē-

tus docuit: q̄uis miserata casum publicum saluti
p̄prie succurrere maluisset: seq; post sepulchrum
tanti coniugis mox intra sacros parietes monaste
rij sepelisset: ad altiora suspirās. Hoc muliebre pro
positum iam pridem cognitū multa uoluētis aium
D angebat quis habenas rerum post se flecteret: qs
regnum status accipere. Circūspiciebat scopulos:
meminerat procellaruz et ab aquilone et ab austro
uenturasq; presagiens tēpestates gubernator egre
gius: clauum commissurus inexpertis: quid mirū
si sollicitudinum uariaruz fluctibus estuabat? Tot
difficultatibus rerum: que uegetuz licet ac ualidū
fatigare debuissent: moriens indefesso animi vigo
re consuluit. Primum omnium flentes ac eius cō
ditionem miserantes: magnifice castigatos docuit
nil sibi triste: nil asperum: nil miserabile: nil mole
stum: deniq; nil nisi suaue prorsus et iucundū mor
te contingere. Satis se iuxta Cesaream sententiaz
uel nature vixisse uel glorie: optare se iam ex corpo
ris statione discedere: sperare ab hoc mortali solio
digressum ad stabiliora regna proficisci: Minime
itaq; lugendum: sed omni gaudio prosequendum
E iter suum. Quid multa? Sic omniuz gemitus ora
tione compescuit: sic omnem miseriarū mortis opi
nionem ex audientiū pectoribus extirpauit: ut nūc
usq; sese felices arbitrentur: quibus illum ex ipsa
morte concionantem contigit audire: nec morien
tis cubiculo ullas philosophorū scholas preferāt.
Demum aduersus singula que terribilia prouide
bat accommodata remedia ueluti prestitura uene
nis antidota dictauit: Regni gubernacula successo
ribus quos matrimonio iunxerat tradidit: Identi
dem admonens: Hoc istud consilio: hoc illud peri
culum declinate. Sic cum subiectis: sic cum ami
cis: sic cum hostibus viuite. Hec et alia similia: cuz
solita et aucta magis maiestate dixisset: tota mēte
in deum uersus expirauit: et e corporis vinculis le
tus excessit. O felicem perfectamq; sapientiam: in
ter mortis angustias cum ceteris hominib⁹: ne dū
rerum externarum: sed sui etiam ipsius vix ulla su
perest memoria: ita secum omni ex parte consistere
ita superstites consolari: tanq̄ nō ipse: sed hi mori
turi sint: ita res suas disponere ceu rus peteret nō
sepulchrum: Et regno quidem in longum consu
luit: modo uoces abeuntis animis inheserint: nec
(qd̄ multum uereor) externis vite consilijs euane
scant: Ego autem hactenus domini mei finem re
ferens: inter contrarios affectus distrahor: et ama
ra quadam pascor dulcedine: nec vnq̄ nisi lachry
mis coactus ab hoc sermone diuellerer.

C De sapientia Maphei vicecomitis Mediolani: et de sapiētī recupatiōe pdite patrie sue. Cap̄.LXVI.

A Apheus vicecomes: vir hac etate pruden
m tissimus est habitus. Is Mediolanēsi pa
tria prepotētis inimici viribus pulsus: dū
ad Canem magnum Ueronensem exulū atq; ino
pum: ut iam diximus: hospitale notissimum confu
gisset: turbas hominum atq; conspectuz vitās: qd̄
curis grauioribus pressi solent: procul a ciuitate so
litarium: ut aiunt: sibi elegit habitaculum. Ubi cū
breui tempore deserti senis exilium ludibriuz esse
inciperet: qp fama loqueretur: solum ac uagantem
dies integros supra ripam Benaci lacus agere: su
perbus hostis vnum ex suis ad cum illudendi gra
tia misisse traditur. Qui soliuaguz ut audierat pro
spiciēs: aliquādiu contemplatus accessit: et domi
ni sui uerbis quesiuit: Primuz quid illic solus age
ret: Respōdit senior: Retia tendo solus ideo ne qs
obstrepet. Subsecutus nūcius: Qui me inquit di
rigit: scire cupit ex te quibus vijs et quādo speres
B in patriam reuerti. Et ille: Eisdē inquit quib⁹ egres
sus sum: Sed nō anteq̄ flagitia sua scelerib⁹ meis
preponderare ceperint: tunc me purgatum leuiorē
q̄ remeare: illum ponderibus suis descendere ac
precipitem agi necesse est. Qd̄ cuz Mediolani do
mino renunciatum foret: exclamasse vnum ex astā
tibus ferunt: Seniculus ille ex omnibus que ha
buerat nihil pter spem sensumq; retinuit. Nec dū
tamen tuto contemnitur. Et profecto sapienter ad
utrumq; responderat. Primum qd̄ secretum eius
procul ab omnium turbis ageret. In secundo eniz
non sapiens modo: sed uates fuit. Siquidem non
multo post: hostis exuperante nequitia: cui insolēs
dabat alimenta felicitas illa deiecto: ipse victor in
patriam redijt. In qua usq; in presentem diez ut vi
demus ipsius et nepotes dominantur et filij.

C De religioso qui conuiuiū ad crastinuz refutauit: quia crastinum non habebat. Cap̄.LXVII.

Ictum vnum audire placuit: et referre de
d lectat. Religiosus quidam vir spectate san
ctitatis ac iam senio grauis ad insequētis
diei conuiuium inuitatus: Si quid ait nunc ex me
vultis presto sum: quid ꝓo cras agendum sit: uos
quibus uacat cogitate: Ego enim a multis annis
crastinum non habui. O felix si uera memorasti.
Quid enim miserum formidare potest qui crasti
ni curis resecatis: hunc diem ut extremuz ordinat:
ut extremum aspicit? Omnium rerum suarum in
expedito rationem habens: nec de preteritis nec
de futuris anxius. Sūma hūc et sacra cū delecta
tione viuere necesse est: impletis vite officijs et sar
cinulis rite compositis: adhuc inter homines cun
ctantem et nihil iam preter dei reuocātis imperiuz
expectantem. O iterum et iterum felix: nec scio an
felicior: si dicere posses qd̄ est apud Senecā: Jam
paratus nihil cogito: de die toto cogitare arbitror
alioquin stulte se artasse ad uesperam.

C De sapienti usu et doctrina Brixiensis circa erudi tionem propriorum liberorum. Cap̄.LXVIII.

Uam hoc recte premissis addiderim: vide
q rint doctiores: mihi pretermittere quidem
A non libuit: Brixiensis vir et morum et san
guinis nobilitate conspicuus dicitur. Ego eniz ho
minem non noui: sed qd̄ sepe mihi relatum est te
neo. Inter multa nimirum que sapienter et cū ami
cis et cum vicinis agit: hunc cum filijs morem ser
uat: usq; ad quartūdecimum etatis annum ferulis
et uerberibus lasciuientes domat: tenerum ac tra
ctabile ingenium omnibus modis ad arbitriū suū
fingens. Postq̄ ꝓo pubertatem attingūt: flagris
abiectis: precibus ac monitis ad virtutem cohor
tatur et rectam viuendi viam sedulo illis obtestās
et pericula dinumerans que obliquis tramitibus
gradientes manent. Hoc patris officium dictitās:
filios enim esse: non seruos cum quibus neruis et
catenis agendum. Adijcit et illam facti rationem:
Quid inquit se simul et filium torquere iuuat: sa
pientem nemo nisi deus facit. Itaq; dum nihil in
telligunt: officium tuum imple: Post admonuisse
satis est: De reliquis si quid carcere uel supplicio

dignum interuenerit: ꝛ tibi parce ꝛ filio: curamq;
B hanc omnem supremo artifici committe. Sensi ego quidem in multis: sed in meipso clarius frustra nature repugnari. Quanto enim studio parētes mei egerant: ut patrimonium aucturus ius ciuile pdiscerem. In quo uiuentibus ijs aliquātulum processi. Ut autē mihi relictus sum: eo redij vnde nunq; animi intentione discesseram. Ualde parentibꝰ cupiebam obsequi: sed natura cogebat: nec dici necesse est qđ omēs norunt q̄ procul hec me ab illorum opinione raptauerit. Nunc quoniam duo maximi tractatus vnum ingentem librum occupant: pars prime virtutis tertia: quarto mandabit̄ uolumini.

¶ Francisci Petrarche Poete Oratorisq; Clarissimi: Rerum memorandarū Liber quartus: In quo de prouidētia tertia parte prime virtutis scilicet prudentie tractatur: Incipit.

¶ Tractatus primus est de coniecturis.

¶ De Appio Claudio qui cautissime prospiciēdo videbat Romanorum virtutem negocijs ali segnitieq; marcescere. Cap.I.

a B altioribus incipiam. Quid enim populo Romano in terris altius fuit? huius euentus ab illustribꝰ viris multo ante puisus est. Appius Claudius in omni sermone negocium Romanorum ocio preferre solitus fertur. At que memoria tam demens est: que ocij dulcedinem negociorum curis si facultas securitasq; cum ocio contingat: nō preferendam censeat? Sed in anteriora pspiciens vir cautissimus: videbat id quod exitus approbabat: Romanā virtutem negocijs ali segnitieq; marcescere.

¶ De sententia prouidentissima Quinti Metelli dubitantis an victoria Romanorum in Carthaginē letabilior an formidabilior esset. Cap.II.

e Quidem qđ hic generali quadam admonitione atq; indefinite censuerat: Quintꝰ Metellus rebus ipsis applicuit. Bello enim secundo punico: pulso tandem ex Italia Hannibale ac subacta Carthagine: cunctis gaudio exultantibus: solus in senatu graui ac circūspecta sententia usus est: Ignorare se asserens an ea victoria letabilior an formidabilior esset reipublice. Sicut enim Hannibal alpes ingenti strepitu transgressus concussa Italia dormitantem populum Romanum excitasset: Ita uerendū ne illo digresso silentio ꝛ pacis reditu rursum obdormiscerent: Et quos labor ac metus exercuerant: securus torpor opprimeret.

¶ Qualiter Scipio Nasica preuidens mores Romanorum in pace ruituros: aduersatus est sapientissimo Catoni: censenti penitus delendam esse captam Carthaginem. Cap.III.

A n Am qd aliud ante oculos habebat ille vir optimus a senatu iudicatus Nasica: tertio bello punico: dum a sententia Catonis Censorij: qui vir omnium sapientissimus habebatur: acerime constanterq; dissensit? Et illo censente inexorabiliter delendam esse Carthaginem: aduersatus est. Non q; urbem infestissimā partius odisset: sed q; patriam diligeret: cuius mores preuidere se dicebat: in luxuriam abituros: amoto emule urbis stimulo. Atq; utinā eius tūc ꝯsiliū ualuisset: lōgioris eui forsitā Romana felicitas fuisset: Nec hostili urbe ferro flammisq; consumpta: ipsa tam breui post tempore: non armis sed vitijs propellētibus corruisset: pace bellorum gloriam inquinante: atq; orbem domitū uendicante luxuria. Et hoc B
quidem de moderatore terrarum ac principe nationum populo: Nunc de illustribus populi eius viris: ab alijs itidē que pclara coniectoribus preuisa sint referam: A Cesaribus incipiens: quibus nihil occurrit hac in urbe sublimius. In hac quoq; tanta rerum altitudine: quia de longinquo cernenti: supremus omnium primum mihi uertex ostenditur: ille mihi stilo etiam preferendus est.

¶ De prudentia Lucij Sylle regnantis: quā habuit de Julio Cesare inope adhuc adolescente: ꝛ qualiter Pompeium admonuit: ut caueret illum puerū male precinctum. Cap.IIII.

i Ulius Cesar futurus rerum dominus: ad illud principatus fastigium: immo ꝑo ad celum opinione hominū puenturus: quippe imperium oceano famam qui terminet astris (ut Uirgilius ait) ipse is inq̄: ut mundus agnosceret: nihil non licere fortune: inopem atq; sollicitam ꝛ inquietam egit adolescentiam. Persequente eum Lucio Sylla: qui tunc euerse reipublice imperitabat: e medio atq; hominum ex oculis fugiens: nec in latebris tutꝰ erat: nisi eas crebro: ꝛ (ut ait Suetonius) prope per noctes singulas commutaret: seq; ab inquisitoribus pecunia redimeret: Importuno morbo quartane preter cetera uexatus: Sic cum amico suo ludebat eo tempore fortuna: dum inter sextumdecimum ꝛ vigesimum etatis annum ageret: interuentu tandem virginum uestalium ꝛ clarissimorum virorum: qui eum affinitate: ꝛ persecutorem suum amicitia contingebant: vix ueniā consecutus est. Cum enim Sylla preces eorum nō admitteret: atq; illi ex aduerso obstinata importunitate precarentur: nec facturi finem viderentur: fessus exclamauit: Et uobis hunc Cesarem habetote: dum noueritis huncipsum cuius salutem tanto studio procuratis: futurum quidem optimatium quorum uos mecum propugnatores fuistis ꝛ publice salutis euersorem: Nam Cesari multi insunt Marij. Idem Sylla optimates crebro (sicut Suetonius refert) ꝛ noīatim Pompeium magnum (ut est in Saturnalibus) amicum ꝛ familiarem suum: tum cum nihil omnino formidabile uideretur: admonuit: ut caueret illum puerum male precinctum Cesarem habitu significans. Quid hac prouidentia diuinius? Quid his coniecturis certius? Puerum studijs liberalibus eruditum: nec diuitijs nec potestate terribilem: sic introspicere ut senectutis etiam euenta preuideas. Quid enim? nōne qđ de optimatibus predixerat: tum sepe: tum in campis Thessalicis impletum est: ubi totus fere Romane nobilitatis sanguis effusus turbidos amnes transmisit ad maria? Qđ autem Pompeiū premonuit: haud quaq; superuacuum fuisse: ꝛ quidem Thessalicus dies experimēto fuit: ꝛ ille pcipue quo ad littus egyptium urgente fortuna compulsus est: ꝛ modo triūphator gentium: infandi regis imperio miserabiliter discerptus: inopem regi truncum uol

uendum fluctibus:medicatū caput spectādum pre buit victori.

De transitu a coniectura Julij ad cōiecturas aliorum Cesarum. Cap.V.

a T quia Cesareum nomen attigimus:euagandi materiam stilus habet. Tam uehementes enim aliquot coniecturas sub hoc nomine reperio: ut ꝓpe suspicari cogar:nescio qd non prouidentie tm̄ sed diuinationis sub illis pectoribus habuisse.

De coniectura Theodori:quam habuit de Tiberio discipulo suo:quem lutum sanguine maceratū uocitabat. Cap.VI.

i Taqꝫ de Tiberio in primis libera cōiectura Theodori:eoqꝫ mirabilior:quo ꝛ ante concepta apertius expressa est. Hic eni tūc rhetorice magister:Tiberium puerum perspicaciter intuitus:quotiens obiurgare eum uellet:nō nisi lutum a sanguine maceratum uocitabat. Satis proprie etiam si post morum suorum experimenta ꝛ imperij facinora dicerentur. Quibus eum uerbis uel accommodatius uel breuius post annum septuagesimum illius loquens:segnem ac fedaꝫ ꝛ cruentam hominis naturaꝫ:ac presentes actuſ effigiare potuisset:qꝫ senis mores ex puerilibus indicijs designauit?

De coniectura Tiberij de Caio Caligula:dicētis illum suo omniumqꝫ exitio viuere:ac uenenosum ꝛ mortiferum mundo aial Rome ali. Cap.VII.

a He qꝫ euidens ipsius Tiberij de Caio Caligula successore prouidentia. Habebat eū supra fidem:non tm̄ sibi obsequentem:sed suis omnibus nihil indignanteꝫ:Omnia etiā aspera ꝛ grauia equanimiter tolerantem:usqꝫ adeo:ut principatus actib᷒ primeuo obsequio collatis:res in prouerbium uersa sit:Nullus seruus Caio melior:nullus peior dominus:Et tamen interdum dicere solebat:Jllum suo ꝛ omnium exitio viuere ꝛ uenenosum ꝛ mortiferum mundo animal Rome ali. Mirum qꝫ eum viuere diutius passus est. Sꝫ puto sic recens Christi mors ꝛ sanguis innocuus exigebat:sic humanum merebatur genus:ut scelestum imperium ferus ꝛ inhumanus princeps exciperet. Jpse quidem Tiberius dignus erat taleꝫ ꝛ ꝓuidere ꝛ habere sue mortis auctoreꝫ:Naꝫ de eo
b minus miror qꝫ Galbam quem preuiderat rerum potiturum:sub annis puerilibus non sustulit:Neqꝫ enim dissimulauit causaꝫ:qꝫ ille tunc puer in extrema demuꝫ etate peruenturus esset ad imperiū. Jtaqꝫ viuat sane inquit qñ id ad nos nihil ꝑtinet. Et Caij quidem fructus ex ipsis floribus potuit conijcere:at Galbe principatus quibus coniecturis:uel ipse: uel Augustus(simile enim ꝛ de ipso scribi videtur)tam longe preuiderat? Non uacat res miraculo:nisi quia ut id Cesaribus insitū quodāmodo credatur:Uespasianus effecit:queꝫ mox attingam:si ordinis non deserendi gratia:vnū prius adiecero.

De coniectura Domitij in natiuitate Neronis filij sui:dicentis ex se ꝛ Agrippina cōiuge sua nihil nisi abhorrendum ꝛ publice nociturū potuisse procreari. Cap.VIII.

d Omitius Neronis:mundo pestilens ꝛ dānosus:pater natum sibi filium audiens cōgratulantibus amicis:nullo tact᷒ gaudio: Scitote iquit ex me ꝛ Agrippina nihil nisi abhorrendum ꝛ infaustum ac publice nociturum potuisse procreari. O infelix:sed uerax uates:Unde hec tibi tanta prescientia futurorum? Notus eras tibi tu:nota coniunx execrabilis:quis te impetus implicuit tam mestis amplexibus? Sed debebatur hic partus moribuſ humanis:ꝛ princeps imperio Romano:qui Caligule nomen ac titulos obscuraret:ac tu genıture miserabilis pater:sciens mundo nocuisti:clara profecto hinc illincqꝫ coniecturaruꝫ aderant inditia:quibus tam proprie ad cōmunis filij notitiam penetrares.

De coniectura Uespasiani circa successionem duorum filiorum suorum in Jmperio:Et qualiter Domitiano predixit:fungos non esse sibi metuendos sed gladios. Cap.IX.

u Espasianus quidem(ne differā qđ pollicitus sum)duos filios habens:qꝫqꝫ nec hereditas iam Cesareos faceret sed fortuna: nec ipse cuiqꝫ suorum successisset:tam constāter tamen filium suum:ꝛ qđ mirabile est:utrūqꝫ sibi successurum preuidit:ut multas coniurationes ꝛ insidias perpessus:tandē in senatu non dubitaret asserere: frustra se dolis appeti ꝛ inani successu: Se enim sublato:aut filios suos imperium habituros aut neminem. Nec fefellit oraculo similior uox qꝫ mortalis hominis coniectura. Jdem Domitianuꝫ filium super cenam fungis abstinentē:cunctis audientibus irrisit:fati sui negociuꝫ dicens:Nec eni fungos sibi metuendos esse sed gladios. Tāto ante illi genus sue mortis denuncians. Hinc iam ab urbe simul ꝛ Cesaribus abeundum est.

Qualiter Josephus preuidit Uespasianum bellū agētem:post Neronē futurū esse Cesarē. Cap.X.

o Ccurrit autem post Uespasianū Josephuſ vir apud suos clarus:nec obscurus apud nostros:qui ab eodem captus:tēpore quo Neronis imperio bellum gerebat in Judea: cum sibi vincula circūdari vidisset:quasi nihil mot᷒ breui captiuitate ꝛ omnino futuri certus:Tu idē(inquit)Uespasiane:quem nunc alterius iussu vinciri facis:cito Jmperator fact᷒ iubebis absolui. Jd sane quibus coniecturis preuiderit incertum: nisi quia ꝛ nota Neronis impietas: uelocē casum: ꝛ spectatum Uespasiani meritum:ascensum polliceri poterat:quo rerum potiente: nihil inhumanum formidandum erat. His forte vir prouidus ad salutis ac libertatis spem ratiocinando peruenerat: propter qđ tam interpide loquebatur.

De transitu a Cesaribus: qui sua prouidentia tm̄ admirationis memoriam meruerūt:ad eos in quibus ꝛ prouidentia miratur ꝛ consilium laudatur. Cap.XI.

q Uecūqꝫ fere de Cesaribus dicta sunt: uacua cōsilij dixeri:sꝫ plena miraculi. Quid enim profuit de longinquo uẽturos casus preuidisse: nec obuiam isse cum iri posset si modo poterat? Nec erat:ut est apud poetā:Fortuna omnipotens ꝛ ineluctabile fatum? Utcunqꝫ se res ha

bebat: propter admirationem tm̄ memoriam meruerunt. In his autem qui sequũtur ⁊ prouidentiam miror ⁊ consiliũ laudo: futuris periculis abiectum: q̄uis ⁊ ut plerunq; solet: ab imperita multitudine spretum atq; calcatum sit: Nihil enim bene suadentium laudibus officit obstrepentium furor: Multis profuit ad gloriam que dicerent: que ue consulerent contemni: dũ clarior prouidentie fides: magnis post laudibus quesita est.

¶ De prouido consilio Herennij qui Romanũ exercitum apud Caudinas furcas captuꝫ inclusumq;: uel prorsus liberali cum honorificentia: uel ex toto interimi consuluit. Cap.XII.

A P Ontius Sannituꝫ Imperator apud Caudium ambos consules atq; omnem exercitum Romanum forte preruptis ⁊ angustis locis incluserat. Miserabile spectaculum: tot fortissimos viros adempte pugne copia ⁊ armatos simul ⁊ captiuos cernere. Cum interuent⁹ noctis animos ab operibus in curas traduxisset: nec minus letitia victoribus q̄ inclusis dolor consiliũ ademisset: Uisum est Herennium victoris patrem virum ⁊ etate ⁊ sapientia prouectũ consulere: Nec enim procul aberat. Senex audito reruꝫ statu: consilium dedit: ut abire permitterentur: Insuper ⁊ honorificis uerbis ⁊ omni obsequiorum genere prosequerentur. Qđ ubi in consilio castrorũ: apud feroces animos iuuenum agitari cepit: nimis molle ac prorsus senile consilium de tam infestis hostibus ⁊ indigna res omnibus videri. Proinde iussus nunciuꝫ reuerti: ⁊ virilius responsum poscere. At ille omnes ad vnum occidendos censuit Romanos. Eniuero tũ cuncti: precipue imperator delirantem iam senio patrem affirmare qui de eadē re tam repugnantia suaderet: Quia tamē fama hominis ingens erat: placuit rursum exquirere: si qđ forte medium consilium haberet. Cum ꝟo senior

B stratu sese iussit attolli: ⁊ uehiculo impositũ: ad castra filij preferri: Cuius ad aduentũ circũfusis omnibus: Nihil inquit noui consilij daturus uenio: ſꝫ eorum que dedi dicturus rationem. Primum quidem est: Romanos bello clarissimos ⁊ optimos mortaliũ viros: grandi ⁊ insperato beneficio astrictos ex inimicitijs ad amicitias attrahere: ⁊ uobis ac posteris uestris tam ualide gentis presidiũ promereri. Quonaꝫ enim modo vnq̄ odisse poterunt aut eos aut sobolem per quos se meminerint vite ac libertati redditos? Sꝫ hoc uobis displicet. Secundum reor uti presenti fortuna ⁊ gentem inimicam extirpare radicitus: Sic enim in longum: non tm̄ uobis consulitis: sed his qui ex uobis etiā nascentur. Tertium sane qđ ex me petitis: consiliũ nullum est: Nam quos inquit in manibus habetiſ dimittere contumelijs affectos: ea demum sententia est que nec hosteꝫ tollit nec amicos parat. O sapientem senē ⁊ singula prouidenteꝫ: Uerumtamē cecus ⁊ insolens victoris animus: utroq; consilio despecto: tertium qđ ille damnauerat amplexus: exercitum ac cōsules exarmatos: ⁊ sub iugũ actos relaxauit. Qđ cum annunciatum esset Herennio: ut audiuit eos mestissimos deiectis frontibus abire: nec amicum nec hosteꝫ posse a quoq; Romano uerbum extorquere: Heu inquit miseri: q̄ graues mine sub hoc silentio premũtur. Id quoq; q̄ uere preuiderit: subsecuta Sannitum strages duce Papyrio Cursore: reimpositũq; iugum Pontio legionibus testantur.

¶ De prouido consilio Hannonis Carthaginēsis ut Hannibal ab exercitu abstraheretur: ⁊ maneret inter ciues: ⁊ qualiter deuictis Romanis per Hannibalem solus Hanno consuluit esse tractandũ de pace. Cap.XIII.

a C ut duos prouidos senes de diuersis climatibus coniũgam: Hanno Carthaginensis vir apud suos spectate prouidentie: preferuidum Hannibalis ingenium ab infantia contēplatus: semper suasit continendum domi sub legibus: docendũq; ex equo cum ciuibus suis viuere: Abstrahendum ab exercitib⁹: ne intēpestiuo assuefactus imperio: postq̄ ciuem dedidicisset: tyrannū ageret. Id an salubriter p̄moneret: declarauit exitus. Q̄ta enim cũ Africe Hispanieq; ⁊ Italie ruina: quantoq; populorum cum gemitu ac sanguine imperitandi dulcedinem semel degustatam perpetrare puer ille nisus sit: tam notum est ut cōmemoratione non egeat. Nouerat utiq; senex hic: alterā eius exilij partem: qđ periculi ascribit Aristophanes: de quo dictum est supra. Ideo ut Hannibali: ad summam licet potentiam euecto: obtrectare nō desierit: ⁊ in Italia iam tonantis victorias ausus sit uerbis extenuare: q̄uis obstrepente populo: ⁊ tristis exitus uaticinari: seu pacis eum amor cogeret: seu patrie: Nam inuidiam in tanto viro etsi aduersarij criminentur: ego nō suspicor. Deniq; post Cannensem cladem: ⁊ illud pene nouissimum vulnus imperij Romani: cum Mango tam magne felicitatis nuncius in Carthaginensi senatu rem omnem: ut gesta erat exposuisset: ⁊ stragiſ infinite modum quasi numero non posset: coram affusis anulorum aureorũ modijs qui Romanis ciuib⁹ occisis dempti fuerant metiretur: cũctis letitia attonitis: Hanno solus in eodem habitu persistens: interrogauit: nunquid ob tam grauem casum quisq̄ sociorum populi Romani ad Hannibalem transfugisset? Ubi nullum ideo fidem mutasse cognouit: censuit legatos e uestigio mittendos qui pacem a Romanis peterent: in eo rerum statu facilius impetrandam. Que sententia parui remissiq; animi: multis tum fortassis visa est: post autem: sero licet: geminis Carthaginensium ruinis summe prouidētie apparuit.

¶ Qualiter Achitus predixit ciuibus cauendũ esse adolescētē Periclem: eo q; esset in sermone similis Philistrato libertatis publice euersori. Ca.XIIII

n N ec illa p̄tereũda est Achiti senis exclamatio: qui cũ p̄mo conciuātem adolescentem Periclē audiret: repēte Philistrati quē senio grauem iuuenis audierat recordatus: Cauete ait hũc iuuenē ciues. Est enim in loquēdo p̄similiſ Philistrato. Uulgo q̄dē plausibiliter nihil nisi presentia cernēti: seni autem ⁊ preterita memorāti ⁊ futura p̄uidēti: formidabiliter loq̄ visuſ est. Quid igit? Falsũ ne p̄sagij: aut nō recte p̄uidit: qui ex sermonũ similitudie: cōiecturā traxit ad similitudinē animorũ? Profecto Pericles alter erat Philistratus: nisi qđ ad euertēdā libertatē ille liguā pariter

⁊ dexteras armauerat: huic lingua suffecit. Et nūc hi tres senes remaneant inuicem fabulantes: modo diuersitas linguarum non impediat: ostentantesq̄ alter alteri: icredulam patriam iuuenū ɔsilijs in cineres resolutam: Nos iter iceptū sequamur. Postq̄ vo per presentia a preteritis in anteriora transgressi sumus: non alienum forte fuerit aliquot species attingere earum rerum par quas ad presentiam secuturi temporis curiositas humana suspirat: q̄uis non ignoremus prouidentiam virorum diuinationem anicularū esse propriam: Uerum quia utriusq̄ studium de futuro est: eatenus similes videtur: ut illa rectis tramitibus procedēte: hec perplexis erret anfractibus. Itaq̄ quo illa peruenit: hec nititur frustra quidem: nisi dirigente per tenebras fortuna mortalem ignorantiam: idq̄ perraro: sicut sapientissimis viris visū ⁊ experimento copertum est. Quam ob rem iuxta posite sunt: ut vno uelut obtuitu: videas quam fugias: quamue sequaris. Id enim est eiꝰ de qua iam diu loquimur prudentie. Placet autem ex oraculis exordiri.

Tractatus secundus est: De oraculis.

Quid sit oraculum s̄m Senecam. Cap.I.

o Raculum est: ut a Seneca diffinitur: uoluntas diuina: hominis ore enūciata. Quod si sic intelligitur: iam piget incepti: prestat titulum abradere: Nā quis ego sum qui sacros dei nūcios, ꝓphetas ueteres attingam stilo? Nō ea vis animo: neq̄ id mee facultatis est opus: Uerum quia etsi migraturo similis: sepe impedimenta collegerim: migrare tamen hactenus non contingit: eoq̄ visco teneor: ut a secularibus studijs nequeam auelli. Sic intelligi postulo: nō tanq̄ de ifallibilis ⁊ omnipotentis dei: sed quasi de demoniorū: quos illi deos uocant: responsis: scripturus sim. Si enim illi dij forent: cur non hec oracula dicerentur? Diffinitio quidem nō abhorret: Utiq̄ enim mortalis homo consueuerat illis spiritibus impleri: ⁊ sic uētura predicere: sed tam multis ambagibus obsita: ut facile internoscas: q̄ fallax instigator anhelantis uatis pectus impelleret. Ex hoc genere responsum illud est Delphici Apollinis: datum Tarquinio superbo: Quod si apertum ⁊ euidens fuisset: nequaq̄ tantam laudem acumen interpretis meruisset. Sed de hoc suo loco dictum est: Hic autē similia quedam ex uaria librorū lectione collegi: quibus lector admonitus gaudeat: ⁊ deo gratias agat: ꝙ ex tenebris eductus ⁊ ad serene lucis speculum reseruatus est. Nec uereař aut Iouem aut quemuis alium ex illorum dijs: ⁊ quem in hoc precunctis attollunt Apollinem irridere: presertiī cū Marcus Tullius: vir eius secte atq̄ illorum temporum longe doctissimus: in libris suis: libera eiū irrisione despiciat: quem ille suspiceret publiceq̄ cederet insanie: Nobis tamen insitum est: ⁊ execrari peregrinum mendacis dei nomen ⁊ odisse. Ad hoc autem proderit aliquas eius fallacias agnoscere: quibus humani generis illusor potius q̄ cōsultor: famam sibi diuinitatis multa miserorum cecitas quesiuerit.

De respōso illusorio: quod dedit Appio Claudio quedā diuinatrix dicata Phemenoes: ne minas belli dubitaret possessurꝰ in Eubote cellā. Cap.II.

a Ppius Claudius is qui ciuili bello pompeianas partes secutus est: de euentu rerum dubius: vicinum castris qui iam tum neglectus obmutuerat: retemptauit Apollinem. Itaq̄ Phemenoes quedam templi uates in antrum compulsa: solitoq̄ exestuans furore: fertur in hanc sententiam respondisse: Magnas huius belli minas Romane ne timeas: Nihil eni ad te: quoniam in pace littus Euboicum uelut quidam Eubote cellaā possidebis. Quo ille responso uelut in somnis accepto: perplexior discessit inde q̄ uenerat. Sed non multo post apud locum qui Eubote celle dicitur: quo secutus responsi quē putabat sensum se contulerat: ante supremum prelium morbo interijt. Ita subtractus bellis ⁊ sepulchro conditus: euboico fidem fecit oraculo.

Qualiter Nero percontator mathematicorum ⁊ idolorum: responsis fallacibus frequēter in vita ⁊ in morte illusus fuit. Cap.III.

n Ero Cesar portendi sibi mutationem status a mathematicis acceperat: Qui in hoc concordes: in eo discordabant: que nā fortuna imperio deiectum exciperet: His eger Delphicum oraculum experiri statuit: Sic eniā sibi visus est abominans: hesitationem suam ad diuinū consilium traducturus. Inde sibi responsum est: Annum tertium ⁊ septuagesimū caueret. Quod cum audisset: homini inconsiderato ⁊ vix tricesimum etatis supergresso tanta securitas incesserat: ut iam nil metuens: ⁊ prosperitatem ⁊ etatem sibi integram sponderet: quasi ante prenunciatū tempus ab Apolline mori non posset. Eodemq̄ uanitatis ⁊ insolentie raptus est: ut preciosissimis quibusdam rebus maritima tempestate deperditis: affirmaret eas ad se uel piscium obsequio reuersuras. Talibus intumuerat erroribus: cum subito ab omnibus destitutus ⁊ ad turpissimam cōpulsus est mortem: utiq̄ consiliario dignus Apolline q̄uis mendacij parens: ne quid mentitus videretur: consuetis ambagibus atq̄ arte prouiderit: ꝙ ipse Nero suprema illa nocte audito clamore militari: suum execrante ⁊ Galbe nomen celebrante: sero lꝫ quiuerit intelligere: ⁊ ad infelicitatis sue cumulum auctorem oraculi ueridicum opinari. Galba enim successor tertium ⁊ septuagesimum annū tunc agebat.

De duplici oraculo seu respōso facto Traiano per Apollinem in templo Heliopolis tam per litteras uacuas clausas sibi missas: q̄ per frustra vitis secte in sudario inuolute: mortem Traiani in vindemijs proximis secuturam designātis. Cap.IIII.

a Pud Heliopolim Assyriorum templū: fuit perplexis ut aiunt numinibus incertum: qd̄ ⁊ sol ibi coleretur: ⁊ Juppiter ⁊ Apollo. De hoc qdem incertior fama est: sed hūc quoq̄ templi eius accolam: ex furore ministrorum ⁊ ex

diuinatione confirmant. Nunc igitur Traian⁹ hortantibus amicis bello Parthico consulendum ratus: romano more fidem oraculi pretẽptare noluit ne quid forte mortalis fallacie fingeretur: sigillatasq͂ litteras transmisit: ad quas sibi petijt responderi. Erat enim mos ⁊ de longinquo per epistolã cõsulendi: Spiritus ille uaferrimus qui in consigna
B tione imperialium litterarum forsan interfuerat: temptatum se intelligens: ut humanam irritaret insaniam: nosse se commentum consulentis ostendit. Oratus enim ad id quod in litteris clausum erat respondere: Chartam poposcit: quam cum sacerdotes attulissent: sicut erat claudi iussit ⁊ remitti. Illis quidem attonitis: ⁊ quid sibi uellent prestygia dei sui: cum admiratione reputantibus: Nec minus admirans imperator: oblatam vidit ⁊ aperuit: ut qui solus facti conscius foret: ⁊ chartam illi signatam quoq͂ sed uacuam misisset. Itaq͂ iam satis expertum credens: ⁊ de templi religione certissimus: secundis litteris consuluit: Esset ne post belli finem Romam reuersurus: Ille autem scripto nihil: vitem in partes sectam ac sudario inuolutam remisit pricipi: Traiani mors proximis vindemijs consecuta: reliquieq͂ Romam reportate: responsi nubilum discusserunt.

¶ De responso illusorio quod accepit Caius Caligula in templo fortunarum: q͂ caueret a Cassio: a quo fuit postmodum interfectus. Cap.V.

s Ed ne Apollo solus imperatorib⁹ nostris irriserit: Caius Caligula uarijs vndiq͂ prodigijs pulsatus: templum fortunarum Anthij consuluit: quem locum ueluti natalem sibi omnibus locis atq͂ secessibus (ut Tranquillus ait) semper pretulerat: Responsum: Caueret a Cassio. Ea re permotus: Cassio longinquo qui proconsulari imperio tunc asiam obtinebat: destinauit mortẽ Et forte consultor id agebat: sed Caius interim a Cherea: qui ⁊ ipse lz minus vulgato nomine: Cassius erat: interfectus est.

¶ De responso quod accepit Uespasianus in monte Carmeli: quicquid mente concepisset ac temptasset: successurum feliciter: q̃uis arduum ⁊ laboriosum. Cap.VI.

v Espasiano autem sub Nerone rem hierosolymis gerenti: vicinum Carmeli montis oraculum experiendi desiderium incessit. Unde in immensum auctus est: accepto responso: quicquid mente concepisset: quicquid tẽptasset successurum feliciter: q̃uis arduum aut laboriosum videretur: parũper iste fidelius ⁊ paulominus ueraciter. Sed ad Apollinem reuertor.

¶ De oraculo dato Athenienfibus in aduentu Xerxis. Cap.VII.

a T ne clarius inter vicinos locutum putes: sub aduentu Xerxis: territis grecie urbib⁹: ab Atheniensibus consultus: quo nam modo saluti proprie ac filijs prouiderent: Respondit: Muris ligneis. Id ambiguum more suo confusũq͂ consilium Themistocles interpretans: pro muris ligneis naues intellexit. Itaq͂ hortante eo: deserta urbs turba ad bellandum inhabilis: ⁊ preciosissima rerum repostis locis abdita: Ipsi autem armati classe conscensa: experiri fortunam pelagi decreuere: casus prestitit ⁊ Salaminate victorie successus: ut consultor uerax haberetur. Qua in re: si non plus illinc Xerxis ignauia: hinc Themistoclis consilium ac virtus: q̃ Apollinis oraculum effecisset: egre profecto muris ligneis: hostis tam numerosus excipi ualuisset.

¶ De responso dato Lacedemonijs. Cap.VIII.

p Aulo Lacedemonijs apertior: quibus eadem tempestate consulẽtibus. aut urbi aut regi eorũdem pereundum esse respondit. Atq͂ ita contigit. Rex enim Leonides gloriosissime moriens: patriam reliquit incolumẽ: q̃q͂ recte iudicantibus: oraculo regis mors: virtuti regie: salus urbis ascribenda sit.

¶ Qualiter in consilio obscurus: in adulando vo clarus fuerit idẽ Apollo: ⁊ de laude Socratis. C.IX

q Uid q͂ in consilio anceps ⁊ obscurus: in adulando clarus ⁊ simplex reperit: Quid cause putem interuenisse: nisi ut illic remedium occultaret: hic superbiam ⁊ inanem iactantiam mortalium pectoribus ingereret: Utrobiq͂ fallendi propositum utilia tegere: damnosa reuelare: Socratem omnium qui viuerent esse sapiẽtissimũ respondit. Nullum hic inuolucrum: aperte locutus est: Nec puto falsum dixit. Sed quorsum his laudandi blanditijs pergeret: non video nisi ut hominem doctissimum: ⁊ cuius moleste sapientiam ferebat: estimatione suiipsius tumidum: ⁊ uelut diuino iudicio prelatum insanire compelleret. Narũ forte blanditiarum fidem sibi reddebat Socrates cum Xenophonti discipulo (ſm Platonem) preclarissimo interroganti: Nunquid suaderet Epicurum sequi: Postq̃ sententiam suam explicuit: hoc in fine responsum dedit: Et nostrum quidem inquit humanum est consilium: sed rebus inobscuris ⁊ incertis: ad Apollinem censeo referendum: ad quem etiam de maioribus rebus Athenieñses publice semper retulerunt. At quãto tu Socrates melior: quã toq͂ consilij sanioris: q̃ is ad quem discipulum remittebas: nisi in hoc vno quod ille tibi optimus ⁊ consultissimus uideretur. Sed redeo ad apollinẽ.

¶ De simili adulatione ad Lycurgum: deq͂ uero responso Gygi regis Lydorum dato. Cap.X.

l Ycurgo Delphicum consulenti: Ignorare se ait: eum ne dijs an hominibus aggregaret: Immo vo non ignorabas perfide: cui loquebaris hominem esse non deum: tibi tamen ⁊ omnibus tui similibus dijs longe preferendum: Sed quid aliud hac simulata ignorantia uoluisti: nisi ut egregium virum: ⁊ inter homines precellentem: ridiculum semideum opinione sua faceres: ⁊ immensis laudibus inflatum: ex eo qd fuerat: magno ut sibi videbaris teste conuelleres: eumq͂ qui ad te homo certus ac modestus uenerat: remittẽs immodestum: atq͂ inter diuinitatis ac humanitatis uestigia titubantem: Unum mihi ueterator hic videtur respondisse fideliter: nisi talium moris esset: aliquid interdum ueri dicere: quo liberius in reliquis mentiantur: Siquidem cum Gyges ille Platonicus: pessimũ nefas: de pastore rex Lydorum: ⁊ insuetis fortune fauoribus sese efferens: oracula Delphis exquireret: num quisq͂ in-

ter homines se beatior foret? Uox ab antris reddita: Agladium Sophidium inopem quēdam ac rusticum seniculum in finibus Archadie latitantem: ceterum cupidinibus ac terroribus liberum ⁊ exiguo rure: regum diuitias exequantem feliciorem diffiniuit. Nec immerito: Non enim exterius sed introrsus: ⁊ in ipso animo uera felicitas scita est. Huic aperte uerum respondit (ut dixi) quo liberius illuderet multis. Illusit autem ne longius eam: in eodem regno alteri: quem multo minus circunueniri par fuerat.

¶ De respōso illusorio quod accepit Cresus rex Lydorum. Cap.XI.

c Resus opulentissimus Lydorum rex: bellum moturus in Persas: tali responso fertur illusus. Cresus Halym penetrans: magnam peruertet opum vim. Amphibologice prorsus ac fallaciter. Nam ut ait Cicero: hostium vim se peruersuruꝫ putauit: peruertit autem suaꝫ vim. Utri eorum accidisset: uerum oraculum fuisset.

¶ De simili respōso qd̕ accepit Pyrrhus rex Epirotarum: Et de respōso Crassi. Cap.XII.

n Ihilo purius actum esse: traditum est cum Pyrrho: qui bellum Romanis illaturus: dum Delphos cōsulit: hoc respōsum: ut ait Ennius: accepit. Aio te Eacida Romanos vicere posse: demēs Pyrrhus si nō itelligeret utra partium vincisset: uerificatuꝫ oraculum videri. Sic uersutus artifex texuerat: sic in omnes casus ꝓfugiuꝫ ueritatis occupauerat. Hoc inqꝫ adeo manifestam fallaciam p̄fert: ut q̄ꝫq̄ꝫ: sicut Ennius idem ait: semper fuerit stolidum genus Eacidarum: tm̄: ut dixi: ꝑpēdi absqꝫ difficultate potuerat. Illud obscurius ꝙ Crassuꝫ decepit: qd̕ uel Chrisippuꝫ potuisset fallere. Sic enim apud Ciceronem scriptum est: Cui tm̄ ad postremum tota res cōmēticia videt̄: ⁊ hoc a poeta fictum suspicat̄: Illud ab historico. Ratio neꝫ affert. Primum enim latine Apollinem nunq̄ꝫ locutum fuisse. Deniqꝫ Pyrrhi temporibus iam uersificari desijsse. Et hoc ultimum (ut eo libro per multa) irrisiue dictum arbitror: Tamen utcunqꝫ: non multum his rationibus moueor: qm̄ ⁊ in latinam linguam trāsferri: ⁊ in carmine inferri potuit ambiguitas oraculi: grecis ⁊ solutis ꝓmuꝫ uerbis edita: Nam si ad linguam respicio: quecunqꝫ oraculis dicta sūt: latine qdem apud nostros: de greco fonte descēdūt: grece uel ab Apolline ꝓlata: uel ab illis memorie mādata: nec linguaruꝫ uarietas obfuit ueritati. Tertia igit̄ me Ciceronis ratio violētius ipellit: Ait enim: hoc Pyrrho respōsuꝫ inauditum grecis. Itaqꝫ satis credi pōt: hoc ab Ennio: suo quodam iure factum esse. De Herodoto auteꝫ quem Cicero ipse patrem historie uocat: qd̕ superioris oraculi fictor extiterit: nō taꝫ facile crediderim. In dubio igit̄ visum est: ⁊ utrunqꝫ attigere: ⁊ Ciceronianam de hac re non preterire sentētiam.

¶ De responso deceptorio quod accepit Philippus rex Macedonuꝫ. Cap.XIII.

q Uam v̇o illud anceps ⁊ inopinabile: quod Philippus Macedo ex eodem adito accepit: ut iminēs sibi scilicet a quadriga periculum p̄uideret. Quo audito rex anxius: dissolui currus per omnem Macedoniam imperauit: quin ⁊ oppidum Boetie cui quadriga nomen erat: ut fatalem sibi ꝑpetuo declinauit: Uel ut quidaꝫ ferūt: iussit euerti. Frustra tm̄: Alio nāqꝫ minax oraculuꝫ spectabat: Capulus gladij quo eum Pausania trās fodit: quadrige celaturam dicit̄ habuisse: Hoc quidem est: curas atqꝫ animi tormētum credulis mortalibus ingerere: cautelaꝫ remediūqꝫ p̄ripere. Itaqꝫ Tullius elegāter illudit: Nec enim obscura tantuꝫ sed mēdax admonitio: q̄si rex capulo: ⁊ nō cuspide moriturus sit: Hic sane nullum respōsi colorem: nullum ueritatis uestigium: aut viuēs aut moriens intellexit.

¶ De responso simili dato Alexandro Epirotarum regi. Cap.XIIII.

h Uius auteꝫ gener: ⁊ uxoris Olympiadis germanus Alexāder: Cui Juppiter ille nihilo fidelior aut certior Apolline respōdit: urbem Pandosiam amnēqꝫ Acherusiam vitaret. Eo cupidius ex Epiro descēdens: ubi urbē ac amnem prenūciatuꝫ esse nouerat: in Italiam uenit: ibi pugnans cum Brucijs ac Lucanis: iuxta urbeꝫ ⁊ flumen Acheronta: bello victus ⁊ interfectus est. Itaqꝫ sero fatalibus noīb⁹ auditis corruēs: agnouit frustra se patriam reliquisse. Potuit hic vir placatior mori Joui suo q̄ꝫ Philippus Apollini.

¶ De rn̄so Cleophāti dato: Itemqꝫ de eoꝝ redargutione qui eiusmodi oraculis credūt. Cap.XV.

h Is autem furijs agebat̄ insensata mortalitas: fidēs cōsultoribus infestis: Senatum sibi e media inimicoꝝ urbe delegerat. Nōduꝫ tempus erat ex tam profundis tenebris emergendi: Persequebat̄ humanum genus diuina ultio: ⁊ sic meritum premebat: ut si dici fas est: superstitionibus humanis celestis patientia faueret. Quid enim fuisse aliud reor (si modo est ueruꝫ qd̕ clarissimi auctores tradidere) Cleophantem ut ipsi nominant sophistam ineptum ac mordacem: ut ego arbitror philosophum ⁊ prudētem: sed ut fere accidit parum leti successus hoiem: irridendi animo consuluisse Apollinem Delphicum: an esset hactenus equum repturus: cum v̇o nec equum quereret: nec hactenus habuisset: respōsumqꝫ repertu- rum qdem equum: sed ex eodem casurum: ⁊ precipitio moriturum: Cleophātem v̇o iure optimo deridentem que audierat: dum redijt: casu quodam habuisse obuium Attalum regem sibi infensum: atqꝫ eo mandāte deiectum de prerupto saxi cuiusdā uertice: cui equi nomen agricole forsan ⁊ pastores indiderāt expirasse: ⁊ leso (ut aiunt) deo iusta supplicia pependisse (ut mihi magis videt̄) inique forti tributum inexpiabile persoluisse? Quis autem miretur vulgus indoctum obstupefactum huius euentu: cepisse Apollinem non modo ut ueridicuꝫ sed uelut acrem quoqꝫ suarum offensarum vindicem: plus etiam solito uenerari ac metuere? Sed queso te Ualeri Maxime: uosqꝫ qui secum ⁊ cum Apolline sentitis: si tam grauiter ⁊ tam cito ultus est Apollo temptatoris huius iniuriam: quid fecit Marco Tullio nō tēptanti: sed aptissime contēnēti: neqꝫ id uerbo uolatili: sed eternum permāsuris libris? Neqꝫ id semel modo sed millies: ⁊ quotiēs in hec uerba reuoluitur: usqꝫ adeo: ut non etate sua tm̄: sed ⁊ diu ante cessasse Delphis oracula: ⁊ nihil illo specu mutoqꝫ terre hiatu: dicat iueniri posse contemptius: opineturqꝫ nec primis seculis illic fuisse: nisi fortuite rareqꝫ ueritatis habitaculum: quando ⁊ eos qui euasiunculas querunt: dicētes

vim loci eius euanuisse tractu tp̄is: sic irridet: ut di
cat eos non aduertere qđ de vi diuina agit̄: que si
est: utiq; eterna est: sed p̄inde loqui quasi de vino
aut salsamento: que vim suam sumunt tempora-
nea potestate ⁊ paulatim euanescunt: Itaq; hec
dicētes: philosophos sup̄stitiosos ⁊ pene phauati
cos appellat: qui excusationes friuolas ineptijs
suis malūt exquirere: euanuisse fingētes: q̄ȝ uerita
tem ingenue ꝯfiteri: ⁊ errorem suum uel sero reco
gnoscere: qđ diutissime circumuenti sunt sup̄ huius
modi oraculis p̄tim falsis (ut ipsis Tullij uerbis
utar) partim casu ueris: ut fit in omni or̄one sepis-
sime: p̄tim flexiloq̄s ⁊ obscuris: ut interp̄s egeat i-
terprete ⁊ sors ipsa ad sortem referēda sit. Hec de
C Apolline Marcus Tullius. Legeras tu q̄dē Ua
leri ista: ⁊ p̄culdubio noueras: ut qui ex Tullia-
nis libris magnam cōflasti op̄is tui partem: quo
te ac seculū tuū magis admiror: quo nā modo ua-
nitas hec tātum fidei apđ doctissimos uestros in
uenerit: p̄sertim postq̄ȝ innotuerat eam tam libere
ac tam grauiter: ab illo latinarum litterarum parē
te cōtēni? Nec adduci possum ut credam: nō id te
atq; alios doctos homines sensisse. Illud potius
rear: sicut stellas quas celo appositas: ⁊ celestis
fuge moderatrices ferūt: q̄ȝuis ad orientē moue
ant̄: firmamenti tn̄ impetus in diuersum rapit: sic
uos licet motu p̄prio ad ueritatem p̄nos: populo
rū tn̄ erroribus violēter in nō cōtrarium deuolu
tos. Nisi forte nūc etiam opinari libet: Apollinē
nostrum nō segnius in Cicerone iniurias ultū su
as: uosq; in opinione cōfirmat: indignū ⁊ crudele
supplicium tāti viri: cui utinam nō magis uel Ro
manum odium q̄ȝ Delphicum: uel Philippicarū
q̄ȝ diuinationis liber: uel in Cesarem ⁊ Antonium
q̄ȝ Apollinem dicta nocuissent. Et de oraculo satis
dixisse mihi videor.

Tractatus tertius de naturali diuinatio ne: que maxime somnijs constare credit̄.

De Sibyllis ⁊ earum oraculis: que quadam diui
nitatis familiaritate ad intimum ueri fontem pro-
pius accedere videntur. Cap. I.

B p Roximum a dijs (ut ipsi uocāt) imor
talibus tenere locum putabant̄ mor-
tales hoies: aut diuinitus aut huma-
nit⁹: idq; seu nāliter seu artificio quo-
dam futurorū p̄scij: Quippe q̄bus in
hac hoium cecitate: discutiēs vmbram corpeā: ⁊
obiectam uēturi nubem penetrans: inest diuinatio
magnifica quedam res ⁊ salutaris: si modo est ul-
la: sicut de hac tota re locuturus Cicero prefatur.
In hoc aūt genere Sibyllis nō indigne p̄mus gra
dus dabit̄: q̄ q̄dam diuinitatis familiaritate ad i-
timum ueri fontem p̄pius videant̄ accedere. Et
has q̄dem plurimas fuisse nouimus: q̄rum nōnul-
li scriptores ⁊ numerum ⁊ etatem ⁊ p̄riam ⁊ act⁹
⁊ noia collegerūt. Qđ nobis hoc loco p̄sequi lon
gum nimis: ⁊ curiosum magis q̄ȝ necessarium vi-
det̄. Sed q̄m de nāli diuinatione institutus nobis
erat sermo: que ⁊ furore: hoc est oraculis a furēte
redditis ⁊ somnijs cōstare credat̄: dicto de Apol-
linis: aliq̄d de Sibyllinis oraculis dicēdū occur-
rebat prius q̄ȝ ad somnia ueniremus: Ac nescio an
hec quorū adhuc fides ⁊ auctoritas vigēt: illis quo

rum iāpridem error explosus est: meruerūt an̄po-
ni. Sed uetustatis ordinem secutus sum: Ex cun-
ctis q̄dem Sibyllis: ⁊ hoc attigisse satis sit: Qua-
tuor celebrant̄ Delphica: Erithrea: Cumana: Ty-
burtina. Primam an̄ tēpus heroicū: in ipso Apol
linis tēplo uaticinātem memorāt: multos ex eius
v̄sibus Homerum poetam opibus suis interseruis
se. Secūdam noie Eriphylem: ⁊ Lacenos maris
impium amissuros: diu an̄ cecinisse: ⁊ piturā Tro
iam: ⁊ Meonium uatem: qui multis post seculis
natus est mēdacia scripturum. Extat libellus quē
sibi attribuerūt: in quo (si modo suus est) Troiano
rum ⁊ grecorum exitus: ac Romane urbis ⁊ im-
perij originē ⁊ labores ⁊ successus uarios: Inter
hec aduētum dei in terras: multaq; religionis nr̄e
clarissima: multa quoq; de erroribus externis ⁊ in
ternis: deniq; alienigenarum ac nostris euētibus:
nō modo usq; ad hāc etatem: sed usq; ad finem se-
culi p̄phetauit. Tertia noie Amalthea: cuius locū
nup̄ prope Cumas Cāpanie vidimus: Romanos
ex cūctis mortalibus delegisse tradit̄: q̄bus uentu
ra prediceret. Indignata suum cūctis seruire furo
rem: ut elegāter ait q̄dam. Quin ⁊ libros edidis-
se: in q̄bus Romanorum fata remediaq; cōscripse
rit: qui Sibyllini dicunt̄: ⁊ quorum ois Romana
historia plena est. Nota res est antiquis annalib⁹
⁊ nouis testatissima: Anum peregrinam ⁊ nulli co
gnitam adijsse Tarqnium sup̄bum: ac nouē libros
attulisse: dicētem eos diuina esse oracula ⁊ uena-
les fore. Regem v̄o percōtatum de precio: cū grā-
de q̄ddam audiuisset: irrisisse. Anum tribus libris
accēso corā igniculo perustis: quesiuisse uellet ne
sex alios eo p̄cio compare qđ p̄mum omnibus sta
tuerat. Enimuero tum Tarqnium delirantem se-
nio feminam p̄culdubio credidisse ac derisisse pro
fusius: Iam tribus alijs in eandem flammam con
iectis: tres qui soli superāt porrexisse regi: mitiusq;
iam ⁊ in modum cōsulentis: ut hos eodem precio
emeret hortata est. Regem muliebri fiducia atto-
nitum: libros quo suadebat̄ p̄cio compasse: uendi-
tricem ilico euanuisse: nec usq̄ȝ visam aut repertā
libros in sacrarium repositos: cōsuli ⁊ pro oracu-
lis haberi multis cōsuetum seculis: donec incenso
tandem capitolio perierūt. Quartam v̄o noie Al-
buneam oium nouissimam Sibyllarum: tempori-
bus Augusti Cesaris fuisse: atq; illum successibus
lȝ ⁊ eximio fauore hoium elatum: diuinos tamen
honores quos ei populus romanus obtulerat re-
nuētem in p̄posito sobrio ac modesto confirmasse:
Adductoq; per noctem in Tarpeiū collem: ⁊ ostē-
sa in celo virgine: sydereum infantem ulnis ample
xum: vnum deum docuisse fama est. Extare huius
visionis argumētum in terris: aram celi: ⁊ in eo-
dem ⁊ ipso loco quem dum celum suspicit uestigi-
is presserit: admirās templum puerpe dedicatum
virgini. Ceterum de alijs sex sibyllis p̄cipitare sen
tētiam non est meum: Scio enim quia deo nec im-
possibile quicq̄ȝ nec difficile: licuisse secretum suū
credere cui libuit. Uideo harum uatum responsis
⁊ oraculis ab orbe toto: sed ab urbe singulariter:
⁊ ab illo sapiēte: tum populo ac senatu tātū fidei
tributum: ut per decem siue etiam q̄ndecim viros
celebri apud eos sanctitate ac fide ꝯspicuos: in du
bijs casib⁹ reipublice ex sibyllinis libris: uelut e ce
lo sue salutis cōsilia quererentur. Possem ⁊ hic ut

in oraculis Apollinis: aliquam iniq̃ssimorum spirituum fallaciam suspicari: ni viderē doctores nostros diuino spiritu afflatos: Sybillis credere: ⁊ p̄sertim Erithree: multa que de Christo predixisse credit̃: suscipiētes alacriter ⁊ ad diuinitatis testimonium ꝓferētes. Deniq̃ʒ usq̃ʒ adeo hesitātes: ut ex eis quidam p̄scientie huiusmodi rationem afferant: ꝙ scilicet Sibyllarum insigne virginitas est (ut eorum uerbis utar) ⁊ virginitatis precium diuinatio. Eolico enim sermone Sibylla: σιου βουλη dicitur: idest dei consilium: quod sola scribitur nosse virginitas. Audio tñ Ciceronem ex diuerso: diuinationis hoc genus paulo reuerētius q̃ʒ ceteri refellētem: cum quatenus q̃dem ex uerbis eius colligo: Julio Cesare rerum potiente ꝯtigerat: ut Sibylinis libris ex more aditis: respōderet̃ in hāc sentētiam: Quem uere regeʒ haberēt: Regeʒ quoq̃ eum appellādum si salui esse uellent. Regium aūt nomē apud alias gētes uenerabile: apud Romanos odiosum ⁊ iportabile semꝑ fuisse nouim⁹. Ita q̃ʒ Cicero cōsilium illud abominat̃ ac respuit: humanāq̃ʒ fraudē modis omnib⁹ subesse nō dubitat. Ambages enim huiuscemodi que idefinite ꝓlate: possent ad quēlibet hominē ac rem: ⁊ ad omne tēpus applicari: nō ab illa que libroꝝ auctrix dicitur furere: sed ab aliquo ac uersuto cōpositas videri. Alia deinceps ex eisdem libris elicit iudicia: diligēter ⁊ artificiose mentiētis scriptoris potius q̃ʒ insani. Ad postremum tñ si Sibyllam damnare non audeat: libros tñ eius nō facile legēdos: nec iniussu senatus adeūdos cēset. Et de his q̃deʒ hacten⁹.

¶ Quid de somnijs Marc⁹ Cicero sēserit. Cap. II.

Omniorum casus scrutent̃ alij: nos hoc libro (qd̄ sepe iam diximus) rerum exempla cōquirimus. Sed p̄fari libet Marcū Tullium aduersus hāc quoq̃ʒ uanitatem ⁊ eoꝝ amentiam qui somnijs fidem habent acriter disputasse. Que disputatio (nisi fallor) si ne dicā mihi: sed cuivis homini retexēda sit: aut illius uestigijs insistēdum: idēq̃ʒ narrationis ordo seruādus erit: aut ꝑfecto aliq̃d uel de sentētiarū grauitate: uel de uerboꝝ elegātia remittēdum. Quis enim queso nisi īpudētissimus: sperare audeat illum diuinum atq̃ʒ aureū orationis fontem: non se si diuerterit turbaturū: aut parem: uel claritateʒ uel suauitatem ꝓcul a scatebrarum suarum premordijs repturum? Uerecūdius q̃dem foret ac tutius: ipsam Tullianam disputationem aut omittere aut non aliter q̃ʒ Tullianis uerbis exprimere. Sed nec p̄termittere visum est: rem etsi nō lectori: mihi certe necessariā ꝓbatāq̃ʒ: nec rursus totam disputationis serieʒ ad cōtextum resoluere. Ne sim logior q̃ʒ oportet: medium elegi: summaʒ rei colligēs: que talis est. Nō decere philosophum aut prudētem hominem ineptis atq̃ʒ anilibus supstitionib⁹ aureʒ iclinare: sed ridiculū opinari: qui vigilātes nec p̄ntia itelligere nec p̄teritoꝝ meminisse queāt: eos cum obdormierit etiaʒ uētura p̄noscere: Quasi amicitior familiariorq̃ʒ sopitis atq̃ʒ stertētib⁹: q̃ʒ vigili animo aptisq̃ʒ oculis meditātibuſ sit deus. Qui si auctor somnioꝝ eēt: futurūq̃ʒ aliq̃d denūciare hominib⁹ uellet: uel aperte uel aliqua que intelligi posset īspiratione ꝯsulere: Cum omniū qui sub celo sūt mortalium (nemo enim nō somniat) ne duʒ lectulos: sed egrotātium quoq̃ʒ grabatulos circūire ⁊ insusurrare inumerabiles ambagum species neq̃ʒ cum experrecti fuerit memoriam habituris. Deīde si dormientib⁹ tātuʒ cōsuli uellet: clariora saltem statuisset somnia: nō atra ⁊ cōfusa: que dormiētes expauescāt: ⁊ vigilātes ad iterp̄tem diluculo ⁊ referre soleāt: His accidit: ꝙ cum deus nullius falsi auctor sit: uera esse omnia que in somnijs cernim⁹ necesse esse. Que cuʒ ita sint: illō potius philosopho dignum arbitrat̃ Cicero: estimare visa hec: q̃b⁹ sopor hominum abūdat naturaliter euenire: sine ulla significatione rerum futurarum: Animum enim agitāte ꝓpria natura a motu nunq̃ʒ posse requiescere. Enimuero cum languida ⁊ somnolenta mole corpis: nec mēbroꝝ nec sensuum uti possit officio: dum per seipsum ad aliq̃d agēdum videndūq̃ʒ cecus rapit̃: incidere in imagines ambiguas rerum uariarū: Idq̃ʒ ex reliquijs īherētib⁹ earuʒ rerū q̃s vigilās egerit aut cogitauerit ꝓuenire. Cuius rei testem facit Aristotelem: Earūq̃ʒ ꝑturbatione miras interdum ⁊ inenodabiles occurrere somnioꝝ formas. E q̃bus si quedam false: quedam uere sūt: scire cupit ille vir doctissimus: qua nam internoscātur nota: Siue ea nulla est: cur incassum interp̄tes fatigemus? Quin ⁊ si ulla est: ad hūc terminum viam illam his nugatoribus cēset incognitam: p̄sertiʒ cuʒ explorare res abditas: ⁊ ea que in somnijs hominibus diuinitus portēdunt̃ (qd̄ hi homūculi ꝓfiteri nō dubitāt) ꝓfūdissimi ingenij ꝑfecteq̃ʒ doctrine sit: Nos auteʒ videamus primum ex leuissimo (ut ipse ait) ⁊ indoctissimo genere cōstare: deinde nō ex ulla somnioꝝ vi: sed ex ꝓprio acumine iudicare: Ideoq̃ʒ inter se uarios atq̃ʒ discordes. Ad qd̄ ꝓbādum quedam affert: de q̃bus iferius dicemus. Ita q̃ʒuis diuinationem cōcederet: quam negat: diuinum tñ nullum cōtēderet. Scio q̃dem de hac re alios aliter sentire: nec sum nescius quātum glr̄ie puer hebreus ex somnioꝝ interp̄tatione percepit: sed illic nō ars humana sed celestis reuelatio. Hec tādem de somnijs utcūq̃ʒ meis v̄bis explicita nō tam mea q̃ʒ Ciceronis intētio est. Etsi eniʒ Academico more disputans: nihil ꝑtinaciter affirmet: quominus liberum relinq̃t ⁊ integrum auditorē: q: cum ut ipse alio quodā loco de Socrate ⁊ Platone loquēs ait: vixisse secum mihi videor ex loq̄ndi usu: de opinioue eius nō aliter certus sum: q̃ʒ si que legi ex ore narrantis accepissem. Quo magis miror ita quosdam de somnijs scripsisse: uelut idubitatam traderēt historiam: cum ipsum de cui⁹ fontibus hauriebāt cernerēt hec eadem dum recitat cōtēnētem: Uelle mihi vident̃ supstitiones hominum augere. Sic enim somnia renarrāt que casus aliq̃s uera fecit: q̃si nihil frustra somniari ꝑsuadere cupiāt rudibus ingenijs: que in illas p̄mum litteras fors impegerit. Ita apud credulum vulgus auctoritas interp̄tum ingēs erit: neglectisq̃ʒ rebus oibus: satis negocij cuiq̃ʒ suus somnus afferet: aliquanto plus tibi tribuet sollicitudinis q̃ʒ quietis. Quāto satius fuerat docere: ut de mille vnum nō accidit: cui uel tenuis sit cuʒ ueritate cognatio. Totis aūt noctibus dormiētes: ac sepe meridiantes: q̃d mirum si nōnunq̃ʒ uero quedam ꝓxima videmus? Hoꝝ aliq̃ iam hinc scribere aggrediar. Falsa enim q̃s capet liber? Et hec quoq̃ʒ sic legi uolo. ut agnoscat̃ potius fortune vis: q̃ʒ ꝙ fides somnijs habeatur.

¶De somnio Tarquinij superbi. Cap.III.

T ut a uetustissimis incipiam: scribit Acti-
a us in Bruto Tarquinium supbum huiusce-
modi somnium vidisse. Pastorem ad se ue
nire: arietes geminos agētem: seqꝫ cum ex his alte
rum imolasset: asperisse supstitem irruentem obni-
xis cornibus: se aūt repētino impetu grauiter pro-
stratum: atqꝫ humi resupinum: dum celum suspicit
aiaduertisse solis orbem nouum ꝛ insuetū iter age
re. Qḋ cum ad interp̄tes retulisset: monitum regē
aiūt: cauēdum ne quem ipse rudem ut pecus ꝛ mō
strum putaret: Ille eum latēti prudētia armat⁹ re-
gno pelleret. Solis aūt ostētum: cōmutationez sta
tus populo significare. Atq nō aliter euenit: Bru-
tus cuius germanum rex opp̄sserat: ꝛ cuius igeni
um ludibrio erat: ille regem nomēqꝫ regium expu
li. Romana res mutata: vnius in locum perpetui
regis: duos annuos magistratus habere cepit.

¶De somnio Publij decij. Cap.III.

Um romani quondam iniqs locis a Sāni
c tibus circūclusi grauiter urgerent: Publi-
us Decius tūc tribunus militūz: visus sibi
est in somnijs inter densissimos cuneos occūbere:
multa moriēs glīa. Quo somnio vir fortissimus ꝛ
glīe sitiētissimus: nō tam territus q̄ꝫ ad pmissi exi
tus cupiditatem aiatus: nullum p̄iculi genus de-
clinare cepat: ꝛ ab amicis ut cautius pugnaret ad
monitus: somnium ac ppositum suum illis exposu
it. Tūc tñ p̄ter opinionem illesus: saluum exercitū
e faucibus hostium eduxit. Uerum post triēnio in
teriecto: sera fides somnio quesita est. Bello sigdē
latino cōsul ipse se pro republica deuouit: ꝛ in me-
dias inimicoꝝ acies inuect⁹: tāta glīa oppetijt: ut
natum ad simile mortis hereditarie desideriūz ex
citaret. Hec ad hūc pprie modum ꝛ in annalibus
Rome scripta ꝛ apud Tulliūz relata sunt. Alij ali
ter sed illustrioribus deferendum est.

¶De somnio Ruricole romani. Cap.IIII.

A Dem ꝛ in eo qḋ sequit̄ dicēdum: qḋ apud
i alios uarie: apud Ciceronem in hāc senten
tiam refert̄. Dum ludos Joui bello latino
facerēt: p̄mum gdem subito ad arma cōcursum: ꝛ
urbs oīs cōmota est: Deinde dum interruptos lu-
dos reintegrarēt: in ipso appatu: seruus gdam in-
ter ora populi: virgis cesus furcāqꝫ circūferens ad
supplicium actus. Post aūt Ruricole romano per
getem adesse gdam visus: qui ludoꝝ p̄sidem sibi di
splicuisse narraret: eamqꝫ rem senatu notaz facere
p̄cipet. Timuit inexptus agrestis capitolium pul
sare: dormiēti rursum imago eadem obuersata cō-
sulere visa est: ne se in suam pnitiem segnitie impel-
leret. Nec ideo ille securior factus est: Cūctanti fi-
B lius morte subtrahit̄: ꝛ imagine iterum minatius
impante: ipse insup mēbris debilitat̄ ac ꝯhit̄. Sed
enim cuz coactus rem oēm ut acciderat amicis ex
posuit: ex eoꝝ arbitrio lectica in curiam uectus: cū
tādem rei seriem patribus explicasset: domum ico
lumis suis pedib⁹ redijt: somnioqꝫ senatui appro-
bato: ludi ex itegro instituti sunt. Ego aūt plane vi
deo q̇liter semel ꝛ sepius per getem occursare que
at uel iouis uel alterius cuiuslibet imago: aut quo
naz ille modo corpeas vires auferre possit aut red
dere: nō satis itelligo: Ausim tñ uel somnio nō cre-
dere: q̄ꝫq̄ꝫ hoc Fabius: hoc Aulus Gelli⁹: hoc Ce-
lius: deniqꝫ hoc oēs historici (ut apud Ciceronez)
asserūt: cum videam nec ipsum ad credēdum faci-
lem: uel illud meminisse: nequaq̄ꝫ ipossibile: ꝛ amil
sionem ꝛ recupationem virium: ꝛ filij mortem: ꝛ
quecūqꝫ talia i somnij seu visi seu dilati seu postea
in senatu expositi tēpus icidisse. Quid enim prohi
bet quocūqꝫ tpe fieri: qḋ omni tpe fieri pōt? Noua
tñ res fateor euentuqꝫ mirabilis: ꝛ ad fallendum
efficax.

¶De somnio Caij Gracchi. Cap.V.

Eqꝫ enim est p̄tereūdum qḋ in eadez histo
n ria scriptum est. Caius Gracchus questu-
re cādidatus videre per somnium Tiberi-
um Gracchum germanum suum: qui p̄dez gladio
perierat visus est: ꝛ audire dicētem: quātumlibet
differret ac traheret: idem illi tādem qḋ sibi p̄para
tum mortis genus. Hoc ex ipso Caio Graccho p̄-
us q̄ꝫ tribunatum plebis in quo perijt cōsequenter
se audisse: ꝛ multis renarrasse. ipse scriptor historie
Celius testatur.

¶De somnio diui Julij Cesaris. Cap.VI.

Unc in augustos igrediamur thalamos: ꝛ
n qd in stratis aureis somniet̄ exploremus.
Diuus Julius Cesar adhuc roman⁹ eques
visus erat per getem cuz mr̄e misceri. Nihil est eq
dem qḋ nō ꝛ possit ꝛ soleat somniātibus occurrē
ꝛ que nunq̄ꝫ cogitarūt: ꝛ que cogitatu horrida: ꝛ
que s̄m rerum nām impossibilia iauditaqꝫ sunt: vi-
dēt. Ipse tam fedo somnio grauiter turbatus: rem
ad interp̄tes retulit. Illi eum spe nō modica reple-
uerūt: pmissum orbis impium asserentes: qm̄ ma-
ter cui icubuisset terra eēt: cōis eius ꝛ cūctoꝝ geni
trix. Nō dubito multos iam idem somniasse: nō eo
dem successu. Ceterum ut ea uera interp̄tata vide
rent̄: singularis viri virtus ꝛ fortuna prestitit.

¶De alio somnio eiusdem. Cap.VII.

Ec segnior mortis q̄ꝫ impij p̄nūcius sibi sō
n nus accidit. Nocte gdem quam dies vite
nouissimus isecut⁹ est: vidit se a terris abla
tum supra nubes uolitare: ꝛ iterdum dexterā cum
Joue cōiūgere. Qḋ q̄ꝫuis ad cōiectorem relatum
nō legamus: tñ ut res docuit: ꝛ instās a rebus hu-
manis digressus: ꝛ relatio eius inter deos signifi-
cari potuit.

¶ De somnio Calphurnie uxoris Julij Cesaris. Cap.VIII.

Liquāto tñ clarius Calphurnie uxoris sō
a nium: Que eadem illa nocte cedis p̄uia: te
ctum palatij collapsum: virūqꝫ in gremio
trāsfixum suo vidit in somnijs. Qḋ cū Cesari nar
rasset: multis cum p̄cibus ac lachrymis obtestans
ne luce prima in capitolium ascēderet. Ipse colla-
tis somnijs simul: ꝛ aduersa tētus ualitudine: pa-
rūper hesitauit: utrum pgeret: an se domi ꝯtineret
his que nūc agere destinauerat in tēpus aliud di-
latis: atqꝫ ita substitit donec ille trux ꝛ ihumanus
proditor: qui sub eo tam glīosam militiam ꝛ tot am
plissimos honores gesserat: frequētem senatuz ad
esse: ꝛ expectare ait: ꝛ ut moras rūperet egit. Tū
siue insita urbanitate victus: ne tot illustrium viro
rum expectationem frustraret̄: siue ut Ualerio pla
cet: ne feminea visione territus videret̄: siue ut ego
arbitror: quia fatalis eum reposcebat dies: uētūqꝫ
erat ad terminuz quem preterire non licebat: paru-
it: ꝛ circiter quintam diei horam: eo profectus vn-
de non redijt.

¶De somnio Artorij medici diui Augusti Cesaris. Cap.IX.

b Oc forsan exemplo monitus diuus Augustus:huius cedis magnificus vindex: nequaq̃ ɔtẽptor somnioꝝ fuit:eaq̃ sibi quodam tempe salutaris obseruatio fuisse legit. Dum enim interfectores patris iusto stimulãte odio pro sequit:fortuna que Thessalicam aream uẽtilãdis ciuilib⁹ bellis egerat in cãpis Philippicis:adhuc pene Romano sanguine fumãtib⁹:Romanos iterum cõtraxit exercitus: Instabat autem pugne dies:cui Augustus graui tardatus morbo:nullaten⁹ iterfuturus videbat. Nocte igit cui pliuꝫ successit: Artorio medico dormienti:Minerue effigies obuersata est:iubẽs ne egrotum suum ob ĩfirmitateꝫ pateretur p̃lio abesse. Qđ ut agnouit Cesar:animi viribus fragile corpus adiuuãs:lectice sese ipositũ educi aduersus hostem impauit. Initoq̃ certamine: dum mirabili ɔstãtia ⁊ morbi simul ⁊ armoꝝ ꝓfert ipetum:tertium utroq̃ maius piculum euasit. Eodem enim tempe quo acies ɔfligebãt: Brutus in castris remãsisse illum ratus:in tẽtorium ei⁹ irrupit:cubiculũq̃ in quo iacere putabat innumeris gladijs cupide laniatuꝫ atq̃ discerptuꝫ est. Sapiens igit uel in somnio Minerua dixerit q̃spiam: que egri curam nõ sibi sed medico cõmisit: ⁊ appa rẽti morbo itẽtũabdite pestis admonuit. Quo cõsilio succursum est:ne ad supremuꝫ fortune fastigium uẽturus adolescẽs:p̃mis gradibus excideret: quem iter hoĩes descẽsura diuinitas: terraruꝫ tũc futurũ p̃sidem p̃uiderat ab eterno: ⁊ lege sanxerat inuiolabili.

¶De somnijs patris ⁊ matris diui Augusti: qb⁹ se cutura eius p̃signata est celsitudo. Cap.X.

i Ure igit magnus ⁊ incõparabilis vir clarus Augustus:sub quo deum celi nec nasci puduit nec describi. Cuius futuraꝫ magnitudinem genitrix:claritateꝫ genitor:si que somnijs fides est:per getem vidit anteq̃ nasceret. Actia q̃dem mater p̃gnans vidit viscera sua ad celum tolli: ⁊ ide per omnem terrarum atq̃ etheris circuitum diffundi: Pater aũt Octauius:iubar solis al uo uxoris emergere: Quid his visis illustri⁹? q̃d certius? Octauius idem post partum ɔiugis:cum per deserta Thracie ducẽs exercitum Romanum ⁊ in tẽplo Liberi patris more barbarico sacrificãs: interrogãsq̃ de filio: respõsum a sacerdotibus accepisset:Euꝫ de quo quereret futurum mũdi dominum:nocte ꝓxima filium videre ipũm existimauit augustiorem effigie humana:fulmine ac sceptro ⁊ Iouis exuuijs uerẽdum: nec nõ ⁊ radiata corona laureatis curribus isidẽtem:duodenis equiue cãdidioribus agi. Et hec ostẽsa parẽtibus. Quibus minor iest admiratio ꝓpter illa que de eodeꝫ somniarunt alij.

¶De somnio Quinti Catuli. Cap.XI.

¶ De excusatione auctoris ꝙ non adulandi proposito neq́ʒ inuidia scripserit: deq́ʒ iextricabili discordia medicorum: ꝙq́ʒ rhetorica nō sit medicine subiecta. Cap.IIII.

n Ec puduit illud etiaʒ iter ꝯfusum murmur iserere: me pōtifici adulatuʒ. Ego nec cuiq̄ѕ adularer: cui ꝓpositum sit (vulgo etiam nō ignotum) p̄ter virtutem ac bonam famam vniuersa cōtēnere. Quid aūt me moueret: ut nūc fierem qd̓ ab annis tenerioribus nunq̄ѕ fui? Percontare ipsum illum de quo loqmur: ⁊ dicet tibi: sepe ultro se mihi obtulisse: quātum tu optare (lʒ sis importunissimus) nō auderes: meq́ʒ ꝓpter amorem libertatis: qd̓ tibi inexptum ⁊ incognitum bonum est: oia recusasse. Desine itaq́ʒ lepram tuam ⁊ ambitionis auaritieq́ʒ malum: bn̄ ualētibus imponere: tu palpator: tu nō solum blādus: sed (si es ille quē puto) tediosissimus etiam adulator: nō modo pontificū: sed ⁊ paupum latrinas vilissimi spe lucelli: ego florētes siluas ⁊ solitarios colles ambire soleo: nō nisi uel sciētie cupiditate uel glorie. Id non scripto sed cachinno refellēdum arbitror: qd̓ iter anxie cōquisitas euadēdi vias: qbus inenodabilem ueri laqueum tētas abrūpere: palpitādo dixisti: me forsā tui nois inuidia tactum: illud scripsisse quo tibi gregiq́ʒ tuo famam eripem. Ego ne tibi misero iuiderem? Absit: auertat deus: qui enim misero inuidet necesse est sit ipse miserrimus. Ego tibi nomen eripere nitar inglorie? Procul ab hoc piculo es. Ire potes toto securus orbe terrarum: qd̓ ad fame iacturam attinet: Cantabis uacuus corā latrone viator: Erit qui forte nares amputet: oculos effodiat: famam tibi nullus eripiet quam nō habes. Quid aūt intolerabilius est hoie insolēti? Qui ubi pudorem semel abiecerit: quicqd dixeris negabit: magna meretricie frontis impudētia est. Negas ecce medicos discordare: que publica totius humani generis est querela. Utinam tn̄ ita sit: malim esse mētitum: q̄ѕq̄ѕ hac in re mētitus eē non possim: Ceterum saluis oibus errasse maluerim: q̄ѕ me ueridico piclitari tot hoium milia: qui discordi ⁊ uario ⁊ ꝓrsus incerto medicorum impio gubernant̄. Nēpe ꝙ in summi pōtificis cura nup dicis fuisse concordes: vide: non dico nō mētiaris (id eniʒ iam uobis quotidianum atq́ʒ vulgare est) sed ne maximis testibus: ueritas uos ipsa ꝯfundat. Concordastis forte postq̄ѕ ille cōualuit: qui qd̓ nemo ne ipse quidem dubitat: multo ante cōualuisset si tu salteʒ per totum egritudinis sue tempus in extremis Indie littoribus habitasses. O si qd̓ ominari horreo (sed lʒ immortalis dei vicarius deus est: tamē ipse mortalis) Si ergo tūc nature debitum ꝑsoluisset: quāta fuisset inter uos ⁊ q̄ѕ idecisa discordia de pulsu:

de humoribus:de die cretico:de pharmacis:celū
ac terram dissonis clamoribus implessetis:causaȝ
ipsam egritudinis ignorantes.Miseri qui sub au-
xilij uestri fiducia egrotant.Christus autem in cu-
ius manu salus hominum sita est:saluum illū igno
rantibus omnibꝰ uobis fecit:⁊ faciat precor:quā-
tum sibi:quantum ecclesie cui presidet est necesse.
Uos dei beneficium:⁊ cōplexionis ac nature sue
laudem usurpantes:videri vultis illum a mortuis
suscitasse:⁊ nunc tandem transacto periculo cōcor
datis:non ineleganti uafricia:ne si pater ille doctis
simus:quiqȝ uel ingenio uel experientia(non dicā
omnia ut tu adulator)sed multa cognoscit ac pro-
uidet:discordare uos senserit:precipites ancipitis
vie duces abijciat:aspernat:atqȝ oderit.Sed mihi
crede ne quicq̄ȝ rete iacitur ante oculos pennatoꝝ
nouit ille mores uestros:Et si me interroges:pro-
pter cuiusdam speciem honestatis:⁊ ne consuetu-
dinem publicam damnasse videatur:uestra potius
vult fastidia q̄ȝ quia ignoret aliquāto grauius esse
periculum:vitam suam nugis uestris q̄ȝ fragilem
sine gubernaculo carinam pelago uentisqȝ cōmit-
D tere.Quod ad me attinet:Iracundiam tuam mi-
nime quideȝ miror:sciebam uerum esse Satyricū
illud:Accusator erit:qui uerum dixerit.Nec minꝰ
illud Comicū:Obsequium amicos:ueritas odiū
parit.Quod cum cōmuniter uerum sit:tum preci-
pue inter illos qui mēdacio viuūt.Illud miror ꝙ
ira in rabiem furoremqȝ conuertitur.Nihil enim
tibi scripseram:Quippe qui nunc(etiam inuitus)
nō intellecturum alloquor:At Romano pontifici:
graui tunc egritudine laborāti:metu ac deuotiōe
dictantibus:epistolam scripsi breuē:Sed(nisi fal-
lor)utilem sibi:tibi forte non ita.Admonuiqȝ ut
turbam dissidentium medicorum:necnon etiā me
dicum non scientie sed inanis eloquentie curiosuȝ
que ingens nostris temporibus multitudo est)om
ni studio caueret.Quod lȝ grauissime stomache-
ris:me tamen neqȝ consilij mei penitet:neqȝ me la-
pidandum credidi:si sibi lȝ non egenti fidele con-
silium dedissem:cui omnes qui christiano nomine
gloriamur:non modo cōsilium:sed obsequium in-
super ⁊ obedientiaȝ deberemus.Debuisti si sanus
esses non mihi rescribere:qui tibi nil scripseraȝ:sed
eidem illi scribere:si sibi forsan aromatico illo tuo
ac medicinali suadere posses eloquio:ut tibi seip-
sum ⁊ res suas crederet:vitam ac salutem nisi de
tuis manibus nō speraret.Contra autem me stu-
dijsqȝ meis deditos:nociuum atqȝ inutile genus
hominum declinaret:seu me poetaȝ:seu quodlibet
aliud dicere libuisset:Omnia enim tibi licere arbi
tror idiote:qui ꝓpter mei:quin potius ueri odiuȝ
in poetas immeritos es inuectus.Ego tamen hac
in re poetice nihil scripsi:quod ita eē:nisi plane de-
siperes:ipse stilus indicio est:Cogeret me procaci
tas forte tua poetice aliquid de te loqui:teqȝ omni
bus seculis lacerādum tradere:nisi quia indignus
visus es:qui per me posteris notus esses:aut locū
in meis opusculis inuenires.Sed quid colores ce
co?Quid surdo sonos ingero?Mechanice res tu
as age oro te:cura si potes:Si minus:interfice:⁊
precium posce cum occideris.Id nulli imperatori
aut regi:sed tibi vni vite necisqȝ domino ut iactas
humani generis cecitate permittitur.Utere fune-
sto priuilegio:Optime eniȝ tutissime arti cerebrū

additisti:quisquis euaserit:tibi vitam det:quisqs
obierit:tu illi preter experiētiā nihil debes:Mors
nature aut egroti vitium:vita tuum munus est.Iu
re igitur Socrates cum factum de pictore medi-
cum audisset:Caute inquit:Artem enim deseruit
que defectus suos habuit in aperto:eamqȝ com-
plexus est cuius error certa terra tegitur.Quid te
autem non ausurum rear:qui rhetoricam medici-
ne subijcias:sacrilegio inaudito:ancille dominaȝ: F
mechāice liberalē?Nisi forsan illa te cogitatio has
in insanias traxit:que si vnq̄ȝ caput tuum potuisset
irrumpere:nunq̄ȝ usqȝ adeo asininuȝ diceres:ut sci
licet quoniam etate nostra iniquissimos homines
imperitare viris optimis facto reruȝ pessimo vide
mus:Ad artes quoqȝ speciem hanc tyrannidis tra
hendam ac propagandam putes.Sed prius om-
nia q̄ȝ huiusce rei arbitrium fortune traditiuȝ vide
bis:Faciet illa Nerones atqȝ Caligulas regnare:
Dionysios atqȝ Phalaridas in patria florere:Ca-
tonem intra pestes Libycas errare:mori Regulū
in carcere:In paupertate Fabricium:Marcellum
in insidijs:in exilio Scipionem:Hec ⁊ his similia
faciet:quotiens uolet more solito iocari:medicine
suppeditare rhetoricam non poterit:extra suos fi-
nes imperium non habet.Sed quid loquor?Ne-
scio an prius q̄ȝ ad finem suscepti sermonis ueniā:
libeat mutare sententiam:ac fateri ius illam etiam
in artibus habere:Quod nisi ita esset:nunq̄ȝ tu de
tanta ignorantia tam superbus incederes:cū mul-
ti interim viri litteratissimi mendicent:Uerum ea
non artium fortuna:sed artificuȝ dici debet.Ad id
mihi respondeas uelim:si rebus omnibus fortune G
imperio confusis:artes quoqȝ confundere:⁊ libe-
rales mechanicarum seruas facere(quod utrarū-
qȝ prohibebaris nomine)uoluisti:Cur non potius
nauigationi q̄ȝ medicine rhetoricam seruam facie-
bas?Nauigationem certe sui generis:hoc est me-
chanicarum quidam dixere rhetoricā:eo ꝙ in pri
mis illi cui mercatura omnis subiacet:in peragrā-
do orbe lustrādisqȝ littoribus atqȝ innumerabiliū
nationū cōciliandis ratiōe animis:multa sit opus
eloquentia:Unde ⁊ Mercurium quem sermonis
deum uocant:inde dictum uolūt:ꝙ mercature ky
rios:hoc est dominus esse videtur.Quod cum ita
sit:cur non potius(ut dixi)nauigationi rhetoricaȝ
ancillari precipis?Qđ equanimius propter simi-
litudinem latura sit:nisi quia ruditatem illam tuā:
⁊ calligantis ingenij cecitatem occultare nullo mo
do potes:Proximis tuis litteris expecto ridiculo
sissime reruȝ censor:ut lanificio iubeas subesse grā
maticam:dialecticaȝ armature.Quid enim te rur
sus non ausurum puteȝ:qui me os in celū posuisse
dicas:quoniam medicos diuinuȝ ac celeste genus
attigerim:cum tu impurissimum os aperire nō fis
ueritus in Pliniū scōm virum ex omnibus sue eta
tis doctrina ingenioqȝ prestantissimum?Ita enim
de illo scriptum video:nec excipitur Galienus coe
taneus(nisi fallor)suus:Uir ⁊ ipse non indoctus:
sed in doctoruȝ atqȝ loquacium abundantissimus
successorum.

De comparatione poetice ad medicinam:⁊ medi
cine ad agriculturam. Cap.V.

Ue autem ista dementia?Que ue ista uo-
q luptas est?A pedite vulnus acceptuȝ:equi A
ti refundis innoxio:⁊ soluta oratione cum

sis lesus:iram ulcisceris in poetas:quasi poeticũ
sit omne quod nescias. Id si tibi permisero:qd uſ-
q̃ queso nõ poeticum relinquetur? Quid eniꝫ nõ
te penitus ignorare crediderim:qui ad exprimen-
dum ineptissimos sensus tuos:tam pueriliter de-
sudasti? Deus bone que deliramenta? Que som-
nia? Insultas poetice:cuius nunq̃ faciem vidisti:
Laudas medicinam quã ego non improbo. Quis
enim sane mẽtis hoc audeat? Scio artem esse non
inutilem: ⁊ sero licet a nostris hominibus receptã
postea tamen in honore habitam:quinetiam inuẽ-
tioni deorum (ut perhibent) immortalium conse-
cratam:tam magna res visa est:ut humana nõ pu-
taretur inuentio. Quaꝫ opinionem certioris fidei
B auctor in Ecclesiastico confirmans:Altissimus de
terra inquit creauit medicinaꝫ:q̃uis ad omnia sit
cõmune:quicquid nouimus:quicqd scimus:quic-
quid sapimus:quid nisi diuina inuentio dominiqꝫ
donum est? cum in eiusdem libri principio scriptũ
sit: Omnis sapiẽtia a dño deo est. At ne tibi de me-
chanice tue singulari ceu laude complaceas:audi
quid de agricultura altera mechanicarum:eodem
scribitur libro: Non oderis (inqt) laboriosa opera
⁊ rusticationem ab altissimo creatam:quid habes
qd super quẽcũqꝫ agricolam accolas? Ambe artes
vno de fonte prodeunt:ambas creauit altissimus:
Immo v̄o qd habes:quo te agricole conferas:cũ
humanã ille vitam adiuuet:quã tu (licet cõtrariũ
professus) oppugnas: Ille humano generi laborã-
do prosit:tu noceas quiescẽdo: Ille nudus in cam-
pis fame sua publicam pariat saturitatem:tu pha-
leratus in thalamis:uoce tua publicam destruas
sanitatem.

¶ De affectibus medicorum an sint mirabiles: ⁊ de
colore medicorum. Cap. VI.

Neo qdem nõ similiter concordamus:ꝙ
i effectus medicorum dicis esse mirabiles.
Quos effect⁹ queso te:nisi illud forsan iter
miraculosa cõnumeras:ꝙ uos sepius q̃ ceteri ho-
minũ: Immo v̄o q̃si cõtinuo egrotatis? Itaqꝫ ma-
gnis in populis facies uestra solo pallore discerni-
tur: Iamqꝫ in ꝓuerbium abijt: Colorem medici di-
cere quotiens croceum hominem aut tabescenteꝫ
videris. Parum ne hic miraculum est:salutẽ alijs
quam ipse nõ habeas polliceri? Esset ꝓfecto mira-
culum:nisi illud extenuaret assiduitas mentiendi:
Nisi forte ille mirabilior est effectus:ꝙ qui se totũ
uestro cõsilio tradiderit:sanus esse nunq̃ poterit.
Hi sunt medicorũ:non tãtũ miri:sed stupendi etiã
effectus:medicorum v̄o non omnium:sed multo-
rum atqꝫ in primis tui.

¶ De laude Hippocratis: Galieni ⁊ Plinij: Proba-
tioneqꝫ auctorum uetustatis:quos moderniores
turpi segnitie ⁊ igenij hebetudie arguũt. Ca. VII.

Credo ego Hippocratem viruꝫ doctissimũ
c fuisse:puto Galienum (illo duce) multa pri-
mis inuentiõibus addidisse: Nõ detraho
claris viris:ne fiam tui similis:qui obtrectãdi stu-
dio me cum Plinio miscuisti:quẽ si intelligere pos-
ses:esses hortãdus ut legeres: ⁊ teipsum in eo spe-
culo intuens:uel deformitatem tuam corrigeres:
uel desineres superbire. Sed crede mihi grecũ ho-
minem putares:cũ tamen is inter raros latine elo-
quentie principes in Staturnalibus numeretur.
Si te in litteris tuis video:arrogãs ⁊ ignarus es:
alterum facit ut nil discas:alterum ut nil scias:qd
enim de hoc tãto viro somnias? Dicis eniꝫ ꝙ quic-
quid ueri habet:ab antiqs medicis accepisse:uos
a quibus tot mẽdacia didiceritis nõ dicis: Sꝫ qd
iterum tẽpore gloriaris? Ignauissimorum quorũ-
dam hominum cõsuetudo est:ut cum inter vitia se-
nuerint:nulliqꝫ pares sint:sola se preferãt senectu-
te. Atqui ne hancipsam vnã gloriãdi tibi materiã
cõcesserim: In singulis eni te uerbis detegis: ni-
hil eẽ nihil sapere:nihil nosse. Cõputa annos: ⁊ re-
peries virum illum omnes fere quibus uteris me-
dicos precessisse: q̃q̃ quid attinet medicorum an-
tiquitate noibusqꝫ confidere:qui si ad lucẽ redeãt:
vna uoce fatebuntur:nullos se hostes alios habe-
re q̃ uos:quorum uel turpi segnitie:uel ingeniorũ
hebetudine:sui labores ac vigilie perierũt: quiqꝫ
quotidie mentiẽdo illas arguitis fuisse mẽdaces.

¶ De poetarum immortali gloria: Et quẽadmodum
medici de omni materia etiam sibi incognita loqui
uelint. Cap. VIII.

Ege si libet (⁊ nisi ego quoqꝫ tibi grec⁹ vi- A
l deor) epistolam illam totam:que cum ad
hoc vnum scripta esset:ut vniuersali domi-
no cautionem pareret:tibi nescio cui (immo qdem
scio sed dissimulo) dolorem peperit ac furorẽ. Illã
lege si libet: Inuenies me nil oino cõtra medicinã
nilqꝫ contra ueros medicos locutũ:sed ꝯtra discer-
ptores atqꝫ aduersarios Hippocratis: qd eodem
plaudente fieri credidi: Tu autem non cõtentus in
me multa dixisse:multa itidem contra poeticam ac
poetas quadam libidine uobis insita loquendi:de
rebus peregrinis ⁊ incognitis euomuisti: Non le-
geras apud Uarronem Romanorum doctissimũ:
neqꝫ apud Tullium quem fidenter (licet forte ob-
strepas) dixerim principem latinorum:qd de poe-
tis scriptum est: Uerba enim ipsa ne quid me mu-
tasse uel addidisse suspiceris apposui. A summis in-
quit hoibus eruditissimisqꝫ sic accepimus:cetera-
rum rerum studia ⁊ doctrina ⁊ preceptis ⁊ arte
cõstare:poetam ipsa natura ualere: ⁊ mentis viri-
bus excitari: ⁊ quasi diuino quodam spũ afflari:
Quare suo iure noster ille Ennius:sanctos appel-
lat poetas:ꝙ q̃si deoruꝫ aliquo dono atqꝫ munere
commẽdati nobis esse videanť. Sit ergo iudices
sanctum apud nos humanissimos hoies hoc poe-
te nomẽ:qd nulla vnq̃ barbaries violauit:hec Ci-
cero. Multa sequuntur in eandem sentẽtiam gra-
uissima. Innumerabilia etiam apud alios:que spõ-
te pretereo: Neqꝫ enim mihi propositum est in au-
ribus tuis nobilitare uelle poetarum nomen:qd ti-
bi ignobile videri:ea demum summa mihi nobili-
tas videtur. Cui autem hec narrem nescio an te ri-
diculosior sim si asino lyram tangam. Respõdebis
audio:sed nihil intelligo: ⁊ poete nomen nulla vn-
quã (ut modo dicebam) barbaria violatum: atqꝫ
omni ex parte tibi incognitũ:violabis plus q̃ bar-
barica feritate. Itaqꝫ pꝓpportune audies:qd cui-
dam nuper tue professionis homunculo cuꝫ assen-
su ⁊ approbatione multorum dixi. Cum enim ue-
stro more multa contra poetas hisceret:potius q̃
diceret: nunc poetam Ciceronem:nunc Plinium
affirmans:quesiui ab eo:quid poete nomine cre-
deret importari? Qd cum se nescire non negasset:
pro tempore historiam dixi non inamenam cogni-
tu:magnis ab auctoribus relatam:quã tibi quoqꝫ

dicam: puto si qd oino aliud q̄ de febribus audire potes. Hannibal vir bellicosissimus: bello vict⁹ a Romanis: Ephesum ad Antiochum regem Syrie profugerat: a quo letissime susceptus: eo ꝙ Romanorum odijs estuanti: nullus vnq̄ cōsultor taz idoneus videbatur: in summo honore apud illum erat. Contigit autem Phormionem quēdam noie secta Peripateticum: qui ea tēpestate litterarum scientia clarus habebat̃: simul illic forte apud regem esse: ad quē (si uellet) audiēdū inuitatus: Hānibal: duz fama viri tactus: annuisset: seniculus nō indoctus: ⁊ ut homo grecus audax ⁊ uerbosus Phormio: credo extimans nihil se melius in presentia tanti ducis: nihilq̄ cōueniētius loqui posse materiam rei militaris ingressus: in plures horas sermonem cōtinuum protraxit: Deniq̄ dum qualiter sit ductandus exercitus: qualiter instruēda acies: qualiter capiendus castris locus: quādo signū pugne dari: quādo cani receptui cōueniat: Postremo que ante prelium: que in prelio: que ue post prelium sint seruāda copiose disseruisset: secutusq̄ ēēt plausus omnium: quesitūq̄ ab Hannibale: qd sibi etiam videret̃ de illo sapientie professore: Multos (inquit ille) stultos delirosq̄ senes vidi: nullū tñ quo magis delectarer q̄ sene hoc: quippe qui tam multa de rebus incognitis loqueretur. Quo dicto facete admodum ⁊ illius ⁊ uestram impudentez notauit audaciam: De omni enim materia loq vultis: uestre ꝓfessionis obliti: que est si nescis urinas: ⁊ que nominare pudor ꝓhibet cōtemplari: nec pudet insultare his quibus virtutum atq̄ animi cura est. Elegāter de hoc Phormione loquens Cicero: Quid iquit aut arrogātius aut loquacius fieri potuit q̄ Hānibali: qui tot annis de imperio cum populo Romano omnium gētium victore certasset: grecum hominem qui nunq̄ castra vidisset: nunq̄ deniq̄ minimam partē ullius publici muneris attigisset: precepta de re militari dare? Quāq̄ nō oino par tua ⁊ Phormionis causa: multoq̄ iustius ego te rideo: q̄ illum risit Hānibal. Ille eniz de rebus licet experientia ignotis: at saltem lectione cognitis loquebat̃: tu de his rebus loqueris quaruz nō tantum usu atq̄ arte es indoctus: sed ingenio etiā prorsus indocilis. Hanc historiam cum illi contentioso hoi narrassem: ꝙ erat ipse senex: sibi dictum credidit: quasi ⁊ senium ei ⁊ stultitiam exprobrassem: itaq̄ uehementer excanduit.

De intellectu contra quos poetas Boetius loqui uelit: ⁊ iucundissimo poetarū ꝯsensu. Cap. IX.

t U qua etate sis nō satis scio: nisi ꝙ delirare sepius solent senes: nō quidem oēs: sed quorum iuuenilis etas vilibus curis ⁊ obsceno artificio acta est. Quo autem ingenio sis: mihi incognituz esse noluisti. Audiens ergo te video mordendi auidum: sed ignorantia torpētem: algentis more aspidis coactuz virus: nō posse diffundere: nisi ꝙ in fine multum irarum attritu terrifice cōcalescens: neq̄ tamen tam morsu q̄ sibilo metuendus. In me calcaneoten⁹ erigeris: ubi scilicet Boetium Seuerinum: aduersus sacras pierides testē citas: atq̄ ut testimonio fidez queras: cautissimus disputator Patricium illum uocas: quasi de pretura uel consulatu questio sit: ⁊ q̄si non multi testes: licet minime Patricij sint: hac in re multum Boetio preferendi. Uerum absit ut huius uel alterius fidedigni hominis testimonium recusem: ad inquisitionem ueri omne genus studiosorum hominuz admitto: mechanicis dūtaxat exclusis. Ille igitur quid: ab egrotātis cura scenicas meretriculas: philosophico procul arcet edicto. Uiue bellator egregie: vniuersaz poesim letali iaculo transfixisti. Certe si quid eorum de quibus tam temerarie disputas didicisses: scires scenicam illam quam Boeti⁹ notat: ipsos inter poetas in precio nō haberi: Nō autez vidisti: cece qđ iuxta erat: licet idipsum litteris tuis ignoranter insereres. Quid enim ait: Ueris eum musis curandum sanādūq̄ relinqte? Hee sunt muse quibus si qui usq̄ hodie supersunt poete: gloriantur ac fidunt: quarum ope non egra corpora mactare: sed egris animis succurrere didicerunt. De quibus si loqui uelim: donec cerebro humido ac fluenti tanta res insideat amens ero: Neq̄ enim Amphionis uel Orphei cithara tam duram silicem mouere posset: Neq̄ enim tam hirsutam tigridem lenire: quas tu ac omnes id genus fictiones ueluti Xpo aduersas: mira plebei artificis temeritate condemnas. In quibus tibi tuiq̄ similibus studiose abditus allegoricus sapidissimus ac iucundissimus sensus inest: quo fere omnis sacrarum etiam scripturarum textus abūdat: quas te animo irridere non dubito: sed suppliciū times. Quam ob rem feram equo animo te poetis quos ignoras uanitate notissima insultantem. Idq̄ mihi alicuius bone spei argumentuz fuerit: si tibi ualde displiceam. Cur autem indigner audere te aliqd aduersus me: cum aduersus Christum si impune liceat sis ausurus: cui Auerroim (tacito licet iudicio) pretulisti? Scis ꝙ nō mentior: q̄uis aliud uerbo clames: cesset pene metus: profecto ut sciolus uidearis esse uoles hereticus.

De officio poete sm̄ Lactantium. Cap. X.

s Ed ad fictiones quas carpebas redeo. Audi ergo quid Lactantius: vir ⁊ poetarum ⁊ philosophorum notitia: ⁊ Ciceroniana facundia: ⁊ (qđ cuncta transcendit) catholica religione clarissimus: primo suarum institutionum libro ait: Nesciunt quid sit poetice licētie modus: quousq̄ progredi fingendo liceat: cum officiū poete in eo sit: ut que uera sint: in alia specie obliquis figurationibus cum decore aliquo conuersa traducat: totum autem qđ referas fingere: idest ineptuz esse ⁊ mendacem potius q̄ poetam. Stupes belua: nunq̄ puto istud audieras.

De medicorum mendacio ⁊ poetarum uelata ueritate. Cap. XI.

m Entiri uobis linquimus: quodq̄ grauissimum mendacij genus est: mentiri summo cum discrimine dānoq̄ credentium. Id si mihi non credis: vulgus interroga: cui ⁊ illud in prouerbium uersum est: ut apertissime mentienti: dicant: Mentiris ut medicus. Poete (neq̄ enim me hoc nomine dignari ausim: qđ tu mihi demēs ad infamiam obiecisti) poete inquam studium est: ueritatem rerum pulchris uelaminibus adornare ut vulgus insulsum (cuius tu pars ultima es) lateat: Ingeniosis autem studiosisq̄ lectoribus: ⁊ que situ difficilior ⁊ dulcior sit inuentu: Alioquin si tibi falso persuadeas: qđ qdā indocti solent: qui qđ consequi nequeunt execrantur: ut scilicet poete officium sit mentiri: illud tibi consequenter ꝑsuadeas

uelim: esse te poetarum maximum: cuius prope plura mendacia sunt q̄ꝫ uerba. Ultro tibi Meonius senex cedet: victus cedet Euripides: cedet Maro: uacuus tibi Helicon linquetur: indecerpta laurea: illibatusq; Castallius fons.

¶ De poetarum raritate atq; claritate: medicorū q; uanitate. Cap̄.XII.

f

Ed expergiscere si potes: lippientesq; oculos aperi: videbis poetas raros quidem natura rerum disponēte: ut rara quelibet chara simul ⁊ clara sint. Uidebis eos gloria ⁊ noīe ⁊ immortalitate fulgentes: quam non sibi tm̄: sed ⁊ alijs peperere: ut quibus ante alios perituris cō sulere noībus datum est: ⁊ quorū adminiculo ipsa etiam virtus eget: nō equidē in seipsa: sed in eo qd̄ habet cum vitijs ⁊ obliuione certamen: Te ꝟo cū tuis nudos videbis: omni uera laude uanitatibus obsitos: obrutosq; mendacijs.

¶ Q, auctor non aduersus excellentes medicos: sed delirantes scribat: ⁊ quare libellū pro epistola remiserit. Cap̄.XIII.

h

Ec nō aduersus medicinam (qd̄ sepe testatus sum) neq; aduersus excellentes medicos qui irasci nō debent: qui cuꝫ semper rari: nostra sunt etate rarissimi: sed aduersus te: delirantesq; similiter dicta sint. In quibus illud forte mirabitur quispiam: ꝙ libellum pro epistola remisi: sed meminisse conueniet: facilius infligi vulnus q̄ꝫ curari: ⁊ citius dici conuitia q̄ꝫ repelli. Ideoq; ⁊ maior defensio Demosthenis: q̄ꝫ Eschinis accusatio est: ⁊ longior Ciceronis q̄ꝫ Salustij inuectiua. Hactenus hec: cetera in tempus aliud reseruo. Nolo enim putes me lacessiti stili ⁊ iustissime indignationis aculeos more apuꝫ in vulnere reliqsse: Experire iterum cum uoles: quid inter ingenium ⁊ ingenium: quid inter calamum ⁊ calamuꝫ intersit. Illud uerendum ne dum per abrupta distract⁹ multūq; huic tue ridiculose eloquentie intētus: in insuetis conflictationib⁹ tempus teras: his quos pecunia pariter ac sanitate spolias: magni periculi causa sim: de hoc tamen ipse videris: ego mihi quicquid attemptaueris: ad cumulum glorie ascribam. Alta petentibus non semper quies: sed eoruꝫ sepe qui sine graui periculo vinci possunt: optanda rebellio est.

¶ Q, libellus hic etiam a medicina ipsa laudari mereatur. Cap̄.XIIII.

r

I bene dixisses audisses bene: Audisti autem non quod ego loqui sum solitus: sed qd̄ tu meritus es audire. Sile parumper ⁊ rumina: ⁊ tibiipsi da ueniam qui cepisti. Ueruꝫ ego satis ne sanus sim si diutius tecuꝫ loquar: qui quod ridiculum omne supergreditur medicine nomine: mortem mihi litterarum tuarum in fine denuncies: ad quam differendam medicina forte aliquid: tu profecto nihil: ad accelerandaꝫ ꝟo q̄ꝫ plurimum conferre potes: Preclarum fortius artificium: longeuis corpusculū scis expedire lāguorib⁹. Certe ipsa mihi viuas (modo uoces habeat) medicina gratias actura sit: si eorum presentem infamiam fando nudauero: qui antiquam illius gloriam nouis erroribus extinxerunt.

¶ Francisci Petrarche Liber Inuectiuarum Primus Explicit.

¶ Sequitur Annotatio Capitulorum Libri Secundi eiusdem.

¶ Francisci Petrarche Poete Oratorisq; Clarissimi Inuectiuaruꝫ Liber Secundus Incipit.

¶ Q, consultius sit stulto silere q̄ꝫ loqui: Et q̄ꝫ ineptū sit indocto libros scribere: Atq; de rhetorice facultatis officio. Cap̄.I.

h

Abes vnde mihi perpetuo gratias agas: de muto ⁊ elingui argutulus atq; facetulus fact⁹ es disertissime Hippocrates: Nescis q̄ꝫ tuꝫ huic calamo debeas: Ecce iam prosam scriptitas: cito facies carmina: Iamq; hymnos incipis balbutiendo contexere. Boni ingenij puer eris: Immo ꝟo stulte senex ⁊ ignare: multo cōsultius tacuisses: nō ut ideo philosophū te ꝓbares: sꝫ ut ignorantiā saltem tuam silentio uelares: Tacendo enim latere poteras: loquendo nō potes: Lingua animi sera est: hanc tu nullo ad ostium pulsante: nescio cur mouisti: tenebrosam fedāq; tui pecto

ris domuꝫ oibus aperiens:que melius semꝑ clau-
sa mansisset:nisi quia demētiam diutius occultare
difficile est.Credo nō legeras qȯ scriptū est:Stul
tus quoq; si tacuerit sapiēs reputabi͂t:⁊ si cōpres
serit labia sua intelligēs.Bene Socrates:cum de
corum adolescentē tacitū vidisset:Loquere(inqͭ)
ut te videaꝫ:nō tam in vultu putabat videri homi
nem q̄ in uerbis.Ecce locutꝰ es:vidimus te:iam-
q; si mulies taceas videmus : Uoluisti apparere:
⁊ multis quos latere poteras esse ludibrio:Jn qȯ
gaude prepotens orator:externa ope nō eges:nul
lo opus est indice : operose nimis : tuo te prodis
indicio:tam late tristis male coagulati eloquij fu-
B mus manat.O ridiculum aial:uolebam dicere:li-
brum scribis:rectius dixerim(qȯ tue ꝓfessiōis est
ꝓprium)aromatum lenta fedas inuoluere: ⁊ ubi
periculosis ambagibus dictare soles : miserorum
mortes:utq; vilia magno constent fallasq; licentiꝰ
radicibus nostri orbis imponere peregrina uoca-
bula:ubi nūc ut tibi videtur philosophicos locos:
ut ego sentio tabificos iocos scribis:Sed ut libri
formam habeat uersutus opifex distinguis in par
tes : ⁊ forsitan victor eris. Apothecarij scripsisse
te libruꝫ dicent:Quid ni igitur exclamem?Accur
rite philosophi:accurrite poete:accurrite studiosi:
quicunq; vnq̄ scribēdis libris operam datis : ac-
currite:uestra res agitur:mechanicus libros scri-
bit:penitusq; uerum fit illud sapientis habrei:Fa
ciendi libros nullus est finis.Quid enim fiet si me
chanici passim calamos arripiunt?Actuꝫ est.Jpsi
boues:ipsiq; lapides scribent:Nilotica biblus nō
sufficiet:Siqs est pudor:dimittite illaꝫ litteratis:
Uos si glorie cupiditas tāgit:in uento ⁊ aqua scri
bite:ut ad posteros fama citius uestra perueniat.
C Quid querar?Quid eloquar?Quid dicaꝫ?Desi-
nite queso qui papyros arte cōficitis:quiq; tenues
in mēbranas cesorum animaliuꝫ terga cōuertitis:
hetruscis expiādum sacris infaustū ⁊ infame mō-
strum incidit.Quid enim bicipitem puerum : aut
quadrupem miramur?Quid obstupescimus mu-
le partum:tactumq; de celo tēplum Jouis:aut sub
nubibus visas faces?Quid Etneis uaporibus ar
dens equor: ⁊ cruentum amnem:imbremq; lapi-
deum:aut si quid tale in annalibus ueterum repe-
ritur?Habeāt suum secula nostra portētum:Me-
chanicus etiam libros arat.Quis nō Roscio de-
inceps artis histrionice librum donet?Erat ⁊ ille
mechanicus:sed insignis:ingenioq; ꝓmeritus nō
modo maximorū ducum gratiaꝫ:sed ipsius quoq;
familiaritatem atq; amicitiā Ciceronis . Mulce-
bat ille oculos:mechanicus noster aures vulnerat
Agebat ille quod placeret omnibus:hic quod nul
li.Aut qs coquine magistrum indignetur Apitiū:
suam litteris inserere disciplinam?Cur enim inter
culinas nō scribitur:inter latrinas scribit͂?Cogna
tas res esse nomen arguit:Cur autē nō inter epu-
D las libri fiant:inter urinas fiunt:ad quas stilo cele-
brādas florētissima artium rhetorica captiua per
ducitur: ⁊ que populos moderat͂ : inq; animis re-
gum regnat:inter medicos ancillat͂?Sed queso te
philosophie atq; artium dn̄e:quo animo Tullius
rhetoricā tot uoluminibꝰ tātoq; studio tractasset:
si futuram talis ingenij seruā sciret?Or uere(nō di
cā serua)sꝫ famularis etiā tua sit:si aliunde nesci-
rem:abunde qdē artificiosus ⁊ hybleo melle dul-

cior orationis tue contextus insinuat . Certe quod
scholis omnibus est notum : rhetorice facultatis
officium est:apposite dicere:ad presuadendum fi-
nis persuadere dictione.Quanta autem illud ar-
te facias:quanta hoc felicitate perficias:qui te se-
mel audierit non ignorat.Sed ista suum locum in
uenient:a primordijs inchoandum . Excuset autē
prolixitatem mei sermonis : tue ignorantie magni
tudo de qua aut nihil oīno dici debuit:aut parum
dici non debuit.

¶De reprehēsione aduersarij appellantis se medicū
philosophum ⁊ animaruꝫ curatorem:suamq; esse
philosophiaꝫ dicentis. Cap.II.

p Rima qdem libri tui pars:de teipso agit: A
quis:qualis ue tu sis. Jam idipsum caute.
Sciebas te incognitum nisi tabellionū mo
re de teipso aliqd loquereris : atq; ita qua scribe-
res auctoritate cōstaret . Qui sim(inqs)perlecto
hoc toto iaꝫ nosces opusculo.O magne vir:nimis
humiliter de te sentis:Jmmo ꝟo cōfestiꝫ accepto
in manus opusculo noui te:quem ⁊ ante noueraꝫ:
Sed nūc sciētiam tuam omnem funditus deteri-
sti: ⁊ ut scriptum est in psalmo:Denudasti funda-
mētum eius usq; ad collum.Quid auteꝫ de te di-
cas:quem te facias audiamus.Sum(inqs)medi
cus.Audis hec medicine reperto Apollo uel am-
plificator Esculapi?Cōsequenter ⁊ philosophus.
Audis ista Pythagoras : qui nomen hoc primus
omnium inuenisti?Flete repertores artium:fines
uestros proterit asinus infulatus:nō se modo phi
losophum:sed philosophiam suam iactans . Phi-
losophia nostra inquit.Heu quid hoc est?Peiora
sunt audiēda si viuimus:Jam(ut suspicor)ad finē
seculi propinquamus:Erūt signa in sole ⁊ luna ⁊ B
stellis.Hoc signum in euāgelio nec fuit:quādo asi
nus philosophabat͂:celum ruet.Quid vis dicaꝫ?
Jam philosophie misereor si tua est:sed meo peri-
culo iurare ausiꝫ:nescire te qd sit esse philosophū.
At ne omnia vnam in ꝑtem cōgeram:multa etiam
nunc de hac re tecum loqui habeo.Premisi auteꝫ
hec:ut scires apȯ me philosophū te nō esse.Quid
ꝟo:quid deinde intulit audax stultus:se his alti-
bus armatum:nō tm̄ corporis:sed animi vitia cu
raturum?Uenite huc qui egrotatis:salus nō sem
per ex Judeis est:adest:semibarbarus sospitator.
Et me superbum uocitas:Relege nunc epistolam
illam meaꝫ:que te furere fecit ⁊ faciet mori:quan
do ego uel philosophiam uel poesim meam:quan-
do me aut philosophum aut poetaꝫ dixi:aut aliud
quicq̄:q̄ tuorum morum ⁊ ingenij contemptorē:
qȯ mihi non modo licitum sed debitum rebar.

¶De iurgatoris confutatione ꝙ se rhetorice domi
num appellet. Cap.III.

u Erecunde se solius rhetorice magistruꝫ di
cit Augustinus:tu te philosophū dicis ac
medicum.Addis ⁊ tertiū:rhetorice dn̄m.
Quartū licet addere:postq̄ titulis gaudes:Cloa-
ca es magna qdem(ut est apud Senecam) ⁊ pro-
funda:En qȯ ad primam tui gloriosi partem ope-
ris modo responsum uelim.

¶De eo ꝙ iurgator se philosophum dixerit:aucto-
rem autem arrogantem. Cap.IIII.

f Ecunda apologetici tui pars de me erat:
cuius in cognitione si falleris:non miror.
Quid enim non tibi alius videri possit:cū

tu tibi philosophus videaris? Dixisti eqdē: Philosophus sum. Iam hoc uerum q̄ʒ quod sequitur tam philosophus tu: q̄ʒ ego ambitiosus: arrogans superbus: Nunquā mihi (fateor) cum populo conuenit: tanta tamen animi securitas est: ut iudicem populum non recusem: quos honores ambierim: ꝛ non potius spreuerim oblatos. Quid mihi unquā arrogauerim? Ubi superbe me gesserim? De qua re ꝛ dictum est aliquid: ꝛ plusculum dicere est animus.

¶ De superbie ꝛ libertatis differentia. Cap. V.

l Oquar autem tibi iam: non ut aduersario ꝓcaci ꝛ infesto: sed ut homini: nescio tamē an ratiōis ullum uestigium habēti: ꝛ dicā quod ut puto nō itelliges: quoniā vicinarū rerum ne dum idiotis sed doctis etiā laboriosa discretio est. Sed dicam clarius q̄ʒ dici soleat ut si nō intellexeris: cerebri tui nō stili mei vitiū accuseť. Audi ergo: Superbo libertas ois supbia videť: sapiens ꝟo inter superbiam fiduciāqʒ discernit: ꝛ scit largiter referre quo animo quid dicatur aut fiat.

¶ De iudicio vulgi iter supbiā ꝛ fiduciā. Cap. VI.

h Ic ille vir optime sibi cōscius: dum in publico perorāti populus obstreperet: Tacete inquit: Melius ego vnus noui qd reipublice expediat q̄ʒ uos omnes: qd ut animose: sic uere dictum: aliquos qui ad superbiam traherent fuisse: a vulgi moribus non abhorret: docti autē gloriose fiducie ascribunt.

¶ De Scipionis fiducia ꝛ suiipsi⁹ laude. Cap. VII.

A s Cipio ille vir maximus: qui famosum primus agnomē ex Africa reportauit: capitalem cām dicturus: Primo qdem die sine ulla criminum mētione (ut ait Liuius) orationem adeo magnificaʒ de rebus a se gestis est orsus: ut satis cōstaret neminem vnquā neqʒ melius neqʒ uerius laudatum esse. Quid ergo? Nunqd in proprio ore laus sordebat? Audiebanť inquit ab eodē animo ingenioqʒ quo gesta erāt: ꝛ auriuʒ fastidiū aberat: quia pro periculo: nō in gloriam referebantur. Secūdo aūt dicēde cause die: dum artius urB gereť: nō modo sordidam ꝛ obsoletaʒ uestem reorum more nō induit: aut submisse iudicū misericordiam implorauit: sed cum forte reuolutis annis dies esset: quo ipse bello punico secūdo periculosissimo omnium atqʒ grauissimo supremā manum imposuerat: virtutis ac felicitatis ꝓprie recordatus: ꝛ ob hoc cōsciētie fiducia euect⁹: victricem capiti lauream imposuit: testatusqʒ eo die litibus ac iurgijs abstinendum ꝓpter diei illius anniuersariuʒ honorem quo ipse olim cuʒ Hannibale ꝛ Carthaginēsibus bene ac feliciter decertasset: agendasqʒ potius deis gratias: precādosqʒ ut populo Romano semp sui similes duces daret: desertis in curia accusatorib⁹ atqʒ iudicibus: fauēte ac ꝓsequente vniuerso populo Capitolium: ꝛ deoruʒ tēpla triūphantis in morem circūiuit: non minus gloriosus ciuium q̄ʒ fuerat hostium triumphator. Rem notissimam narro: tuis licet ab auctoribus nō tractatam: Nec cuiqʒ dubium esse potest: quin inaniter effusa laudatio turpiter sonuisset: nisi eaʒ natura rerum ꝛ quedā quasi viri necessitas extorsisset.

¶ De excusatione auctoris ꝙ nō arroganter scripserit. Cap. VIII.

s I leonē latratibus excitatū diri: si me oīa preter virtutē ꝛ bonā famā solere contemnere: arroganter tibi videor locutus: falleris ut in multis. Neqʒ enim insolēter me locutum noueris sed fidēter: ut teipsuʒ uel graui rogitu exp gefact⁹ agnosceres. Quid enim putas aut qd ais? Nonne iam (preor) erubesceres: nisi rubore tuus ille letheus ꝛ imedicabilis pallor excluderet? Nōne iā tacitus saltē ac pallidus recognoscere icipis quod dixisse tibi ueꝝ videor insolēter: quātuʒ inter ingeniū ꝛ ingeniū: quātuʒ inter calamū ꝛ calamū intersit? Profecto aūt ille quē mihi assumpsisse videor virtutis amor ac laudis: nō ociose iactātie est sed eo pertinet: ut scias me ab ea quā mihi obiecta bas adulatoris infamia remotū: cū cesset illa cupiditas que tuā ꝛ multoꝝ linguas docuit adulari.

¶ Q. liceat quādoqʒ de se virtutes predicare preter arrogantiam. Cap. IX.

f S Ed hec turpiter: quāuis uere ꝓprio ex ore A sonuerunt. Iam responsuʒ habes: Tunc id uere diceres: quādo nulla iusta causa: sed inanis tūi glorie studio dicerentur: Nunc non magis pro mei nominis q̄ʒ pro ipsius defensione ueri dicta ferre debebis equanimiter: ꝛ tibi parcere qd in me arguis Cato ultime grauissime moꝝ censor. Adde ꝙ ego nō mihi scientiā aut gloriā esse: sed earum cupiditatē: neqʒ me virtutē aut bonā famā habere dixi: sed optare: uel qd minus est nō spernere qd hic oro tā supbū notas: nisi quia tibi res isueta est aliqd pter pecunias optari uel amari? Accinge B re qcqd potes calūnie: pter desideriū ꝛ affectum boni nihil mihi tribuo: qbus q caret: sibi ꝛ alijs inutilis viuit: si tū dicēduʒ est viuere: q optimaꝝ sensu reꝝ eget: pessimaꝝ passionibus abundat. Accedit ꝙ ꝛ hec ꝛ siqd in me laudabile: aut si qd penitus boni est: quāuis id tibi doliture iuide in oculos ingesserim ut doleres: teste tū cōsciētia: nō inde me: sed auctorē omnis boni deū laudo: neqʒ in meipo glorior: sed in illo ad queʒ omnia refero: preter defectus errboresqʒ meos: quos mihi imputo: scit ipse me ueꝝ loqui. Ecce ut in psalmo centesimo quadragesimoquarto ait Augustinus: Inuentum est quō ꝛ me laudare possiʒ ꝛ arrogās nō sim.

¶ Q. exemplo Enee concessuʒ sit ignoranti se cōmēdare. Cap. X.

u U Erum ut de poetis quibus ut canis ad lu A nam latras: aliquid imisceā: Apud Uirgilium Eneas de se interrogatus: inter cetera quid ait: Sum pius Eneas fama super ethera notus. Idem apud Homeꝝ respondisse nouimus Ulyxem. Ad hoc responsum meuʒ: tu atqʒ alij qui nihil de nobis loqui uerum simul atqʒ magnificū potestis: uel superbe dictum ab Enea: uel turpiter fictuʒ a Uirgilio clamaretis: Sed doctores excusant: quia scilicet ut ignorātes alloquēs: laude propria pro indicio sit usus: ꝛ fuerit ea sibi necessitas nō uolūtas. Quid autem? Nōne ego etiam ignoranti se: ignorāti me: ignorāti omnia? Equidem si uel te uel me uel aliquid boni nosses: nunq̄ʒ me nil tibi dicētem aut dicere cogitātem: nullam tui notitiam habētem aut habere cupiētem: tam importunis (ut repetam quod te premit) latratibus exci- B tasses. Cuius te hodie puto peniteat: sʒ pudor animi retrahere pedeʒ uetat. Anxius itaqʒ ridiculusqʒ luctator: alienam qd mihi forsitan credis inco-

gnitam in tuis respõsiunculis opem queris: piget hinc percepisse: pudet inde desinere: ita tergiuersaris incertus heres: atq; ut est in antiquo prouerbio: Auribus lupum tenes.

¶ Q aduersarius indignus sit ut libris auctoris inscribatur. Cap. XI.

A n Num hoc loco pterire noluerim: q iter superbias meas põis: Indignũ te mihi visuz qui in meis opusculis scribereris. Uide autẽ queso ne iter tuas poti⁹ numerãdum sit si tibi cõtrariuz videat. Scripsi aliqua nec desino: haud vnq̃ desinam dum hic digit⁹ calamuz feret. Sed omissis alijs: ne me rursuz de meipso magnifice loqui dicas: Scribo de viris illustrib⁹: quale nõ ausim dicere: Iudicẽt qui legẽt: de quãtitate pnũcio haud dubie magnũ opus multarũq; vigiliaz: etsi non ab auctore: certe a subiecta materia nominandũ. Nihil ibi de medicis: nec de poetis qdem aut philosophis agit: sed de his tm̃ qui bellicis virtutibus aut magno reipublice studio floruerunt: & B pclarã rerũ gestaruz gloriã cõsecuti sunt. Illic si tibi debitum locũ putas: dic ubi vis inseri: Parebitur. Sed uerẽdũ est ne quos ex oibus seculis illustres: quãtũ hac ingenij paupertate licuit in vnum cõtraxi: aductu tuo diffugiãt: teq; ibi solo remanẽte mutãdus libri titulus: neq; de viris illustribus: sed de insigni fatuo inscribẽdum sit. Si audire me uelles: petendum potius ab Apuleio Madaurensi: ut in libro philosophãtis asini locũ habeas: uel orãdus Plaut⁹ ut alicubi in Amphitrione te collocet: ubi syllogismos tuos explicãs: probes Syriã nihil esse: magnoq; animo cõtemnas q in meis locus tibi desit opusculis: cũ & alibi aptius esse possis: & ego nullum in tuis operibus locum queraz.

¶ Q ueneranda sit senectus bonis constituta fundamentis: & de stultis senibus. Cap. XII.

i Llud quoq; locus hic exigit: q̃ certe sit tutũ de ueritate tecum colloqui: q̃q; trãqllũ vide. Stãtibus eniz scriptis obstrepere & insidiari nõ pudet: qd faceres inter uerba uolãtia? Quid est autez quod iter multa dixisti: me senectutem detestari? Nihil hoc falso falsius. Nemo me reuerẽtior senectutis: nemo qui etatis illã partem pluris faciat: qui eam equiori animo cõplectat: si iam adest: si appropinquat: expectet. Sz ita demũ apud me uenerabilis est senect⁹: si ab honestis progressa primordijs: gloriosum habet aliqd pter rugas: In libro sapientie: si qua tibi taliuz cura esset: hãc sentẽtiaz inuenisses: Senectus inquit uenerabilis est: tecũ sentiebat: nisi addidisset: Nõ diuturna neq; numero annorum cõputata: ecce iam dessentire incipit: Quid ergo? Cani sunt (inqt) sensus hois & etas senectutis vita immaculata. Cato ille senex famosissimus qui etatis huius apud Tulliũ patronus ac laudator inducit: dum senectutẽ operosam semp q; aliqd agẽtẽ dixisset: Addidit: tale scilicet quale cuiusq; studiũ in superiori vita fuit. Et iterũ: In omni oratiõe (inqt) memẽtote me eã senectutẽ laudare que fundamẽtis adolescẽtie cõstituta sit. Si hunc philosophe reprehendis: me reprehẽde: secũ eni sentio: nec cõtrariũ dixi: prorsus mutare scripta mea nõ potes: quippe nec egoipse qui cõdidi posteaq̃ in publicũ exierũt: mei iuris esse desierũt. Quid igit dixi? Delirare sepius solẽt senes: Hinc calũnie radix: sed pcede noli subsistere: lege qõ seqtur: Nõ qdẽ omẽs: sed quoz iuuenilis etas vilibus curis & obsceno artificio acta est. Id forte uerbo tu uerũ negas: facto aũt pbas esse uerissimũ. Itaq; deum testor me nil aliud q̃ te vnuz dum id scriberẽ cogitasse: qualis enim senex eẽ poterit qui mẽtiẽdo: blãdiendo fallẽdoq; consenuit? Stultorũ seniuz ingens copia est. Scis quare? q: sapiẽtuz iuuenum immensa penuria: qui aũt inter vitia senuerũt: quo ad metham ppius accedũt: eo magis insaniũt. Hos ego sepius delirantes dixi: nec mirum si ex his in qbus usq; in finẽ viuit senectus ultima vite pars plus impressiõis accipit q̃ relique: etsi densiores in vnuz sordes suo more descẽdunt: Propter eandem cãm: qui in virtute per omnẽ vitam delectati sunt: in senectute mirabiles retroacti tẽporis fruct⁹ legunt: Et tum maxime felices sunt: dum esse desinũt ut incipiãt esse perẽniter. C Hos autẽ constat esse rarissimos: horumq; est illa quã dicis uenerabilẽ senectutem. Reliqui vo qui mediũ locum tenẽt ut plus minus ue in hanc aut in illã partem inclinati vixerũt: sic in senectute meliores aut peiores fiũt. Itaq; mille uarietates: & morũ infinita distãtia: nec senũ modo: sed iuuenuz: quorũ omniũ naturas bene (nisi fallor) & Aristoteles in rhetoricis: & in arte poetica descripsit Horatius. Hec mihi nũc senũ distinctio pbat: que si tibi nõ placet: scribe aliã summe philosophoruz quã in marmorib⁹ incidamus. Certe ut ad stultos senes redeam: nunq̃ tu prima etate q̃q̃ semper te meritate notabil' fueris: ausus fuisses garrire ista tã stolide: & si in animo habuisses: solet eni adolescẽtie familiaris esse iracũdia. Crede igit mihi: nil stulto turpiq; sene molestius: cui & stultitia puerilis supest: & semel accessisse videt auctoritas.

¶ Q propter malos medicos nolit bonis detraxisse. Cap. XIII.

f Ed ego iam hinc ordinẽ tuũ amplius nõ sequar: qppe qui nullo modo mihi videor ordinatius dicturus: q̃ si longissime discesserim ab ordine libri illius: quẽ mihi serio ut asseris remisisti: ut aperte cõijcerẽ qualis tibi repentinus ac tumultuarius stilus esset si lucubrat⁹ ac seri⁹ talis est. Pessimũ qdem in pmis hominuz genus sũmoq; studio declinãdũ qbus est stultitie mixta calliditas: Quia vo huiuscemodi aduersario mihi negociũ sciebã: satis ut puto: ne quã tibi iustã mordẽdi mãm loquẽdo tribuerem circũspexi. Crebro igit dixi: nõ me medicine detrahere: sz tibi loquor ĩproprie: nihilo detrahi nihil põt: sed intelligit qd uelim protestationẽ humilẽ ac uerã superbe mendax reijcis. Credo nõ aliã ob cãm nisi ut indignitate ipsa exacuas & irrites ad dicẽdũ quod dixisse noli: nũq̃ tñ efficies ut odio turpiũ: pulcherima cõtẽnem: qn cõtra medicinã ipsam mihi feceris chariorẽ: q tu eaz dehonestas ac polluis. Scio ut dixi nõ inutile artificiũ auxilioq; caduci corporis inuentũ: qd hoc phibet: illudq; simul uerũ esse: te cũ tuis falso illã violare cognomie? Sophista ridicule eqtatis argutor? equũ laudas: ex pposítũ uersaris. Sz nullũ excipio: Immo aliqs. Et q̃s inges? B Ad tribunal ptoris urbani res agat: qs me ad hoc coget respõdere si noliz? Nõ est nũc alijs gratificãdi loc⁹: tecũ mihi res est: noui mores tuos: quos si tu eque nosses: odio tibi esses: si scribã qõ sentio cõ patriotis aut amicis meis: me blãditũ dices: nihil

est eni qd nō simile sibi fingat vilis ac venalis animus: qualem se nouit: tales alios opinat: qua nulla inter homines cecitas maior: mēsura vestra fatui cuncta metimini: nec gigātem nanus edificans nec formica cogitat elephantem: Aliquot ni fallor medicos veros noui ⁊ ingenio ⁊ ea que in omniū artium arte ponēda est discretiōe pollētes: quibus ut arbitror eo molestior es: quo te pressius intuentur: ⁊ professionem suam tua nō ambigunt ignorā-
C tia deformari. Esto autem nullos norim medicos nullos exceperim: quid vetat esse aliquos ignotos mihi: presertim studijs longe alijs vacanti: ⁊ sanitatem corporis debēti: nō medicis sed nature? Utcunq; res se habeat: nihil ego aut aduersus medicinam aut aduersus ministrum eius locutus inueniar: licet ut soleo cuiuslibet artificij corruptores: lingua forsan liberiore percusserim: Quorum in turba te latentem ⁊ incognitū vulneraui: Parce oro philosophe: nō te sed ignorantia persequebar: eāq; non oēm: calcāda est enim ignorantia supborū: humilium sublevanda: Si in hac infectatione publica singulariter es lesus: veniam merui: q2 ignorans feci. Gaudes nūc superbe quasi affusus supplicem: rideo potius ineptias tuas: Ignorātiuz infamiam ad te trahis: cum tibi doctissimus videaris: Immo ꝙ o ignorantie tibi cōscius: ex me quicquid ignorantibus obijcitur: tibi merito dictuz putas: ⁊ qd dissimulando fieri poterat alienum: impatientia tuum facis.

¶ Qz paucitas bonorum medicorum non est ad artis infamiam sed gloriam: ⁊ doctos potius exhilarat ꝙ̄ perturbet. Cap. XIIII.

A q Uid ꝙ o si paucos medicos? quid si paucissimos dicam? Nō hoc ad artis infamiam sed ad gloriaz spectat: Nōne debuerat generosus animus difficultate nō territus: sed accensus: ad ipsum nomen gloriose paucitatis assurgere seq; in partem rare laudis accitum credere? Sed certe id nō omnibus datum est: ⁊ paucissimorum prorsus ingeniorum ea raritas est amica. Quā ob rem ubi nobilis exultasset spiritus: plebeius ingemuit. Cur queso? An ⁊ hic fallor? An mētior? Profecto nō soluz hodie sed semper raros ingeniosos: rarissimos sapientes fuisse nemo dubitet: nisi qui nunq̄ oculos vel in etatem suam intenderit: vl' ad
B antiquam reflexerit. Stulte: volo qui sis excidat: stulte inquā ⁊ insane: vix ulla vnq̄ etas vel ingeniorum vel virtutum fuit egētior ꝙ̄ nostra: siue id culpis hominum accidit: siue fato: si tamē eo nomine uti licet: ⁊ nō rectius dei volūtas seu prouidentia dici debet in sermone catholico: siue deniq; qd tu fabulam putas: mundus iam senescēs. ⁊ ad extremum vergens: more senescētis hominis piger ac frigidus in sua operatione lētescit: ⁊ tamē hac ipsa etate nulla ingeniorum penuria prestabit: ut tuo ingenio locus fiat: frustra te cōtentionibus implicas: frustra te ingeris duello non tuo: quasi aut ego (qd nūquā cogitaui) medicinam verbis aggrediar: aut ipsa nō a quolibet opprimi malit: ꝙ̄ a te defendi: qui eam ⁊ exercendo violas: ⁊ opprimis defendendo. Incassum ergo niteris: nullus usq; fame tue locus est: nemo te clamoribus tuis noscet: nisi quos clusos verbis inanibus aut peregrinis medicaminibus infectos: tui memores in perpetuum effecisti.

¶ De excusatione auctoris erga aduersarium incusantem eum aliqua scripsisse: asserentis etiam se nō hic de medicis loq; sz de ipo aduersario. Cap. XV.

d Uo hic anteq̄ ad maiores ille tue criminationis insultus veniā: leuiter exsufflāda sūt: que dixisse me fingis: an somnias. Nōnūq̄ contra verum medicos certare: eosq; nō semper curare. Utrunq; enim magnis sudoribus excusas. Sed ubi precor id dixi? Excute epistolam meam: qd puto propter veritatis odiū grauiter facis. Certe ego illam relegens: horuz nihil inuenio: ⁊ de medicis quidem alias: de te mihi nunc sermo est: hostis hippocratis: pestis egrorum: dedecus medicorum: de te mihi nunc sermo est. Dico igitur si nō dixi: non te contra veritatem interdū de industria vel iocandi experiēdiq; studio certare: in quo stultissime gloriaris: sed sola semper ingenij cecitate: neq; te interduz nō curare: qd cupide profers quasi clypeum iustitie pestilentis: sed passim sanos in morbum: egros in mortem agere. Hoc dico. Ad hoc mihi respondeas velim: hoc rhetorice serue tue patrocinio excuses. Si enim negas: contentione dimissa: populum testez voco: Nota quippe negantibus ut veritas ingerenda: sic subtrahēda est verbose altercationis occasio.

¶ Quomodo imperitus medicus homines a mortuis suscitet: ⁊ q̄re populus illi credat. Cap. XVI.

f Cio quid nunc cogitas: Popellus infelix ⁊ consilij semper inops frustra tot malis admonitus ad te redit: Quem igitur ignorantie tue in testimonium adduco? Nempe non alium: neq; sententiam muto: utrūq; verum est: inscitiam tuam populus nouit expertus: idem a te poscit auxilium. Gaude stulte insolens medicus: iam non medicus tm̄: sed deo simillimus euasisti: De quo scriptum est in psalmo: Cuz occideret eos querebant eum. Ille quidem suscitare poterat: ⁊ tu potes ut dicis: Quid enim sonat aliud qd inter inanes ridiculasq; iactantias effudisti? Uestra sepe opera homines velut a mortuis suscitatos: quantum abfuit quin te deum faceres? Sed expecta: ego te ante huius ludi finem in concilio deorū ponam: ⁊ diuinitate tua dignum si potero nomen inueniam: Nunc propositum sequor: Impune occidis ergo cum suscites? Sed omissis prophanis ⁊ fine carentibus nugis tuis: Cur hoc populus faciat: si me roges: Facit hoc prudenter ut reliqua: Sapientis est verbum: Stultoruz infinitus est numerus: eorum ꝙ o que a talibus fiunt frustra ratio inquiritur. Si penitus causam petis? Illa vere est quam affert amicus medicorum Plinius: quē tu spernis ignotum: ⁊ quam ego olim posui in epistola illa ad Clemētem papam: vnde tota ista lis oritur. In hac enim: ait: sola artium euenire: ut vnicuiq; se medicum proficienti statim credatur: cum sit periculū in nullo mēdacio maius. Mox ex psona populi loquēs: Nō tm̄ inqt illud ituemur: adeo blāda est sperādi pro se cuiq; dulcedo. Hec est cā que te populo quē iterimis forte cōmēdat: notissimosq; defectus tuos cogit interim obliuisci: dū ab ardenter optantibus inconsulteq; sperātibus salus

queritur:Ubi mors est:tāta est spei humane perti
nacia:sic inanis miserorū regnat obliuio : qua fre-
tus mltos añ diē in tartara p̄misisti : qui si redeā.
illi maturā de te potuerint: ferre sniaȝ. Sed inde
quidē tutus es:irremeabilis est regio:nolo tñ spe
res latere supstites:not⁹es publice: ⁊ puto doctos
frustra tēptabis:ceteroꝝ strages minime ficta est
Quod si forte doctos aliquot turbe miscueris: ⁊
amice leges ut reliqua: et boni consules: his quibus in cōmuni sermone utimur: aptum accommodatumqꝫ sententijs. Sed non oēs tales iudices habeo: neqꝫ enim aut idem omnes sentiunt: aut similiter amant omnes: Quō autem omnibus placerem: cui placere paucis semper studiū fuit? Triplex est profecto ueri iudicij uenenū: Amor: odiū inuidia. Illud autem vide ne nimium nos amādo vulgare coegeris: que melius latuissent: Ut enim tibi amor: sic alijs forte aliud officiet. Inter amoris autem et inuidie cecitatem causa quidem plurimum: effectu nihil interest. Odium qꝺ medio loco numeraueram nec mereor: certe nec metuo. Sꝫ fieri potest ut nugas meas tibi habere: tibi legere nilqꝫ in eis aliud q̃ nostros ac nostrorū casus meminisse cogites: in quo rem mihi pergratam feceris: Sic enim et petitio tua non neglecta videbit: et fama mea tuta erit: Alioquin nihil superuacuo nosmetipsos fauore decipimus. Quonam modo amicum licet nisi sit idem alter ego lecturum hec sine fastidio arbitremur? diuersa inuicem et aduersa in quibus non idem stilus: non vna scribentis intentio: quippe cum pro uarietate rerum uarie affectus animus illa dictauerit: raro quidem letus: mestus sepe. Epicurus philosophus vulgo infamis: sed maiorum iudicio magnus: epistolas suas duobus aut tribus inscripsit: Idomeneo: Polieno et Metrodoro. Totidē pene suas Cicero: Bruto: Attico et Ciceronibus suis: fratri scilicet ac filio. Seneca perpaucas preterq̃ Lucilio suo scribit. Promptum opus et felicissimi successus nosse collocutoris sui animū vnius assueuisse ingenio. Scire quid illum audire iuuet: quid te loqui deceat. Mihi autem sors longe alia: nempe cui usqꝫ ad hoc tempus vita pene omnis in peregrinatione transacta est: Ulyxeos errores erroribus meis confert: profecto si nominis et rerum claritas vna foret: nec diutius errauit ille nec latius: Ille patrios fines iam senior excessit. Cum nihil in ulla etate longum sit: omnia sunt in senectute breuissima. Ego in exilio genitus: in exilio natus sum: tanto matris labore tantoqꝫ discrimine: ut non obstetricum modo: sed medicorum iudicio diu exanimis haberetur: Ita periclitari cepi āteq̃ nascerer et ad ipsum vite limen auspicio mortis accessi. Meminit haud ignobilis Italie ciuitas Aretiū: quo pulsus patria pater magna cum bonorum acie confugerat. Inde mēse septimo sublatus sum totaqꝫ Tuscia circumlatus preualidi cuiusdam adolescentis dextera: qui (quando iuuat laborum discriminūqꝫ meorum tecum primitias recordari) linteo obuolutum: nec aliter q̃ Metabus Camillam nodoso de stipite pendentem: ne contactu tenerum corpus offenderet gestabat. Is in transitu Arni fluminis lapsu equi effusus: dum onus sibi creditum seruare nititur: violento gurgite prope ipse perijt. Finis Tusci erroris Pise: Unde rursus etatis anno septimo diuulsus ac maritimo itinere trāsuect⁹ in Gallias: hybernis aquilonibus haud procul Massilia naufragium passus: parum absfui: quin ab ipso rursus noue vite uestibulo reuocarer. Sed quo rapior oblitus propositi? Inde nimirum usqꝫ ad hanc etatem aut nulla prorsus aut rarissima subsistendi respirandiqꝫ facultas fuit: Et quot itererrandū periculorum timorum ue species pertulerim: preter me vnum nemo te melius nouit: que idcirco memorare nunc libuit: ut memineris me inter pericula natum: inter pericula senuisse (si modo iam senui) et non grauiora mihi in senio reseruant. Hec autem et si cōmunia sint omnibus intrantibus in hanc vitam: neqꝫ enim militia solum: sed pugna est vita hominis super terram: Sunt tamen alia alij: et longe diuersū pugne genus: et q̃uis quecꝫ sua pregrauent: tamen reuera inter eas quibus premimur sarcinas multum refert. In his ergo vite tempestatibus (ut ad rem redeam) nullo portu ancorā longum in tempus iaciens: quot ueros amicos nescio: quorum et iudicium anceps et penuria ingēs est: notos autem innumerabiles quesiui. Multis itaqꝫ multūqꝫ aio et conditiōe distantib⁹ scribere cōtigit tam uarie: ut ea nūc relegens: interdum pugnātia locutus ipse mihi videar: qꝺ ꝓpemodū coactum me fecisse fatebit q̃sq̃s in se simile aliqd expertus est: Prima qdem scribētis cura est: cui scribat attēdere: Una enim et qd et qualiter ceteraſqꝫ circūstātias intelliget: Aliter virum fortem: aliter ignauū decet alloqui: aliter iuuenē inexpertū: aliter vite munerib⁹ functum senē: aliter ꝓsperitate tumidum: aliter aduersitate cōtractum: aliter deniqꝫ studiosū litterisqꝫ et ingenio clarū: aliter q̃ non intellecturum si qd altius loquaris. Infinite sunt uarietates hoīū: nec maior mentiū similitudo q̃ frontium. Et sicut nō diuersorum mō: sꝫ vnius stomachum: nō idē cibus omni tpe delectat: sic idem animus nō vno semp nutriēdo stilo est: ut gemin⁹ sit labor: cogitare quisnā ille sit cui scribere propositum est: qualiter ue tunc affectus cum ea que scribere instituis lecturus est: quibus ego difficultatibus multum a meipso differre cōpulsus sum: Qꝺ ne mihi ab iniquis iudicibus vitio uerteretur: partim beneficio ignis obtinui: partim tu mihi prestiteris: si clanculum suppressoqꝫ nomine ista possederis. Que si inter paucos superstites amicos occultare non potes (quoniam linceos oculos habet amicitia: nilqꝫ amicorum visui imperuiū est) admone ut si quid horum apud eos substiterit: q̃primum abijciāt: ne qua in eis rerum aut uerborū mutatione turbent. Ita enim accidit ut qui hec in vnā cōgeriem redigi: nunq̃ aut tibi ut peteres aut mihi ut assentier uēturum in aium suspicabar: laborem fugiēs: passim in vna dictum ep̃la: in altera repetere: meisqꝫ (ut ait Terentius) pro meis uterer. Nouissime cū multis annis edita: et ad diuersas mundi plagas ire iussa vnū in tēpus locūqꝫ conuenissent: facile deformitas vniti corporis apparuit: que per membra tegebat: et uerbū qꝺ semel in vna ep̃la positum delectabat: in toto ope sepius repetitum fastidio esse cepit. Uni itaqꝫ relinquēdū: de reliqs eradēdū fuit. Multa quoqꝫ de familiarib⁹ curis tūc forte dū scriberent: cognitu nō idigna: nūc q̃uis cupido lectori grauia detraxi: memor in hoc irrisū a Seneca Ciceronē: q̃q̃ in his ep̃lis magna ex pte Ciceronis poti⁹ q̃ Senece morē seq̃r. Seneca enim quicqd moralitatis in oībus fere libris suis erat: in ep̃lis cōgessit: Cicero aūt philosophica in libris agit: familiaria: et res nouas ac uarios illius seculi rumores in ep̃lis includit: de quibus quid Seneca sentiat: ipse viderit: mihi fateor/ pamena lectio est: relaxat enim ab intētiōe illa rerum difficilium: que ꝑpetua qdem frangit aium

M

I

Infinitas esse hoīs uarietates

Linceos oculos hēre amicitiam.

K

Diuersitas stili īt Ciceronē et Senecā.

intermissa delectat. Nam Sidonij temeritatē admirari vix sufficio: nisi forte temerari⁹ ipse sim qui temerarium illum dicam: dum sales eius seu tarditatis mee seu illius stili obice: seu fortassis (nā vnūquodq; possibile est) scripture vitio nō satis intelligo: Unum utiq; nō me fugit irrisum τ a Sidonio Ciceronem. O libertas ne si dicam audacia: quos temeritatis nomē offendit exasperem: Inuentum eē hoiem latinū qui nō dico aliqd ut (τ Senecam: τ iam hinc meipsum excusem: vix est enim humanum) oī reprehensione caruisse: sed eloquētiā aut stilum aut oino dicēdi genus Ciceronis irride-

L at: Atq; hoc Sidonius ausus est: Aluernus orator nō latiose fingere fratrem: ut ait ille (qđ ipsum satis erat audacie) sed emulum: τ (qđ est graui⁹) irrisorem: atq; illi detrahere cui oēs deferūt: preter paucos illius coetaneos ac cōciues: quos presentiū comes haud dubie torsit τ in ueces cōpulit iuidia: quā nec Sidonio cām loc⁹ nec tps idulserat: quo magis magisq; aiū viri miror: ut ꝯtra i dubitatū eloquētie pncipē eloqntie studiosus isurgeret alio seculo atq; alia nat⁹ orbe: τ sane cūcta ꝟsanti nihil occurrit quo uel docti hois ignorātiam accusare possim: uel iuidiam excusare: nihilq; quo suspicer: puersitatem fuisse iudicij: nō nature: Falli tamē in hoc possum (ut in multis) in eo certe nō fallor: uel si fallor: cū multis lōgeq; clarissimis falli iuuat: ꝙ solute facūdie pricipatus cōtradictoribus late victis: vnius Ciceronis est ppri⁹: quo luce clarior fit: uel morum uel itellectus obliqtas cōtrarium asserētis. Ille tamē adducit: nescio quem Julium Titianum: τ nescio quos Frontonianos sue irrisionis auctores: Quib⁹ ego simulq; oibus idem sentiētibus: vna uoce respōdeo hoc solū: Sicut eqdem uerum est illud Senece: quoniam quic-

M qd habet Romana facūdia: qđ insolēti grecie aut opponat aut pferat: circa Ciceronem effloruit. Ue-

Plurie laudes Ciceronis ex Seneca τ Quintiliano

rūq; illud Quintiliani: ubi iter multa τ gloriosa pconia viri huius: dono quodam puidētie genitū dicit: in quo totas virtutes suas eloquētia expiretur. Et post multa qbus hoc pbat: Quare inqt nō imerito ab oibus etatis sue regnare in iudicijs dictus est: apud posteros ꝟo id consecutus: ut Cicero iam nō hominis nomen: sed eloquētie habeat. Nūc igit̄ spectemus: hoc propositum nobis exemplum sit: Ille se profecisse sciat: cui Cicero ualde placebit. Sicut hec inquam uera sūt: sic illud quoq; uerissimum: qbus displiceat Ciceronis oratio: uel nō nosse ueram perfectamq; facūdiam uel odisse. Hāc ego calumniam indiscussam transire nō potui: q̄; q̄ ualde festinem: ad rem redeo. Multa igitur hic familiariter ad amicos inter quos τ ad te ipsum scripta cōperies. Nūc de publicis priuatisq; negocijs: nūc de doloribus nostris: que nimis crebra materia est: aut alijs de reb⁹ quas casus obuias facit: nihil q̄si aliud egi: nisi ut animi mei status: uel si quid aliud nossem: notum fieret amicis.

R Probabat̄ enim mihi: qđ prima ad fratrē epistola Cicero idem ait esse epistole pprium: ut is ad quē scribit̄: de his rebus quas ignorat certior fiat. Atq; ea mihi tituli fuit occasio: de quo aliquādo cogitanti: q̄uis epistolarum nomē cōsentaneum reb⁹ esset: quia tamen τ multi ueterum eo usi erāt: τ ipse ego uarium carmen ad amicos: de quo paulo supra mentio incidit: eodem prenotabam: bis eo uti piguit nouumq; ideo placuit nomen: ut familiariū rerū liber diceret̄: In quo pauca scilicet admodū exquisite: multa familiariter deq; rebus familiaribus scripta erāt: Et si interdum exigente materia: simplex τ inelaborata narratio: qbusdam interiectis moralibus: quod τ ab ipso Cicerone seruatū est: τ hec tam multa quidem de tā parua re loqui censorum pmordacium iubet metus: qui nihil scribentes quod iudicari queat: de aliorum iudicant ingenijs: impudētissima temeritas: que solo silentio tuta est: Complosis in littore manibus sedenti: facile est ferre quā uelit de gubernatoris arte sententiam: aduersus hanc propter viam latebris saltem tuis horridula hec atq; improuide nobis elapsa defendito. Illam ꝟo non Phidie Mineruam (ut ait Cicero) sed qualemcūq; animi mei effigiē atq; ingenij simulachrum multo mihi studio dedolatum: si vnq̄ supremam illi manum imposuero: cum ad te uenerit: secure qualibet in arce constituito. Hec hactenus. Illud libētius si liceret silentio tegerem: sed ingens morbus non facile occultatur Erumpit enim τ indicio suo proditur: pudet vite in molliciem dilapse. Ecce enim (quod epistolarū ordo ipse testabitur) primo mihi tēpore sermo fortis ac sobrius: bene ualentis animi fuerat: adeo ut non me solum: sed sepe alios consolarer: sequentia indies fragiliora atq; humiliora sunt: neq; sat virilibus referta querimonijs. Illa pcipue: ut occultare studeas precor: quid enim alij dicerent: cū ipse relegens erubescam? Ergo ego in adolescentia vir fui: ut in senectute puer essem? Infelix τ execrāda peruersitas fuit: animum uel mutare ordinem: uel subtrahere tibi penitus ista que dāno. Neutro circūueniri posse visus eras: qui τ flebilium exempla τ omnium cum cōsule diem tenes. Ad excusationum igit̄ arma confugio: lassauit me longo τ graui prelio: dum spiritus dūq; animus fuit: ipse restiti τ ad resistendum alios cohortatus sum. Ubi hostis viribus atq; impetu: labare mihi pes atq; anim⁹ cepit: excidit confestim sermo ille magnificus: τ ad hec que modo displicent: lamenta descendi: qua in re excuset me forsitan amicorū pietas: quib⁹ saluis ad nullum fortune vulnus ingemui: eisdem mox vna pene omnibus ruina obrutis τ mundo insuper moriente inhumani potius q̄ fortis visum est non moueri. Ante hoc tempus quis me vnq̄ de exilio: de morbo: de iudicio: de comitijs: de ullis fori turbinibus: quis me de paterna domo: de fortunis perditis: de gloria imminuta: de pecunia dilata: de absentia amicorum flebiliter agentē audiuit? Quibus quidem in molestijs: tam molliter agit Cicero: ut quantum stilo delector: tantum sepe sententia offendar. Adde litigiosas epistolas: τ aduersus clarissimos atq; ab eodem pauloante laudatissimos viros iurgia ac probra mira cū animi leuitate: quibus legendis delinitus pariter τ offensus: temperare mihi nō potui: quo minus ira dictante: sibi tanq̄ coetaneo amico familiaritate que mihi cum illius ingenio est: quasi temporum oblitus scriberem: τ quibus in eo dictis offenderer admonerem que mihi cogitatio principium fuit: ut τ Senece tragediam: que inscribitur Octauia: post annos relegens parili impetu eidem quoq; ac deinde uaria occurrente materia: Uarroni Uirgilioq; atq; alijs scriberem: e quibus aliq̄s in

extrema parte huius operis inserui: Que nisi premonitum lectorem subita possent admiratione perfūdere: quedā in illo publico incēdio periere. Qualis ille vir tantus in doloribus suis fuit: talis ego in meis fueram: hodie (ut scias p̄sentē animi mei habitum: neq; enim inuidiosum fuerit id mihi tribuere: quod imperitis euenire ait Seneca) factus sum ex ipsa desperatione securior. Quid enim me tuat qui totiēs cum morte luctatus sit? Una salus victis nullam sperare salutem. Animosius indies agere videbis: animosius loq. Et si qd forte stilo dignum se obtulerit: erit stilus ipse neruosior: multa sane se offerēt. Scribēdi enim mihi viuendiq; vnus (ut auguror) finis erit. Sed cum cetera suos fines aut habeāt aut sperent: hui⁹ opis qd sparsim sub primum adolescētie tēpus inceptum: iam etate prouectior recolligo: ⁊ in libri formam redigo: nullum finem amicoꝝ charitas spondet: quib⁹ assidue respōdē cōpellor: neq; me vnq̄; hoc tributo multiplex occupationum excusatio liberat: tum demum ⁊ mihi imunitatem huius muneris quesitam: ⁊ huic operi positum finem scito: cum me defūctum: ⁊ cunctis vite laboribus absolutum noueris: Interim iter inceptum sequar: nō prius vie q̄; lucis exitum operiēs ⁊ qetis mihi loco fuerit dulcis labor. Ceterum (quod ⁊ rhetores ⁊ bellorum duces solent) infirmioribus in medium coniectis: dabo operam: ut sicut prima libri frons: sic extrema acies virilib⁹ sentētijs firma sit: uel eo ampli⁹ quo viuendo magis ac magis induxisse videor cōtra impet⁹ atq; iniurias fortune. Deniq; quis iter experimēta rerum sum futurus: profiteri minime ausim: sed hoc animo sum: ut nulli amplius rei succumbam: Si fractus illabat̄ orbis: impauidum ferient ruine. Ita me Maronis Flacciq; sententijs armatum scito: quas olim lectas ⁊ sepe laudatas: nunc tādem in extremis casibus meas facere ipsa ineuitabilis fati necessitate didici. Dulce mihi colloquium tecū fuit: cupideq; ⁊ quasi de industria ꝓtractum: vultū enim tuum retulit per tot terras ⁊ maria: teq; mihi p̄sentem fecit usq; ad uesperā: cum matutino tēpore calamum cepissem: diei iam ⁊ epistole finis adest. Hec igitur tibi frater: diuersicoloribus (ut sic dicam) licijs texta dicaueri. Ceterum si stabilis sedes ⁊ frustra semper quesitum ocium cōtigerit (qd iam hinc ostendere se incipit) nobiliorem ⁊ certe vniformem telam tuo nomine meditor ordiri. Uellē ex his paucis esse qui famā ꝓmittere possunt ⁊ prestare: sed ipse vi propria in lucem uenies: alis ingenij subuect⁹ nihilq; auxilij meij egens: profecto tamen si inter tot difficultates assurgere potuero: tu olī Idomeneus: tu Atticus: tu Lucilius meus eris. Uale.

Explicit Prologus.

Epistolarum de Rebus Familiaribus Francisci Petrarche: per octo libros elegantissimo stilo digestarū: breuis Annotatio singularum materiam atq; ordinē exponens.

Epistole Libri Primi.

Epistole Libri Secundi.

Epistole Libri Tertij.

Epistole Libri Quarti.

Frācisci Petrarche poete laureati oratorisqꝫ nō inculti: Epistolarum de rebus familiaribus: Liber primus Incipit.

Francisci Petrarche ad Thomam Messanensem Famam ante mortem non esse appetendam exponentis: cum ea nobis viuentibus minime possit acquiri. Epistola.I.

q

Uerelam publicam nemo sapiēs suam facit: Satis q̄sqꝫ p̄uatarum querelarū domi habet. Satꝫ dixi: nimis dicere debueraꝫ. Nulli ne hoc vnq̄ꝫ accidisse reris? Falleris. Nulli v̄o cōtrarium accidit. Uix superstite qui fecerat: cuiusq̄ꝫ scripta uel gesta placuerūt: laudes hoium mors inchoat. Scis quare? q: cuꝫ corpore morit̄ inuidia viuitqꝫ cum corpore. Multorum inq̄s scripta laudantur: que si gloriari licet nō ꝓgis ulterius: sed (qui indignātibus mos est) suspensum linquens auditoris animum sermone preteruolas inexpleto. Uerum enimuero fugiētem cōsequor mentis augurio: scio quid uelis. Multoꝝ scripta laudātur: que tuis ad mota: carere nō tantum laudatore: sed etiam lectore debuissent: cum tua interim nulluſ attingat. Recognosce in v̄bis meis indignationem tuam: que iusta esset nisi illam de cōmuni omnium aceruo: in usus ꝓprios traduxisses: Omnium inquam quoſ hic scribendi seu amor seu morbus tenuit omniuꝫ ue quos tenebit. Respice enim in primis quorum sunt illa que laudātur: quere auctores: certe pridē in cinerem uersi sunt. Uis ⁊ tua laudari? Morere. A morte hominis viuere incipit humanus fauor: ⁊ vite finis principium est glorie: que si ante cepit: singularis quedam ⁊ itēpestiua res est. Plus dicā: dum eoꝝ qui tecū vixerūt q̄sq̄ꝫ sup̄fuerit: cumulate q̄dem qđ appetis non habebis: cum oēs pariter urna ꝯcluserit: ueniēt qui sine odio ⁊ sine iuidia iudicēt. Ferat itaqꝫ de nobis quālibet sniam p̄sens etas: si equam: feramus equo aio: si iniquā: ad equiores iudices: hoc est ad posteros ꝓuocemus: qn̄ ad alios nō licet. Delicatissima res est iugis cōuersatio: minimis offendit̄: ⁊ fame semꝑ inimica p̄ntia est: multaqꝫ admirationi hoiuꝫ familiaritas detrahit frequēsqꝫ cōuictus. Uides ne tu hos scholasticos: genus hoium vigilijs ac ieiunio squallidum? Crede mihi: nihil ad lucubrādū durius: nihil mollius ad iudicādū: cū multa laboriosissime legerint nihil examināt: ⁊ q̄d in re sit dedignant̄ ingrere cū hoieꝫ ip̄m nosse videant̄: Itaqꝫ oiuꝫ vna lex est: Cūcta eni ex equo quoꝝ auctores uel semel asp̄exerit: scripta fastidiūt. Hoc inq̄s p̄uis accidit ingenijs: magna eni ⁊ ualida per obstātia quelibet erūpūt. Redde mihi Pythagorā: reddā tibi illius ingenij ꝯtēptores. Redeat in greciā Plato: renascat̄ Homerus: reuiuiscat Aristoteles: reuertat̄ in Italiam Uarro: resurgat Liui⁹: reflorescat Cicero: non mō segnes laudatores inueniēt: sed mordaces etiaꝫ ⁊ liuidos detractores: qđ q̄sqꝫ suis t̄pibus exp̄t⁹ est. Quid Uirgilio maius habuit lingua latina? Reperit tm̄ ille: q̄ nō poetā: sed raptorē alienaꝝ iuētio-

nū ⁊ trāſlatorē diceret. Ipſe aūt ⁊ igenij fiduciam
⁊ iudice fretus Auguſto: alto aīo inuidorū uerba
deſperit. Tibi qdem magnam ingenij cōſciētiam
eſſe ſcio: ſed ubi Auguſtū iudicē inuenies: quē eni
xe admodum atq; oib⁹ modis ingenijs ſui tpis fa
uiſſe cōpertū eſt? Noſtri reges de ſaporib⁹ epula-
rū: de uolatu auiū iudicare poſſunt: de ingenijs ho
minū nō poſſunt. Qđ ſi forte p̄ſumpſerint: ſupbie
tumor aperire oculos aut flectere ⁊ in uerū figere
nō ſinit. Itaq; ne qd ſue etatis ſuſpicere videātur
mirant̄ ueteres quos nouere contēnunt: ut defun-
ctorum laus: viuentiū cōtumelia nō uacet. Inter
hos iudices viuēdū moriendūq; nobis eſt: ⁊ (qđ
eſt durius) tacendū. Ubi eni ut dixi Auguſtū iudi
cem queremus? Unū habet Italia: immo ꝟo ter
rarum orbis vnū habet: Robertū Siculū regem:
fortunata Neapolis: que vnicū ſeculi noſtri dec⁹:
incōparabili felicitate ſortita es. Fortunata inquā
⁊ inuidioſa Neapolis litterarū domus auguſtiſſi
ma: que ſi Maroni quōdā dulcis viſa es: quanto
nūc dulcior videris: ubi igenioꝝ ac ſtudiorū eqſſi-
mus extimator habitat. Ad te cōfugiat quiſqs in-
C genio fidit. Neq; ꝟo differēdū putet: ſuſpecta mo
ra eſt: deuexa eniꝫ eſt etas: ⁊ mūdus iā pridem eo
carere: ⁊ ipſe ad meliora regna trāſire merit⁹. Ue
reorq; ne multa ipſe mihi ſere penitētie materiam
ꝓlatādo queſierim: ois qdē pulchre rei dilatio tur
pis ⁊ ois de honeſto deliberatio longior inhone-
ſta eſt: rapienda eſt occaſio: cōfeſtimq; faciendum
qđ añ tēpus fieri nō pōt. Qđ ad me attinet: curre-
re ⁊ ꝓperare ꝓpoſitū eſt (ut qđ de Julio Ceſare:
in ep̄la quadam ait Cicero) oia mea ſtudia in iſtuꝫ
cōferam. Ego ꝟo ardenti qdem ſtudio ac fortaſſe
efficiam: qđ ſepe viatorib⁹ cū ꝓperant euenit: ut ſi
ſeriuſ q̄ꝫ uoluerint forte ſurrexerint: ꝓperādo etiā
citius q̄ꝫ ſi de nocte vigilaſſent ꝑueniāt quo uelit:
Sic ego qm̄ in iſto hoie colendo: tā indormiui diu
curſu corrigā tarditatē. Tibi aūt tuo foro uti neceſ
ſe eſt: qñ ad eum regeꝫ aſpirare nō tā freti q̄ꝫ belli
obice ꝓhiberis. Patria enim tua: cui⁹ nemo amā-
tior ciuis eſt: inimici regis imperio ſubiacet. Dice
reꝫ Tyrāni: niſi quia timeo aures tuas offendere.
Ad hec ⁊ magna res eſt: neq; noſtris calamis di-
ſcernēda ſed illoꝝ gladijs. Igit̄ ad inceptū redeo.
Si hec tibi exempla de illuſtriſſimis electa nō ſuf
ficiunt: alia ex alio grege hoiuꝫ adijciā ⁊ etate recē
tiora ⁊ ſanctitate clariſſima. Quātos oliꝫ emulos
Auguſtinus noſter: quātos Hieronymus: quātos
habuit Gregorius. donec ſpectata virtus ⁊ littera
rū diuina ⁊ admirabilis ubertas iuidiā vinceret?
Uix horū qſq; integrū fame preconiū: niſi ab ipſo
die mortis accepit. Unū emulo ac reprehēſore ca-
rentem: vnū plena ⁊ indecerpta laude decoratuꝫ
Ambroſiū: cuius ne inuētis quidē famā mordax
liuor attigerit: apud quoſdaꝫ inuenio: qđ forte ad
purā eius ac ſimplicem doctrinā ois ambigui ex-
pertem referendū eſt: Nā apud Paulinū qui Am
broſij vitā ⁊ obtrectatorū eius noia legim⁹ ⁊ vin
D dictā diuino irrogatā. Perfer igit̄ iā ſine lamētis:
qđ ſummis ingenijs cōtigiſſe vides. Uideris aūt
quadā in p̄te tuaruꝫ litterarū: hoc ipſum cōqueri:
ꝙ multos noueris magnū in vita nomē aſſecutoſ:
⁊ hoc quoq; ſi me audire uolueris: magnifice con-
temnes. Scis enim quibus hoc euenit? his eqdeꝫ
ſolis qui famam ſuam: qm̄ calamo nequeunt: cla-
more defendunt. Aſpice iſtos purpuratos qui in-
genti ſtrepitu: populorū in ſe ora conuertūt: qui ſe
ſapientes dici uolūt: ⁊ quos ſapientes vulgus ap
pellat: ſingulis ciuitatibus aſcribēs ſapientū gre-
ges: cū tñ illa florēs olim ſtudiorum mater grecia
nō amplius q̄ꝫ ſeptem ſapientū noibus glorieť: qđ
ipſum poſteris iportune nomē arrogātie viſuꝫ eſt.
Sed qui eos excuſant: aiunt nō id eis cognomen
ꝓprio iudicio: ſed populoruꝫ ſuffragijs obtigiſſe.
Unus ex oibus ſeculis Epicurus: ſapienteꝫ ſe ꝓfi-
teri auſus intollerāda ſupbia: ſeu potius ridiculo-
ſa dementia: Cuius ſecūdo de finibuſ bonorum ⁊
malorū meminit Cicero: hodie in noſtrorū cauſi-
dicorum grege furor ille vulgaris eſt. Reſpice ⁊
hos qui in altercationibus ⁊ cauillationibus dia-
lecticis totū vite tempus expēdunt: ſeq; inanibus
ſemp queſtiūculis exagitant: ⁊ preſagium meū de
oibus habeto. Omniū nempe cuꝫ ipſis fama cor-
ruet: vnumq; ſepulchrum nomini oſſibuſq; ſuffici-
et. Cū enim mors frigidā linguā ſtare coegerit: nō
modo ut ſileāt neceſſe eſt: ſed ut de his etiā ſileať.
Poſſem exēplis affluere: teq; ipſum in multis te-
ſtem facere: Quot loquaciſſimas picas agnouim⁹
in oculis inſane multitudinis ꝑſtrepētes: quorum
repēte uox cecidit: niſi lōga ⁊ apud quoſdā ſupſti
tuꝫ odioſa forte narratio eſſet? Sed de his ⁊ ſepe
alias: ⁊ nūc qđ res ipſa poſcebat diximus: Neq;
eni ut eos monerē ſermo mihi inſtitut⁹: ſꝫ ut tibi ſa
tiſfacerē: cui⁹ oino diuerſa cōditio eſt: tūc eniꝫ ma-
xime reſonabis cū iā loq amplius nequeris. Cete-
rū ualde ipatiētis animi eſt: breuiſſima expectati-
one torqueri. Expecta paululū: eris uoti cōpoſ: cū
obſtare tibi ipſe deſieris: id ex p̄te longeua forſan
abſentia: ad plenum mors ſola p̄ſtabit. Reduc ad
memoriā ex oib⁹ ſeculis illuſtres viros Romanos
grecos: barbaros: cui⁹ nō p̄ſentia fame nocuerit: ti
bi (ſi recētiore memoria eſt) plures forte ex hiſto-
rijs occurrēt. Ego id vni oiuꝫ Africano tributum
meminí: ut ſcilicet ⁊ fama mirabilis ⁊ p̄ſentia mi-
rabilior habereť. Ideꝫ ſacris in l̄ris tribuiť Salo
moni: quere aliū: forte nō inuenies: ⁊ ſi Uirgilius
imodico ſtudio Eneā ſuū exornādi hoc ad eū glo-
rie genus trāſferre ꝯtēdat: ſed imobile uerū eſt: ex
cuſant tñ q̄ſi nō Eneā ſed ſub Enee nomine virum
fortē ꝑfectūq; deſcribat: dedit idē oratorū vni dū
taxat is qui hoc ſicut uerius uſurpaſſet: ꝑilluſtris
ſcilicet oratorū p̄nceps Marc⁹ Tulli⁹: vni quoq;
poetarū idē tribuit Aulo Licinio Archie: ſꝫ uere-
or ne id amore iudiciū obliquāte p̄ceptori ſuo me-
diocris ingenij viro tribuat: qđ nec Homero tribu
it nec Uirgilio tribuiſſet. Ceterū ut ad te reuertar
nihil ex oibus que dixi: qđ tibi iuſtā idignādi ma
teriam preſtare poſſit inuenies. Nemo enim ſe an-
teiri ab vno uł a paucis egrefert: niſi qui glorie p̄n
cipatum pertinaci ſibi mente cōſtituit. Patere (ut
ceterarum rerum) ſic ingenij tui ſortem noiſq; for-
tunam: putabas eam in ſolis diuitijs ius habere?
Humanarū rerū oiuꝫ excepta virtute dña eſt. Illā
quoq; ſepe oppugnare: ſed nunq̄ꝫ expugnare ꝑmit
titur. Famam certe qua nihil eſt leui⁹ facile rotat
ac uentoſis ſuffragijs circūuoluit: a dignis eam
trāſferēs ad indignos: nihil qdē mobili⁹: nihil ini-
quius vulgari iudicio ſup quo fama fundata eſt.
Itaq; mirum non eſt ſi aſſidue quatiť que tam tre-
mulis innitiť fūdamētis. Hec ſane nō niſi in viuos

E Impatientis ē ai breuiſſima expectatōne torq̄ri.

Scipio african⁹ ⁊ Salomon fama ⁊ p̄ñtia mirabiles fuerunt

F Fortūa oia p̄ter virtutē expugt.

regnum habet: mors hoiem eximit ab impio fortu
ne. Cessāt extīc ludibria: hec uelit ipa uł nolit: ṽtu
tem fama: ceu solidū corp⁹ vmbra ɔsequit̄. Habes
ergo (ni fallor) gloriādi poti⁹ cāz q̄z idignādi: si cū
oib⁹ fere p̄stātibus atqꝫ clarissimis viris cōis tibi
tua sors est. Quoqꝫ etiaz nūc egore aio sis: Africa
num ipm quem ex hac acie segregare visus eram:
in cōe restituam: cui q̄zuis qḋ rarissimum est: ut di
xi: p̄sentia nō noceret: nocuit tñ (ut ceteris) hoium
iuidia: quaz tātis ṽtutib⁹ nō potuit extiguē: incē
ditqꝫ poti⁹ ꝛ iflāmauit: Nocuit (qḋ sine idignatio
ne nō possum meminisse) ɔuersatio lōgior ꝛ nascēs
ex familiaritate cōtēptus. Uñ aūt hec eliciā pcō-
tabere. Nolo me aliqd imutasse suspiceris: Ipa Ti

B — Titi liuij ṽba de Scipiōis ꝛ Titi flaminij dignitate.

ti Liuij clarissimi scriptoris ṽba ponā: qui orta cō
tētione dignitatis honorūqꝫ iter Scipionē Africa
num Titumqꝫ Flaminiū: In qua succubuisse Sci
pionē refert. Maior ingt gloria Scipionis: ꝛ quo
maior: eo ꝓpior iuidie. Et statim postea: Accede-
bat ingt ꝛ aliḋ. Scipio African⁹ iam ꝓpe annuz
decimum assidu⁹ in oculis hoium fuerat: que res
min⁹ uerendos magnos hoies ipa satietate facit.
Et hec qdez ille: Tu ṽo (ut iam finem faciam) for-
tunā tuā tanto comite solabere: expectabisqꝫ tran
qllius: memor uetus apḋ Flaccū uerbuz eē: qḋ ut

Uetusta poemata vino ueri adeq̄ri: ex Flacci ꝛ plauti auc̄te

vina: sic poemata meliora dies reddit. Apḋ Plau
tū aliquāto uetustius: Ille eni ait: Qui utunt̄ vino
uetere sapiētes puto: ꝛ qui libēter ueteres inspe-
ctāt fabulas: qḋ nō min⁹ ipsi Flacco bilem cōmo-
uisse suspicor q̄z tibi tātam eē uetustatis reuerēti-
am: ut crimē lōgo sermōe purgāduz sibi fuerit Lu
ciliuz rep̄hendisse. Postremo tecum cogita qd est
hoc pro quo tam sollicite torqueamur: Uēt⁹ est fa
ma quaz seqmur: fum⁹ est: vmbra est: nihil est. Ita
qꝫ facillime recto atqꝫ acri iudicio cōtēni pōt: Qḋ
si forte (qm̄ generosos aios familiaris hec pestis
inseq solet) appetitū hūc extirpare radicit⁹ nō po-
tes excrescētē: rationis saltē falce cōpesce: parēdū
tēpori parēdū rebus est. Deniqꝫ (ut snie mee sūmā
breuius expediā) virtutē cole dum viuis: famaz i-
uenies in sepulchro. Uale.

Frācisci Petrarche ad Raimūdum supantiū: ho
minū vitam eque ac flosculuz momēto ꝛ virere ꝛ
arescere asserētis. Epistola.II.

A u — Ereri mihi (nec imerito) visus es: ne (qḋ fe
re oib⁹ adolescētib⁹ accidit) etatis flore de
cipiar. Nō pollicebor tibi pater aium soli-
duz ac stabilez oisqꝫ uanitatis exortem (qḋ in hac
etate difficillimum ꝛ poti⁹ diuine gratie q̄z hūane
ṽtutis arbitror: sed mētez haud quaq̄z sue ɔditiōis
ignaram spōdeo. Sētio me (mihi crede) nūc dum
maxime florere videor: maxime ad arescēduz pge

Etatem uolare: ex Ciceronis auctōitate Dibus idē vite spatium mōtisqꝫ eq̄lē terminū eē ex Aug. snia

re. Quid in re celerrima segnib⁹ uerbis utor: imo
ṽo ꝓperare: imo currere: imo (ut loq̄r ꝓprie) uola
re. Uolat eni etas (ut ait Cicero) Et oino nihil est
aliḋ tēp⁹ vite hui⁹ q̄z cursus ad mortez: In quo (ut
ait Augustin⁹) nemo uel paulo stare uel aliquāto
tardus ire pmittit̄: sꝫ urgent̄ oēs pari motu: nec di
uerso ipellunt̄ accessu: Neqꝫ eniz cui⁹ vita breuior
fuit: celeri⁹ diez duxit: q̄z ille cui lōgior: sed cū eq̄-
liter eq̄lia momēta raperent̄ ambob⁹: Alter abijt
ꝓpi⁹: alter remoti⁹: quo nō ipari uelocitate ambo
currebāt. Aliḋ est eni ampli⁹ vie pegisse: aliud tar
dius ambulasse. Qui ergo usqꝫ ad mortem ꝓdu-
ctiora spatia tpis agit: nō lētius pgit: sed plus iti-
neris ɔficit. Ecce quanti duo viri uelocitatem vite
mortalis describētes: uolare eaz ꝛ currere asserūt:
Quotiēs ṽo Uirgilius fugē tēp⁹ ait? Quid si oēs
tacerēt? qd ēt si negarēt? nūqd iō segni⁹ fugiēs cur
reret aut uolaret? Neqꝫ ṽo me talia sūmis labijs lo
cutū putes (qqꝫ coetaneis meis est mos) p auctoꝝ
vireta captare flosculos: qḋ viro turpe ait Sene-
ca: nobis ita pmissū putāt: ut nihil videat̄ in adole
scētia formosius. Ego me nō nego flosculos iter-
dum legere: qb⁹ iter senioꝝ choros (si res tulerit)
uti queā: sed ita ad optatā senectutē merita cū lau
de pueniā: ut ego magis oia ad vitā extimē q̄z ad
eloquētiā referēda: Et q̄zuis (ut est usus: ut est in-
geniū: ut est aius: ut est etas) eloquētie studio de-
lecter: tñ ꝛ duz alioꝝ bene dicta recēseo: ꝛ si qñ mi
hi aliqd forte sonāti⁹ excidit: utrobiqꝫ magis me-
ditor: ut qcqd id est vite ꝓsit: adolescētieqꝫ me ma
lis expediat: q̄z ut ṽbis ornatiorib⁹ iuuenilis ligua
lasciuiat. Sūme qdem demētie videt̄ in id niti: ad
qḋ forte nunq̄z sis uētur⁹: ꝛ qḋ paucis accidit: qḋ
qꝫ cū adept⁹ fueris modicū ꝓsit: fortassis ꝛ multū
noceat: illud ṽo negligere: qḋ ꝛ oib⁹ ꝓmptum: pre
oib⁹ utile: dānosūqꝫ nunq̄z eē possit. Scimus aūt
magnoꝝ auctoritate hoium expimētoqꝫ reꝝ edo-
cti: qm̄ paucis bene loq: bene viuere aūt oib⁹ datū
est: ꝛ tñ plures illud amplectunt̄: hoc fugiūt. Ita
est natura hoium: difficultatib⁹ icūbere ꝛ ea cupi-
dius appetere: que laboriosius parant̄. Ego qdez
(ꝛ si mihi fidem etas deroget) teste tñ ɔscia lego:
nō ut eloquētior aut argutior: sed ut melior fiā: Et
qḋ de morali phie pte dixit Aristotiles: ad oēs tra
ho: q̄zq̄z si uterqꝫ fruct⁹ sequeret̄ ifortunatiorez me
laboꝝ nō negarē. Tibi aūt pr̄ grās ago: qꝫ me p̄ine
mones: ꝛ oro ut idē sepe facias: Sed sic hēto: me
iam hinc cepisse cognoscē cursum meū ꝛ picula nu
merare: ꝛ multos nosse decrepitos: me alti⁹ humi
fixos ac tenacius iherētes. Multū me tangit illud
Domitiani p̄ncipis iam senescētis. Nil ingt grati⁹
decore: nil breui⁹. Et illud Catonis senis apḋ Tul
lium: Quis est tam stultus q̄zuis sit adolescēs: cui
sit exploratū ad uespum eē victurū? Et illud Uir-
gilij tūc iuuenis iuuenilr̄ dictum: sed uere: sed gra-
uiter: sed mature: Collige ṽgo rosas dū flos nouus
ꝛ noua pubes: Et memor esto euuz sic ꝓperare tu
um. Ego ṽo memor sum (ꝛ q̄zuis nōduz plene pos
sim) cogito tñ ut possum: ꝛ indies ut ꝓfundi⁹ pos-
sim: nitor. Cogito nō qd alijs videor: sed qd sum ꝛ
etatem hāc ꝛ q̄lēcūqꝫ formam corpis: ꝛ reliq̄ (vñ
mihi forsan ab alijs inuidet̄) sentio data mihi ad pi
culum: ad exercitium: ad laborem. Deniqꝫ (ut bre-
uiter cōcludam) Scio me ascēdere ut descendam:
virere ut arescam: ut senescaz adolescere: viuere ut
moriar. Uale.

Francisci Petrarche ad Joānem Colūne: Galli-
am: Germaniam: Rheniqꝫ ripas se peragrasse nar
rātis: Inqꝫ his regionibus mores hoium sollicite
cōtemplatum esse ꝛ aspectu telluris incognite de-
lectatum: Italiam tamen sibi magis placere affir-
mantis. Eplá.III.

G — Allias ego nuper nullo qdem negocio (ut
nosti) sed visendi tñ studio ꝛ iuuenili quo
dam ardore pagraui: Germaniam tandez
Rheniqꝫ ripas attigi: contemplatus sollicite mo-
res hoium: ꝛ aspectu telluris incognite delectat⁹:
ac singula cum ñris conferēs: ꝛ lꝫ multa utrobiqꝫ

magnifica viderim:me tñ Italice originis nõ peni tet:imo(ut uerum fatear)quo latius peregrinor: eo maior Itali soli subit admiratio.Qd si gratias agebat Plato diis(ut uerbo eius utar) immortalibus:inter multa ꝙ grecum eum ꝛ nõ alienigenã edidissent:quid nos ꝓhibet pro eodem quoqꝫ gratias agere ortusqꝫ nostri deum auctorem recognoscere?Nisi forte nobilius est grecum nasci ꝙ̃ Italicũ:qđ siquis dixerit:dicat idẽ ꝛ seruum esse nobiliorem ꝙ̃ dñm.Atqꝫ nullus hoc greculus quantũlibet procax impudẽsqꝫ dicere audebit:duꝫ meminerit diu ante urbem cõditam ante partuꝫ ꝛ auctum virtutibꝰ imperium.Deniqꝫ ast Romanos rerum dños gentẽqꝫ togatam:nõ Italiaꝫ sed quotam Italie partem eo tẽpore desertam ꝛ uacuam grecis habitatoribus possessam magnãqꝫ greciaꝫ nũcupatam:Que enim tũc magna visa est:ꝙ̃ maxima:ꝙ̃ immẽsa videri potuit post euersam Corinthum:post uastatam Etoliam:post Argos ꝛ Mycenas ceterasqꝫ urbes triũphatas:post Macedonie reges captos Pyrrhũqꝫ deuictum ꝛ madentes iterum Asiatico cruore Thermopylas:Credo neminem negaturum aliqͣ̃to clarius Italicuꝫ esse ꝙ̃ grecum.Sed de hoc forte alibi:nũc in Gallias reuertamur.Pariseorum ciuitatem regni caput: que auctorem Iulium Cesarem pretendit introiji: nõ aliter aio affectus ꝙ̃ olim Thessalie ciuitatem Hypatam dum lustrat Apuleius.Ita enim sollicito stupore suspensus ꝛ cũcta circumspiciẽs videndi cupidus explorãdiqꝫ uera ne an ficta essent que de illa ciuitate audierã:nõ paruũ in ea tempus absumpsi:ꝛ quotiens operi lux defuit noctem super addidi.Demuꝫ ambiẽdo ꝛ inhiãdo magna ex parte didicisse videor:qs in eadẽ ueritati qs fabulis locus sit:que(qm̃ longa narratio est:neqꝫ hoc loco satis explicabilis) differẽda est donec ex me oĩa coram audies.Gandauũ quoqꝫ(ut media sileã)eodem cõditore supbũ vidi:ꝛ ceteros Flãdrie Brabãtieqꝫ populos lanificos atqꝫ textores:Uidi Leodium insignem clero locũ:Uidi Aquẽsem Karoli sedẽ:ꝛ in tẽplo marmoreo uerẽdũ barbaris gentibus illius pncipis sepulchrum.Ubi fabellã audiui nõ inamenã cognitu a qbusdã tẽpli sacerdotibꝰ quã scriptã mihi ostẽderũt:ꝛ postea apud modernos scriptores accuratius etiã tractatã legi:quam tibi quoqꝫ ut referã incidit animus:ita tñ ut rei fides nõ apud me querat:sed(ut aiũt)penes auctores maneat:Karoluꝫ regẽ quẽ magni cognomine equare Põpeio:ꝛ Alexãdro audẽt:mulierculam quãdam pdite ꝛ efflictim amasse memorãt:eius blãditijs eneruatũ neglecta fama(cui plurimũ inseruire cõsueuerat)ꝛ posthabitis regni curis:aliarũ rerũ oĩuꝫ:ꝛ postremo suiipsius oblitũ:diu nulla ꝑsus in re nisi in illius amplexibus acquieuisse summa cũ indignatione suorũ ac dolore.Tandem cũ iã spei nihil superesset(qm̃ aures regias salutaribus cõsilijs insanꝰ amor obstruxerat)feminã ipsã maloꝝ isperata mors abstulit:cuiꝰrei igẽs pmũ,in regia:sꝫ latẽs gaudiũ fuit.Deinde dolore tm̃ priore grauior:quãtum fedior morbo correptũ regis aium videbãt:cuius nec morte lenitus furor sed in ipsum obscenum cadauer ꝛ exãgue trãslatꝰ est:qđ balsamo ꝛ aromatibꝰcõditũ:onustũ gẽmis ꝛ uelatum purpura diebꝰ ac noctibꝰ:tã miserabili ꝙ̃ cupido fouebat amplexu.Dici negt ꝙ̃ discors ꝛ ꝙ̃

B

male se cõpassura cõditio est amãtis ac regis:nunꝙ̃ profecto cõtraria sine lite iungunt.Quid est ãt regnum nisi iusta ꝛ gloriosa dñatio?Cõtra:quid est amor:nisi feda seruitus ꝛ iniusta?Itaqꝫ cũ certatim ad amãtem(seu rectius)ad amẽtem regem pro summis regni negocijs:legatiões gẽtiuꝫ prefectiqꝫ ꝛ prouinciarũ presides conuenirent:Is in lectulo suo miser oibus exclusis ꝛ obseratis foribꝰ amato corpusculo coherebat:amicam suaꝫ crebro uelut spiratem responsurãqꝫ compellans.Illi curas laboresqꝫ suos narrabat:Illi blandũ murmur ꝛ nocturna suspiria:Illi semp amoris comites lachrymas istillabat(horrẽdũ miserie solamẽ)sꝫ qđ vnũ tñ ex oibꝰ:rex alioqui(ut aiũt)sapiẽtissimꝰ elegisset.Addunt fabule qđ ego nec fieri potuisse nec narrari debere arbitror.Erat ea tẽpestate in aula Coloniensis antistes:vir(ut memorãt)sanctitate ꝛ sapientia clarus:necnõ comitatus ꝛ cõsilij regij prima uox:qui domini sui statum miseratꝰ:ubi aiaduertit humanis remedijs nihil agi:ad deum uersus illum assidue precari:in illo spem reponere: ab eo finem mali poscere:multo cuꝫ gemitu:quod cum diu fecisset nec desiturus videretur:die quodam illustri miraculo recreatus est.Siquidem ex more sacrificanti:ꝛ post deuotissimas preces pectus ꝛ araꝫ lachrymis implẽti:de celo uox isonuit sub extincte mulieris lingua furoris regij causam latere.Quo letior:mox peracto sacrificio ad locuꝫ ubi corpus erat se proripuit ꝛ iure notissime familiaritatis regie itrogressus:os digito clam scrutatus gemmam perexiguo anulo inclusam:sub gelida rigentiqꝫ lingua repertam festinabundus auexit.Nec multo post rediens Karolus ꝛ ex consuetudine ad optatuꝫ mortue congressum properans repẽte aridi cadaueris spectaculo concussus obriguit exhorruitqꝫ contactum:auferri eam quamtotius ac sepeliri iubens:inde totus in antistitem cõuersus:illum amare:illum colere:illum indies artius amplecti:deniqꝫ nihil nisi ex sententia illius agere:ab illo nec diebus nec noctibus auelli.Qđ ubi sensit vir iustus ac prudens:optabilem forte multis:sed onerosam sibi sarcinam abijcere statuit:ueritusqꝫ ne si uel ad manus alterius perueniret:uel flammis cõsumeretur domino suo aliquid periculi afferret:anulum in vicine paludis prealtam uoraginem demersit.Aquis forte tum rex cũ proceribus suis habitabat:ex eoqꝫ tempore cunctis ciuitatibus sedes illa prelata est.In ea nil sibi palude gratius:ibi assidere:illis aquis mira cum uoluptate:illiꝰ odore uelut suauissimo delectari.Postremo illuc regiam suam trãstulit ꝛ in medio palustris limi immenso sumptu iactis molibus:palatium templumqꝫ construxit:ut nihil diuine uel humane rei eum inde abstraheret:postremo ibi vite sue reliquum egit:ibiqꝫ sepultus est.Cauto prius ut successores sui primam inde coronam ꝛ prima imperij auspicia capesserent:quod hodie quoqꝫ seruatur seruabiturqꝫ ꝙ̃ diu Romani frena imperij Theutonica manus aget.Lõgior fui in hac narratione ꝙ̃ debui.Sed quoniam peregrinatione longinqua librorum solatio destituta est:ꝛ in ppetuo motu facilius est multa cogitare:ꝙ̃ grandia:iustum epistole modum implere serijs non ualens:eam(ut vides)obuijs quibusqꝫ consartio. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannē Columne: Coloniam Agrippinam ciuitatem Germanie: que ad sinistrum latus Rheni sita est: ciuilitatemq́ꝫ ⁊ mores eiusdem populi commendantis: seq́ꝫ in eadem plures reliquias sanctorum ⁊ multa alia vidisse recitantis: digressum etiaꝫ suum usq́ꝫ in Auinionem narrantis. Epistola.IIII.

A

a Quis digressum: sed prius vnde ortuꝫ oppidi nomen putant: aquis baiano more tepentibus ablutum: excepit Agrippina Colonia: que ad sinistrum Rheni latus sita est: locus ⁊ situ ⁊ flumine clarus ⁊ populo. Mirum in terra barbarica quanta ciuilitas: que urbis species: que viorum grauitas: que mundicie matronarū. Forte Joannis Baptiste vigilia erat: duꝫ illuc applicui: ⁊ iam ad occidentem sol uergebat: confestiꝫ amicorum monitu (nam ⁊ ibi amicos prius mihi fama pepererat: q̄ꝫ meritum) ab hospitio traducor ad fluuium: insigne spectaculum visurus: Nec fallebar: Omnis enim ripa preclaro ⁊ ingenti mulierꝝ agmine tegebatur: Obstupui: dij boni que forma: quis habitus: amare potuisset: quisquis eo nō preoccupatum animum attulisset. In loco paulum altiore constiteram: vnde in ea que gerebantur intenderem: incredibilis sine offensione concursuſ erat: vicissimq́ꝫ alacres: pars herbis odoriferis incincte: reductisq́ꝫ post cubitum manicis: candidas in gurgite manus: ac barchia lauabant: nescio quid blandum peregrino murmure colloquentes: Uix nunq̄ꝫ clarius intellexi: quod Ciceroni placet: ⁊ ueteri Prouerbio dici solet: Inter linguas incognitas: omnes propemodum surdos ac mutos esse. Unuꝫ mihi solatiuꝫ gratissimorꝫ interptum nō derat: Naꝫ ⁊ hoc iter cūcta mirabere celuꝫ illō spiritꝰ pierios alere: Itaq́ꝫ dū miratꝰ Juuenalis q̄ Gallia causidicos docuit facūda Britānos: mireꝛ itidē: docta q̄ argutos aluit germania uates. At ne me auctore fallaris: scito ibi nullꝰꝫ Maronem eē. Nasones plurimos: ut dicas uerū fuisse presagiū quod in fine libri Metamorphoseos multum uel posteritatis gratie: uel ingenio suo fidens ponit. Siquidem qua Romana potētia (seu uerius) qua Romanum nomen domito orbe se porrigit: plausibiliter nunc fauentis populi ore perlegitur. His ego comitibus: ubi quid audiēdum seu respondēdum incidit: pro lingua ⁊ pro auribus usus sum. Unum igitur ex eo numero admirans ⁊ ignarus rerum percontatꝰ Uirgiliano illo uersiculo. Quid vult concursus ad amnem: quid ue petunt anime? Responsum accepi: peruetustum gentis ritum esse: vulgo persuasum presertim femineo: omneꝫ totius anni calamitatem imminentem: fluuiali illius diei ablutione purgari: ⁊ deinceps letiora succedere: itaq́ꝫ lustrationem esse annuā: inexhausto semper studio cultam colendamq́ꝫ. Ad hec ego subridens: O nimiū felices inquam Rheni accole: quorum ille miserias purgat: nostras quidem nec Padus vnq̄ꝫ ualuit purgare nec Tyberiſ: Uos uestra mala Britānis Rheno uectore transmittitis: nos nostra libenter Afris atq́ꝫ Jllyrijs mitteremus: ſꝫ nobis (ut intelligi datur) pigriora sunt flumina.

B Cōmoto risu: sero tandem inde discessimus. Proximis aliquot diebus a mane ad uesperam: ciuitatem ijsdem ducibus circumiui haud iniucundum exercitium: non tam ob id quod ante oculos erat: q̄ꝫ recordatione nostrorum maiorum qui tam procul a patria monumenta Romane virtutis tam illustria reliquissent. In primis autem occurrebat Marcus Agrippa Colonie illius auctor: qui licet multa domi: multa foris preclara construxerit illā tū ex omnibus dignam censuit: cui suū nomen imponeret edificator ac bellator egregius: dignusq́ꝫ habitus quem Augustus sibi generum ex toto orbe deligeret qualiscunq́ꝫ filie viruꝫ: sed dilecte: sed vnice: sed auguste. Uidi tot simul trunca milia sacrarum virginum ⁊ terram generosis dicatam reliquijs ac degenerum: ut aiunt: cadauerum expultricem. Uidi capitoliuꝫ effigiem nostri: nisi q̄ pro senatu illic pacis ac belli consilia agitante: hic formosi iuuenes ac puelle mixtim: nocturnas laudes deo concinunt: eterna concordia. Jbi rotarū ⁊ armoruꝫ strepitus ac gemitus captiuoruꝫ: hic quies ⁊ gaudium ⁊ iocantium uoces. Deniq́ꝫ illuc bellicus: huc pacificus triūphator ingreditur. Uidi tēplum urbe media pulcherrimum: q̄ꝫuis inexpletū qō haud immerito summum uocant: Magorum ibi regum corpora ab ortu ad occasum tribus saltibus transuecta: quos ethereum quondam regem ad presepia uagientem: cuꝫ muneribus ueneratos legimus: uenerabūdus aspexi. Parumper hic pater optie: ⁊ pudoris mei metbas excessisse videor ⁊ plura collegisse q̄ꝫ necesse erat: Utrūq́ꝫ fateor ſꝫ mihi nil tam necesse est: q̄ꝫ ut imperio tuo paream Inter multa sane que abeunti iusseras: hoc fuit extremum: ut de terris ad quas ibam ⁊ de singulis que vidissem: audiuissemq́ꝫ perinde te certiorē scripto facerē ac vbo soleo ne calamo parcerē: ne breuitati uł ornatui studerē: ne ue floridiora decerperē: ſꝫ cūcta cōplecterer. Deniq́ꝫ Tulliano vbo uiuſ Scribe dixisti: quicquid in buccā uenerit. Promisi me facturū: pmissum crebris ex itinere litteruliſ implesse videor. Si iussisses loq de altioribus: tēptassem: Nunc epistole officium reor: nō ut scribētem nobilitet: sed ut certificet legētem: q̄ si omnino videri uolumus: ostendemus nos in libris: in epistolis colloquamur. Procedo: Ad secūdas Kalendas Julias Colonia discessi: tāto sole ac pulue re ut sepe alpinas niues ac frigora rheni a Uirgilio requirerem. Jnde Arduēnam siluam: scriptorꝝ testimonio pridem mihi cognitam: sed visu atram atq́ꝫ horrificam trāsiui solus (⁊ qō magis admireris) belli tempore: sed incautos (ut aiunt) deus adiuuat: At ne longum iter vix equo peracto calamo remetiar: multis ego regionibus ambitis: hodierno die Lugdunum perueni. Nobilis ⁊ ipsa Romanorum Colonia est paululumq́ꝫ uetustior Agrippia: duo hic noti amnes in nostrū mare currentes: Rhodanus Ararisq́ꝫ conueniunt Sonam incole appellant. Sed de his nihil amplius: Juncti enim ad te properant: alter cogēti: alter coacto similis: ⁊ Auinionem ubi te nunc ac genus humanum Romanus pōtifex detinet: permixtis uadis abluunt. Huc ego cum mane peruenissem ⁊ intrāti forte familiaris hic tuus occurrisset: mille eum questiunculis (ut mos est peregre redeuntium) aggredior. Jlle autem nihil ad reliqua: Sed pclarissimum fratrem tuum ad quem maxime properabam: sine me Romaꝫ petijsse narrauit: Quo audito querendi ueniendiq́ꝫ ardor repente deferuit.

Agrippina colonia ad sinistruꝫ latꝰ rheni

Inter incognitas linguas eē surdescē ⁊ mutescē: ex cicerōis dicto

Epi[...] le off[...]

C

Ard[...] na si[...]

Lug[...] nū [...] man[...] colo[...]

D Hic igitur expectare in animo est: donec ⁊ estas
ipsa deferueat: quam hucusq̧ nō senseram: ⁊ me
uegetiorem quies faciat: qui me fessum esse hoc ip
so primum loquente perpendi. Nulla quidem fati
gatio maior q̄ȝ animi est: q̄ si reliqui itineris tediū
subierit: Rhodanus mihi pro uehiculo erit. Inte-
rim ut noris ubi sum: hec tibi festināte nuncio trāſ
currere non piguit. De fratre item tuo: duce olim:
nūc (da dolori ueniā) desertore meo: nusq̄ȝ alibi q̄ȝ
apud ipsum conqueri visum est: quam querelam:
ut sibi q̄ȝprimum mitti iubeas: oratus facito. Et
Uale nostri memor.

Francisci Petrarche ad Jacobum Columne Lō-
bericensem presulem: q̄ se non expectato Romā
petierit familiariter conquerentis: simulq̧ nō pau
ca de fide ⁊ taciturnitate cōmemorātis. Epl'a. V.

B Euertebar e germania ⁊ iam Lugdunum
r peruenerā: precum tuaruȝ ⁊ desiderij mei
vncis retrahentibus: non taȝ poetico aut
phisico: q̄ȝ cursorio more festinans. Illic cursui
meo molestissimum frenum adhibuit insperat⁹ ru
mor aufugisse te absētie mee uelut opportunitate
captata ⁊ sine me Romaȝ penjsse: qđ profecto nū
e q̄ȝ facturum esse promiseras. Quid dicam? Amā
a te nō amato nil reor esse miserius. Quomodo au-
i tem te: seu quibus primum uerbis aggrediar? Su
spitiosum ne an tuorum contēptorem putem? Ni-
hil moribus minus tuis cōuenit. Obliuiosuȝ que
rar mirator ipse memorie tue? Fidefragum dicam
sȝ notissima fides est. Quid ergo? Tu culpe nomē
inuenies ⁊ teipsum condemnabis: uel si libet ab-
solues: apud tribunal tuum tecum agitur: tu idem
⁊ reus ⁊ testis ⁊ iudex eris. Sede igitur ⁊ mecū
aliquātisper equo iure discepta. Equat enim amor
imparia. Q; si contra me forte lingua tua pronun-
ciauerit: ad consciam ꝓuocabo. Rn̄de dolori meo
querenti: Cur tu Rome: ego in Gallia sum? Quid
tanto diuortio dignum feci? An ut inutilis ⁊ ina-
mena sarcina in tergum abijcior? De utilitate qui-
dem videris: de reliquo (q̄m dolor ingens liberta
tis assertor esse solet) ipse ꝓnuncio. Nulla igit (si te
noui) amenior: nulla curis tuis opportunior: tecuȝ
est Lelij mei ⁊ ceterorum pace dixerim quib⁹ (ut
me equare audeam) superbe forsitan fortune illoꝝ
cogit ⁊ dolor mei: Ego enim te mundo pretuli: tu
mihi queso quid non prefers? An timuisti ne secre
tum tuū ex me in vulgus erumperet? Ita ne rimo-
sum expertus es: ita infirmi ac futilis animi: cui tā
facile commissa diffluerent? Egisti incaute qui mi
hi totiens grauiora credideris. Sed (crede mihi)
quoniam hodie (ut video) dolor uerecūdiam supe
rat: crede inq̄ȝ mihi pater optie: nullius (quē q̄dē
ego nouerim) fido silentio secundus sum. Nemo
me ideo q̄ secreta nō teneam: ne dicam fideli ami
citie: sed uel senatorio gradui: uel sacerdotio cere-
ris inhabilem arguerit. Legimus apud persas: ni
hil fide sanctius: nihil pulchrius silentio: nihil lo-
quacitate deformius. Itaq̧ illud uel morte custo-
diunt: hanc morte castigant: non est qui quocunq̧
supplicio sui regis pandat arcanum. Si quis for-
te contrafecerit: nullo non supplicio dignus habe
bitur preclare. Quid eniȝ oino facilius q̄ȝ tacere?
Ad quid ergo utilis: aut cui magne rei sit haben-
dus idoneus: qui rem longe facillimaȝ implere ne
quiuerit? An ꝟo occupationes meas interrumpe

re noluisti? Conuersatio igitur longeua quid pro-
fuit? Nondum intelligis: non esse me de illorū gre
gem qui (ut ait Flaccus) breui fortes iaculantur
euo multa: qui terras alio calentes sole permutāt:
qui penetrant aulas ⁊ limina regū: Ut Uirgilius
ait: qui aium suuȝ in frusta discerpūt: huic arridēt:
illi seruiūt: neminē ex integro diligūt: nulli plene cō
fidūt: certe ego q̄ siȝ nescio. Ualde eni i iudicio reꝝ
nostrarū fallimur: Sȝ ut sim de grege nihil optan
tium: magnopere laboro: de multis nunq̄ȝ speraui
Sciebam enim q̄ qui paucorum similis fieri stu-
det: multis fiet inuisus. Spes ⁊ occupatiōes mee
in te hactenus site erant: In quo si me diutius er-
rare non es passus: perurbane mecum agi non ne-
gauerim: q̄ alienationem animi tui: non cōtume-
lioso quidem actu: non uerbo aspero: nō graui sup
cilio: sed fuge silentis indicio perceperim. Sin ex
periri aut inflāmare desiderium meum cogitasti:
vide ne aduersus imbecillem animum nimis acu-
leatum ludi genus elegeris. At forte indulgentior C
causa est: pepercisti arbitror labori meo: uerit⁹ ne
fastidio pelagi impar essem: ⁊ quoniaȝ id tibi quo
q̧ restat iter per siticulosam Apuliam: sub estiuo
sole deficerem. Sed queso nōne hoc tuo de me iu
dicio iniuriosus es fame mee? Ubi ego hanc opi-
nionem merui? Quis me labor fregit: aut terruit.
Sola videndi dulcedo per ignotaȝ me Barbariē
circunducit: per Italiam credo pulchra necessitas
non duxisset: sub pireneis olim collibus: ut tibi co
mes essem: nisi pudet: quantis me precibus ac blā
ditijs onerasti? Quanq̄ȝ (ut uerum fatear) seque-
bar ego ꝓpe cupidius: q̄ȝ detrahebar: quid ita nūc
sub Apenini iugis comes esse nō merui? Nisi for-
te inertiam meam illa peregrinatio patefecit: tu
ꝟo quotidie miraberis vnde ea laborum patientia
in litterarum ocio mihi nato ac enutrito: presertim
cum ⁊ anni tempus esset aduersum ⁊ uepricosum
iter ⁊ inculta regio (quodq̧ super omnia nos an-
gebat) conuersatio dura ⁊ multum nostris mori-
bus aliena. Sed forte (quoniam sensim ratiocina-
tio ad uerum ducit) non quecūq̧ potuimus possu-
mus: dies auget: dies imminuit ab ea peregrina-
tione: quarta nunc estas agitur: triennio senior fa-
ctus sum: qđ tempus nō tm̄ mutando corpusculo
mortalis hois: sed euertendis imperijs atq̧ urbi- D
bus late patet. Ludo tecuȝ (ut vides Magnus in
terdum dolor ubi lamenta defuerint in iocos uerti
tur: omnis quidem dies fateor gradus est ad mor
tem: ⁊ uagiētes in cunabulis ifantes: crescēdo pa- Dis di-
riter senescunt. Neq̧ tm̄ ea etas est mihi: que natu es gra-
rale detrimentum sentiat: quippe que nōdum plē- dus ē ad
na est. Itaq̧ crescentibus adhuc annis ꝓuehor: morteȝ
multoq̧ ⁊ membris ⁊ animo ualidior indies fio:
q̄ȝuis non ignorē quid sequatur. Uiator enim quo
altius ascendit: eo descensui proximior fit: ⁊ si dici
fas esset quodāmodo ascendendo descendit. Ideȝ
mihi accidit: Interim tamen ascendo. Que cuȝ ita
sint: Idoneā facti tui causam forte tu noueris: ego
eaȝ palpitabūdus inquiro nec inuenio: ⁊ hoc vno
uel maxime amare me intelligo (q̄ amantiuȝ mos
est primis quidem offensiōibus moueri: mox ubi
flāmam extinguere non datur ad excusationū me-
dicamenta confugere: ⁊ qđ acrius factum dolent:
uel nequaq̄ȝ factum si liceat: uel bono aio factum
dicere). Hoc igitur ago si possum: ut iure desertus

videar:q̃ utinam mihi persuadeam: ⁊ profecto fieri potest ut tu nec profectionem meã impedire volueris: nec potueris reditum expectare: ⁊ cum me ab amplexu tuo lachrymantez dimitteres: nouam mihi gemendi materiam inculcare volueris. Uellem inclemẽtior fuisses: pietas eniz tua in contrariũ versa est. Inexpectato nil hoste nocentius: ⁊ intẽpestiua quelibet grauiora sunt. Unde si absq; fletibus esse non poterã: melius tunc fleuissem: quoniã natura hoc habet: ut abeuntium potius q̃ redeuntiũ comites lachrymas videamus. Tu precor q̃ primũ cogita: qualiter te mihi exundãti illo defendas eloquio: q̃ uere nihil ad rem: modo verisimiliter satis erit. Credere parato nulla inefficax persuasio est: Interim facilius inducar ut tue culpe ignoscã: q̃ fortune mee. Uale nostri memor.

Inexpectato hoste nil nocentius

¶ Francisci Petrarche ad Thomã Messanensez: dialecticorum inanem ac contentiosam petulãtiaz detestantis. Epistola.VI.

A

t

TEmerarium est cuz eo hoste cõfligere: qui non tã victoriã appetit q̃ certamen. Scribis quẽdam senẽ dialecticuz: litteris meis vehementissime pmotum: quasi artificiuz suũ ego dãnauerim: ideo palã fremere ⁊ minari multa se quoq; in studia nostra suis litteris inuecturuz: eas te litteras multis ne q̃q; mẽsib' expectasse. Noli eas expectare amplius: crede mihi: nunq̃ veniẽt. Hoc modestie remansit: Siue ijs stili pudor: siue ignorantie cõfessio est: lingua iplacabiles: calamo non contendunt. Nolunt apparere q̃ friuola sunt q̃bus armanť: ideoq; more parthico fugitiuuz pugne genus exercẽt: ⁊ volatilia verba iactãtes: q̃si ventis tela committunt. Cum his (ut dixi) suo more cõtendere temerariũ est: quippe qui summã voluptatẽ ex cõtentione percipiunt: quibus nõ veruz inuenire ppositũ est: sed altercari. Atqui Uarronis prouerbiũ est: Nimiũ altercãdo veritas amittitur. Noli autẽ trepidare: ne in apertum scripture solidiq; colloquij cãpũ descendant. Hi sunt enim de quibus Quintilianus inter institutiones oratorias loquebatur: quos reperias in disputando mire callidos: cum ab illa cauillatione discesserint: nõ magis sufficere in aliquo grauiore actu q̃ parua quedã aialia: que in angustijs mobilia cãpo deprehendũtur: merito itaq; cãpuz timẽt: verum est enĩ illud einsdẽ: diuerticula ⁊ anfractus suffragia esse infirmitatis: ut qui cursu parum valent: flexu eludant. Tibi v̈o amice vnũ hoc dixisse velĩ: Si virtutem: si veritatem sequeris: id genus hoĩuz vita. Sed quo nã fugiemus a facie insanorũ: si ne insule quidẽ tute sunt? Ergo nec scylla nec charybdis obstiterit quo minus hec pestis in Trinacriã trãsnataret: immo v̈o iam insularũ peculiare malum est. Si dialecticorũ agmini Britãnico Ethna nũc nouorũ Cyclopum acies accesserit: hoccine est q̃ in Cosmographia Pomponij legerã: Sicilie maxime similẽ esse Britanniã. Ego quidem putabam similitudinez hanc in terrarũ situ ac prope triãgulari utriusq; specie: ⁊ fortasse etiã in circũfusi maris perpetua collisione consistere: Nihil de dialecticis cogitabã. Audierã Cyclopas primũ: postea tyrãnos: utrosq; feroces incolas: tertiũ mõstri genus aduenisse non nouerã: armatuz enthymemate bis acuto: ⁊ ipso tauro Minitani littoris feruore procacius. Unum sane ⁊ ego pridez aiaduerterã:

Nimiũ altercando veritaš amittitur

B

⁊ tu nunc admones: eos sectam suam Aristotelici nominis splendore protegere: dicunt enim Aristotelẽ ita solitum disputare. Est fateor qualisqualis excusatio clarorũ ducũ inhesisse vestigijs: Nã ⁊ Marcus Tullius non inuitũ se cũ platone si oporteat erraturum dicit. Sed falluntur: Aristoteles enim vir ardentis ingenij: de rebus altissimis vicissim ⁊ disputabat ⁊ scribebat: Alioq̃n vnde hui' taz multa volumina summo studio ⁊ tãtis exhausta vigilijs: inter multorum ⁊ presertim illius fortunati discipuli: graues occupatiões ⁊ in etate nõ longa si quidem circa illum apud scriptores infamẽ: tertium scilicet ⁊ sexagesimuz vite annum defunctum accepimus: Isti autem cur a duce suo taz diuersi abeunt? Cur queso Aristotelicos dici iuuat: ⁊ non potius pudet? Nihil illi tanto philosopho dissimilius hoĩe nihil scribente parum intelligente: multũq; ⁊ inutiliter clamante. Quis illas conclusiunculas non rideat: quibus litterati hoĩeš se simul ⁊ alios fatigant? In quibus oẽm etatẽ cõterunt: quippe ad illa inutiles: ad hoc ipsum precipue dãnosi: qualia sunt que a Cicerone ⁊ a Seneca pluribus locis irridentur. Quale est illud Diogeni propositũ: quẽ dum contumeliosus dialecticus verbis esset aggressus hoc modo: Q̃ ego sũ id tu non es. Annuissetq; Diogenes. Ille subiunxit: homo autez ego sum: cuz id etiam nõ negasset: conclusionem subintulit cauillator: Homo igiť tu non es: Eniuero ultimuz hoc inquit Diogenes falsum est: ⁊ si verũ fieri vis: a me incipe. Multa sũt id genus perridicula: in quibus quid querãt: an famam: an oblectamentũ: an bene beateq; viuẽdi cõsilium: sciunt ipsi forsitan: mihi nihil ignotius. Nã lucrum aut digna studiorum merces nobilibus ingenijs videri debet. Mechanicorũ est lucra captare: Honestarum artium generosior finis est. Dum hec audiunt irascuntur: Est enim fere multiloquiũ contentiosi hoĩs iracũdie proximũ. Ergo inquiũt dialecticam tu condẽnas? Absit. Scio enim quantum illi Stoici tribuant: secta philosophorum fortis ⁊ mascula: cuius cum sepe alias: tũ in libro de finibus Cicero noster meminit. Scio q̃ vna liberalium est: ⁊ gradus ad alta nitentibus: Interq; philosophorum dumeta gradientibus: non inutilis armatura: excitat intellectuz: signat veri viam: monstrat vitare fallacias: deniq; si nihil aliud: promptos ⁊ perargutulos facit. Hoc ita esse non inficior: sed non statim qua honeste transimus laudabiliter imoramur: quinimo viatoris insani est amenitate viarũ metham quaz destinauerat obliuisci: multa cito transisse ⁊ nusq̃ citra terminum substitisse viatoris laus est. Et quis non viator ex nobis est? Breui oẽs aduersoq; tempore tanq̃ hyberno pluuialiq; die longũ ac difficile iter agimus: cui' dialectica pars esse potest: utiq; terminus non est: ⁊ potest pars esse matutina: non serotina: plurima quidez honeste fecimus: que turpissime facerem'. Si enim dialectice scholas: q̃ in eis pueri lusim' senes relinquere nescimus: eodem iure nec par impar ludere: nec arũdine tremula equitare pudeat: nec rursum cunis infantilibus agitari. Sunt mire varietates rerum ac vicissitudines temporũ: quas occurrens natura fastidio vigilantissimo artificio meditata est: Eas non putes in anni tm̃ circulo: s3 multomagis in longa etate reperiri: Uer florib' ⁊

arborum comis:estas frugibus diues est:autumnus pomis:hyems niuibus abundat. Hec modo non tm̃ tolerabilia:sed grata:si peruertantur fient concussis nature legibus inportuna. Et nemo erit: qui uel hyemis glaciem equo animo per estatē perferat:uel solis ardorem alienis mensibus seuiētē: Sic nemo reperit̃ qui uel senem infantibus colludentem non oderit aut rideat:uel puerum canum aut podagricum non miretur. Quid autem queso ad oēm disciplinam tam utile:imo tam necessariũ est q̃ȝ ipsarum litterarum prima cognitio:in quib⁹ oium studiorum fundamenta consistunt? Sed ex diuerso quid sene ridiculosius in talibus occupato? Tu ergo senis tui discipulos meis uerbis excita:neqȝ deterreas sed hortare:non quidē ut ad dialecticam sed ut per eam ad meliora festinent. Seni autem dic non me liberales artes dãnare: sȝ senes pueros. Ut eni nihil elementario sene turpi⁹: qđ ait Seneca: sic nihil dialectico sene deformi⁹. Et si sillogismos eructare ceperit:fuge consulo:ac iube illum disputare cum Encelado. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Thomam Messaneñ. eũdem quid in Inuentionibus ⁊ vi ingenij obseruare debeat instrueatis. Epistola. VII.

Uid agendum tibi sit consulis:in eo statu
q in quo fere ois scribentium turba est:qñ ⁊
sua cuiqȝ non sufficiũt ⁊ uti pudet alienis: ⁊ interim a scribendo cessare non sinit ipsa rerum dulcedo insitaqȝ mortalium animis glorie cupiditas. Sic itaqȝ perplexus atqȝ hesitans ad me redis: Primum oium cõsultius fuerat certiorē adijsse consultorem:a quo uel multa ⁊ uaria:uel vnum quodcũqȝ optimum ⁊ electissimũ esset:accepisses. Enimuero nunc ad ostiũ pauperis pulsasti: vnde tamen:me uolente:nõ oino uacuus abibis: qđ ab alio mendicaui:id tibi libens impartiar. Mihi quidem fateor:de hac re nõ amplius q̃ȝ vnicũ cõsiliũ est:qđ si fortassis inefficax experimento deprehenderis:Senecã culpabis. At si efficax:sibi nõ mihi gratiaȝ referes. Deniqȝ in oēm euentũ:illũ nõ quidem solũ:nam ⁊ hoc ante Flaccus dixerat: ⁊ (qđ satis auguror) ante Flaccuȝ alij qđ querendi nũc ocium nõ est:sed expressiorem habeas uelim consilij huius auctoreȝ. Cuius summa est: Apes in inuentionibus imitãdas:que flores nõ quales acceperint:referunt:sed ceras ac mella: mirifica quadam ꝑmixtione cõficiũt. Eius autē nõ sensum mõ sed uerba Macrobius in saturnalibus posuit: ut mihi quidem vno eodēqȝ tēpore:qđ legēdo simul ac scribendo ꝓbauerat rebus ipsis improbare uideret̃: Non enim flores apud Senecã lectos in fauos uertere studuit:sed integros ⁊ quales in alienis ramis inuenerit ꝓtulit:q̃ȝ q̃ȝ qđ alienũ ego aliq̃d dixerim:licet ab alijs elaboratũ:cũ Epicuri sentētia sit ab eodē Seneca relata:quicq̃d ab ullo bene dictũ est nõ alienũ esse sed nostrũ. Nõ est itaqȝ cur Macrobius culpandus sit ꝙ magnã epistole vnius partē in prohemio operis illius nõ tã transtulit q̃ȝ trãscripsit: Id enim ⁊ mihi forsan interdũ ⁊ multis maioribus accidit: Sȝ illud affirmo elegãtioris esse solertie ut apium imitatores nostris uerbis:q̃ȝuis aliorũ hoiuȝ sentētias proferamus. Rursus nec huius stilum aut illius:sed vnum nostrũ conflatũ ex pluribus habeamus. Felicius quidem nõ apiũ more passim sparsa colligere:sȝ quorundã haud multo maiorum uermiũ exēplo:quorũ ex visceribus sericũ prodit:ex seipso sapere potius ⁊ loqui:dũmodo ⁊ sensus grauis ac uerus ⁊ sermo esset ornatus. Uerum q: hoc aut nulli prorsus:aut paucissimis datum est:feramus equanimiter ingenij nostri sortem:nec altioribus inuidētes: nec despicientes qui infra nos sunt:nec parib⁹ importuni. Scio aũt quid tu nunc tacitus dicis: Homo hic me a studio retrahit ⁊ ab industria dehortatur:dum patiēter ignorantiam ferre docet: Ego ꝟo nihil magis cauendum arbitror:q̃ȝ ne ignauia consenescat ingenium: Licet enim Cicero scribat videri sibi hoies cũ multis reb⁹ humiliores ⁊ infirmiores sint: hac re maxime bestijs prestare ꝙ loqui possunt:tñ id uel oratori ad cõmendationeȝ artis quam tradebat indulgendũ fuit:uel sic accipiendum ut ipsum loqui posse sine preuio intellectu esse non possit: Aliogn multo mihi potius vidētur in eo precellere:ꝙ intelligere:ꝙ multa scire ac meminisse possunt: qđ beluis natura non tribuit: tametsi aliquam intellectus discretionis ⁊ memorie similitudinē habere videant̃. Quid ergo? Hortor atqȝ obsecro:ut omni vigilãtia ⁊ summis viribus:animi tenebras:ignorantiã depellamus:enitamurqȝ in terris aliquid addiscere:quo via nobis ad celum fiat: Sed interdum meminerimus:si forte (quia non omēs vnos sydere nascimur) tarditati nostre iter ad summa nõ panditur:decere nos ingenij terminis esse contentos quos deus nobis ⁊ natura prefixerint. Qđ nisi fecerimus:nunq̃ȝ sine mentis anxietate futuri sumus: Q̃ȝdiu enim in cognitionem rerum ibimus:qđ iter nunq̃ȝ intermittere usqȝ ad extremum spiritũ debemus:noui quotidie recessus apparebunt: ad quos se ignorantia nostra porriget:hinc meror ⁊ indignatio ⁊ cõtemptus nostri:quas latebras (qm̃ vulgus indoctum nõ videbit) letius deget atqȝ tranquillius: Ita fiet ut scientia que ingens causa sacre delectatiõis esse debuerat:molestissimam sollicitudinem inferat: ⁊ vitam cuius se ducē pollicebatur interimat. Assit ergo cunctis in rebus modestia. Illa nobis suadebit: ut non in his solum que fortune aut corporis dicuntur: sed in his etiaȝ que animi bona sunt quecũqȝ nobis portiũcula obuenerit:de modicis quoqȝ non modicas grates agere consuescamus largitori eterno:qui optime quid nobis expediat videt idqȝ largitus est:nõ qđ delectabilius sȝ qđ opportunius nouit. Et nimiruȝ sicut iure laudatur senex paucorum ille iugerum qui regum equabat opes animo:sic ille laudabitur deformis:hebes aut balbus:qui Alcibiãdis formam animo:qui Platonis ingenium:aut eloquentiam Ciceronis equauerit. Cui igitur ingenium deest:non desit equanimitas: cui adest:assit ⁊ moderatrix rerum oium discretio ut incorrupto iudicio vires suas extimet. Ne forte sibi blandiens ⁊ ipse se fallens importabili fasce pregrauet:contra illud qđ in arte poetica scriptum est: Sumite materiam uestris qui scribitis equaȝ Uiribus ⁊ uersate diu:quid ferre recusent: quid ualeant humeri. Nempe adiuuãdum studio ingenium est ⁊ meditationibus subleuandum:sed minime cogendum quo non possit ascendere: Alioquin preterq̃ȝ ꝙ conatus erit irritus sepe accidit: ut dum impossibilia cupimus: possibilia negligamus. Dictum breue sed utile (nisi fallor) ⁊ memo-

Quintilianus rabile inseram:quod apud Quintilianum acutissi
mum virum legi : quod quoniam breuiter ac dilu
cide ab eodem scriptum erat:mutare uerba non li
buit. Accidit enim inquit etiam ingeniosis adole-
scentibus frequenter ut labore consumantur ⁊ in
silentium usq; descendant:nimia bene dicendi cu
piditate. Qua de re memini narrasse mihi Julium
secundum: illum equalem meum:atq; a me(ut no
tum est)familiariter amatum:mire facundie virum
infinite tamen cure quid esset sibi a patruo suo di
Julius Florus ctum. Is fuit Julius Florus in eloquentia Gal-
liarum(quoniam ibi demum exercuit eam)prin-
ceps:alioquin inter paucos disertus: ⁊ dignus il-
la propinquitate: Is cum scōm schole adhuc ope-
ratum:tristem forte vidisset :interrogauit que cau
sa frontis tam obducte:nec dissimulauit adolescēs
tertium iam diem esse q omni labore materie ad
scribendum destinate non inueniret exordium quo
sibi non presens tantum dolor:sed etiam despera-
tio in posterum fieret. Tum Florus arridens:nū
quid tu inquit melius dicere vis q; potes? Hoc ne
poti suo Florus. Quintilianus autem nobis imo
E omnibus: Ita inquit se res habet: Curandum est:
ut q; optime dicamus:dicēdum tamen pro facul
tate: Ad profectum enim opus est studio:non indi
gnatione. Quod consilium ab eloquentia ad act⁹
alios vite hominum multipliciter trahi pōt. Sed
quoniam de ingenio facundiaq; sermo erat : utri-
usq; rei ut ceterarum omnium : diuitie ⁊ pauper-
tas equo animo ferende. Si quem sane tam beni-
gno lumine astra respexerint:ut ipse sibi sine exter
ne opis adminiculo satis sit: ⁊ per seipsum magni
ficos sensus possit exprimere:multum habet quod
dono gratie celestis ascribat:caueat insolentiam:
⁊ cum multa humilitate fruatur muneribus dei:
suum apibus morem linquat: Nos autem quibus
non tam magna contigerunt : apes imitari non pu
Virgilius.iiij. Geor. deat. Ille quidem ut Virgilius noster ait : Ven-
ture hyemis memores estate laborem Experiun-
tur: ⁊ in medium quesita reponunt. Experiamur
⁊ nos dum tempus est : dum feruet etas ⁊ viget
ingenium: Non expectemus donec frigus senectu
tis obrepat: ⁊ estiue claritati nubila hyberna suc-
cedant. De apibus apud eundem poetam legim⁹
q eas estate noua per florea rura:exercet sub sole
labor: Et iterum alio loco:q ille in pratis estate se-
rena floribus insidunt uarijs: ⁊ cādida circū lilia
fundunt:strepit oīs murmure campus . Si uolu-
mus itaq; cōsilium ad utilitatem nostram latius ex
tendere:quecūq; de apibus scripta sunt:ad huma
ne inuentiōis industriam referamus: Estas nostra
quid est aliud nisi etas ista flagrātior? Rursus qd
est algenti brume similius q; senectus? Quem vo
tūc nobis huius tpis:aut ocij fructum sperādum
esse pponimus:quas ingenij messes:si nūc facie la
boris exterriti cessamus? Quid ex horreis nostris
posteritas feret : si desidia torpente consistimus?
F Nudus ara : sere nudus : hyems ignaua colono.
Sz ne ab apibus:ad colonos dilabat oratio : nūc
potius:nunc in pratis ⁊ per rura multorum flori-
bus uarijs insidamus:pscrutemur doctorū hoīm
libros:ex quibus sentētias florētissimas ac suauis
simas eligētes cādida circum lilia fundamur: Id
q; sicut indefesse:sic modeste leniterq; faciendum
est:studiorum nostrorū nō inanem vulgi gloriam

uentose cōtentionis argutijs partam:sed ueritatis
effectum ac virtutis honestiorē terminum statua-
mus. Licet(mihi crede)sine clamosis altercationi
bus scire aliqd: Nō facit clamor sed meditatio do
ctorem. Profecto itaq;:nisi videri magis q; eē pro
positū nobis est:nō tam plausus insane multitudi
nis:q; ueritas in silentio placebit. Erimusq; tenui
sono ptulisse nobisipsis interdum auctēticarū scri-
pturarū uerba cōtenti: Atq; ita nō fragore resona
bit:sed strepet oīs murmure cāpus. Et qm̄(ut vi-
des)liberalius ago q; dubitatiōis tue necessitas
exigebat: Aliud etiā premissis addiderim:ut oēm
locum fugias:ubi aut turpiter:aut cum pōpa viuit
⁊ ad solius fame popularis arbitrium:nec minus
tibi q; apibus pestiferū scias habitaculū. Aut ubi
odor ceni grauis : aut ubi concaua pulsu saxa so-
nāt uocisq; offensa resultat imago . Neq; tibi soli
hoc dictum putes:sed oībus qcunq; in aliqua rerū
laudabilium inuētione uersant. Duobus his pci-
pue nobilia multorum suffocātur ingenia:libidinū
consuetudine ⁊ opinionū puersitate vulgarium.
Dum enim illa sedet intrinsecus:exterius ista cir-
cumsidet:eneruatur animus ⁊ longius ab ipsa ue
ritatis agnitiōe distrahitur. Hec visa sunt de apiū
imitatione que dicerē:quarū exemplo ex cunctis
que occurrēt electiora in alueario cordis abscon-
de:eaq; summa diligentia parce tenaciterq; cōser
ua:ne quid excidat si fieri pōt: Ne ue diutius apō
te qualia decerpseris:maneāt caue . Nulla qdem
esset apibus gloria:nisi in aliud ⁊ in melius inuen
ta cōuerterent. Tibi quoq; si qua legēdi meditan-
diq; studio reppereris:in fauū stilo redigenda sua
deo. Hinc enim illa profluent que tibi iure optimo
⁊ presens ⁊ uētura etas attribuet. Atq; ut nullos
hodie flosculos:nisi ex Virgilianis carpamus ar-
boribus:hinc anni tēpore certo dulcia mella pre-
mes:nec tātū dulcia quantum ⁊ liquida ⁊ durum
bacchi domitura saporem. Vale.

Francisci Petrarche ad Thomā Messaneñ. Elo-
quentiam animiq; equitatem ceteris rebus eē an-
teponendam exhortantis. Epistola.VIII.

a Animi cura philosophum querit : eruditio
lingue oratoris est propria. Neutra nobis
negligēda:si nos(ut aiunt)humo tollere:
⁊ per ora virum uolitare nobis propositū est. Sz
de priore alibi:magna enim res est ⁊ labor ingēs
sed messis uberrima: Hoc loco(ne in aliud exeam
q; qō me ad calamū traxit)exhortor ac moneo:ut
nō vitā tātū ⁊ mores(qō pmū virtutis est opus)
sed sermonis etiā nostri cōsuetudinem corrigam⁹:
qō artificiose nobis eloquētie cura prestabit. Nec
enim:paruus aut iudex animi sermo est:aut sermo
nis moderator est animus:alter pendet ex altero.
Ceterum ille latet in pectore:hic exit in publicū. Ille
comit egressurū ⁊ qualem esse vult fingit:hic egre
diēs qualis ille sit nūciat. Illius paretur arbitrio:
huius testimonio credit. Utriq; igit consulendum
est:ut ⁊ ille in hunc sobrie seuerus : ⁊ hic in illum
ueraciter norit esse magnific⁹: Quanq; ubi animo
cōsultū fuerit:neglect⁹ esse sermo nō possit:sicut ex
diuerso adesse smoni dignitas nō pōt:nisi animo
sua maiestas affuerit. Quid eni attinet q Cicero
nianis te fontib⁹ prorsus imerseris:q nulla te neq;
nostrorū scripta ptereāt:ornate qdē:lepide:dulci-
ter:altisone loq poteris:grauiter:seuere:sapiēter-

q̃: ⁊ (qđ super omnia est) vniformiter certe nō poteris? Quoniam nisi primum desideria inuicem nostra conueniāt (quod p̄ter sapientē: scito nemini posse cōtingere) illud necesse est ut dissidentibus curis ⁊ mores ⁊ uerba dissideant. At bene disposita mens instar in monte serenitatis: placida semper ac tranquilla est: scit quid uelit: ⁊ quod semel uoluit: uelle nō desinit. Itaq̃ tametsi oratorie artis ornamenta nō suppetāt: ex seipsa magnificētissimas ⁊ certe sicut cōsonas elicit. Negari autē nequit quiddam singularius emergere quotiēs compositis primum animi motibus: quibus estuantibus nihil feliciter euenturum sperare licet: eloquētie studio tēpus impenditur: que si nobis necessaria nō foret: ⁊ mens suis viribus nisa: bonaq̃ sua in silentio explicās: uerborum suffragijs non egeret: ad ceterorum saltem utilitatem: quib⁹ cum viuimus laborandum erat: quorum animos nostris collocutionib⁹ plurimum adiuuari posse non ambigitur. Instabis autem ⁊ dices: Heu quātum ⁊ nobis tutius: ⁊ illis efficacius fuerat suadere: ut eorum oculis nostre virtutis exēpla preberemus: quorum illi pulchritudine delectati ad imitatiōis impetū raperētur: Natura eni hoc habet: ut multo melius: multoq̃ facilius factorum q̃ uerborū stimulis excitemur: perq̃ hāc viam expeditius ad omnem virtutis altitudinem consurgamus. Ego ṽo non aduersor: Quid enim de hoc sentirem: iaꝫ tunc intelligere potuisti: cum in primis animuꝫ cōponendum esse premonui. Nō equidem sine causa reor dixisse Satyricum: Prima mihi debes animi bona: nō essent autem prima: si quod illa precederet: Uerumtamen quātum quoq̃ ad informationem humane vite possit eloquentia: ⁊ apud multos auctores lectum: ⁊ quotidiana experiētia mōstrante cōpertum est: q̃ multos quibus nihil oīno loquētium exēpla contulerant: etate nostra uelut experrectos agnouim⁹: ⁊ a sceleratissime vite cursu: ad summā repente modestiam: alienis tantū uocibus fuisse cōuersos. Nō referam tibi nunc que de hac re Marcus Cicero in libris Inuentionum copiosius disputat: Est enim locus ille notissimus nec fabulam Orphei uel Amphionis interseram: quorum ille beluas immanes: hic arbores ac saxa cantu mouisse: ⁊ quocūq̃ uellet duxisse perhibet̃: nō nisi p̄pter excellentem facūdiam: qua fretus alter libidinosos ac truces: brutorumq̃ animātium moribus simillimos: alter agrestes ⁊ duros in saxi modū atq̃ intractabiles animos ad māsuetudinē ⁊ omniuꝫ rerū patiētiā creditur animasse. Adde q̄ hoc studio multis in longinqua regione degētibus p̄desse p̄mittimur: Ad quos enim nostri copia ⁊ conuictus nunq̃ forte uenturus est: s̄mo perueniet. Jam ṽo quantum posteris collaturi simus optime metiemur: si quātum nobis contulerint maiorū nostrorū inuenta meminerimus. Sꝫ hic rursus occurres: Quid eniꝫ est opus amplius elaborare: si omnia que ad utilitatē hoīuꝫ spectāt iam ante mille annos tam multis uoluminibus stilo prorsus mirabili ⁊ diuinis ingenijs scripta manent? Pone queso hāc sollicitudineꝫ: nunq̃ te res ista trahat ad inertiam. Nunc enim metū ⁊ q̄dam ex ueterib⁹ nobis abstulerūt: ⁊ ego post me uenturis aufero: Decē adhuc redeāt annorū milia: secula seculis aggregent̃: nunq̃ satis laudabit̃ virt⁹: nunq̃ ad amorē dei: ad odiuꝫ uoluptatū precepta sufficient: nunq̃ acutis ingenijs iter obstruet̃ ad nouarum rerū indaginē. Bono igit̃ animo simus: nō laboramus in irritū: nō frustra laborabūt qui post multas etates sub finē mūdi senescētis orient̃: Potius illud metuendū est: ne prius homines eē desināt q̃ ad intimū ueritatis arcanū humanorū studiorū cura pruperit. Postremo si ceterorū hoīum charitas nulla nos cogeret: optimuꝫ tñ ⁊ nobisipsis fructuosissimum arbitrarer: eloquētie studiuꝫ: nō in ultimis habere. De se alij uiderint: de me āt q̄d mereant̃ in solitudine quedā uoces familiares ac note: nō modo corde cōcepte sed etiā ore p̄late: q̄bus dormitātem aīum excitare soleo: q̃ preterea delectet uel alioruꝫ uel mea nōnunq̃ scripta reuoluere: quantū ue ex ea lectiōe exonerari me sentiaꝫ grauissimis acerbissimisq̃ molestijs: non facile dicturū me sperauerim. Eoq̃ magis p̄prijs adiuuor interdum: quo illa lāguoribus meis aptiora sunt: que cōscia manus medici languētis: ⁊ ubi dolor esset sentientis: apponit. Qđ nunq̃ p̄fecto consequerer nisi uerba ipsa salutaria demulcerēt aures ⁊ me ad sepius relegendum vi quadam insite dulcedinis excitantia: sensim illaberētur atq̃ abditis aculeis interiora transfigerent. Uale. D

Francisci Petrarche ad Thomam Messanenseꝫ: quendā senem dialecticū detestātis. Epistola.IX.

Seniculum tuū optime ualentem noueris: mores nō animo tm̄: sed ⁊ corpori opitulātur: frugalitas bone ualitudinis soror est hunc (nisi fame cōficitur) imortalē scito: Ita siccuꝫ ⁊ defecatum corpusculū est: ita nihil loci febribus aut podagre. Uictū hominis aspectus ipse testat̃: vultus: pallor: macies ⁊ oculoruꝫ specus ⁊ triste superciliuꝫ ⁊ inculta seueritas. Accedit in coturni morem subductus calceus ⁊ attritum senio palliolum: modo litteras nosset philosophum aut poetā diceres: phisicum enim tergū: tragicos pedes habet: quicq̄d ad hec additur superuacuū erit. Ut tñ paucis expediam: haud absimilis est seni Plautino: cuius mores atq̃ aiuꝫ mordaci sale respergēs seruus ille in Aulularia. Pumex inq̄t nō eque aridus: atq̃ hic est senex: Suā rem p̄ijsse: seq̃ eradicarier: Quin diuū atq̃ hoīum clamat cōtinuo fideꝫ: De suo tigillo fumus si qua exit foras: Quin cum it dormitū: follē obstrixit ob gulā: ne q̄d anime forte amittat dormiens. Aquā hercle plorat cū lauat p̄fundere. Famē hercle utendā si roges nunq̃ dabit: Quin ipsi pridē tōsor vngues dempserat Collegit: oīa abstulitq̃ p̄segmina: Pulmētū p̄dē ei eripuit miluus: Hō ad p̄torē plorabundus deuenit: Infit ibi postulare: plorans: eiulās: Ut sibi liceret miluū uadarier: Sexcēta sunt que memoreꝫ: si sit ociū. Hec ille. Huius aūt nostri: series sexcēta talia curiosus fabulator inueniet: hospitem Apuleij Milonē p̄digalitatis arguet: quisq̃s hūc viderit uel semel audierit disciplinā rei familiaris: economicis nulli vnq̃ philosopho cognitis regulis coartātē. Sed nimis alienis vitijs imoramur: Redeamus ad p̄pria: oēs fere mortales vno morbo laboramus: extremis ꝯ̄rijs iactamur. Et est illud Flacci uerissimū: Dū vitāt stulti vitia in ꝯ̄ria currunt. Quid aūt interesse credim⁹ iter Rufilli pastillos: Gorgonij hircū: aut inter Aristippi iacturā: Stalerij epigrāma? Non oportet errare per deuia: ⁊

[Margin: A — beside "Seniculum tuū optime ualentem noueris:"]
[Margin: Ex plauti Aulularia descriptus senex]
[Margin: B — beside "it dormitū: follē obstrixit ob gulā"]
[Margin: Omnes mortales insanire: Ex Flacci sñia]

lõge querere quid beatos faciat:vitia in extremis habitant:virtus in medio sita est.Uale.

C Frãcisci Petrarche:Thome Messaneñ.Parasitum faceta periphrasi famelico homini comparãtis. Epistola.X.

A f Eliciter puto successit prima pcontatio:secũdam facis.Experiri vis(ut arbitror)in demõstratiuo cause genere qd possim.In laudibꝰ potiꝰ q̃ in ɔ̃rio me pbasses uelis:sz qm̃ sic placitũ tibi & sine noie res agit:q̃uis exacta periphrasis vicẽ pprij nois obtineat:& hic quoq̃ questioni tue morẽ gerã.Is de quo queris:scurra uagus est:qualẽ describit Horatiꝰ:qui nõ certũ p̃sepe teneret ipransus:nõ qui ciuẽ dinosceret hoste. In summa oium iportunissimus qui vnq̃ parasitice arti operã dederũt.Nihilo tñ felicior q̃ si oiuz desidiosissimꝰ foret:nõ tã ul' nauta scopulũ uel grãdinẽ agricola:uel mercator furẽ q̃ eũ oẽs metuũt: Omnes declinãt:oẽs cedũt semita:quasi oneratꝰ spinis adueniat.Ubiq̃ vias uacuas:deserta atria obseratas fores iuenit:Perinde aduẽtu eius fugitur ac si in gremio belluz ferat.Nunq̃ tñ incõmo-

B dius ista cõtingũt q̃ hoc anni tẽpore:estas utcunq̃ pauperũ portus est.Una arbor & uestẽ & cibuz & tectũ & cubile sufficit.Nũc quid agat:conspirat hyems:senectꝰ:inopia:nullus opẽ fert:&(que omnium rerũ durissima)sine miseratione miseria est: Uidi illũ hodie ualido aquilone iactatũ.Ibat alte succinctꝰ:dederatq̃ oia diffundẽ uentis maronee

B ueneris in morez:Si fuluũ lupi de pelle galerum tegmẽ capiti habuisset:in religs hernico a Pelasgis accepto habitu in bellũ ibat:sinistri eni pedis uestigia nudus erat:Ea rabies urgebat ut coueni-

Plautinus parasitus re sibi posset qd apd Plautũ de se p̃ceps ille pasitus p̃dicat:Meus est balista pugnꝰ:cubitꝰ catapulta:humerus aries:talis erat.Ita tñ ut iter minas diuturne famis uestigia cernerent:hoiem deniq̃ (ut Plautꝰ idẽ ait)neq̃ ieiuniosiorem neq̃ magis effractũ fame vidi:nec cui minus pcedat qcqd facere occepit.Postremo dũ e cõspectu in Angiportũ deflexisset:ut Piraticũ uelut Scalmũ latebris euaderẽ:vidi illũ in trãsitu fumi globos per nebulas exhalãtẽ:ceu Caci speluncã:aut quãlibet eolicarũ isularũ p̃terueherer:Audiui nescio quẽ tremulũ atq̃ cõfusuz illi e faucibꝰ erũpẽtẽ sonũ:qd dicere uellet ignoro tã cõcisim v̇ba frãgebat:sed puto pprios pedes ac scapulas:illo Satyrico solaret elogio:durate atq̃ expectate cicadas.Habes qd optabas:maledicum me fecisti.Uale.

C Frãcisci Petrarche ad Thomã Messaneñ.In eundẽ senẽ dialecticum inuehentis.Epistola. XI.

A e Ecce iterũ tẽptamur.Dialecticꝰ tuus ut scribis qescere nõ põt:miraris?Mirarer ego si qesceret:cuius gl'ia in strepitu & cõuitijs sita est.Sed bñ hẽt q nec ille scribere aliqd nouit: nec ego eum hinc exaudio.Ita & aures interiecto maris ac terrarũ spatio:& oculi mei illius ignorãtia tuti sunt:totũ iportuni collocutoris pondus in tuũ caput refundit:Et merito:qm̃ l'ras meas dialecticis ostẽdisti.Ex oibus sane que de illiꝰ raucissimo latratu collegisse te dicis:hoc p̃mũ erat & maximũ:q artificiũ nostrũ oiuz minime necessariũ dicit.Ecce iã virus qd in alijs l'ris minabat euomuit. Sz est ne hoc qd in studia nr̃a se inuecturũ p̃dixerat?Preclare qdẽ.Artificiũ inqt uestrũ ex oibus

Dialectici gloriã in strepitu & conuitijs sitã esse

minime necessariũ:Primũ de artificio viderenꝰ:

B Nescio eniz qd artificij nobis attribuat:sz puto de poetica eũ itelligere.Hãc minime necessariã dicit: nõ inficior:Idẽ eniz videt & nostris.Nãq̃ ais natũ inuentũq̃ poema iuuãdis:& Flaccꝰ ipse testat: & res ipsa docuit poeticã delectatiõis tq̃ ornamẽto esse:nõ necessitati editã.Uiuat ergo dialecticus tuus & cornutis sp affluat sillogismis:qm̃ & nobiscuz sentit & nõ est ignarus oium ut rebar.Sz nequaq̃ his terminis cõtinet torrẽs & feruidũ ingeniũ.Quid ergo?Rapidũ enthymema cõtorquet. Si minus necessaria inqt & minꝰ nobilis:o q̃ male tegit insania.Iã se nõ dialecticũ mõ:sed phreneticũ ostẽdit.Ergo sutrina & p̃strina:& vilissimaruz mechanicarũ artiũ:si necessitas nobilitare illas potest:nobilissime oium fient.Philosophia aũt & relique oẽs quecũq̃ beatã atq̃ excultã & ornatã vitã faciũt si necessitatibꝰ vulgi nil cõferũt ignobiles O doctrinã nouã & exoticã ipsiq̃(cuius nomẽ infamãt)Aristoteli incognitã.Ille enim ait:Necessariores qdẽ oẽs:dignior v̇o nulla.Legat p̃mũ Methaphisice librũ & inueniet.Sed ignota regione uerũ sequi & scrupuloso tramite senem ire iubeo: non paruus labor.Uale.

C Eiusdẽ Francisci Petrarche Liber secũdus Epistolarũ de rebus familiaribus incipit.

C Frãcisci Petrarche ad Philippũ Cauallicensem epm:Eundem propter obitum amãtissimi fratris acerbo dolore merentem:cõsolantis. Ep'la.XII.

A i Agens scribẽdi negociuz mihi nunc adimit v̇tus tua.Ut enim corpis:sic animi grauius affecti:difficilior cura est:Utriq̃ aũt sano aut nullis aut plane leuioribꝰ remedijs est opus.Utq̃ illic medico:ita hic cõsolatore minus(immo v̇o nihil)est opus:Tecũ ergo vir optime accuratiꝰ agerẽ si te fregisset aut strauisset aduersitas:Nũc cuz fortune ipetũ forti aio tuleris:ɔsolatoris mihi partes eripiens:laudatoris ac miratoris officiũ reliqsti:qua in re:ut dicebã:oposioris stili mihi materiam p̃cidisti.Cõsolatio eniz:ut mesti auditoris animũ penetraret:eget multa uerboꝝ maiestate:eget grauibꝰ aiosisq̃ sentẽtijs:Uirtuti testimoniũ simplex & incultũ sufficit:nec oportet ueritatẽ rerum fictis adũbrare coloribꝰ:qm̃ virtꝰ ipsa sibi plaudit: & pprio cõtẽta p̃conio:alteriꝰ theatri strepitũ nõ reqrit.Uenerã ad te nup acri rumore pculsus imature mortis amãtissimi fratris tui:& q̃ concussus eẽt animꝰ tuus:ex mei pectoris mãsuetudine metiebar:nec cogitabã quosdã ictus iualidis tyrõibus fuisse mortiferos:quos spreuisset fortis & exptus miles:quosdã alieni sanguinis effusione pterritos exclamasse:ingemuisse:expalluisse:sepe in extasim ɔcidisse:cũ tñ iteri quoꝝ ille pectoribꝰ emanabat: taciti & itrepidi starẽt siccisq̃ oculis vulneꝝ suorũ fluẽta cõspicerẽt.Uenerã itaq̃ mestꝰ & ad bñ ualẽtẽ:medicꝰ eger accesserã:Inueni faciẽ tuã iter affectũ debite pietatꝭ ac decorẽ ppe hõestatis fraterne cõpassiõis:& virilis animi signa p̃ferẽtẽ:Utrũq̃ mihi placuit:alterũ mansuetudinẽ:alterũ sapientiã tuã decet.Humanũ est in morte suorũ pietatis testes lachrymas fundere:Uirile est modum illis

imponere:easq; cū aliquādiu fluxerint coercere. Id te utrimq; qua decuit implesse vultus tui habitus designabat. Accesserunt τ uerba maximorum plena sensuū:ex qbus ego qui cōsolādi ꝓposito ad uenerā:nō tā tibi opē meā necessariaʒ cognoui:q̄ʒ ipsa solamē curis meis elicui. Nihil ergo ꝯsolātis in morē locuturus:Laudo:probo:admiror τ stupeo magnitudinē animi tui:Fratrē optimū amisisti:Immo ꝯo nō amisisti:sed in patriā ꝑmisisti:ad
B quā tibi quoq; ueniēdū est. Sed loquamur ut vulgus:non sentiamus ut vulgus:fratrē amisisti:non amisisses nisi foret ille mortalis. Querela est igiẗ nō de vnius hois morte:ſʒ de mortalitate nature: que nos ea lege introduxit in hanc vitā:ut egrederemur ad reuocātis imperiū:At reuocauit ante tēpus:τ precipiti edicto fecisse videẗ iniuriā:Nullū hic ꝑfinitū tēpus est sine termino debitores sum⁹. Si essemus in diē obligati:possem⁹ utiq; differre tergiuersari:τ exactricis auaritiā culpare:nūc de celeritate cōqueri nō possumus quasi ante diē repetaẗ:qđ statim ut accepim⁹:debuim⁹. Sed poterat ulterius viuere:poterat τ citius mori: poterat τ aliter mori:τ q̄ʒq̄ʒ honesto viro nulla mors possit inhonesta cōtingere:poterat tū durius mori. Iste ꝯo sic vixit:sic mortuus est:ut deo grās agere debeas:τ qđ talē dedit:τ qđ taliter abstulit. Et si fata rerū humanarū ac uarietatē casuū recognoscas nō solū nō lugebis:ſʒ fortassis etiā gaudebis extinctū:Sepe eni mors labores vite ꝑsentis itercipit: sepe ꝑoccupat. Quis anxietates:sollicitudies mūdi hui⁹:qs miserias:qs erumnas τ tot ꝯtumelias fortune:qs animi corpisq; ꝑicula:τ in utrūq; ius habētium morborū turbas enumeret? Quib⁹ τ si oib⁹ ꝑmimur:semp tū subiacemus:donec nos ab eorū potestate supma dies exemerit. Ab his oib⁹ itaq; frater tuus bn̄ficio tēpestiue mortis imunis est. In hoc aūt pater benignissime fallimur: τ nimis vulgariter erramus:quod moriētes dicimus vite cōmodis abduci:qui tū sigs altius cōsideret: ab innumerabilib⁹ malis morte discedūt: Qđ facillime possem τ auctoritatib⁹ τ ratiōibus τ exēplis ostēdere:nisi q: longū sermonē epistole breuitas nō capit. Iam ergo felix adolescēs ista nō metuit:euasit eni hinc τ modicuʒ discessit a nobis:tamē sui nominis odorē post se linquēs:ut non parua dulcedine memorantiū sensus τ corda ꝑmulceat.
C At hoc inquiet qspiā dolemus q: bonum nobis τ egregiū virū mors ꝑripuit:Laus eniʒ defunctorū quadā dāni memoria:lachrymas viuētib⁹ excutit: τ incōsolabilē gemitū parit irreparabilis iactura. Nō suʒ nescius:hoc a plerisq; dici solere:Ego aūt (ut viua uoce tecū dixisse memini)lōge aliter existimo. Agebaẗ ad suppliciū Socrates iniqssimis iudicū sentētijs:eoq; animo ibat ad mortē quo steterat semp in vita:magno qdē erat recto:τ qui fortune iugū ferre nō posset:letus erat q: tyrannorum minas quas viuēdo desperaerat:moriēdo relinqueret. Huic tali cōstātia porrectū sibi a carnifice ueneni uasculū:iam labijs applicātē:multū dispariter affecta uxor auertit:cuius inter cetera feminei ululatus cōmiseratio viri erat:qđ is iustus atq; innocens moreret. Quod ille audiēs: τ a potu tantisper in uxorē uersus:Quid ergo? An tu ingt satius putabas nocētē τ iniustū mori? Hoc ille qdē elegāter ut reliqua. Ego itaq; ut vn̄ discesserā reuertar:a plurimorū opinionib⁹ auersus:sic censeo lugēdā esse malorū mortē:que aiam simul τ corpus interemit:cōtraq; bonorū exitū gaudio ꝓsequendū:q: eos deus ex hac ualle miseriarū misericorditer eruens ad letiora traduxerit. Nisi forte fratris tui mors ideo acerbior visa est:q: eū ꝓcul a finibus patrijs inuasit. Sed nō sumus usq;adeo rerū ignari:Scimus a poeta uerissime dictuʒ esse:q: omne soluʒ forti patria est:Et tū hoc ꝯo uerius est quod ait Apostolus:Nō habemus hic manētem ciuitatē:sed aliam inqrimus. Uideñ hec sibi inuicem aduersa:sed non sunt. Quisq; pro diuersitate loquentiū:satis breuiter quod sentiebat expssit:τ q̄uis aliter atq; aliter:uterq; tū uere. Si poetam sequeris:nō potuit frater tuus extra patriā suam mori. At si credis Apostolo:τ omnes extra patriā morimur:ut sic tādem in patriā reuertamur. Et sane utramuis sentētiaʒ sequaris:nihil inuenies:cur de fatalis ꝯone distātia cōqueraris. Detur fortasse viuētibus ut qbusdā seu honestis affectib⁹ seu turpibus inducti:locū vnum alteri ꝑferendū esse contendant:morientiuʒ certe nihil interest ubi potissimum moriantur:Et si cui cōtrariū videtur:adhuc se nutricis τ muliercularuʒ erroribus imbutū norit. *(margin: Omne soluʒ viro forti patria)*
D Interrogat⁹ philosophus ubi sepeliri mallet: Nihil sua itērest respōdit:Undiq; eni:ingt:ad iferos tātūdē vie est:Nos qb⁹ ascēdēs Christus in celū: ascēdēdi speʒ reliquit: dicam⁹ aliter: Quid refert utrū in Italia:an in Gallijs:an in Hispanie finib⁹: an in rubri maris littorib⁹ iaceam⁹? Undiq; ad celum tātūdē vie est. Illa nobis via calcāda est:arta qdē τ difficilis:ſʒ ducē habem⁹:quē sequētes aberrare nō possumus. Si ad illā viā spectam⁹:quid ad nos ꝑtinet ubi hāc corpoꝝ sarcinā deponam⁹? Nisi suspicari libeat difficiliorē futurā esse lōge iacētiū corporū reassumptionē in die nouissimo. Sʒ hoc religiosissima τ uere tali digna filio:mſier nō timebat:que moriēs ordināsq; de sepulchro:Ponite ait hoc corpus ubicūq;:Nihil nos ei⁹cura cōturbet. Interrogataq; nūqd nō ꝓcul a patria mortē formidaret? Uide qd respōdit:Nihil est ingt lōge deo:neq; timēdū est ne ille nō agnoscat in fine seculi:vn̄ me resuscitet. Hec mulier illa catholica: nos qui τ catholici sum⁹ τ viros pollicemur:nunqd muliebri⁹ sentiem⁹? Sʒ scio qd acerrime lugeāt supstites in mortib⁹ amicoꝝ:q: videlicet nunq̄ʒ eos reuisuri sint:quos summo amore dilexerūt:Paganorū sit ista crudelitas:eaq; nō omniū:sed eoꝝ tū qui animos putāt cum corpib⁹ iterire. *(margin: Undiq; tantū dē vie eē ad inferos)*
E Certe Marcus Tulli⁹ quē paganum fuisse:sicut notissimū:ita dolendū est:credens animam immortalem τ gloriosis spiritibus post hanc vitam celeste habitaculum patere:non hec opinabatur. Nunq̄ʒ eni Marcum Catonem illum senem induceret: in eo libro qui inscribitur Cato maior:sperantem: τ uerbis talibus utentem:O preclarum diem cum in illud diuinorum animorum consilium cetumq; proficiscar cumq; ex hac turba τ colluuione discedam: Proficiscar enim non ad eos solum viros de quibus ante dixi:sed etiam ad Catonem meum: quo nemo vir melior natus est:nemo pietate prestantior. Et rursus eodem loco quidem inquit: Efferor studio patres uestros quos colui τ dilexi videndi:neq; eos soluʒ cōuenire habeo quos ipe cognoui:sed illos etiā de qb⁹ audiui τ legi τ ipse ꝯscripsi. *(margin: Dictum catonis de imortalitate anime)*

Hec ⁊ his si[milia] que apud Ciceronē Cato loquit̄:sa
tis qd uterqꝫ crederet testant̄. Illi tñ utcūqꝫ credi
derint:quoꝝ magna ex ꝑte spes inanes ac fallaces
fuerāt:Nobis ab illo qui ⁊ falli non pōt ⁊ fallere
nō nouit:spes certa ꝓstat̄:Illuc tādem quo fratrem
tuum translatum confidimus esse uenturos.Sed
quid interim faciam:dixerit aliquis:desiderio tor
queor:amore lāgueo:auiditate crucior fratrem re
uidendi?Quid facias aliud nisi quod facere solēt
qui casu aliquo a personis charissimis auelluntur?
Memoriam retinent:⁊ absentium imaginem pro
fundamento custodiunt:illos amāt:de illis loquū
tur:illis prosperum optant iter.Idem fac(⁊ cer-
tus sum iam fecisti)frem tum in ea parte cordis ab
sconde:vnde nulla eum pellat obliuio.Illum dili-
ge sepultum ut viuentem dilexisti:uel etiam mul-
to uehementius.Illum coge sepius ad te reuerti
commemoratione pia ⁊ frequenti:Precare iter
ut faustum sibi contingat:⁊ calcatis perfidi hostis
insidijs:uelox in patriam reditus:Neqꝫ enim hec
aut patria nostra est aut fuerat sua:ubi ⁊ nos pere
grinamur adhuc:⁊ eum irritis uotis expectaui-
mus ad meliora ꝓperantem:exilium est hoc:ipse
in patriam profectus est:Oremus ut sospes ⁊ sine
labore perueniat.Id illi prodesse poterit:id aga-
mus:pium obsequij genus est pro defunctis ora-
Lachri- re:Lachryme aūt sunt arma mulierū:viros nō de
mas mu- cent nisi moderatissime forsan atqꝫ rarissime:Alio
lierū eē gn ⁊ fundentibus eas officiunt:⁊ illis non ꝓficiūt
nō viros quoꝝ amore fundunt̄.Si qbus etiam nūc deside-
decere. rij stimulis urgeris:cogita id diuturnum esse non
posse.Breuis est enim hominum vita:ut si ad nos
non sit ille reuersus:nos tamen ad illum oporteat
satis celeriter proficisci.Omnia autem breuia:ut
ait Cicero tolerabilia esse debent etiam si magna
sint.Frater tuus ereptus est mille laborib⁹:⁊ ueri
similiter speratur ad eternam requiem peruenisse:
aut de proximo peruenturus:nos in seculi fluitan
tis agone remansimus.Q̄obrem siquis propter
seipsum ꝙ relictus est deflet:videat ne merito pos
sit audire Tullianum illud:Suis icommodis gra
uiter angi non amicum sed seipsum amātis est.Si
v̄o propter illum:uerendum est ne(ut idem ait)in
uidi magis q̄ꝫ amici sit.Hec non tam ad informa-
tionem q̄ꝫ ad gloriam tuam retuli:quoniam sicut
inceperam:gratis consolatori eterno:tu externa
consolatione non indiges:q̄ꝫ q̄ꝫ quid etiam indigē
ti conferre potuissent:he litterule raptim de are-
F scentis ingenij scatebris expresse.¶Superuacuū
est deinceps illorum exempla subtexere:qui suoꝝ
mortem fortiter tulisse memorantur.Et tamen ut
intelligas quorum ego te numeris ascribo:tanto-
qꝫ fretus comitatu hereas in incepto:quantum me
moria complecti potuero(pauci enim libelli me in
hanc solitudinem sunt secuti)aliquot nobiliora ex
empla ex omni copia uetustatis interseram.¶Emi
Pauli lius Paulus vir amplissimus ⁊ sue etatis ac patrie
Emilij ꝯ summum decus:ex quatuor filijs preclarissime in-
stantia. dolis:duos extra familiam in adoptionem alijs dā-
do ipse sibi abstulit:duos reliquos itra septem die
rum spatium mors rapuit:Ipse tamen orbitatem
suam tam excelso animo pertulit ut prodiret in pu
blicū:Ubi audiente populo Romano casum suum
tam magnifice cōsolatus est:ut magis metuere ne
quem dolor ille fregisset q̄ꝫ ipse fractus esse videre
tur:ex quo non minorem:iudice me:gloriam cepit
q̄ꝫ ex triumpho quem illis diebus speciosissimum
egerat:Per illum enim Macedonie:per hoc mor
tis ac fortune victor apparuit.¶Pericles Athe- G
niensis dux itra quatuor dies duobus filijs orba- Peric[lis]
tus:non solum non ingemuit:sed nec priorem frō- ꝯstātia
tis habitum mutauit.¶Cato senior ille(cuius su- Catōi[s]
pro mentionem habui)quantum laudetur ab om- fortitu[do]
nibus nullus ignorat:qui modo uel tenuiter nouit do i m[orte]
historias(quodqꝫ maius est)sine ulla historiarum te filij.
notitia:Sic iam apud cunctos huius nois fama
percrebuit:ut eo audito vir quicq̄ꝫ ad sapiētie sū
mam adijci posse videatur.Ita fit ut nō magis ue
terum iudicio q̄ꝫ modernorum consensu Cato sa-
pientissimus habeatur.Atqꝫ inter multa preclara
hominis illius nihil singularius admiramur:q̄ꝫ
ꝙ mortem filij optimi viri modestissime dicit̄ tu-
lisse.¶Xenophon filij morte nunciata sacrificium Xeno-
(cui tunc intererat)non omisit:Coronam tantum phōti[s]
quam capite gestabat deposuit.:mox interrogans exēplū
diligentius atqꝫ audiens quod strenue pugnans
cecidisset:coronam ipsam capiti reposuit:ut osten
deret de cuiq̄ꝫ morte non dolēdum:nisi turpiter ⁊
ignaue morientis:quo metu uerisimile est:virum
sapientem uereqꝫ Socraticum:ad primum nuncij H
relatum deposuisse coronam.¶Anaxagoras mor- Anax[a]-
tem filij nuncianti:Nihil inquit nouum aut inexpe gore
ctatum audio:ego enim cum sim mortalis sciebam emplū
ex me genitum esse mortalem.O uere dignum ho
mine responsum.Q̄ꝫ multi sunt e medio etiam gre
ge philosophorum:qui ⁊ si nature conditionem am
plecti simularent:tamen peruersum moriendi ordi-
nem taciti non tulissent:Anaxagore v̄o nihil inopi
natum poterat contingere:Cogitabat enim assidue
(quod est apud Senecam)omnia ⁊ mortalia esse:
⁊ incerta lege mortalia.Quodqꝫ alio quodam lo-
co ait idem:Sciebat sibi omnia restare:Ideoqꝫ
quicquid factum esset:dicturus fuerat sciebam.
Multa nunc ultro equidem constantie similis ex-
empla se offerunt:sed epistole modus plura non
recipit:finem igitur imponam.Et si cui forsan pa-
tientia tua ab his laudatissimis actibus aliena vi-
debitur propterea ꝙ tu non filium perdideris sed
fratrem:equo animo patiar vnumquenqꝫ sentire
quod opinio sua fert.Ego quidem in meipso alte-
rum casum dumtaxat exptus sum:filij amissionem
non noui:At fraterne necis vulnus excepi:de hoc
certius loqui possum:Nihil itaqꝫ contendo:neqꝫ
luctus inuicem confero:sed illud scio:sepe facilius
amissum filium restaurari posse q̄ꝫ fratrem. Uale.

¶Francisci Petrarche ad Philippum Cauallicen-
sem episcopum:Eundem de obitu insepulti amici
consolantis:Illudqꝫ Poete allegantis:Facilis ia
ctura sepulchri:Non pauca etiam de uarijs sepeli-
endi ritibus narrantis. Epistola.XIII.

Micum bonum perisse tibi doleo:sed ma A
a gis in te rectum perijsse iudicium indignor
Neqꝫ enim aut te ipse satis viriliter:ne di
cam philosophice consolaris:aut illum qua flen-
dus est defles:si modo quisq̄ꝫ viri fortis exit⁹ non
inuidiosus potius q̄ꝫ miserabilis videri pōt. Nā
(ut epistole tue sensum breuiter stringam)non tam
mihi videris aut damnū tuum aut amici parūper
festinatam mortē(ubi parcere possem:vulgato for
sitan errori)q̄ꝫ genus mortis atqꝫ ihumati corpis

iniuriaz:iactatū mari egyptio cadauer deplorare: hanc non vulgarem magis q̄ anilem querimoniā ferre non ualeo. Nonne enim queso de genere sepulture taz scrupulose sollicito illud occurrit: Sepulchri facilem esse iacturam? An Maronei uersiculi nil aliud clamantis oblitus es: qui adeo pueris etiam notus est: ut iam in prouerbium abierit: q̄ si ad mortem respicis: falleris: si per hanc felicē aut miserum fieri putas? Satis est notus uersus alterius poete: Non fit morte miser. Uita est que miseros facit & beatos: quam qui usq̄ ad extremi fugam spiritus bene egit: nullo eget amplius: felix est: securus est: in portu est. Quid ergo ad summā felicitatis huius pertinere arbitraris: utruz tellus illum opprimat: an pelagus uoluat: an flamma cō sumat? Sed quoniam te de sepultura singulariter prec̄ oibus anxium intelligo: quanto tu beatiorē estimas hunc tellure demersum: q̄ illum alterum fluctibus obrutum? Propter vnius credo Uirgiliani carminis horrorem: quia scilicet: Unda feret piscesq̄ impasti vulnera lambent? Quid autem si alterius vulnera rabidi canes absumpserint: si famelicorum grex luporum effossis tumulis membra discerpserint? Respōdebis (ut arbitror) & hos itidem infelices. Ita iam ex oibus felices erunt: quibus inconcussa cōtingit requies sepulchri? Nihil hac opinione puerilius: cum enim cuncta prouideris: negata beluis viscera: infestis uermibus negare non poteris. Jam cernis qui contactū pulcherrimorum fortassis animalium formidabas: quid a turpissimis necessario sis passurus: Uerum ista non adeo metuuntur: quoniam usu iam quotidiana sunt. Uides itaq̄ (qd̄ sepe dicere soleo) nec mea solum est: sed illustrium philosophorum sententia: Quicquid in hac vita patimur molesti: non tam ex ista rerum natura: q̄ ex nostre mentis imbecillitate: siue (ut eorum etiam uerbis utar) ex opinionum peruersitate procedere. Noua timemus: usitata contemnimus: Cur queso nisi quia in altero mens inermis improuisa rerum facie turbatur: in altero frequenti meditatione rationis clypeum fabricata est: quem asperitatibus cunctis opponeret. Respice nautarum morem: q̄ equo animo patiuntur corpora suorum in fluctus effundi. Unum de multis exemplum illustre non sileo: Lambas de Auria: vir acerrimus atq̄ fortissimus: dux Januensiuz fuisse narratur: eo maritimo prelio quod primum cum Uenetis habuerunt: omnium memorabile (que patrum nostrorū tēporibus gesta sunt) qui hostili classe conspecta ubi pugnandi horā ad uenisse cognouit: numero licet inferior: tamen suos pro tempore magnifice ac breuiter adhortat⁹: manum cum hoste conseruit. Cumq̄ in eo cōgressu filius illi vnicus florentissimus adolescens qui paterne nauis proram obtinebat: sagitta traiectus: primus omnium corruisset: ac circa iacentem luct⁹ horrendus sublatus esset: accurrit pater & non gemendi inquit: sed pugnandi tēpus est. Deinde uersus ad filium postq̄ in eo nullam vite spem vidit: Tu ꝟo inquit fili nunq̄ tam pulchram habuisses sepulturaz si defunctus esses in patria. Hec dicēs armatus armatum tepentemq̄ complexus: proiecit in medios fluctus. Ipsa ut mihi quidem videtur calamitate felicissimus: cui talem casuz contingit tolerare tam fortiter: Factū nempe eius ac uerba accensis animis egregiam illo die victoriaz peperere. Nec minus ideo pius est habitus: q̄ si incumbens cadaueri ac muliebriter ingemiscens: in eo precipue rerum statu: cum summo sue reipublice discrimine torpuisset. Tu genas vnguibus fode res: tale aliquid in tuis videns: nō tam ꝑpter mortis dolorē: q̄ propter ignominiaz sepulture. Nautici ergo hoies qd̄ amicis cariturí sint dolent ut ceteri: qd̄ mare illos habeat: equabilius ferūt: Idq̄ euenit: quia talia perpeti longa consuetudine didicerunt. Quid igitur indigner cum Cicerone: plus usum posse q̄ rationem? Poterit nauta rudis sine lachrymis cernere: quia consuetus: qd̄ tu philosophus non poteris ratione fretus: & tot bonis artibus instructus tantorum exemplorū copia suffultus? ¶ Aiaduertere licet ex historijs multiplices hoiuz ritus in sepulturis & ab usu nostro multipliciter abhorrentes. E quibus quosdam suorum corpora domi seruare summo studio condita: quosdā ea bestijs obijcere solitos: ad id vnum pro singulorum facultatibus multo ante comparatis ac nutritis & generosi canis aluum optimum sepultura genus opinari: quosdam ꝟo per seipsos deuorasse legimus. Artemisia illa Carie regina: ꝯiugalis amoris exemplum inter cuncta celeberrimum: nihil habuit qd̄ viro tam dilecto dulcius p̄staret: q̄ ut defunctum viuo conderet sepulchro: Redactuz eniz in cineres summaq̄ parsimonia reseruatuz paulatim potui superfundens bibit: & amato corpori tale sui corporis hospitium dedit. Nec illud modo queritur recte ne id fecerit: Illud potius agitur: ut intelligas omnium quibus angimur: in opinionibus: non in rebus esse: Inq̄ his gignendis: alēdisue consuetudinem posse q̄plurimum. Illa virum quem amauerat consumpsit: tu si quam ex nostris mulieribus idem facientem videris: obstupesces & abomiatiōe spectaculi oculos auertes. Fiat idē ubi fieri solitū est: nec humanitas nec isignis amor sed vulgare obsequiuz dicet. Nō oportet pegrina congrere: maiorib⁹ nostris in hac ipsa Italia mos fuerat suoruz corpa flāmis exurere: quē morem & historiaruz fides & usq̄ ad nostrā etatē inuēte sub terrā urne cū cineribus testant: Neq̄ tn̄ ea ꝑpetua sta cōsuetudo est. Ante eniz (ut nūc) toti humabantur: donec id remedij genus inexplebili odio bello rū ciuiliū: in sepulchra etiā seuiente cōmēti sunt: se q̄ ope flāmaruz hostili ludibrio subducere. Itaq̄ Scipiones: ut qui merito se reipublice charos scirent: oēs integri iacuere. Nec oino ullus in gente Cornelia ustus est: ante Luciū Syllā dictatorez. Is p̄mus oiuz cōtra familie sue morez: multorum sibi cōscius odiorū: corpus cremari suū uoluit: nominatiz ueritus (ut ferūt) ne in se Mariana factio post obitū auderet: qd̄ ipse ausus fuisset in Mariū Ualuit exēpluz: secutiq̄ sunt factū: qbus facti ratio nulla erat. Sed postq̄ cremādi mos inualuit: usuiq̄ sua esse cepit auctoritas: tū demū qd̄ remediū fuerat: decus fuit: & ex illo probrū ingēs visuz supremis ignib⁹ caruisse. Hinc laudata pietas que pauculis lignis collectoris in littore niliaco: truca tū ipie magni Pōpeij corpus cremare nō tā potuit q̄ uoluit: Inde sibi partū nomē. Quis eniz Codrū hūc nosset: nisi Pōpeij mēbris faculas inferētē? Ille āt Codrus Atheniensis alio pietatis genē & ꝑpria morte cognoscit. Nunc defunctos cōbu-

D Attēde sepultu re uarie tatez ex gentiuz diuersitate

E

rere:extreme fuerit uel iniurie uel vindicte.Unde
hec in vna eademqꝫ gente uarietas?Nimirum de
cursu temporis:mutati mores:opiniones homi-
Mores p tpis cursu i-mutari. num alternant. Nec rursus id quero de quo ma-
gnos interdū viros differentes audiui:Uter eē se
pulture modus honestior:ne quē maiorib⁹ nostris
memoriam:quemqꝫ multis adhuc gentibus serua
ri fama est:lege addita:que sepeliri hominem in ci
uitatibus uetat quibusdam paucis admodum ex-
ceptis:quos singularis virtus legibus solutos fe-
cit:cuius tertio de legib⁹ meminit Cicero:An hic
noster quem a uetustioribus resumptum christia-
ne religionis usus obtinuit.Non ea mihi nunc cu
ra est:Id potius quod agebam perago:Ideo mul
ta nobis horribilia videri:quia consuetudine lōga
uarios cōcepimus errores:que apud alios diuer-
sa consuetudine nō timentur.Si vō tu mihi(quod
professionis tue proprium est)ceteris spretis:ueri
tatem regum non vulgi rumoribus:sed insita ratio
ne quesieris:Inuenies virum sapientem:opinionē
ab erroribus auertere:⁊ aut miserari delirantium
greges aut ridere.Uale.

¶Frācisci Petrarche ad Seuerum Apeninicole
Exilium non multifaciendum exhortantis:⁊ quis
proprie exulare dicatur. Epistola.XIIII.

A
Exiliuȝ vn̄ dicatur e Xilium ⁊ si ab exiliendo tractum rear:uel
ut Seruio placet:ab eo quod quis extra
solum eat:non tamen exilium esse nisi inui-
to accidat annuerim:Alioquin sepe a regnis suis
reges exulant:eoqꝫ maxime tempore:quod proro
gandis tuendisqꝫ regni finibus ⁊ propagande glo
rie impenditur:quando nemo illos exules dicere
audeat:nisi a quo ratio omnis exulauerit:qppe cū
nunq̃ uerius:⁊ sint ⁊ dicantur reges.Aliqua er-
go vis dolorqꝫ aliquis interueniat:oportet:ut exi-
lium uerum sit.Id si recipis:iam cernis in tua ma
nu situm:utrum exul an peregrinus sis.Si lachry
mans:si mestus:si deiectus exiuisti:exulem te pro
culdubio noueris.Si vō nihil proprie dignitatis
oblitus:neqꝫ coactus sed libens:⁊ eodem habitu
frontis atqꝫ animi quo domi fueras:iussus exire
paruisti:peregrinaris profecto:non exulas.Nam
⁊ in ceteris formidatarum rerum generibus inue
nies neminem esse miserum:nisi qui se miserum fe
cit:Sic pauperem:nō rerum paucitas:sed cupidi
tes facit:Sic in morte(que exilio simillima est)nō
tam rei ipsius asperitas q̃ trepidatio ⁊ opinionis
peruersitas nocet:quibus amotis multos aspicies
non modo equanimiter sed lete etiam ac feliciter
morientes:Ex quo nimirum intelligitur non eē ne
cessarium sed spontaneum mortis malum.Nec in
re ipsa sed totum in obliqua mortalium existima-
tione repositum:quod nisi ita esset nunq̃ in pericu
B lo pari tanta esset imparitas animorum.Eandem
qꝫ rationem video exilij:quam ceterorum omniuȝ
non in illo sed in nobis esse quo vincimur:Opinio
nem scilicet que ubi paululum a ueritate deflexe-
rit:mox innumerabilibus iactatur erroribus:ut
ad uerum difficillime redeat:seqꝫ nisi multum ad-
iuta non erigat ad intuendum proprie originis ma
iestatem.Ut enim ceptum persequar:quid exiliuȝ
queso?Ipsa ne rei natura aut intermissio dilectaꝝ
personarum?An indignatio potius ⁊ impatiens
desiderium animi languentis exasperati?Or si tu
mihi quicūqꝫ a patria absūt exulare sine ulla disti-
ctione firmaueris:rari ergo non exules.Quis eni
hominuȝ nisi desidiosus ac mollis aliquotiēs aut
visendi auidus:aut discendi studio:aut illustran-
di animi:aut curandi corporis:aut amplificāde rei
familiaris proposito:aut necessitate bellorum:aut
sue reipublice:seu domini:seu parentis impio:do-
mum liquit ⁊ patriam?Cur autem ita peregrinan
tes non miseri omnes sunt:nisi q: restiterūt:nec im
pelli seipsos in miseriam passi sunt.Eque eteniȝ ca
ruerūt ꝯiugio:liberis:cognatis:parētib⁹:amicorū
cōuictu:amate urbis aspectu.Horum tm̄ omnium
desiderium lenijt modestia:⁊ solamen aliquod in
uenit absentie.Sed ⁊ multum profuit spes redit⁹
Nunq̃ iuissent tam constanti animo:nisi se reditu
ros in patriam credidissent.Sit ita:Tibi vō spem
quis abstulit:presertim cum hec sit vna ex omnib⁹
que ab inuito non eripitur?Pellitur in exiliuȝ vir
bonus ad tyrāni nutum:spoliatur rebus omnibus
in carcerem mittitur:detrūcatur:laniatur:occidit:
insepultus abijcitur.Inter tot minas atqꝫ impet⁹
fortune:cum cogamur ad cetera:ad desperandum
nemo compellitur.Uidimus in exilium missos p̄-
usq̃ ad destinatum peruenissent:immenso p̄rie de
siderio reuocatos:Alios vō post tempus tanto cū
honore:tantaqꝫ ciuium penitentia reuersos:ut mi
hi felices tali exilio viderent.Quosdam ab extre-
ma inopia ad summas repente diuitias:quosdam
ex carcere ad imperium peruenisse.Nōnullus col
lum subduxisse securibus morti prereptos ⁊ pro-
spitati eximie reseruatos.Nemo vnq̃ tam iniquo
loco iacuit ut non ei liceret oculos attollē:Nemo
tam deploratum rerum suarum vidit exitum ut p
hiberetur sperare meliora.Ciceronem ab exilio
Roma reuocauit diebus paucis:egregij ciuis pre
sentia carere vix potuit.Reuocauit ⁊ Metellum
cui cum in spectaculo Trallib⁹ sedenti honorificen
tissime littere senatus ⁊ populi Romani nomine
redderentur:nihil in letitiam uersus:eodem vultu
fuit quo menia urbis exierat:Uir nec digressu fra
ctior:nec insolentior reditu.Illic patrie furori ces-
sit:hic desiderio paruit.Illic modestus:hic pius:
utrobiqꝫ memorabilis.Temptauit pari facilitate
Rutilium:sed ille durior mā̄sit:⁊ patriam reditu
censuit indignam suo.Eadem fuerat sors Marcel
li:euentus longe alius:qui dum reuocatus a Cesa
re:summo desiderio bonorum omnium redīēs:in
hostem incidisset:effectum est:ut in locum predul-
cis expectationis:publicus luctus incederet:cui
mortem tamen illam nunq̃ exilio difficiliorem fu
isse crediderim.Una est enim virtus:que uarijs li
cet asperitatibus perferendis:animos armat atqꝫ
instruit.Fuerat autem hic in exilio talis:ut magnū
sui preberet indicium:qualis futurus esset in mor-
te.De quo non tacebo quid in libro de virtute ad
Ciceronem Brutus refert:vidisse se eum videlicet
Mitylenis exulem:tam infracto animo tāqꝫ aui-
do bonorum studiorum:tam deniqꝫ feliciter beate
qꝫ disposito:ut non ille sibi:q̃uis longe relegatus
sed ipse potius exul cum ab illo discederet videre-
tur.Addit etiam Gaium Juliam Cesarem:qui si-
bi ⁊ exulandi auctor fuerat:⁊ postmodum redeū
di fuit per ea loca transeuntem:uerecundia permo
tum super exilio tanti viri:urbemqꝫ ideo ubi ille
tūc erat de industria preteruectum.O gloriosum
exulem:cuius exilium potentissimorum ciuiuȝ al-

ter suspexit:alter erubuit. Sit Cesar mundo terribilis: Brutus & Cesari:utrunq3 tamen reuerentia cepit exulis Marcelli. Quis exilium tale non cupiat:immo uero quis exilium: quod ipsis patrie dominis inuidiosum est? Illos commemoro quos penitētia ciuium reduxit. Quā multos autem fortuna restituit? Nunq̄ Camillū Roma uocasset:fors illi & excidium urbis:quis crederet:ac fremēs per Italiam transalpinarum gentium furor:viā fecit ad reditum:ut esset vnus (vir memorandum) cunctis exulibus & bone spei simul & spectate erga ingratam patriam pietatis exēplar. Atq3 (ut aliquādo ad nostrorum temporū acta trāsgrediar) Mattheus vicecomes Mediolano patria:prepotentis inimici viribus pulsus:q̄diu solus ac profugus & in summa inopia rerum omnium fuit:complorat⁹ a suis:illusus ab hostibus? Quem ferunt die quodam curarum plenum:preter ripam Benaci lacus errantem:habuisse obuium superbi hostis nuncium:atq3 ab eo domini sui uerbis interrogatum:qdnam ibi tam incomitatus ageret? Nil aliud respōdisse nisi se retia tendere. Quod responsum: tunc forte contemptui habitum:breui quid mysterij importarat innotuit. Ita ociosus senex vnus aduersarios suos omnes:ceu totidem pisces esca spei inanis elusos: prouidentie sue retibus circumuenti. Alio quoq3 tempore cum ad eundem nuncius redijsset: & percontaretur irridens:quibus itinerib⁹ aut quando esset in patriam reuersurus? Tranquilla fronte respondit: Tu vero abi:dominoq3 tuo nūcia:ijsdem me rediturum itineribus quibus exiui sed non anteq̄ sua crimina preponderare meis inceperint. Nec fefellit augurium: Siquidem non multo post in immensum auctis hostium sceleribus: quibus insolens dabat alimenta felicitas: Mediolanum illis eiectis victor ingressus est. In qua urbe (ut vides) usq3 in hodiernum diem & nepotes dominantur & filij. Nec in hanc narrationē incidisse ideo videri uelim ut uel tibi uel cuiq̄ viro bono auctor sim aduersus quantumlibet male meritam patriam arma capiendi (satius reor pauperem in exilio mori q̄ libertate turbata nolentibus imperare) sed ut ueteribus & nouis constaret exemplis:non posse per vim exulibus spem auferri. Et si animos difficultatibus obsessos ad patiendum erigit fortium virorum recordatio: Accipe nunc etiam insigne recensq3 aliud exemplum. Stephanus de Columna summum militie decus: cū in omni fortuna gloriosus:tamen in exilio gloriosissimus & admirabilis fuit: Neq3 enim vna erat eius & ceterorum exulum conditio. Quibusdam extra patriam nobilibus tuto viuere permittitur: hi cum patriam reliquerint:laxiorem retinēt libertatem. Alijs artior dicta lex est ut hoc aut illo loco se contineant:illic habitātibus nil durius expectādum: Huic vero & patria interdictum: & nullus in orbe terrarum tutus locus:nullus in tanta tempestate portus aut refugium: Hostem habuit ut potentem:ita inexorabilem Bonifacium octauū Romanum pontificem:quem armis frangere difficillimum:humilitate seu blanditijs flectere nec possibile quidem esset: Deniq3 quem nihil nisi sola mors vinceret:seuitum est inhumane:petitumq3 modis omnibus immerentis caput exulis: promissionibus:minis:potentia:dolis:auctoritate: pecunijs: ingentia persecutoribus premia fautoribus denūciata supplicia:cum Stephanus nunc citra: nunc trans equora:nunc disiunctissimas utriusq3 maris insulas: Siciliam Britāniamq3:nunc extrema Galliarum solivagus circuiret:egenus interea cūctarum rerum:sed prediues animi: Itaq3 cū apud Arelatē casu quodam in manus explorantium uenisset:interrogatus quis esset: Nomen suum quod dissimulare poterat:multis audictibus dixit:seq3 ciuem Romanū intrepido ore professus est. Quāta autem:deus bone:vnius capitis maiestas que odiosas etiam & armatas manus a furore deterruit. Edicto proposito sollicitabantur reges:ne qs eum foueret hospitio: Cuius obtentu:cum Sicilia decedere iuberetur:eo animo paruit:ut exul in ea prouincia remāsisse:rex abijsse crederetur. Sic illum:sic alios toto persecutionis sue tempore reges vidit tanq̄ ipse rex esset. Altissimo animo nec ullis aduersitatibus cōtracto: & supra fortune fluctus eminente:prosus ut vni sibi dictū videri posset poeticum illud: Aspice securus vultu non supplice reges. Quotiens Rome & per Italiam nunciata mors eius erat:quotiens actum esse de reb⁹ Colūnensium fama fuit: & cum illo viro egregiā corruisse familiam? Nulla usq3 de illo spes preter q̄ in solo ipsius pectore restabat. Nunq̄ tamen inde discessit:quominus diebus ac noctibus uersaret animosa consilia: & omnem laborem obiret imperterritus. Ultro enim in medio rerum suarum discrimen:amicorum bellis interdum:utriq3 partium ignotus interfuit & omnium confessione vni⁹ hominis presentiam est secuta victoria:haud ambigua:sed tibi ipsi q̄ mihi notiora recenseo. Quis ergo miserum dicat hunc exulem:cum quo tantus virtutum comitatus exulabat: quem post decennem sui experientiam in priorem statum uera animi magnitudo non fortuna reposuit? Sed quorsum hec tam multorum exemplorum conquisitio? Ut nemo presenti malo attonitus uenturum opinione preoccupet: & mediocriter graui exilio grauissimum malorum omnium desperationem accumulet:presertim cum non solum virtus operosa ea que Stephanum ipsum in patriam reuexit:sed mutatis sepe populorum moribus:uel dissentio simultatum:uel que feros animos mitigat longa dies: incidens commiseratio non digna patientium:uel ipsa tacite virtutis admiratio:uel impensum ciuibus suis obsequium:uel publice necessitatis occasio: uel aliqua vis fortune finem imponere possit exilio. Ne quis preterea qd ipse depulsus sit:virtutum suarum proijciat ornamenta:graue cogitās preciosissima rerum in exilium ferre cum viliora non liceat. Neq3 enim nouum est ut efferentes gēmas atq3 aurum:urbana predia: & omnem inutilem aut onerosam sarcinam in incendio relinquamus. Quod si aurum inter preciosa numerandum esse persuasum est hominibus:quid tandem de virtutibus iudicandum est? Uilius argentum est auro:virtutibus aurum. Atqui cum non semper in exilium ferre argentum & aurum sinamur quociēq3 ferimus:virtutes & bona animi ferre permittimur. Quod fecisse videmus eos:quorum tibi nūc exēpla proposui:ut ad imitādū exardesceres:nec diffideres fieri posse iterum:qd totiēs fctū est. Licet in exiliū & in carcerē & in mortē ipsam ferre virtutes:

H Licet dixi: immo vo expedit: necessarium est opoꝛtet: Alioqn uere exules sunt qui relictis his abeūt uere inopes: uere infelices & miseri. Nec satis est quantum habueris efferre: plusculum exigit. Uide q̄ accurate viaticum parat peregre pfecturus: copiosioꝛ cupit ee: quo lōgius pergit. Optimum tibi in hac peregrinatione viaticum ex virtutib⁹ constabit: qbus affluentibus etiam si alimenta coꝛporis desint: pauper esse non poteris. Has igitur congrega: his te vndiq̄ fulcias: preclaram tibi fuisse olim scio multarum virtutum supellectilem: nō importuna nec difficilis sed agilis & amena res est: laboriose (fateoꝛ) tāta res querit: ceteruz postq̄ quesita fuerit sine labore circūfertur. Quesiuisti eam ab adolescētia: seruasti eam domi: noli eaz nunc senioꝛ & peregrinus amittere: sed quantum habuisti uel eo ampliorem: quo maioꝛ se ostendit necessitas perfer: q̄q̄ id tibi nolenti sciam euenturum sponte sua viaticum qdem hoc nunq̄ usu cōsumit: sed augetur potius. Est enim ex virtutibus que usu pullulāt & in medijs difficultatib⁹ crescūt: donec possessorem suum ad supremum felicitatis culmē euexerint. Taceo nunc exilij tui non spernēda solatia. Si sub Arcton eternum illud Scythie gelu aut sb ardenti sole inhospitale mundi latus incolere iuberēris: denique ppius licet sed extra italiam pectus haberes foꝛtasse aliquid qd foꝛtune tue posses obijcere:

Laboriose vtutes qrūtur: sz p te facile circūferuntur.

K Nunc vide q̄ digna querela tua sit: iussus es Florētiam ire & illic manere: donec te populus reuocet: Nōne aiaduertis quantas grates agere debeas magistratibus tuis: qui te ocio lōgo consopitum excitarent: & ex diuturna consuetudine materni uberibus herentem abduxerūt: teq̄ ex patria (ut pace tua dixerim) multum impari in ciuitatem floretissimam transire uoluerunt. Hoc inq̄ ꝓtereo: quoniam sic sumus nāliter affecti: ut incultuz licet ac desertum scopulum: ubi natos nos educatosq̄ meminimus: oibus anteponendum terris arbitremur: Quod si aliquādo erroꝛ iste cessaret: ignosceres pꝛofecto foꝛtune: immo vo ueniam peteres q beneficium suum nō ante cognoueris. Adde q duos preclare indolis filios tecum eduxisti: Alterum iuuenem: infantem vo alterum: ppoꝛtunis etatū gradibus distantes: ut scilicet cum illo curaruz sarcinam partiri posses: cuz hoc etiam oblinisci. Hinc presidium vides: illinc solamen pꝛofectionis tue: Hi tibi dulcem patriaz faciebāt. Hos habes: quid requiris aliud? Expectas ut uxoꝛ pudicissima: ut

I parētes optimi: ut blādissime filie reuiuiscāt? Nō illos tibi exilium abstulit sed moꝛs: quam cum totiens insultātem & rerum tuarum dulcissima queq̄ rapientem viceris: non debes exilio vinci: quod te omnia vite poris adminicula & pꝛecipue natos tantorum pignorum reliquias auferre non pꝛohibet: Uerum ego (ut dixi) & hoc solatiuz & oē quod foꝛtune ictibus subiectum est sileo. Scio que patriam abstulit in filios ius habere: redeo ad virtutuz stabiliora pꝛesidia: quas tibi nec ciuium tuoruz decreta: nec impia tyrānorum: nec pꝛedonum violentia: nec nocturni fures eripient. Hec si tecum detulisti: mentietur quisquis te exulem dixerit. Si aūt reliquisti: omnis dies nouuz aliquid quod lugeas feret: omnis locus non molest⁹ tm: sed hostilis: nec exilium modo tibi: sed carcer erit. Uale.

Francisci Petrarche ad eūdē Seuerum Apeninicole: q ipsi superiore epistola nil remedij contulerit dolentis: & ut exilium non egreferat iteruz cōsulentis. Epistola. XV.

Excidisse tibi omnem spem video: quod q̄ e recte patiaris: epistola superiore testatus sum: doleoq̄ nil illam tibi remedij contulisse. Nec satis scio utrum in medico an in egrotante sit vitium: qui si ad salutem peruenire cupis: credulum se consilijs & obsequentissimum medicorū legibus pꝛestare debet. Ego quidem in illa id agebam: ut dimissa patria spem seruares: cuius tanta vis est ut pꝛesentes molestias non sentiat: duz sibi letiora pꝛomittens: uenturum tempus cogitatione complectitur. Quid autem te sperare pꝛohibebat: patrie ne relegantis asperitas? Quenā vo seu quid pꝛoꝛsus est tibi: pꝛeter hoc vnum exilij nomē ablatum illatumue quo doleas? An ad hec tibi clarorum virorum exempla defuerāt? Sed multa ante oculos posui & plurima ponerem: nisi illa perijssent ex quibus agnosceres spem bonaz euētus habere felicissimos. An vo timuisti patriaz tuam sine seuituram: quod tantillum ex solita dulcedine remisisset? Sed an ignorabas: nulli natorū patres esse mitiores q̄ ei quem semel male tractauerint? Nullius amorem magis ardescere: q̄ eius qui erga bene meritam se gessit asperius. Ante magis exterruit edictum patrie: quo penis adhibitis cauetur ne reuocandis exulibus mentio ulla fiat ad populum. Scire autem debes populorum uoluntates: sicut ingressu frementes & uarie sunt: sic pꝛogressu faciles & instabiles fore. Sed est quedaz in animis moꝛtalium: quam & tenuiter video & uerbis consequi nequeo miserabilis & funesta peruersitas: aures obstruentium aduersus salutares consolatorum uoces atq̄ omnibus modis id agentiū ut miseriores fiant: ne ue aliquid quod dolorem leuire possit obrepat: quo nihil excogitari potest: ne dicam dementius esse. Nunc vo quoniam sic te affectum inuenio: ut desperationem reditus tui: pꝛo quadam (ut ita dixerim) uoluptate suscipias: ab illa parte manum retrabam in qua multuz intractabilem medicamenta nil releuant. Quid autem pꝛohibet illorum more qui vno aut altero membꝛo ꝑdito: ne per reliquum coꝛpus infecte partis contagia dilabantur: pꝛoxima circūliniūt: vulneris quoq̄ tui oras ambire: & (ne in totum animum doloꝛ serpat) conquisitis pꝛope fomentis occurrere? Noli queso trepidare: non illuc digitos inferaz ubi tu foꝛsan expectas: Nihil contra opinionem tuaz hodie dicturus sum: Illud potius ne cum vnius rei desperatione: ceterarum omnium subeūte fastidio totius vite tue tranquillitas pereat enitoꝛ: quādo ita vis ut reintegrande tibi spei: nulla mihi spes supersit. Finge itaq̄ in exilio viuendum tibi: in exilio morienduz: Habes credo quod petis: ut me fauente redituz in patriam desperare tibi liceat. Uerum: ut cumulatius mos geratur egritudini tue: indulgebo tibi amplius: non ut in tātum exilio sed toto diuisus ut oꝛbe a terra moriare tua hoc tibi barbara tellus incumbat: plus ego q̄ tuipse dolori tuo permisi: tu letius nihil: ego etiam tristioꝛa pꝛoposui: nec tamen video quid in hac re tam miserum sit: ut virum foꝛtem cogere possit ad lachꝛymas. Certe si aut insani amoris aut ambitionis facibus ardere te crederem que pꝛocul a pꝛia

conflagrature viderentur intensius:uel si exilij comes inopiam sequeretur abeuntem:multa mihi simul contrahēda fuerāt qbus seu blādus illud seu uctosum malum mitigari posset:seu pstari solatiū paupᵣati. Que quanq̄ mihi dictu facilia videri ꝛ tibi auditu credibilia debuissent:nō tamē facile variorum remedia morborum his explicabanᵣ angustijs:Q; tristis enim res:q̄ luctuosa sit iste quē amorem dicimus:q̄ miserabiles exitus inueniat: q̄ fucata ꝛ mēdaci fulgore celata sit:q̄ nihil eoꝝ que pollicet̄ prestare possit ambitio:q̄ magno animo tolerabilis sit pauptas:nō pōt a quoq̄ hominū breuiter dici. In presenti vō quando nec amoris flāmas morum tuoꝝ grauitas nouit:ꝛ si quid olim tale sensisses:iam etas extirit:ambitionis p̄terea suspitionem:bonoꝝ per omnem vitam fuga nō recipit:ꝛ pauptatem remisit patrie pietas:magnus mihi labor uberioris cōsolationis eximitur. Patria tua nullo te alio affecit incommodo:q̄ ut eius careres amplexibus:omnia tua aut tecū sūt aut tibi seruiūt:Nō illa solum dico : que nec eripi poterāt magnanimitatem:modestiam aliasq; virtutes:que sine Bias ille sapiēs(ut Cicero:ut Ualerius:utq; oēs)siue(ut Seneca:ait)Stilbon:incēsa patria pfugus:sua secum se ferre gloriat̄:sed vulgariter intelligo tua:etiam que de fortune manibus accepisti:ueteris enim patrimonij dominꝰ perinde locuples exul excedis ac domi fueras ciuis:Ac nescio:an eo forte locupletior q̄ manētibꝰ diuitijs:sumptus est partior. Accedit q̄ maior ps hominum:nō prius se cadere posse q̄ tota cecide rit:suspicatur:Tu vō nō cecidisti sed impulsus es Integer igit̄ ac rectus sentis iam(ut arbitror) nutare fortunam:ꝛ q̄ fragilibus fūdamentis inheseris:cum tibi magnus videbaris itelligis nec deinceps dubitas:eam que impulit posse psternere: Ita(qd̄ rarissimis cōtingit)exul diues ꝛ cautior uadis ut facile duobꝰ grādibus bonis malū vnū: ꝛ illud exiguum cōsoleris.si qd tum in vita bonū nisi virtus:aut malum aliqd nisi virtutis oppositum dici debet. Uade itaq; securus:nō te repetet patria:nō reuehet casus. At vō qd̄ tantopere defles:exilium ꝛ ptinax illustrabit iniuria:Multos magnos viros calamitas fecit:multos declarauit: neminem ex diuerso miserum fecit aduersitas sed deterit:nec latitare diutiꝰ passa est. Quid palles: q̄si magnum in te ius habeat fortuna? Nō illa ptes iudicis obtinet sed testis:qualis sis in tua potestate est:nō est in illius quale de te testimonium ferat:sed ut ferat tātum:mētiri nō pōt: loqui pōt. Quis aūt nisi culpe sibi cōscius:testē metuit uere locuturum: Nō est que te ad ignauiam cogat: est que digressus tuos dinumerat:patiētiam exerceat:suspiciat aut despiciat pectoris tui robur:demum populo referat qcqd inuenerit. Erige aium discute tenebras errorum popularium:nō pateāt aures tue mulieicularum uocibus : nunq̄ letus eris:nunq̄ securus si te populo regēdum tradideris. Quicqd magna pars hominum aut miratur aut metuit:ridiculum est:qcqd predicat falsum:cōmitte potius te paucorum cōsilijs:nō sūt ut videntur ista terribilia:inter que vulgus exilium numerat:ꝛ si lectio lōga nō pfuit experientia pderit forsasse. Noli semper terram intueri : interdum oculos attolle : cōfestim ueritas occurret:ꝛ exilium nihil eē fateberis:nec peius viuere virum bonum quantumlibet procul a patria:immo vō non posse extra patriam viuere cui totus hic orbis est patria Quid enim refert q̄ diuersa parte cōsistat:ualles qdem ꝛ lacus ꝛ flumina ꝛ colles alios videt:celum vnum est:illi se infert:illuc aium erigit:eo cogitatiōes suas ex omni mūdi parte trāsmittit:nec aliud q̄ sub tecti vnius amplexu ex alio in alium thalamum trāsiuisse se cogitat. Tu quoq;(nisi me am ꝛ multoꝝ spē diutissime fefellisti)Absit ut ad vnum huius immēsi edificij angulum sis astrictꝰ: quo minus ubicūq; terram sub pedibus calcaueris:ubi celum supra uerticem videris:ubi te spirabilis aura pflauerit:patriam tuam uoces. Erit igitur exilij tui:nō solum facilis:sed iucūda cōditio. Cum enim duo sint que hominum affectum ad beniuolētiam excitēt:Uirtꝰ scilicet:qua(ut ait Cicero)nihil est amabilius:ꝛ immerētibus viris inflicta calamitas:quoꝝ primum facit ut amemus mi remurq; claros viros:secūdum ut misereamur afflictis. Alterum in hac tēpestate tibi aderit:alterū adesse videbit̄. Uirum fortem sentiēt oēs : exulem dicēt:Et sane(si qd Tullio credimus)iter oēs virtutes fortitudinis splēdidissimꝰ vultus est : rursus inter hominis erumnas:nō in ultimis numeratur exilium. Aut ego fallor : aut optādum est ne forte recēs hec ciuiū tuoꝝ ira lēescat:ne ue tibi hoc exulis nomē casus aliqs eripiat:in quo miserie nihil: fauoris aūt ꝛ glorie vides eē q̄plurimum. Sed laborem inqs atq; ignominiā reformidat animꝰ: Primum nego tale hic aliqd inesse:ubi oblatā tibi magne laudis materiam ac generosam fuisse linquēde patrie cām:alto animo obiectā tyrānis cōtumaciam scio:Ubi p̄terea ocium ꝛ quas semper optaueras laborum ferias inuenisti : Deinde qui ignominiam timet quam peperit virtus : fame nō virtutis amicus est:qui vō labores refugit:optare desinat gloriam ad quam certe difficilis : sed clara(ni fallor) ꝛ delectabilis via fert. Tibi qdem vni(ut dixi)singulari q̄dam p̄rogatiua:ingēs gloria nullis molestijs:nisi forte quas tuipse tibi finxeris querit̄: Illud eniꝫ uereor ne alienis potiꝰ q̄ tuis oculis susceptum vulnus aspicias : ꝛ casum tuum alieno metiaris arbitrio:que adeo quotidiana pestis est:ut ad clamorem alienum pleriq; titubēt: ꝛ multo prius concidant q̄ impulsi sint:quan q̄ satis impulsus videri possit:quem tot hominū milia pessimis opinionibus perurgere nō desinūt: Sed ut ualde imbecillis virium est quem lenis aura pstrauerit:sic prsus insanum animi scito quem videris res suas alioꝝ ꝛ presertim ignorātiū pōderare sermunculis : qui quo frequētiores sūt:eo cautius cōtagiosus morbus euitādus est : passim tam multorum hominum corda corripiēs. Si alios audire uolueris:nō deerūt qui fortunam tuam multiplicibꝰ onerēt querelis:qui te incolumē atq; optime ualētem lugeāt : qui femineces uelut feretro viuētis assideāt. Audies uoces miserabiles:videbis forsan ꝛ lachrymas aut simulatas:aut amētie proximas:miser esse incipies:q̄ miseris aures p̄bere cōsueueris. Nihil enim fere est qd̄ cōuictꝰ assiduus in hominum ingenijs non possit : quod si teipsum consulere tecumq; q̄ cum alijs loqui malueris:nunq; desinam de te grādia sperare teq; felicissimum iudice te dicere: ꝛ inuidiosum magis

Nil vtu te amabilius

F

G

extimare q̄ miserum. Et si ad credēdum alijs ꝓ-
nus es: cur ꝛ mihi nō credis ueriora simul ꝛ gra
tiora referenti? Nō tu (mihi crede) corruisti: nec
corrues quidem nisi uelis: nullam ignominiā paf
sus es: sed adeunde glorie pennis in limine optio
nem habes: utrum gloriosus incedas an retroce-
das inglorius. Non labor est iste sed requies: nō exi
lium sed libertas. Quam olim mira celeritate fu-
giētē querebaris: occurrētem ultro complectere:
Et que tāta fuit Romam tibi causa vidēdi? Liber
tas que sera tm̄ respexit inertem. Ille in sermone pa-
storio ut libertatem inueniret patriam se reliquisse glo-
riat: tu ꝓbus defles? Uixisti alijs diu: incipe iā tā
dem tibi viuere. Nemo ꝓperasse te arguet: qui nec
prius incepis q̄ pastor ipse Maroneus: sed candi-
dior postq̄ tondēti barba cadebat: oē tēpus ab in-
eūte etate ciuibus tuis cōdonasti: retribuerūt inex
timabilis rei ꝑpetuam largitatem: ꝛ ut longe vite
reliquas saltem tibi hēas decreuerūt. Agnosce ciui
tatis aīum: ꝛ hinc ꝓpriam erga illam munificenti
am cōtēplare: que tāta fuit ut egētissimas lȝ sui ma
nus ꝑseuerādo laxauerit: utere letus imunitate ti-
bi nūc cōcessa sic patrie tue menia tanq̄ ingētū li
bertatis ꝓprie carcerem recordare euasisti. Et (qḋ
magnum est) cōtigit iubētibus abire custodibꝰ insa
nis: siqd forte cōmittis ut redeas: Ad illa potius te
cōuerte qbus adolescētiam dedicaueras: que robu
stiores annos tuos fecissent utiq̄ tranquillos: nisi
quam adhuc desideras patria uetuisset. Faciēt au
tem ꝑfecto placidissimā ꝛ uenerabilem senectutē:
nec exilij mō sed fortuitarum rerum oīum cōtēptri-
cem: De studijs liberalibꝰ loquor: ꝛ ꝑsertim de il-
la pte ꝓhis que vite magistra est. Hec tu nunq̄ aīo
prorsus itermiseras: ꝛ si parūper ab eis te ciuilium
negociorū impetus arceret: Nūc vo his qm̄ nihil
obstat: totus incūbe: teq̄ melioribus auspicijs no-
ue vite offer: ꝛ talibus aīum exerce muneribꝰ. Re
lege ueterum historias: quātas emulationes Ro-
manorū ducum ꝛ qdem illustrium hinc repis exor
tas: q aut se qsq̄ q̄primum extra patriam mitti uel-
let aut serius reuocari: Cur queso: nisi qꝛ dulce na-
talis soli caruisse dulcedine: dum latiorem alibi v̄
tutis exercēde mām inuenirēt? Celebratis comiti
is solebāt cōsules ꝓuincias sortiri: ꝛ illam genero
sior aīus optabat in qua ꝑiculi plurimum videbat
nō q per se qsq̄ hoīum nisi amens ꝑicula seu diffi-
cultates eligat: sed q v̄tutis splēdor in illis facilli-
me videat appere. Quapropter siue exilium hoc
tuum leue est: ꝛ importuna querela est: inter blan-
da uociferātium: Siue durum ꝛ molestū qḋ po
pulus asserit: ego aūt aduersor: nec tm̄ ideo siquid
usq̄ uetuste indolis remāsit erit viro digna queri-
monia: oblatum sibi spōte deplorātis: qḋ alijs am
bit: locus hic quem tibi magistratus ordinaret ꝓ-
uincia tua est: Nō ꝑnt oēs cum ingenti exercitu in
Africam trāsire: detractoq̄ ex Italia Hānibale: in
festam oppugnare Carthaginem: Non possunt ali
as ex alijs ꝓpagādo victorias: nūc rebellātes Hi
spanias: nūc obsessa ꝑdonibus maria: nunc Arme-
niam ac Judeam: ꝛ totius orientis regna penetra
re: Non omnibus datum est aut fractis Numi-
die viribus ꝛ continuatis imperijs a meridie: in
boreā arma transferre: breuissimoq̄ tempore tin-
ctum Libyco sanguine: theutonicis ac Cymbricis
mersare cruoribus: aut gallicis late ꝑdomitis: ꝛ
regibꝰ ad violētam cōfessionem Romane virtutis
adductis: Hinc rheni: illinc oceani claustra perrū-
pere: ꝛ Germaniam atq̄ Britāniam vno impetu
calcare: Nec oībus cōtingit: ante currū reges ca
ptiuos agere: Hec enim Scipionibus: Pōpeijs:
Marijs: Cesaribus: Amilijsq̄ reseruata sūt: His
ꝛ similibus viris absētibus certamē fuit cum ho
ste lōginquo: tibi cū exilio pugna est: cuius impe
tum nō feres modo: sed repelles ꝛ cōteres si cupi
as quodcūq̄ necesse est. Si animo tuo ꝑsuaseris
vnicum aduersus aspera clypeum eē patiētie: ꝛ il
lam saluberrimam Cleātis uocem: in latinum ab
Anneo Seneca trāslatam: in tuum pectus alte de
miseris: Ducūt uolētē fata: nolētē trahunt. Uale.

Quo loco qrenda sit libertas

h

J

Ad vte romaōs triūphos

¶ Frācisci Petrarche ad Joannem Colūne: Epl'as
illius auidissime susceptas narrātis: statumq̄ ip-
sius ꝓsperū audire optātis: aīas etiā multa pati
ex corporum societate exponētis. Epistola. XVI.

e X itinere medio redeuntem: Epl'am tuam
auidissime suscepi: Optabam enim solito
etiam ardētius statum tuum ꝓsperum au
dire: q amoris comites zelus: ꝛ timor per absenti
am crescūt. Angebar aūt ꝛ turbatum erat cor me
ūm: qm̄ ꝛ turbatum te discessisse noueram: ꝛ hos
qui turbationi tue materiam ꝓbuerant: nefarij uo
ti cōpotes videbam sub oculis meis uelut trium-
phaliter obseruari: q ꝛ te in exilium pepulissent:
ꝛ me ꝑsentia oris tui cōuictuq̄ sobrio ac delecta
bili spoliassent. Terruerant quoq̄ me visa mea ꝛ
somniorū imagines: que turbulēte miris modis ꝛ
infeste semel ꝛ iterum animam dormiētis imple-
uerāt: nō q ignorarem somnijs temere nō haben
dam fidem: sed sic est: hoc iter ingressus sum: iter
dico: vite huius labētis ad mortem: in quo ꝛ estua
re oportet ꝛ algere: ꝛ famem ꝛ sitim ꝛ somnium
ꝛ somni minas atq̄ ambages ꝛ quietem turbidā
sentire. Deniq̄ multa pati: donec illa dies expecta
ta pijs: formidata nocentibus: mortalem hūc nos
exuat amictum: ꝛ aīos nitētes ad supera de com
pedibus tādem huius caliginose stationis eripiat
Interea fateor nec lōga est via passionum insulti-
bus: qcquid de his aut sedandis aut tollēdis phi-
losophi disputēt: qcqd in se alij sentiāt: adhuc ual-
de sum obnoxius: hec mihi nascēti lex cum corpo
re data est: ut ex eius cōsortio multa patiar: aliter
nō passurus. Secretorum nature cōscius poeta:
ubi animabus humanis inesse quēdam igneū vi
gorem ꝛ celestem dixit originem: excipiendo sub-
iunxit: Quantum nō noxia corpora tardāt: Terre
niq̄ hebetāt artus moribundaq̄ membra: Hinc
metuūt: cupiuntq̄ dolent: gaudentq̄: neq̄ auras
Respiciūt: clause tenebris ꝛ carcere ceco. Sic erā
igit admirās: q de te post digressum tuum aures
meas nullus rumor impulerat: dū ecce littere tue
mihi oblate sūt: agnoui signum: ꝛ iam securior le
gi. Ceterum qꝛ nūcius mirum immodum festina-
bat: ꝛ res pluribus uerbis egere videbat: respon
sionem distuli in diem alterum: quam iam hinc tri
partitam fore ꝓuideo: q tua quoq̄ de rebꝰ uarijs
triplex est querela: Unū qḋ breuiter dici poterat
nō fuit cōsilium differre: me scilicet peccatorū meo
rum nodis implicitum: nōdum in portum potuis-
se cōfugere: sed in eadem tēpestate qua me disce-
dens reliquisti: actatum fluctibus herere: ne qcq̄
sepe retentantem uela facere: siquis meus uentus

ab occidēte consurgeret: hoc tamē solo letū τ deo gratias agentem: q te saltem per multos labores euasisse video: q nauicula tua ex eisdem periculis ueniēs: aut portū tenet: aut pleno subit ostia uelo. Deinceps expeditior casib⁹ meis occurram q τ consequendi desiderium incessit: τ gemine sollicitudinis dimidia parte liberatus sum. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne: amicitiam amicorum absentia non posse defraudari comprobātis. Epistola.XVII.

Sperabam ex te magnificum aliquid audire: Sapientia enim tua iampridē mihi videbaṫ finem impositura querimonijs: quibus stolidum vulgus τ ingratum personat. Longe vō fallebar (ut video) atq utinā submissum liceret ab alio suspicari: τ non proprijs tuis digitis querulum illud chirographū constaret: in quo rez vnam exiguam multis uerbis pene muliebriter deplorasti: Cuius lamentationis summa est: te acerrime atq inconsolabiliter doluisse q hui⁹ exoptatissimi atq optimi ducis nostri: meamq τ amicorū faciem videre desieris. Motū te de digressu subito turbatumq non dubito: mansuetudinez namq animi τ suauitatem morum tuoruz noui: qui omnino cum ulla seueritate aut habitu mentis asperiore nō conueniūt. Unde tū hic tam imodicus dolor non intelligo: Innumerabiles cause segregant amicos: Amicitiam ueram nulle quā p̄sente amicus absens esse nō poterit: Quātū enim locorum interuallis ab amicorū cōuersatione disiūgimur: tātū absētie detrimētū assidua cōmemoratiōe discutimus: Cuius si tanta vis est ut morte superata defunctos etiā amicos pro viuentibus celebrem⁹ quod post obitum iunioris Africani: sapientissimo τ ciuiz Romanorum in amicitia gloriosissimo viro Lelio docente didicimus: qd tam magnum est si absentia similiter victa: longe positos amicorum vultus pro p̄sentibus habeamus? Apud poetam scriptum est: Herēt infixi pectore vultus: uerbaq. Et iterū: Absentem absens auditq videtq. Ergo insanus τ obscenus amor hoc poterit: pius ac sobrius nō poterit? Jmmo vō multo amplius eodez poeta dicēte: Ante leues ergo pascentur in ethere cerui: Et freta destituent nudos in littore pisces. Ante pererratis amborum finib⁹ exul. Aut Ararim Parthus bibet aut Germania Tigrim: Qz nostro illius labaṫ pectore vultus. Lelius ipse de amicissimo viro loquēs: vide qbus uerbis utaṫ. Uirtutē inquit illius viri amaui: que extincta nō est: Tu quare nō dicis: virtutē illius aut illorum amo: que absens aut longinqua non est: sed ante oculos meos omni tēpore uersaṫ: τ in honore semper erit apud me. At iucūdissimum est amicos p̄sentes habere: intueri frontem atq oculos: viuis eos uocib⁹ alloqui: τ colloquētium admotis auribus uerba percipere. Neq enim (qn in hac re poeticis testimonijs uti uacat) sine quadam animi dulcedine legimus: Anchisen filij occursu alacrem: tensis ad celuz palmis τ profusis lachrymis dicere: Datur ora tueri nate tua τ notas audire ac reddere uoces. Nec ego qdem aduersor dulcissimam esse p̄sentiaz amicorum: Quis enim hoc negauerit nisi inhumanus idez ac ferus? Sed tu mihi negabis: absentiā quoq suas habere uoluptates: nisi totaz fortassis amicitie pulchritudinez que latissime patet ad oculos solos restringimus: τ a sede eius que est in animo seuocamus: qō si fieri ceperit: angustissima qdem area restabit ubi se amicorū charitas oblectet. Ut enim mortem: ut carcerem: ut egritudines: ut peregrinationes seu necessarias seu uoluntarias sileaz quis quotidianas nature necessitates: somnuz: famez: sitim: estus: algores: lassitudinem: qs studiorum aliarūq rerum occupationes innumeras explicet: quibus etiam in eadem domo: ne dicam urbe: degentium: nec vultus aspicere: nec semper uoces audire permittimur? Jta cui breuissimi reperitur amicitia: quam lōgissime vite: nō equeuā modo: sed (ut dixi) superstitē esse decuerat. Quis aūt locus in amicitia relinqueṫ Appio ceco? (ceteros enim in eadem cōditione positos taceo) Jlle mihi primus occurrit: quez oino credibile nō est q oculos nō habuerit nec amicos habuisse: qui vniuerse reipublice talis fuerit amicus. Quid est ergo q tantope lugeas absentiā: quasi hec tibi possit amicitiā surripere: cum illa nihil in hac neq ceteris rebus tuis: nisi quātū tu sibi permiseris possit? Memento potius queso: nō q̄ longe sis corpe (q̄ puis qd longinquum videri potest in hac puncti vnius breuitate: cuius nos homines vix integram particulam incolimus) sed esse in tua potestate ut animo τ cogitationibus presens sis. Hoc igitur vno quo potes modo nos iugiter aspice: litterarū idē tidē frequēti cōmertio teipsū nobis ostēde. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannē Colūne: expectationez de futuris amputandā esse ut quiete viuaṫ: persuadentis. Epistola.XVIII.

Molestissimam moram traxisse te Nicie indignando describis: per mensem integruz expectantem aliquaz nauem que te in Jtaliam pferret. Atqui in Jtalia tūc eras dum ad Jtaliaz suspirabas: Jta dico si (qō poetis atq cosmographis placet) Jtalie terminus uarus est: intra quem a parte Jtalie ciuitas illa sedet: Sed utiq de re cōstat: interiorez Jtaliaz in animo habebas τ pro Jtalia Romam dicere uoluisti. Sentio iam morbi huius originem: expectationibus enim tali bus plena esse solet adolescentia: qnarum illi etati qualisqualis uenia debetur: senectuti autem que omnes spes suas iam post tergum spectare debet: omnis longa vite huius τ anxia expectatio feda est. Tu itaq senior de te videris: Ego iunior de me loquar qui adolescentia iam exacta: etatez tuā adhuc longe (si quid hic longū est) ante me video. Ceterum quo rarius passionis huiusmodi molestias experior: eo frequenti⁹ ueteris mali reliquias incuso: eoq certius intelligo: virū prouectum nec presentibus frangi nec futuris angi: sed utrunq tē pus equa fronte despicere: τ quicquid secum uel attulit uel premisit paruipendere. Presentia taceo qm̄ sermonē de futuris institui: que mentes hoiuz uanis expectationibus suspendunt: τ in qbus (nisi fallor) ridiculosius erratur. Expectās alius peregrine nauis aduentum: totis diebus vndas prospicit fluitātia longe (ut est apud Lucanū) Semp p̄ma vidēs uenietis uela carine. Alius iāiam moturus a littore serenam celi tranquillitatem: uotis omnibus exposcit: Jste nulli honesto negocio intē tus id agit semper qō agebat olim classis Jliace magister: surgit enī impiger: τ (ut ait Uirgilius) oēs explorat uentos atq aurib⁹ aera captat: Sy-

dera cuncta notans tacito labentia celo. Alter bea
ti senis herens tabulis: segnem mortem icrepitat
B Alter nuptias aut partum cõiugis. Amice noctez
alter expectans dies: horas momentaqꝫ dinume-
rat. Quid multa? Meministi credo in Philologia
nostra: quam ob id solum (ut curas tibi iocis excu
terem) scripsi quid Tranquillinus noster ait. Ma-
ior pars hominum expectando moritur: Ita est
paucissimos inuenies qui nõ toti ex incerto pẽde-
ant. Alexander Macedo: Julius Cesar: multiqꝫ
alij uel nostri uel externi duces: ꝗ multa parantes
ab hac luce subtracti sunt: ⁊ medijs eorum conati
bus mors occurrit: tãto (ut mihi quidem videtur)
difficilior: quanto insperatior. Hinc est qd idez ille
Julius Cesar: fragili carina in ancipiti tempestate
deprehensus: cum mortez timere cepisset: hoc vnũ
videtur lamentari: ꝙ ingentes abruperit actus fe-
stinata dies fatis. Nouerat poeta quid maxime ta
li viro aut molestum fuisset in eo statu aut esse de-
buisset: idqꝫ potissimum querelis inseruit: Una est
autem aduersus hũc morbum medicina primo gu
stu fortassis amarior: haustu autẽ ⁊ dulcis ⁊ placi
da: Animuz a terrenis abducere: si fieri potest: Si
minus: auellere atqꝫ extirpare radicitꝰ: Quis eni
hoc plerunqꝫ cum dolore ⁊ offensione sensuũ fiat
raro tñ (ut vides) amissa corporis absqꝫ molestia
restauratur: quãto minus anime salus in quã ⁊ ue
hementiores morbi ⁊ frequẽtiores incidunt: Hoc
igitur fac ⁊ presenti letus: nulla futuri tẽporis ex-
pectatione torqueberis. In Italiam inquis transi
re uolo: Nauim expecto uel quietũ mare. Sic di-
ces si cor tuũ rebus mũdanis adhuc visco cõsuete
delectatiõis inheret. At si sursum nititur dices: In
C Italiaz transire uolo: quid enim magis expediat:
nouit deus: homines ignorant: Nauim aliquam:
sed nõ minus aliquem expecto qui nauim nõ uen
turam nunciet: ⁊ utrunqꝫ rumorem equis auribꝰ
excipiam. Sed habeo inquies in Italia magnum
aliquid agere. Jam si quid tibi philosophie studiũ
cõtulit: vides (ut arbitror) quod extra Italiam ge-
ri nequit: magnum esse non posse: quotiens me ad
vnum locum coartaueris desinit esse magnus co-
natus qui inter angustias cogit̃. Sed uolo in Ita
lia saltem mori ⁊ patria tellure cõtegi cupio. Qui
hec dicit adhuc Italicus est: vir magnanimus nõ
dum est: Quid enim puerilius ꝗ curã gerere ubi
capillorum ⁊ vnguium purgamẽta: ubi sanguinis
superuacui uasculum deponas: ubi ipse iaceas nõ
curare? Certe si corpus consideras: tua nihil inte-
rest ubi sit res a te olim possessa: nunc autem dere
licta si pateris si reluctaris ablata: Si ṽo animuz
respicis: nullus eum locus aut stringit aut laxat
angustus: ⁊ siue ad celum ascendẽdum: siue ad in
feros descendẽdũ sit: vndecũqꝫ discedat vnus est
D labor. Sed dulce est suorũ manibꝰ sepeliri: Que-
dam dulcia facit nõ insitus sapor: sed corruptꝰ mã
ducantiũ gustus. Quid dulce dicitis aut nihil sen
Unã tienti aut omne huiusmodi obsequium cõtemnen
eẽ ex- ti? Una omnium est (ut ad ꝓpositum redeaz) expe
pectã ctãtium cõditio: dum uentura prospiciunt: que sũt
tiũ ꝯ- ante oculos nõ vident: damnum certum sub ambi
ditio- gua spe. Hec quidem utiqꝫ trãseunt: Illa autez ra-
nem. ro plena fide succedũt. Adde ꝙ uel superuacua fe
re sunt: uel dãnosa ⁊ in caput nostruz recasura que
cupimus: ut sicut sepe reiectas indignatio: sic libi-
tum prouectas uel fastidium uel improuisa perni-
ties sequatur. Adhuc igit̃ omnem spem: omne de
siderium auerte ab his fallacibus bonis. Incipe
vnum solum ⁊ uerum ⁊ summum bonum optare:
si tamen usqꝫ ad hanc etatem rem apprime necessa
riam distulisti: tunc discurrendi libido cessabit: ⁊
odium longioris more: tum ṽo nõ mõ Nicie: sed
(si ita sors tulerit) inter Libycas syrtes sine mole-
stia stabis: rebus tuis cõtentꝰ: nihilqꝫ aliud requi-
rẽs. Dicet aliqs: Nũquid illud saltem vnũ quod E
memoras: bonum expectandum erit: ut p̃sens pre
senti gaudio desiderãtem animam impleat? Mi-
nime. Si enim plene desideras: si sancte: si sobrie
(aliter quippe tãta res optari nõ potest) iam quod
petebas tecum est: intus in anima illum quem di-
ligis quere ⁊ iuenies: nõ est ut eo potiaris exteriꝰ
euagandũ. Et si quid forte restat adhuc: quod am
plius uelis aut cumulatius expectes: erit expecta
tio illa suauis ⁊ iucunda. Qui ad hanc regulam
se formabit letus: e cunctis mortalibus quotiens
exacta luce cubiculum intrabit: de preterito quidẽ
dicere poterit securus Uirgilianum illud a Se-
neca relatum: Uixi ⁊ quem dederat cursum for-
tuna peregi: Et de futuro illud Horatianũ: Cras
uel atra nube celum patet occupato: uel sole puro:
nec vnꝗ uenturi studio p̃senti oblitus aut sibi aut
alijs inutiliter etatem aget. Uale.

Francisci Petrarche ad Joannem Colũne: ea que
accidunt aduersa equo animo toleranda admonẽ
tis: leges etiam nature non recusandas esse: cum
tam bona ꝗ mala ex his proueniant exhortan-
tis.

Epistola.XIX.

Uerelarum tuarum uocibus plenus sum:
q iam res ad fastidium inclinat: iam mollici
em tuam ferre non ualeo. Neqꝫ enim ali-
ter ꝗ si in hanc vitam nuper intrasses ad occursuz
rei cuiuslibet expauescis: Pudeat inter lamen-
ta senescere: immo ṽo pudeat olim senem pueri-
liter lamentari: Puerorum est ad omnia que vi- Pue
derint obstupescere: quippe quibus noua ⁊ admi oia
randa sunt omnia: Senibus ⁊ presertim eruditis nou
nihil nouum aut inopinatũ euenire solet: nihil ita nibu
qꝫ stupendum: nihil deplorandum. Unde igitur bil n
tot querele de rebus assiduis: ⁊ ƀm nature statuta euen
fluentibus? Portenta mouent animas interdum: solet
Si bicipitem puerum: si quadrimanum vides: mi
raris imbrem lapideum: bouis uerba: mule partũ
In annalibꝰ legimus: quotidiana despicimus. Tu
quid vidisti ꝓpter quod nunc totus in admiratio-
nem ⁊ lamenta cõuersus sis? Admirando quidez
admirationem tuam cogis ut admirer: Non tam
grauiter in alio ferrem immoderatum hunc stupo
rem: Qui totiens mare transisti: totiẽs medijs pe-
riculis enatasti: totiens e faucibus mortis ereptꝰ
es. Admirando ⁊ fortunam tuaz accusando descri
bis: passum te maris magnam (⁊ ut Satyrici uer
bo utar) poeticam tempestatem: atqꝫ ad littus vn
de discesseras: flatu cõtrario impellente relatum:
Hanc tu maris iniuriaz existimas? Natura est: di
gniorem querele causam preferres: si uel illud tibi
cõtigisset: quod quondaz Cesarea classis inter Ita
liam Greciamqꝫ sustinuit: quando per Hadriati-
cum mare glaciali uelut torpore cõstrictuz cursuz
expedire non ualuit: Uel illud quod terra sub pe-
dibus tremente Põpeianus exercitus tulit in Ly

B bia:ubi nullus potest cõsistere miles instabilis:raptis etiam quas calcat harenis. Nũc võ si per terrã rigidos lapides aut tumentes colles:si per mare fluctus incõstantiam pertulisti:nihil est quod lamenteris tanq̃ iniuriosa tibi fuerint elementa: ꝙ nature potius sue paruerint q̃ uoluntati tue. Altera litterarũ tuarum pars nõ minus delicate ac flebiliter:te cum iam Pisis applicuisses:in morbum diutinum incidisse memorat:nõ aliter q̃ si in etate tam longa qd morbus esset ignorares. Quomodo autem se aduersus mortem preparabit anim⁹: inter hec quotidiana tam querulus? Sed ne lati⁹ effundar:amplissima enĩ res est ⁊ uerborũ egẽs: Accipe breuiter quecũq; de his querelis a me ipse diffusi⁹ dici solẽt: Nimis faciles sumus ad accusãdum naturam:nemo deflet ꝙ nascitur:nemo ꝙ viuit:at ꝙ egestatẽ sentit:ꝙ labores patitur:ꝙ senescit:ꝙ egrotat: ꝙ morit̃ quisq; conqueritur:quasi ſm naturam minus ista q̃ illa sint: Et nasci ⁊ viuere ⁊ comedere ⁊ esurire ⁊ dormire ⁊ vigilare ⁊ laborare ⁊ senescere ⁊ egrotare ⁊ mori naturalia sunt:ut nemo his mortalium uacet:nisi cui forte senescẽdi necessitatem laborũq; molestias ⁊ egritudinũ necessitas mortis ꝑcipitata remiserit. C Quid igitur inutiles querelas effundimus? An q: nobis solis ista cõtingunt:solis nobis lugere permisim⁹? An quia omnibus:cunctorũ simul in nos lamenta transfundimus ⁊ uelut humani generis ꝓcuratores naturam accusamus immeritam? Odiosuz sane negocium ⁊ importunum. Illa enim mitissima: nos beneficia eius per impatientiam exacerbauimus:in parentẽ optimam ingrati:in nosmetipsos impij. Oro itaq; pater amantissime:etsi etatẽ hãc nõ dedecet etiam cõsulo:ut qcquid euenerit:inducamus in animum ferre fortiter: ferre moderate: ferre sine eiulationibus ⁊ sine ulla lamẽtatiõe muliebri. Habuimus enĩ deliberãdi(⁊ gratias christo)habemus adhuc deliberata exequẽdi spatiũ: Et licet vulgus insaniat:sunt tñ nobis aliquãto magis sobrij cõsultores:quorum potius monitis obsequẽdum est. Nec te moueat vita mea quotiens epistolas meas legis:nec in frontẽ respexeris ista suadentis. Uidisti enim interdũ pallentẽ medicũ: qui suã nõ poterat:alteri⁹ egritudinẽ curare. Uale

¶ Francisci Petrarche ad Jacobum Columne: Epistolas illius iocosis conuitijs refertas esse significantis:de uarijs quoq; rebus:non pauca etiaz de laudibus urbis Rome adiungẽtis. Epistola. XX.

A [s]Emisopitũ epistole tue clamor excitat:quã iocosis refertam conuitijs letus ridensq; perlegi. Et(ut primũ uenienti iaculo prius occurram)vide queso pater optime de multis que cõtra me colligis:quantum ab intentione tua:prima etiam scribentis uerba discordent. Mirari solitum te ais ꝙ mundum in etate adhuc tenera sic artificiose decipiam:ut scilicet ars hec sit tam experientie q̃ nature. Panegyricum pluriuz certe uerborum:sed minime amplioris glorie cecinisse mihi poteras. Mundus deceptor generis humani: quot vitam laqueis implicitam:q̃ amare dulcedinis aspersione cõmedet:nouit quisq; apertis oculis iter hoc agit. Cuius ⁊ nos fraudibus de industria fauemus:studioseq; ut ipsi nobis ignoti sim⁹ aduersus Apollinis consilium laboramus. Hunc superbia inflat sub specie magni ⁊ excelsi animi: Illum malitia ⁊ fraus ⁊ quicquid prudentie proximum videtur:sub amictu finitime virtutis infatuat. Ille se fortem putat inhumanus ⁊ ferox:hic se humilem uocat timidus ⁊ imbellis. Est ⁊ quẽ titulo frugalitatis auaritia sollicitet: ⁊ quem prodigalitas spem largitatis exhauriat. B Personata sunt vitia ⁊ immania monstra:formosis sub pellibus delitescunt. Accedit delectabilium sed transituraruz immo võ transeuntium ac fugientium rerum turba: Ambitio honorem nobis ⁊ plausum aurasq; vulgares: Luxuria blandas ⁊ uarias uoluptates pecunia plurimarum rerum sufficientiam ostẽtat: Nullus hamus sine esca:nullus sine visco ramus: nullus laqueus sine spe. Accedit humana cupiditas: preceps inopsq; consilij ⁊ falli facilis ⁊ insidijs opportuna. In hoc igit̃ ancipiti ⁊ lubrico ⁊ suspecto itinere:si quem forte tam cautum uel natura uel studium fecisset:ut mundi fraudibus elusis:mundum ipse deciperet:frontem scilicet ostendens populo similem:tota intus mente dissimilis: quem tu hunc virum diceres? Nũc tamen ubi querimus? ⁊ natura optima ⁊ etate solida simul ac sobria opus est: ⁊ alienorum casuum obseruatione sollicita: Tu tamen hoc mihi nomen imponis immensum quidẽ(modo non irrideas)quod si hodie uerũ non est:deum oro:qui potens est etiaz ab inferis excitare:ut uerũ fiat anteq̃ moriar. Sz quo hinc iocando ꝓgrederis? multos fictionibus meis opiniones de me concepisse magnificas. Fuit ars hec fateor:quibusdam ex illustribus viris:ut ingenio quodã ueras virtutes mirãtibus: Hinc ⁊ Nume Põpilio diuini colloquij: ⁊ Publio Africano diuine etiaz stirpis fama quesita est: Mihi ars ea nõ cõpetit:nihil habeo quod ostentẽ: ⁊ tamen nescio quis me ab incunabulis superuacuus fati fauor insequitur:notior suz q̃ uelĩ: ⁊ scio de me quãtuluscunq; sim:in utramuis partez multa iactari: quibus ego nec deprimor nec extollor. Scio populi totidẽ fere mendacia esse quot uerba: Et hec quidem hactenus: Neq; enĩ ut turbe displiceã: magnopere laborandũ est. Necdũ desinit urbanitas tua:dicis me non modo vulgus insulsum sed celũ ipsuz fictionibus tentare. C Itaq; Augustinũ ⁊ eius libros simulata quadã beniuolẽtia cõplexũ:re autẽ uera a poetis ⁊ philosophis non auelli. Quid autẽ inde diuellere:ubi ipsuz Augustinũ inherẽtẽ vides? quod nisi ita esset:nunq̃ libros de Ciuitate dei(ut reliqua sileã)tanta philosophorũ ⁊ poetarũ calce fundasset. Nunq̃ tantis Oratorum ac Historicorum coloribus exornasset. Nimirũ: Nũq̃ enim in somnis ad tribunal eterni iudicis tract⁹ accesserat Augustinus meus sicut Hieronymus tuus: Nunq̃ exprobrari sibi Ciceronianuz nomẽ audierat:quod cũ audisset Hieronymus fideq; dedisset:ꝙ nunq̃ amplius libros gentilium attingeret:q̃ diligenter ab omnibus:sed a Cicerone presertim abstinuerit: nosti. Augustinum võ cui nullo somno interdictum erat:non solum familiariter illis uti nõ puduit:sed ingenue etiam fateri:se in libris Platonicoruz:magnã fidei nostre partẽ inuenisse: ⁊ ex libro Cicerõis qui uocat̃ Hortẽsius:mutatiõe mirabili ab omni spe fallaci ⁊ ab inutilibus discordãtiũ sectarũ cõtẽtionibus auersum:ad soli⁹ ueritatis studiũ fuisse cõuersuz: ⁊ lectiõe libri illius inflãmatũ:ut mutatis affectib⁹ ⁊ abiectis uolupta

Augustinũ ex libris platonis: ⁊ Ciceronis Hortẽsio ad christianã religionẽ multa trãstulisse

tibus uolare altius inciperet. O virum ineffabilē
dignumq; quem cicero ipse pro rostris laudet cui
q; publice grates agat ꝙ inter tam multos ingra-
tos: vnus uelit esse gratissimus. O virum magnifi
ce humilem τ humiliter excelsum: nō qui alienis
plumis ornatus auctoribus hic insultet: sed qui iā
christiane religionis fluitātem puppim inter here
ticorū scopulos agens presentisq; magnitudinis
sine arrogātia sibi cōscius ueritatem primordioꝝ
suorum τ adolescentie rudimenta cōmemoret: τ
doctor tātus ecclesie nō erubescat ducatum Arpi
natis hominis licet alio tendentis. Cur autem eru
D besceret? Nemo dux spernēdus est qui viam salu-
tis ostendit. Quid ergo studio ueritatis obesse po
test: uel Plato uel Cicero? quorum alterius schola
fidem ueracem: nō modo nō impugnat sed docet τ
pdicat: alterius libri recti ad illam itineris duces
sunt. Eadem τ de alijs dici possent: sed piget in re
notissima testes superuacuos conquirere. Nec tñ
ideo negauerim multa apud illos esse: que vitari
oporteat: cum τ apud nostros quedam sint pericu
losa incautis: τ Augustinus ipse in quodam opero
so uolumine de uberrima messe suorum studiorum
internascentis erroris lolium pprio pollice decer-
pat. Quid ergo? Rara lectio est que periculo ua-
cet: nisi legēti lux diuine ueritatis affluxerit: quid
sequendum declinādum ue docens. Illa autem du
ce secura sunt omnia: τ que nocere poterāt: iā syrti
bus τ charybdi: aut famosis in alto scopulis noti-
ora sunt. Ut vero iam tandem huic lasciue calūnie
finis fiat: Uero ne an falso Augustinum aio cōple
ctat: ipse nouit: Etenim ubi nec fallere vult quisq̄
nec falli potest. Unde deuia vite mee erroresq; cer
nentem misereri arbitror: psertim si adolescētie sue
meminit: quam uagam τ aberrātē miseratus oīpo-
tens retraxit ad rectum iter: τ nunc pro arenosis
Africe littoribus: ubi aliq̄diu noxie delectatus uer
gebat ad mortem: eterne frondētis Hierusalem si-
ne fine municipē esse dedit. Inde mihi fauet: inde
me diligit: qd enim dubitē: cum audiam in eo libro
quē de uera religione cōscripsit: eū spe firmissima
dicentem: Quisqs angelorū deū diligit: certus sum
ꝙ me diligit? Si enim ille cōtēplatiōe cōis dei an
gelicū amorē sibi pmittere nō metuit cū sit homo
audebo τ ego qui homo sum amorē humanū ani-
me illius sacratissime que nunc celo fruit̄: sperare.
E Sed enim nouis hic salibus aspergor. Ais enim mi
hi phisica etiā nūc τ poetica rumināti Augustini
dicta quasi quedā somnia videri. Melius dixisses
Illa relegēti: totā mihi vitā meā nihil videri aliud
q̄ leue somniū fugacissimumq; phantasma. Itaq;
lectiōe illa excitor interdū: uelut e somno grauissi-
mo: sed urgente mortalitatis sarcina: palpebre rur
sus coeunt τ iterū expergiscor: τ iterū τ iterū ob-
dormio. Uolūtates mee fluctuāt τ desideria dis-
cordāt: τ discordādo me lacerāt. Sic aduersus in
teriorē hominē exterior pugnat: nūc dextra igemi
nās ictus: nūc ille sinistra: nec mora: nec reqes: τ si
pater eternus uoce plia dirimens fusum Dareta de
manibus Hentelli ardētis eripiat: vincet exterior.
Quid multa? Adhuc de fine suo incertus viuoq; in
spe ad victorē mortis exclamās: Eripe me his in-
uicte malis: Da dextrā misero τ tecū me tolle per
vndas: Sedibus ut saltē placidis in morte quiescam.
Sed nihil iocis lētius: nihil flexibilius: quocunq;

traxeris sequūtur. Quid ergo ais: finxisse me mihi
speciosum lauree nomen: ut esset τ de qua ego lo-
querer: τ ppter quā de me multi loquerētur: rem
autē uerā in animo meo laureā nihil esse: nisi illam
poeticā ad quā aspirare me longū τ idefessum stu
diū testatur: de hac aūt spirāte laurea: cuius forma
captus videor: manu facta esse omnia ficta carmi-
na: simulata suspiria. In hoc vno uere ut iocareris
simulatio esset: utinā: τ non furor: sed crede mihi:
nemo sine magno labore diu simulat: laborare au
tem gratis: ut insanus uidearis: insania summa est.
Adde ꝙ egritudinem gestibus imitari bene ualen-
tes possumus: uerum pallorem simulare nō possu-
mus. Tibi pallor: tibi labor meus notus est. Itaq;
magis uereor: ne tu illa festiuitate Socratica quā
Ironiam uocant: quo in genere: nec Socrati qdem
cedis morbo meo insultes. Sed expecta: ulcus hoc
cum tempore maturescet: uerumq; fiet in me Cice
ronianum illud: Dies vulnerat: dies medet̄. Atq;
aduersus hanc simulatā (ut tu uocas) lauream: si-
mulatus ille mihi etiam Augustinus forte profue
rit: multa enim τ grauia legendo: multumq; medi
tando: Anteq̄ senescam senex ero. Quis autē erit
facetiarum modus? Ubi desines? Quid ais? Tē-
ptatum te quoq; fictionibus meis ac ppe delusum:
immo vero delusum aliquandiu expectasse me Ro-
me: simulantem ingens uenīēdi teq; reuidendi de
siderium: tādem (quod spectatores callidi in circula
torum prestigijs solent) aperiēti tibi oculos τ in
artes meas profundius intendenti: omnem inge-
nij mei scenam patuisse? Deus bone quid hoc est?
Calūniando tu qdem facies ut magus sim. Iam
Zoroastres videri mihi incipio repertor magie: si-
ue vnus suorum. Esto sim Dardanus uel Dami-
geron uel Apollo uel alius si quem ars ea notiorē
fecit: parum ne prestigij est: prestigiatorem uerbo
facere? Sed iam satis superq; ioci traximus: Se
rio uelim mihi respondeas. Cesset quis ardor fa-
ciem tuam videndi: quem laboriosissime in quar-
tum annum iam protraxi: dū cogito: ecce ille cras
aderit: ecce tu postridie mouebis: excidat qdā cu-
rarum nō mediocris cumulus: quē cum nullo mor-
talium nisi tecum equo animo partirer. Quiescat
affectus cernēdi preclarissimum patrem tuū: ma-
gnanimos fratres: honestissimas sorores: exopta-
tos amicorum vultus: quāti demum extimaturum
reris: menia urbis τ colles: τ (ut ait Uirgilius) Tu
scum Tyberim τ Romana palatia cernere? Cre-
di nō posset: quātum urbem illam (desertā quāuis)
τ ueteris effigiem Rome spectare cupiā: quā nun
q̄ vidi ubi segnitiem meam (si tñ segnities τ non
necessitas fuit) incuso. Exultare mihi videt̄ Sene
ca ad Lucilium scribens: ex ipsa villa Scipionis
Africani: nec modicū ducit: vidisse locū ubi ille vir
tantus exulauerat: ubi negata patrie ossa relique-
rat: Quod si ptigit Hyspano homini: qd me hominē
Italicum sentire putas? Non de villa Literni: aut
de Scipionis sepulchro: sed de urbe Roma: ubi
Scipio natus est: ubi educatus: ubi victor idem τ
reus pari gloria triumphauit: ubi non vnus ille: sed
innumerabiles vixerunt viri: quos nunq̄ fama ta
citura est. De ciuitate inquam illa: cui nulla similis
fuit: nulla futura est: que ciuitas regum etiā ab ho
ste dicta est. De cuius populo scriptum legimus:
Magna est fortuna populi Romani: magnum τ

De lau- rea su- qd sen- at Pe- trarch

F

Zoroa- stres ma- gie rep- tor

G

Laudes Rome

terribile nomen:cuius sine exēplo magnitudinem atqꝫ incōparabilem monarchiam:futuram p̄sentē qꝫ diuini cecinerunt uates. Neqꝫ ego nūc Romanas proseqquor laudes:maior res est q̃ ut possit a transcurrente tractari:sed hec cursim attigi:ut intelligeres nō paruipēdere me Regine urbis aspectum de qua infinita perlegi: ⁊ ipse multa iā scripsi plura forte scripturus:nisi primordia mea p̄cipitata dies mortis abrumpat. Finge me his nequaq̃ tangi:q̃ dulce tū est christiano animo urbem cernere:celi instar in terris:sacrosanctis martyrū neruis atqꝫ ossibus cōfertam: ⁊ ueri testium preciosa cede respersam:Uidere uerendaꝫ populis saluatoris imaginem: ⁊ in saxo durissimo:eternum gentibus adoranda uestigia:Ubi ad litteram luce clarius impletum cernit̄ illud Ysaie:Et uenient ad te curui filij eorum qui humiliauerūt te: ⁊ adorabūt uestigia peduꝫ tuoruꝫ omnes qui detrahebāt tibi. Circūire sanctorum tumulos:uagari per apostolorum atria melioribus iam curis comitantibus: ⁊ inquieta sollicitudine vite p̄sentis in littore Massilie destituta. Que cū ita sint:qd me segnē uocas: cū scias ꝙ iter meū ex alieno pēdet arbitrio? Ego meipsum tibi dederam:paruū qdē sꝫ ꝑpetuū munus:Tu me alteri parere uoluisti:si alter ꝓprie dicitur talis ⁊ taꝫ vnanimis germanus:nihil hic mihi cōscius sum:si culpa est uel tibi parce uel fratri. In extrema litterarum parte ueritus forte ne lepidissimis iocis tuis offenderer (Solet enim leonis quantumlibet blanda cōtrectatio animātia parua proterrere) suaue olentis vnguenti drachmā adhibes:ubi pupugisse videbare:dum me ad te amandum:immo vero ad tibi reddēdas amoris vices predulciter cohortaris. Quid dicā? Multa loqui nō magis dolore q̃ gaudio prepedimur:hoc vnū me tacentem nō ignoras:usqꝫadeo saxeus nō sum:ut ad tam debitum amorem sit mihi necessarius hortator:atqꝫ utinam in amando non magis freno q̃ calcaribus egerem:Tranquillior iuuenta sequeretur:hoc saltem oro ne finxisse me fingas. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Agapitum Colūne:mortale genus semper in peius ruere: ac posthabitis melioribus deteriora curare studiosius:detestantis. Epistola.XXI.

On miror in te quod in omnibus stupeo:
n in me autem queror ⁊ lugeo:publicum ma
lum est. Que negligi sine periculo poterāt certatim querimus:quod apprime curanduꝫ erat publice negligitur. Q̃ fertilis ager:q̃ domus cōposita:q̃ obsequiosus seruus:q̃ sollicitus procurator:q̃ splendida uestis:q̃ nitidus equus:q̃ pulchra uxor:q̃ nostri corporis ornata sup̄ficies:omnes curamus:q̃ pulcher ⁊ ornatus animus:curat nemo:nec se curaturum spondet aut sperat:sed qȯ primum esse debuerat:differimus ad extrema. O ciues ciues querēda pecunia primū. Uirtus post nūmos. Sic est hodie:sic erat Flacci seculo:sic erit temporibus pronepotuꝫ (nisi forte meliora de posteris auguramur) Utinam id quidem sperare possemus. Sed (ut res eūt:indies peiora conijcio:q̃uis iam peiora vix possim nedum timere sed fingere) certe sic viuitur:eoqꝫ criminū ac furoruꝫ uentū est:ut ꝓcedi ulterius sine publico p̄cipitio nō possit. Nūc nunc impletū est quod ante tempus dixerat Satyricus:Omne in p̄cipiti vitiū stetit:Enitemur tū pro viribus ut semper aliquid accedat insanie: Nec nunq̃ a maioribus tradite licentie finibus cōtenti erimus:nunq̃ cōmittemus:ut mentitus videatur Horatius:ubi ait:Etas parentū peior auis tulit nos nequiores:mox daturos progeniem vitiosiorem. Et (ut in tēpus aliud grauiorem hāc querimoniam differamus) insistentes cepto: semper uerissimum faciemus:quod Marco Uarroni viro longe doctissimo visuꝫ est:quoniā si duodecimam cure partē quā impēdimus ut pistor bonum nobis panem faciat: ipendissemus in nobis: ipsi iam prideꝫ boni essemus (ut de anulis:de calceis: de calamistris sileam) Sic est proculdubio: sic erit:semper curabunt̄ superuacua:semper necessaria negligētur. In litteris tū tuis clarissime vir: vnum de te bone spei pignus habeo:videris mihi vim pati: ⁊ (qui proximus ad saluteꝫ gradus est) statuꝫ tue mentis agnoscere:videris mihi indignatione magnifica: cum primum se facultas obtulerit ex his compedibus euasurus. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Agapituꝫ Columne:eundē ut ad Cenā poeticā ueniat iuitātis. Ep̄la.XXII

D cenam expectatus uenies:memorqꝫ nō A
a hic cupidinariū forum esse: Poeticuꝫ tibi
cōuiuium presto est. Idqꝫ non Iuuenalis aut Flacci:sed quale a Uirgilio pastorale describitur: Mitia poma:castanee molles: ⁊ p̄ssi copia lactis. Cetera duriora:inelaboratum ac rigidum panem:fortuitum leporem aut peregrinā gruē:idqꝫ perraro: ⁊ callum fortassis apri rancidioris inuenies. Quid multa? Neqꝫ locorum nec victus asperitas ignota est tibi. Itaqꝫ non pedibus tm̄:sed ut facete Plautinus parasitus ait:calceatis dentibꝰ ut uenias:admoneo. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne:mōtem Caprarum montēqꝫ Soracte ⁊ oppida nonnulla circunstantia describentis. Epistola.XXIII.

Ēropportunuꝫ curis meis locū:si nō alio A
p ꝓperat animus:nactus sum in regiōe Ro
mana. Caprarū mons dictus est olim cre- Caprar mons
do ꝙ siluestribus virgultis obsessus: capris q̃ hominibus frequētior haberetur. Paulatiꝫ cognitus loci situs ⁊ spectata fertilitas:habitatores aliquot sponte cōtraxit a quibus arx eminēti satis tumulo fundata ⁊ domorum quātum collis angustus patit̄:adhuc uetus caprarum uocabulum nō amisit: Locus ignobilis fama:nobilioribus cingitur locis. Est hinc Soracte mons siluestro clarus incola:sed ⁊ ante siluestrum poetaruꝫ carminibus illustris: Hinc Cymini cum monte lacus:quorum meminit Uirgilius: Hinc Sutrium quod non nisi duobus passuū milibus abest:sedes Cereri gratissima ⁊ uetus (ut ꝓhibēt) Saturni colonia. Cāpus ostenditur nō longe a muris:ubi primum in Italia frumenti semen ab aduena rege iactum dicūt primam messem falce desectam:quo beneficio miraculoqꝫ delinitis animis:in partem regni viuens in opinionem diuinitatis vita functus: fauore hominum acceptus senex rex ⁊ falcifer deus est. Aer hic (quantum breue tempus ostendit) saluberrimꝰ hinc illinc colles innumeri:altitudine nec accessu difficili ⁊ expedita prospectui. Inter quos ⁊ vmbrosa laterum cōuexa ⁊ opaca circum antra subsidunt. Undiqꝫ submouendis solibus frondosuꝫ nemus erigitur:nisi ꝙ ad Aquiloneꝫ collis humilior

Soracte mōs

Sutriū hetrurie ciuitas

Saturni colonia

apricum aperit sinum: mellificis apibus floreā stationem. Fontes aquarum dulcium imis uallibus obstrepunt: Cerui: Dame: Capreoli: et feri nemorum greges apertis uagātur collibus: Omne uolucrū genus uel vndis uel ramis immurmurat: nam boum et omnis māsueti pecoris armenta: et humani laboris fruct⁹: Bacchi dulcedinem et Cereris ubertatem: Ad hec et illa nature dona: vicinos lacus ac flumina: et non longinquum mare pretereo. Par vna quonā gentis crimine: quibus celi legib⁹: quo fato: seu qua syderum vi: ab his terris exulet ignoro. Quid enim putas? Pastor armatus siluis inuigilat: nō tam lupos metuens q̄ raptores. Loricatus arator hastam ad usum rustici pugionis inuertens: recusantis bouis terga sollicitat. Auceps retia clypeo tegit: et piscator hamis fallacibus herētem escam rigido mucrone suspendit (quodq̄ ridiculum dixeris) aquam e puteo petiturus: rubiginosam galeam sordido fune cōnectit: Deniq̄ nihil sine armis hic agit. Quis ille pernox ululatus vigilum in menibus? que uoces ad arma conclamantium? Que mihi in sonorum locum: quos blandis e fidibus exprimere consueueram: successere. Nihil incolis harum regionum inter se: aut tutum videas: aut pacatum audias: aut humanū sentias: sed bellum et odia et operibus demonū cūcta simillima. His in locis pater inclyte: inter nolentem ac nolentem dubius iam sextumdecimū diem ago: et quantū potest in rebus omnibus consuetudo fragore militū: et stridore lituum ceteris in arcem cōcurrentibus me sepe per hos colles uagum videas atq̄ aliquid quod posteritatem mihi cōciliet assidue meditantem: Omnes me cum admiratione respiciunt: ociosum: intrepidum et inermē. Contra ego omnes ad miror: pauidos: sollicitos et armatos. Hec est humanarum uarietas actionū. Quod si forsan interroger: an hinc migrare malim: nō facile dixerim: et ire iuuat et manere delectat. Ad primū ꝓnior sum: non q̄ hic molesti quicq̄ patiar: sed Romam uisurus domo moueram: Est aūt ſm naturam: ut usq̄ in finem uotorū animus non quiescat: ex quo maxime colorem mihi videt habuisse opinio illa que beatifica visione dei in qua consumata felicitas hominis consistit: defunctorū animas tam diu cariturās astruebat donec corpora resumpsissent quod naturaliter non optare non possunt: q̄uis illa sententia multorum saniori iudicio victa: et cū auctore suo: da ueniam queso: qui ualde eum sed nō errores eius dilexisti: sepulta iampridem sit. Uale.

[Anim nūq̄ nisi optato fine adepto quiesc ē]

Francisci Petrarche Joanni Columne: Causas more apd Caprarū mōte recēsentis. Epl'a. XXIIII

Hoc ecce Caprarum (immo vo) leonum ac tigridum monte quolibet agno mitior ursus iste tu⁹ habitat: Anguillarie comes: amator pacis: sine bellorum metu: Inter bella securus nō sine pacis desiderio: hospitalitate secūdus memini: consilio vigens: blande seuerus et rigide benignus in suos: pieridum familiarissimus: et excellentium ingeniorum mirator elegantissimus ac laudator: et secum non aduersum: ut ille: sed cōueniens moribus suis nomen sortita Agnes cōiunx eius preclarissima soror tua: de qua (ut de Carthagine Salustius ait) silere melius puto q̄ parū dicere. Sunt enim quedam que nullo melius modo q̄ stupore et silentio laudantur: horum ex genere soror tua est: Hoc concors et mite par coniugium: ceu rosas aut lilia totidē notaui inter spineta ac tribulos odiorum: horum suauitate utcunq̄ reliquorum temperatur asperitas. Accessit diuinus et singularis vir Jacobus de Columna: Lomberiensis Episcopus: germanus tuus: ad quem cum aduentus mei nuncium premisissem per litteras qd me agere uellet interrogans: quoniam obsidentibus omnes aditus domus tue hostibus: nō tuto videbar Romam petiturus. Rescripsit ille congratulatus aduentui: et expectare iubēs: paucisq̄ post diebus ad septimum Kalendas Februarij affuit cum Stephano fratre primogenito: cuius etiam virtus eximia (magna quidem materia natum) est: neq̄ amplius q̄ centum armatis equitib⁹ stipatus uterq̄: non sine spectantium horrore transiuerat: cum quingentos et eo amplius sub hostium signis esse constaret: sed ea (que sepe bellum conficit) fama ducum iter strauerat. Cum his ego nunc generosis spiritibus habito tanta dulcedine: ut sepe alibi q̄ in terris esse videar: nec iam Romā magnopere requiram: Jbimus tamen: q̄uis denuo dicantur aduersarij reditum in urbem accuratius obstruxisse. Uale.

Francisci Petrarche ad Joannem Columne: protestantis se i presentia nihil scribere posse: eo q̄ magnitudine ruinarū urbis ita obruatur ut quid animus ferat ignoret. Epl'a. XXV.

Ab urbe Roma quid expectet qui tam multa de montib⁹ acceperit? putabas me grāde aliquid scripturum cum Romam peruenissem. Jngens mihi forsan in posterum scribēdi materia oblata est: in presens nihil est quod incohare ausim miraculo rerum tantarum et stuporis mole obrutus. Unum hoc tacitum noluerim: contra ac tu suspicabaris accidit. Solebas enim (memini) mea ueniendo dehortari: hoc maxime pretextu ne ruinose urbis aspectu fame non respōdente atq̄ opinioni mee ex libris concepte ardor meus ille lentesceret. Ego quoq̄ (q̄uis desiderio flagrarem) non inuitus differebam: metuens ne quod ipse mihi animo finxeram: extenuarent oculi et magnis semper nominibus inimica presentia. Jlla vo (mirum dictu) nihil imminuit: sed auxit omnia. Uere maior fuit Roma: maioresq̄ sunt reliquie q̄ rebar. Jam non orbē ab hac urbe domitū: sed tam sero domitum miror.

Francisci Petrarche ad Joannem Columne: Joannam et Agnetem sorores collaudātis: easq̄ mulieribusq̄ que Rome atq̄ apud exteras nationes virtute claruerint comparantis. Epistola. XXVI.

Sunt qui Romanorum ueteres matronas singulas singulis laudibus attollant: Et Lucretie quidem pudicitiam ascribunt: Martie grauitatem: pium impetum Ueturie: coniugalis amoris ardorem Portie: Claudie hilaritatem sobriam: Julie facetias et eloquentiam muliebrem: urbanitatem Cecilie: Liuie maiestatem: Corneliarum alteri generosum robur animi: alteri morum uerborūq̄ dulcedinem. Sunt et qui peregrinas suis laudibus prosequantur: honestatem in Penelope: in Artemisia amorem immortalem: Jn Ipsicratea tolerantiam: Jn Thamyri fortitudinem: consilium in Thetide: modestiam in Argia: pietatem in Antigione: in Didone constantiam

admirãtes. Uellem ut duo laudatores veterum: sorores tuas Joannã et Agnetem cernerent: haberent ꝑfecto in vna domo amplissimam laudandi materiam: neqꝫ femineis titulis conquirẽdis: per omnes terras et per taz multa secula uagarentur. Quicquid usqꝫ sparsim queritur: apud has simul inuenitur. Tu viue: nõ virtute tm̃ propria: sed magni genitoris gloria fratrumqꝫ concordia: et taliũ sororum pietate felicissimus. Uale.

Eiusdem Francisci Petrarche Liber tertius Epistolarum de Rebus familiaribus Incipit.

Francisci Petrarche ad Thomam Messaneñ. ad dubitationẽ de Tile insula habitaz rescribẽtis: uariasqꝫ de ea ĩsula opiniões narrãtis. Ep̃la. XXVII

p Erambulanti ueteruz cõfinia: accessu quidem aspera: sed amena cũ puene- ris: creber scrupulus ingenij pede calcandus est: Hoc sane quẽ tu tibi nuꝑ iniectum scribis: ego iampridez premor: queroqꝫ itidem: qua naz mundi parte Tile sit insula: quero: Sed (ut veruz fatear) nec certo iudice: nec ad rẽ ducẽtib⁹ cõiecturis: aut ipsam aut nulla inueniendi spem inuenio: et hec tibi quidem ex ipsis Britannici oceani littorib⁹ propinquior (ut fama est) ipsi quam uestigam⁹ insule scribo: Profecto vnde uel antiquo litterarum studio uel noua ac sollicita locorum indagine: certius aliquid scribere posse debueram: Ultimam quippe terraruz esse non ambigitur. Hoc Uirgilius canit: hoc Seneca: hoc secutus utrũqꝫ Boetius: hoc omnis deniqꝫ scriptorum cohors: Illud quoqꝫ satis inter multos conuenit: In occiduo tractu sitaz q̃ꝫ longissime ab ortu solis et a meridie recessisse. Ceterum nobis in occidente positi stimulos addidit ipsa vicinitas: si ad orientem sita esset: forte nõ magis Tilem q̃ꝫ Thoprobanem curaturis. Cum ṽo Britanniam et Hybernem cunctasqꝫ Orchadas in occidentali oceano: ad aquilionez: Inqꝫ eodem: fortunatas insulas: ad austrum: partim usu: partim assiduo cõmeantium testimonio non aliter pene q̃ꝫ ipsam Italiam aut Gallias nosceremus circũspicere: mirariqꝫ cepimus aliquantoqꝫ scrupulosius iquirere sicubi vndis emergeret: celebrata hec omnium litteris insula: quam in nostro oceano et antiquorum locauit auctoritas: et nunc etiaz orientalium populoruz ac totius orbis confirmat opinio. Quid multa? Euenit huic qđ sepe claris viris accidit: ut ubiqꝫ sint q̃ꝫ in patria notiores: percontare occidentis accolas indocti ipsum insule nomen ignorant: litteris utiqꝫ clarum nomen insule est. Insula ṽo nõ minus ignota q̃ꝫ vulgo. Mihi quidem de hac re cum Ricardo quondam Angloruz regis cancellario sermo non ociosus fuit: Uiro ardentis ingenij nec litterarum inscio: et qui ut in Britãnia genitus atqꝫ educatus: abditarũqꝫ rerum ab adolescentia supra fidez curiosus: talib⁹ presertim questiunculis enodandis aptissimus videretur. Ille autez seu quia sic speraret: seu q: puderet ignorantiam fateri (qui mos hodie multoꝝ est qui non intelligunt quãta modestie laus sit homini nato nec nosse omnia ualenti: profiteri ingenue se nescire qđ nesciat) seu forte (qđ nõ suspicor) quia huius mihi arcani notitiaz inuideret: Respõdit certe se dubietati mee satisfacturũ: sed non pri⁹ q̃ꝫ ad libros suos: quorum nemo copiosior fuit: in patriam reuertisset (Erat enim dum in amicitiam eius incidi tractandis domini sui negocijs apud sedem apostolicam peregrinus: ea scilicet tempestate qua inter prefatum dñm suum et Francoruz regẽ prima diuturni belli semina pullulabant: que cruentaz messem postea protulere: necduz reposite falces aut clausa sunt horrea) sed duz promissor ille meus abijsset: siue nihil inueniens siue nouiter iniuncti pontificalis officij graui munere distract⁹ q̃ꝫuis sepe litteris interpellatus: expectationi mee non aliter q̃ꝫ obstinato silentio satisfecit: Ita mihi Tile amicitia Britannica nihil notior facta est.

L Post annos ṽo uenit in manus meas libellus de mirabilibus Hybernie a Giraldo quodam aulico Heinrici secundi regis Anglorum: licet tenui rerum stilo: non rudi tñ uerborũ arte contextus: quẽ ne totum bibliothece nostre forib⁹ excluderẽ: breuis quedã ipsius particula promeruit: ubi de hac eadez insula nostre similis et operosa dubitatio inserta erat. Itaqꝫ similitudo vna ingenij mihi toti⁹ operis cõmendauit auctorem. Aliquot ibi scriptorum sententias attingit: ꝙ insularum oceani que circa Britanniam: que uę inter Arcton et occasum sũt: extrema sit Tile: Ubi estiuo nulla nox: brumali contra solstitio nulla dies: Ultra quam pigrum atqꝫ concretum iaceat mare. Ad hec Solinum et Isidorum testes citat: ignotam nihilominus insulam occidenti: nullamqꝫ huius uel nature uel nominis illic esse confirmat. Ideoqꝫ coniecturam sequens aut famosam sed fabulosam insulam existimat: aut infinito ab alijs spatio secretam: nusq̃ꝫqꝫ alibi q̃ꝫ in intimis borealis oceani secessib⁹ requirendam: Cuius sententie astipulatorez facit Orosium: Poterat et Claudianuz ubi Hyperboreo dãnataz sydere Tilem ait. Hoc tamen omisso rẽ agit et ad hũc fere modũ ille disputat: Tu testes quos inducit examina: q̃ꝫ sibi cõstet: et quanta sit dictis fides intelliges: Ego enim nunc a libris oibus q̃ꝫ

D longissime absum: Et id vnuz in hac peregrinatione molestissimum experior: Domo egressus: nullũ latine lingue murmur audio: domum regressus: comites libros cum quibus loqui sum solitus nõ habeo: omne mihi colloquium cũ memoria mea est. Hec igit̃ ex tempore et memoria scribo: ita ut de quibus illam hesitantem video: silentio potius q̃ꝫ calamo cõmittenda crediderim. Multa sane non aliter q̃ꝫ si sub oculis libri essent memini: que frequẽs horum cogitatio mihi altius atqꝫ tenacius impressit. Plinium ille secũdum forte nõ legerat: Plinius

quo nemo certius rem expressit: quam uere definire nõ ausim: cuz illud semper occurrat: qđ ita oib⁹ secundus

habeat̃ incognita insula tam vicina: tam celebris: Sed dicam quid ipse Plinius secundus secundo naturalis historie libro senserit: Tilem esse insulaz sex dierum nauigatione: in septẽtrionem a Britãnia distantem: ubi semestrem estiuum diem ac paris spatij brumalẽ noctez esse cõiectat: et violento quantum sibi videt̃ rationis argumento: Et preterea nescio quo Phocensi Pythia Masiliensi teste utit̃. Que si uera sunt: quãtulum hinc abest Tile ipsa quã querimus: cui⁹ apud Indos (ut auguror) fama ingens: apud nos notitia nulla est. Seruius Serui⁹

gdē ꝛ si grāmaticus melioꝛ q̄ȝ uel cosmographus
uel poeta:sequens tamen prioꝝ uestigia:super il-
lum Uirgilij locū:Tibi seruiat ultima Tile:sic ait
Tile isula est oceani iter septētrionalē ꝛ occidēta
lē plagā ultra Britāniā:Hiberniā:Orchadas.Ui
des ut vnum fere signū oēs aspiciat:ut inter septē
trionē ꝛ occasum ac nō ꝓcul a Britānia uario ser-
mone cōueniāt:ubi si corpore cōuenissent:re cogē-
te:mutassent forte sentētiā.Duo longius abscedūt
a ceterorū dictis:sed an ad ueruȝ ꝓpius accedant:
an ꝓpter distātiam:nō ita manu(ut aiunt)menda
cium prendi possit:interdū est.Horū alter Orosi⁹
E est:cuius supra mētio est habita.Alter ṽo Pōpo-
nius Mela:nobilis cosmograph⁹:queȝ Plini⁹ in
multis sequi solitus hic neglexisse visus est.Is eni
toto anno vnum solis ortuȝ uerno:vnūq̄ȝ autūnali
equinoctio occasum:atq̄ȝ ita vna die dūtaxat:vna
q̄ȝ nocte distinctū anni spatiū Hyperboreis popu-
lis assignat:p̄mus in littore Asiatico sup Aquilonē
Rhipheosq̄ȝ mōtes habitātib⁹:omniuȝ(si qd sibi
credimus)mortaliū innocētissimis felicissimisq̄ȝ.
Tilem aūt inter oceani insulas:Belgarū littorib⁹
oppositā testaṫ:noctes ibi breues hyeme qdem fu
scas:estate lucidas:solstitio nullas.Adest tanta di
scordia:ut mihi qdē nihilo videaṫ occultior insula
ipsa q̄ȝ ueritas.Sȝ bene habet:quia qď laboriose
querimus:impune nescim⁹.Lateat ad Aquilonē
Tile:lateat ad Austruȝ Nili caput:modo nō late-
at in medio cōsistens virtus:ꝛ huius vite breuis
semita:per quam magna pars hoium palpitando
titubādoq̄ȝ ꝓficiscıṫ:ad incertū finē ambiguo calle
festinās.Ne ergo nimis magnam operā impēda-
mus in inq̄sitione loci:quē forsan inuentuȝ cupide
linqueremus:claudēda iā ep̄la:ꝛ tēpus curis me
liorib⁹ impendendū est.Hec sunt que de hoc ambi
guo tibi nūc ex ipsa(ut ita dixerim)inq̄sitiōis area
excutere potui:Reliqua a doctioribus exige.Mi
hi quidē si hec ne latibula rimari ꝛ abdita nosse ne
gatum fuerit:meipsum nosse sufficiet.Hic oculos
aperiam:hic figā intuitum:orabo euȝ qui me fecit
ut se mihi meq̄ȝ simul ostendat:ꝛ(qď uotum sapi-
entis est)notum mihi faciat finem meum.Uale.

¶ Frācisci Petrarche ad Thomā Messaneū.super
uacuuȝ esse curas hominum in longum protēdi in
etate breuissima affirmantis. Epistola.XXVIII.

A Uid ad litteras tuas dicaȝ?Uereor ne hu
q manoruȝ torrens rapidissimus errorū ami
cum nostrū fundo aluei rotatū cū vniuerso
rapiat.Senescit(ut vides)inter ludos atq̄ȝ presti
gia fortune:multa sibi ꝓmittēs:que(mihi crede)
nunq̄ȝ uenient.Una tm̄ excusatio est:Oēs idē fere
morbus habet:quem inuenies qui nō spe crastine
quietis hodie laboret?Hec felicitas:hec mortaliū
vita est:mirus furor:nec miror ideo q: public⁹:hia
re inuentos ꝛ certis bonis abiectis incerta sectari
Ignorāt hoies:quātū lucri sit spes inanes ꝛ falla
ces ꝑdere:Nulla grauior sarcina:nulla tamē tristi
us deponiṫ:Usq̄ȝadeo malis etiā ꝓprijs delecta-
mur:Laborat ille qdeȝ ꝛ suspirat ꝛ anhelat super
B uacue:ꝛ cōtra Flacci sniam:Terras alio calentes
sole ꝑmutans breui fortis iaculaṫ euo multa.Non
accuso i alijs qď in nobis excuso:Tulit ꝛ nos mul
ta videndi ardor per terras ac maria:ꝛ nūc maxi-
me ad extrema terrarū ea me uoluptas traxit:pel-
lente hinc tedio rerū:morūq̄ȝ odio quo rursum du
ra necessitas retraxit:nudiusterti⁹ applicui:ꝛ cum
multa inde sibi scripserim:reuersus puluerulētum
calamum tuo primū noie detersi:Amicus aūt no-
ster:nō ut doctior redeat nullū mundi littus inac-
cessuȝ sinit:ꝛ omni uento caduce frondis more cir
cumuoluiṫ:Suspirioruȝ eius nullus(ut auguror)
finis erit nisi qui vite.Hoc sibi uerbis meis dicito.
Raro qdem premeditata succedūt:sed finge succe
dant:crescit cū felicitate miseria.Id haud difficile
ꝑsuaderi posset experto:nisi cōsuetudo pessima au
res salutaribus uocib⁹ obstrueret.Sed ipse de se
viderit:tu ṽo ceptū tene:ꝛ ne turba delirātiū aiuȝ
a ꝓposito cōuellat caue.Senece:imo ṽo ipsius
nature ṽbū est.Nec multo op⁹ est nec diu.Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Colūne Iu
niorem:uti victoria nescienti frustra esse ꝙ vicerit
narrantis:exemploq̄ȝ Hannibalis:Pompeij:Cy-
ri:Alexādri:Agamēnonis ac Scipionis Africani
comprobantis. Ep̄la.XXIX.

Otuisti vir fortissime vincere:Scito sapiē
p tissime vir uti victoria ne quis vnq̄ȝ nostrū
tibi possit obijcere:qď Cānensi quondam
die Maharbal Hānibali:qui si cōsilio obsecut⁹ re
cto calle ab acie Romā sanguie nr̄o rorātia signa
uertisset:quenam sit historicorum opinio nō igno-
ras.Sed illius impijs ausibus obstitit Italie fa-
uens deus:Idem pios adiuuans conatus:aciem
tuam comitabitur:uestigia diriget:se duce victri-
cia signa nō deseret.Ille tibi nūc ꝑpetuaȝ victoriā
ultimūq̄ȝ tuorum hostium exterminium polliceṫ:
qui de tot oliȝ barbaricis legionib⁹ piam paucita-
tem Theodosij p̄ncipis saluam fecit.Et tu ꝓfecto
iustissimā cām foues:ꝛ qui illius tūc iustitie fuit:
tue nūc testis est Christus:deuotissime tibi dieb⁹
ac noctibus inuocādus:ut ꝑagat qď incepit:non
equidem ꝓcul ille:sed tecuȝ est ꝛ tecuȝ erat(mihi
crede)dū vinceres:Alioquin quonā mō cuȝ pau-
cis tm̄ fudisses exercitū:atq̄ȝ vnus duos supbissi-
mos hostes incautusq̄ȝ idē ac ꝓpe semiermis pre-
meditatos illos ꝛ instructos inopino marte tā ce-
leriter oppressisses?Aderat ꝓculdubio celeste p̄si-
dium:aderitq̄ȝ quotiēs nō mutata iustitia ꝑtis tue
pie reuerēterq̄ȝ postulabiṫ.I tāto securus duce:ꝛ
de cesorū sanguine renascētē puerū ecclesiarū spo-
lijs oneratū predaȝ uerius scito esse q̄ȝ p̄liū:Prior
nēpe victoria ut gloriosa sic inops fuit:hec tā opu
lenta q̄ȝ facilis:Uade igiṫ ad certā victoriā:poti⁹
iā ad ambiguū certamē:ꝛ uade nō tā ꝓprijs viri-
bus q̄ȝ diuino fisus auxilio.Ipsa pro te etiā elemē
ta pugnabūt que pro Theodosio pugnauerūt(qď
q̄ȝ ait Claudian⁹)Tibi mittet ab astris Eolus ar-
matas hyemes:tibi militat ether:ꝛ cōiurati ueni-
ent ad classica uēti.Nā ꝛ tu quoq̄ȝ cū crucis hosti
bus:lȝ christi nomē usurpātib⁹:bellū geris:qď sic
eē nou⁹ Eugeni⁹ ex agno lup⁹:tyrān⁹ ex clerico:op
presse ac nudate per Italiaȝ testanṫ eccl'ie:Te non
tuaꝝ magis q̄ȝ suaꝝ iudicē offensarū poscit lesa di
uinitas.Noli gemie deesse vidicte neq̄ȝ in his que
gesta sūt speȝ usq̄ȝadeo posueris ut que sint gerēda
nō videas.Aliqd est actū:imo multū:immo pluri
muȝ:imo nihil cum p̄ncipio finis desit.Ne queso
cum victoria uti possis frui malis:qua in re nostro
quidem optimo sed pessimo facto suo errasse tan-
tus ille militie magister arguiṫ.Quis āt vnū illō
oibus bellorū ducibus qui sunt:q̄ȝ erūt omnib⁹

seculis abunde cautionis ac documenti prestare debeat: ne tñ in tam magno negocio vnius excpli cõmemoratione mouearis: τ nostra τ peregrina subijciam. Magnus pompeius ad Dyrrhachiuꝫ victor Julium Cesarem prope captum duꝫ retinere posset: abire pmisit: siue ignorantia rei bellice in duce ꝓbatissimo: siue fortuna familiari suo in extremis necessitatibus opem ferẽs: siue (que vulgatior fama est) mira prorsus atq; utinã felix humanitas illa fuit: ex qua mox in Thessalia calamitas publica: τ in Egypto ducis ipsi⁹ mors miserabilis cõsecuta est: τ in Africa Catonis simul ac libertatis interit⁹: τ in Hispania tristis reliquiarũ strages τ Rome spoliatũ erariuꝫ: oppresse leges: atq; ibidem succinctus ferro abdito senatus: τ victor in Capitolio: qd̃ quatuor triũphis ornauerat interfectus. Hinc Perusij ac Mutine grauis obsidio: τ crudelissima Parmensium clades: cuius in Philippicis Cicero meminit: τ Pharsalia nostro sanguine rursus infecta: τ sub Leucadio atq; Etneo verticib⁹ illa ingẽtia bella naualia. Postremo inde usq; in seculum nostrum tãtorum series maloꝝ ut τ ipossibilis enumeratio sit τ amara memoria: nec duꝫ miseriaruꝫ finis ullus appareat. Quid de Cyro rege Persarũ loquar: qui (ut ꝓprie dicã) victor in prelio in victoria victus fuit? Quid de Alexandro Macedone: qui bello incolumis: in conuiuio perijt? Agamẽnon famosum illud ac supbum Ilion strauit. Africanus minor: noster (ut ita dixerim) Policertes Carthaginẽ atq; Numãtiaꝫ funditus euertit. Uterq; in bello q̃ post victoriam tutior militieq; felicior q̃ domi: quos nõ minus moribus q̃ locis: tẽporibusq; distantes sciens in hac breuis epistole pte coniunxi: q ꝓpe par fatũ atq; idem amborum exitus videret: victores hostiuꝫ: q̃sq; sua perdomita ac subacta barbarie inter amplexus nefandissimarum cõiugum periere. Nihil hec (fateor) ad nostrum ꝓpositum. Itaq; rem oim ad vnum finem deduco: ut ostẽdam multa etiã victoribus metuenda. Nusq̃ igit̃ gestarum reruꝫ fiducia subsistendum: procedendũq; longius assidue ac more Cesareo urgẽdum impigre successum: instandũq; fauori numinis: credendũq; nihil actum dum agendum aliquid supersit: Alioquin multis bello suspectiorem fuisse victoriam: τ uerendũ ualde ne melius fuerit non cepisse q̃ ceptum medio procurrentis facti calle deserere. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Colũne Juniorem: eundem de quibusdam litteris τ carmine τ soluta oratione ad eum missis certiorem reddẽtis. Epistola. XXX.

A De vniuerso rerum tuarum statu qd sentirẽ breue quiddã tibi bellacissime vir materno pridem sermone cõscripseram: ut posset militibus etiã tuis innotescere: tecum in partẽ laboris τ glorie ꝓfecturis. Subinde aũt pariẽte nouiter aliqd semp ingenio: eidẽ tibi carmẽ ex meo alienoq; cõtexui: ea lege: ut primus meus: secundus alicui⁹ ꝓbati poete uersus esset: atq; ita ut legentẽ nõ sententiarũ mõ artificiosa cõnexio: sed uerboruꝫ quoq; consonantia delectaret. Qua in re: ceu noui poematis (tenui licet inuẽtione) gloriabar: donec misso iaꝫ carmie deprehẽdi alios añ me hoc gen⁹ attigisse: uerũq; qd̃ Hebreus sapiẽs dixit: Nihil nouũ sub sole: qd̃q; ait Comicus poeta: Nihil dictũ: qd̃ nõ sit dictũ prius. Nouissime per nũcium Stephani senioris magnanimi patris tui: quo plures virtuti stimulos incuterẽ scripsi oratione soluta τ libera: quã si habes nihil est qd̃ mutem: nihil qd̃ adijciam: q̃uis enim multa se offerant: tamen sapientem monuisse satis est. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanũ Colũne Juniorẽ: solitudinẽ nõ oratione laudari posse: sed experientia probari: asserentis. Ep̃la. XXXI.

Postulas tibi statũ vite solitarie: quem hac etate secutus video: (ut asseris) pter morẽ hoium nostrorum breuibus uerbis exponi: Utrũ imitãdi an irritãdi auidius: nescio: tu scis. Ceterũ q̃ magnã rẽ inter angustias cogi ac breuiter dici uelis forsan ignoras. Sunt de hocipso disertorum hoiuꝫ libelli: nec tñ (quantũ mihi videt̃) a quoq; sufficienter adhuc laudata res est: de qua sepe mihi (fateor) scribere aliqd impet⁹ fuit: τ fecissem: nisi q: nõdum aut ingenio aut stilo aut rerum notitie satis fido: Qd̃ ad te precesq; tuas attinet: Ego qdẽ: ut nunq̃ equis auribus laudatoreꝫ vite huius audiã: nisi qui primo dulcedinẽ eius aliqua ex parte gustauerit: cuꝫ innumerabilib⁹ bonis hec affluat: que nec audiẽdo nec legẽdo: deniq; nec aliter q̃ experiẽdo discunt̃: sic frustra quenq̃ doceri uelle rear nisi eadẽ experientia magistra. Quid enim refert quãto eloquio res agat̃: aut nõ intellecturis qui audiẽt aut minime credituris? Tu itaq; si te solitudinis mee admiratio τ imitãdi studium trahit (ut pdicas) noli me curis alijs intentũ fatigare: noli narrationẽ imparẽ rebus exposcere. Sꝫ si mõ tu (qd̃ ego q: ualde uereor sepe repeto) pura mente discẽdiq; nõ tẽptãdi aio interrogas: ueni τ vide qd̃q; ipse tibi debere potes: alteri ne debeas. Desine tuarũ aurium pruritũ alieni sermonis vnguentib⁹ scalpere: leuioribus fabellis idem consẽqui nõ ꝓhiberis: idq; fiet honestius: q̃ si tractatũ rei grandis extorqueas: ad nihil aliud aut annuẽti profuturum aut petenti: q̃ ut legẽtis intẽtio culpari possit: τ sint scribentis uerba cõtẽptui. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Stephanum Columne Juniorem: cum eodem de summo bono disceptantis: τ que uere dici possit summa felicitas exponẽtis. Epistola. XXXII.

Quid in questione ꝓposita sentiendum putes: ipse videris. Nec etas: nec libroruꝫ lectio: nec rerum experientia defuerit. Apud me quidem rerum nõ honestarum: uel sola consultatio turpis est si sententiam extorques: absit a me nõ modo summũ: sed (qm̃ τ in hac opinione Stoicus q̃ Paripateticus: τ in omnib⁹ Stoicus multo q̃ Epicureus esse malim) ne aliquid quidẽ bonum in diuitijs aut in uoluptate reponere. Cõmoda sunt hec τ adminicula vite mortalis: Itaq; illd̃ fortune: hoc corporis bonum uocant. Bonum vo qd̃ querimus in animo est: nec corpori seruiẽs nec fortune. Cetera uocari bona fateor: sed non esse cõtendo. Ne ue me forsan errore lapsum putes inaduertenter hoc dicere: non sum nescius quid de hac re Aristoteles: quid Epicurus sentiat: sed philosophantium auctoritas non impedit iudicij libertatem. Mihi illa philosophorum diuinorum uerior q̃ sententia videtur: Beatos esse non posse qui bona diuidant tripartito. Unum bonum est: vnũ qd̃ felices faciat. Uestra qdẽ nimis iops τ emẽdicata

Sũmuꝫ bonum

felicitas est:ad quam nō modo forma corꝑis ⁊ ꝓ-
sperior ualitudo:sed diuitie etiā admittuntur seu
potius exigūtur:nimis furum insidijs exposita:ni
mis deniqꝫ sollicita semꝑ ac trepida : quo nihil est
a felicitate remotius: Nā illa Epicuri in uolupta
te cōsistens:non solum nulla felicitas:sed extrema
B miseria est. Quid eni hoi miseriꝰ q̄ȝ humanū bonū
bono pecudis:hoc est rōnē sensibꝰ ſbstrauisse? Sȝ
nōne ego parū sani capitis videbor:qui iter tātas
ꝑtes sup lite tā dubia iudex nō electus accesserim.
Credat igiť qſqꝫ qd̓ credidit:durū est eni ab iucte-
ratis opinionibꝰ auelli: Extāt de his phorū tracta
tus uarij:quoꝝ vix noīa ep̄le clauderenť angustijs
Extat iteger Ciceronis liber:qui de fine bonorū ⁊
maloꝝ inscribiť:quē cū legeris nescio an qcq̄ȝ uel
auribꝰ uel igenio relictū sit qd̓ regrēdū putēt. Sȝ
qm̄ a me nō qd uerū (id enim forte abditū est)sed
qd mihi videreť postulasti: Breui rē oēm fine ꝯclu
do: Noli iniqs cōsultoribꝰ aurē ꝑbere:neqꝫ famaȝ
neqꝫ salutē tuā diligūt:id tm̄ ꝯsulūt qd̓ uel sibi eli-
gerēt uel tibi gratum putāt: Tu vͦo nihil ꝑter hone
stū cogitare:nihil in bonis numerare debes: At uti
C le lucrū est. Ita ꝓrsus si cū honestate cōiūctum sit.
Aliogn nil noueris eē posse dānosius. Uulgatū est
qd de hocipso in officialibꝰ libris Cicero idē dispu
tet. Sed magna ps legētiū rerū negligēs solis vͦ-
bis inhiat: ⁊ ꝑcepta vite iudicio auriū q̄si totidem
fabellas amplectiť. Tu memēto illic nō lingue sed
ai negociuȝ agi : hic est non rhetoricos sed phicos
eē sermones. Stet añ oculos id qd̓ Athenis olim
Atticis notū fuit: ⁊ Themistoclis cōsiliū ⁊ Aristi
dis interꝑtatio: ⁊ iudicium cōcionis: ꝓinde q̄ȝuis
vulgus irrideat:ac demū lege emolumētū nō asꝑ-
nor si nihil ꝓbri mixtū affert:si secus nō alr̄ auruȝ
q̄ȝ scopulū vitabo. Aurū enim ut ait Plautꝰ:multa
multis sepe suasit perperam. Deniqꝫ (ut eodem cū
auctore ꝯcludam) Nō ego oino lucrum omne esse
utile homini existimo. Uale.

Frācisci Petrarche ad. T. M. regiū cōsultorem:
mediocritatē oibus in rebus esse appetēdam: ⁊ ꝑ-
cipue a regibus:cōsulētis. Ep̄la.XXXIII.

A Uāuis nō sim nescius:quāto plus sub mul
q toꝝ q̄ȝ sub vnius impio romana res creue
rit:multis tm̄ ⁊ magnis viris visum scio fe
licissimū reipublice statū eē sub vno eodemqꝫ iusto
ꝑncipe. Ita pugnare simul auctoritas ⁊ expientia
videnť:sed maior est questio q̄ȝ ut tā breui sit expli
cāda litterula. Certe ut nr̄arū rerū pn̄s statꝰ est:in
hac aioꝝ tam iplacata discordia:nulla ꝓrsus apud
nos dubitatio relinqtur:monarchiā eē optimaȝ re
legēdis reparādisqꝫ viribꝰ italis:q̄s lōgus belloꝝ
ciuilium sparsit furor. Hec ut (ego noui fateorqꝫ)
regiam manū nostris morbis necessariam:sic te il-
lud credere nō dubito: Nullum me regeȝ malle q̄ȝ
hūc nostruȝ:cuiꝰ sub ditione viuimꝰ:adeo suauiter
ac tranqlle:ut nec Pyrrhi humanitatem:nec fortu
nam Alexādri:nec Zalēti iustitiā:nec (ut romanis
potiꝰ exēplis utar) Romuli ardorē:nec Nume reli
gioneȝ:nec Tulli militiam:nec Anci magnificētiā:
nec Tarqni habitum:nec Seruij ꝓuidētiam req-
ramꝰ. Et ꝑfecto si regem a tyrāno sola iustitia di-
scernit: Iste rex uerus est:quēlibet tyrānuȝ uocent
uerissimi oium tyrāni qui se patres patrie dici uo-
lūt:cuȝ qbꝰ nullus Phalaris:nullus Agathocles:
nulluſ Dionysiꝰ:nullus deniqꝫ Gaiꝰ aut Nero om
niūqꝫ fedissimꝰ Heligabalus possit de ipudicitia ⁊
feritate cōtēdere. Sane qm̄ prudētis est:nō tā qd
delectet q̄ȝ qd expediat aduertē : Inqꝫ hocipso nō
ꝑncipia reruȝ:sed exitꝰ cōtēplari: Tibi cuiꝰ ille cō-
silijs agiť : optimo cōsilio:cuiꝰ de prudētia ⁊ fide
dubitari nusq̄ȝ sinis:tibi inq̄ȝ amice cui animꝰ meꝰ
notꝰ est:hoc rusticū forte sed fidele cōsiliū dedisse
uelim:ut suadeas sibi fines suos satis patere : siue
opes siue gl̓iam spectet. Cupiditati nihil est satis:
Illa eū nō fallat ꝓmissiſ ingētibꝰ: Aurea mediocri
tas est in oi fortuna humana qdē felicitas:nullo si
bi fine ꝓposito ꝓgrediēdi auida: ⁊ in infinitū ten-
dēs:ut sollicitudinis plurimū:sic nihil solidi:nihil
certi:nihil qeti hēt. Ideoqꝫ semꝑ mihi placuit Afri
cani modestia iunioris:qui cēsor lustrale carmen:
quo a dijs romane felicitatis augmētū poscebatur
uelut nimie cupiditatis plenū: ⁊ ipsis iportunū de
is mutari: ⁊ ex illo nō aliud q̄ȝ status qui tūc erat
stabilitatē solā iussit exposci. Sobrie qdē ac prudē
ter:si ⁊ mortalia cōsistere scirēt: ⁊ ab oipotēti deo
petitū eēt:qd̓ a dijs fallacibꝰ petebať. Multa hic
dici posse video:sed qd opus est vͦbis? Uides aiuȝ
meū:qd cupiā: ⁊ qd metuā nosti. Audio illum no-
uas res moliri:opto feliciter:si ꝑgit:sed malo desi-
nat:tutior eni via est. Oppone te oro ꝑncipijs: In
gere sibi illud abstinētissimi ducis: Romanos non
tā aurū hēre q̄ȝ impare aurum hn̄tibꝰ uoluisse. Id
si de auro recte diciť qd̓ abdi pōt:qd de terris atqꝫ
urbibꝰ? Itēqꝫ si de hostibus recte diciť:qd de ami
cis dices:quos nō coacto:sed spontaneo modere-
ris impio?quoꝝ nō terris mō uel aurū:sed corpa:
sed aios pleno iure possideas:cū honestius:tuȝ tu
tius est amicos hēre q̄ȝ patrimoniū amicoꝝ: Et ubi
uolētibus possis:stultū est uelle nolētibꝰ imperare
Philosophoꝝ:qn potius nāe uox est : Nihil violē
tum diuturnū. Modestos regni fines:facile tuea-
re. Immēsum impium difficile queriť:difficillime
custoditur. Uale.

Frācisci Petrarche ad. T. M. ⁊ tristē ꝑteritorum
memoriam ⁊ anxiā sollicitudinē futuroꝝ deponē
dam admonētis:mathematicis etiam nō credēdū
eē scripturarū testimonio ꝓbātis. Ep̄la.XXXIIII.

Bijciamus oro si possumus ⁊ tristem ꝑte-
an ⁊ in thoro: certe apud thorū accidit: Loci do-
minus nobilis dicā: an rusticus: Iuuenē ip̄m: quē
graui ⁊ antiquo odio ꝑsequit̄: ad capitale supplici
um uocat. Mulier factū excusat: nihil se cōtra q̄ȝ
optauerit passā dicēs: ⁊ ꝓmissas amātis nuptias
efflagitat. Annuit ille si liceat: sed carcere ꝯclusus
sub iniquissimo iudice causam dicit. Ceteꝝ ubi cō
pedes amoueantur: soluti ambo ⁊ etate ⁊ animis
⁊ fortuna pares: optatissimas nuptias celebrabūt
Hec ut ad me indignātis primū populi uocibꝰ: de
inde etiā amicoruȝ precibus ⁊ lachrymis perlata
sunt tu primus oīum occurristi: a quo morbi talis
auxilium peteret̄. Et nos aliquando frater arsimꝰ
⁊ opem ferre decet ardentibus: Dn̄m autem nr̄m
⁊ si talia sublimem eius animum non attingāt nō
tamē usq̄ȝ adeo ferreuȝ aut inhumanū reor: ut hu-
manis non miserat̄ erroribus. Nec est qđ partius
ardere ruricolas suspicemur: In omne genus ho-
minū par īperiū habet Arcipotēs ille puer. Scio
apud Uirgiliū scriptū esse: ꝙ subita incautum de
mentia cepit amātē. Et sequit̄: Ignoscenda q̄dem
Sed terret qđ in fine subiungit: Scirēt si ignosce-
re manes. Uereor eniȝ ne durior ille Bellerophō
nihil humanitatis habēs: insuper ira ascensus: sit
sanguinis sitientior q̄ȝ oportet. Utcunq̄ȝ succedat
nos partes nostras implebimus: Ego apud te: tu
apud dominuȝ: ut ipse a prefato thori domino gra
tuitum munus: captiuū illū per litteras suas petat
Cuius nomen ⁊ rei geste serieȝ villicus hic noster
ob hoc vnuȝ ad te missus exponet: nihilo narrator
urbanior: q̄ȝ amator is cuius amētie modo ueniā
postulamus. Uale.

Fran. Pet. ad Lelium suum: eloquentiam pluri-
mum ualere ad mitigandos efferatorum animos
exemplo maiorum comprobantis: q̄q̄ȝ suum villi
cum mitigauerit admirantis.

Epistola.XLVIII.

q Uid tibi vis dicam? Sic est ut audieram
⁊ legeram: Nullum est tam asperum inge
nium quod non morum uerborumq̄ȝ dul-
cedine mitigetur. Sic Africanus meus ille supe-
rior Siphacem regem barbarum: atq̄ȝ (ut Liuij
uerbis utar) Romanis moribus insuetum: ⁊ (qđ
mirabilius fuit) Hastrubalem quoq̄ȝ Carthaginē
sium ducem: non barbaruȝ modo: sed etiaȝ immi-

tem Romani nominis inimicum inter cenandum
suaui cōuictu: ⁊ comi mansuefecit alloquio. Sic
Julius Cesar Amyclam algis ⁊ equoreis spumis
aspersum nudumqꝫ ⁊ inopem piscatorem: tam le-
niter fando cepit: ⁊ illius Cesaree facundie retibꝰ
circumuoluit: ut inaudito uerboruz sono: ⁊ ignoti
hospitis admiratione suspensus: confestim iuben-
te illo fragilem atqꝫ imparez pelagi minis cymbā
de tuti littoris statione dissolueret: parendiqꝫ stu-
dio sciens ac uolens ad interitum pꝛoperaret. Ac
ne semper Africanos ⁊ Cesares loquamur: Jlle
philosophorum pꝛinceps Plato dionysium conci
liare sibi potuit Syracusiū tyrannum Archelauū
vo Macedonie regem Euripides poeta. Nec aut
illi tyrānici spiritus rigoꝛ: aut huic immanitas ob
stitit barbarica: utranqꝫ duriciem ingenio ⁊ elo-
quentia molliuerunt. Et quod huius generis oīa
mōstra transgreditur: Oratoꝛ Aphthonius seuos
carnifices ad se occidendum missos: ⁊ iam strictis
mucronibus irruentes: blāda oratione compescu-
it: vicissetqꝫ crudelitatē eloquentia nisi vnus ex eo
numero qui eum loquentem non audierat ceteris
iam digressis superueniens: uelut aspis incantato
ris uoce non audita: virus in illum scelestis mini-
sterij effudisset. Sed quid hominum exempla con
quirimus? Ursos videmus: pardos ac leones at-
qꝫ alias truces ⁊ pꝛeualidas beluas: blāditijs de
linitas: parui domitoris imperium patienter exci-
pere: nexus insuper: carcerem minas ⁊ uerbera.
Uolucres celo uagas contra pꝛimenā nature sue
legem: humanā societatē anteponere libertati: vi-
tam in vinculis agere operto capite: pꝛereptoqꝫ ēt
patrie natalis aspectu: famem suam nutritoris ar
bitrio moderari de illius manibus cibum sumere
uocem iubētis agnoscere: clamoribus obedire: ire
ad emittentis arbitrium ⁊ reuerti: opimasqꝫ pꝛe-
das non sibi sed dn̄o repoꝛtare. De piscibus mihi
tale (qꝺ meminerim) legi: nisi ꝙ delphines nescio
qua humano generi familiaritate cōiūctos ferūt:
Unde ⁊ Arionez quendam tergo huius piscis in
sidentem per tumidos fluctus maris euasisse hi-
storica (seu potius) fabulosa narratio est: Uectorē
ipsum fidibus canentē faciunt: quo nauigationi fa
cilioꝛ fides sit mulcente auras musica ⁊ nauigium
subleuante. Uisum est enim fabulam non admitti
nisi coloꝛ mēdacio quereretur: gubernaculum: ma
lus: uela: remi deerant: pꝛo his omnibus vniꝰ mu
sice suauitas subrogata est. Sed quoꝛsum hec taz
peregrina percontaberis? Ut intelligas me inge-
nium tuum summis inserere: qui nō homines: nō
feras aut uolucres: sed aquaticuz hoc animal edu
catum inter fontes ⁊ flumina: escam de scopulis
eliciens contactu ac sermone: in amicitiā pellexi-
sti. Redijt equidem ad me sui immemoꝛ: tui me-
moꝛ cū multa de domino multa de amicis quere-
rem: nil nisi de Lelio respondebat: illius foꝛmā: il
lius moꝛtes: illius lingnam: illius deniqꝫ domici-
lium atqꝫ habitum admirari. Jllum mihi quasi in-
cognitum ruralibus ⁊ terricrepis uerbis extolle
re: de illo mihi sepe licet interrumpenti lōgissimas
narrationes texere. Cunqꝫ sepe Terentianum illō
obijcerem: Qui mihi illum laudas? Jlle eo magis
ab exoꝛdio cuncta retexere. Quid plura? Jntelle
xi ilico te tuis artibus meum mihi villicum abstu
lisse: nec indolui fateoꝛ nec iuidi: sed obstupui plus
te vna hora q̄ꝫ me tuto decennio potuisse. Miruz
est nisi tu colloquijs tuis aliquid etiam magice ar
tis immisceas. Nunc igitur captus amore tui cuz
his litteris iterum ad te redit simul ⁊ per te domi
nice interuentionis auxilium sperans: per qꝺ ami
cum suum de quo pꝛidie tibi scripsi: iam extremis
foꝛtune laqueis artatuz expediat: nisi iudicis aīo
(quod iam ab initio uerebar) ad supplicium obsti
nato nō sit pꝛecibꝰ locus. Fama eniz est est eū dolo
re simul ⁊ inuidia delibati virginei floris insanire
ad quem ipse sitienter (ut memorant) aspirabat: in
dignantem grauiter plus in amoris regno paupe
ris blanditias: q̄ꝫ suas ineptas diuitias ualuisse.
Quod si accidat ut obstructis auribus uerba fun
dantur: dn̄o tamen partꝰ erit integer misericoꝛdie
sue: tibi beniuolentie tue fructus. Jste quoqꝫ agre
stis amicitie sue debitum me opitulante persolue
rit: Jlle autem amatoꝛ infelix si aliter esse non pōt
amoris sui dulcedinem (quod multi fecerūt) moꝛ
tis acerbitate pensabit. Nunc sane quo nam humi
lium amicorum loco numeres: tuum erit: Jpse te
dominorum suoruz inter pꝛimos numerat: aliquā
toqꝫ mihi de tua gratia iam q̄ꝫ de ueteris amici vi
ta videt̄ sollicitioꝛ. Jtaqꝫ ut se tibi pꝛoꝛsus īsinuet
⁊ allegorico munusculo: animum suuz suauissime
tibi deditum ostendat. Liquoris omnium molissi
mi olei uasculum tibi affert: quod spōte sua: ⁊ (ut
aiunt) virginitate seruata nullo pꝛemente defluxit
e baccis arborum nostrarum: que in collibus istis
sunt ubi posthabitis Athenis repertricez olee Mi
neruam habitare dicerem: nisi eam iam pꝛidē Ja
nuensi littore: ad poꝛtum Ueneris atqꝫ hericē col
locassem in Africe mee libꝛis. Uale.

Eiusdem Francisci Petrarche de rebus familiaribus: Liber Quartus incipit.

Francisci Petrarche ad Joannem Columne: uentosum quendam montem in Gallia describentis. Epistola. XLIX.

Ltissimum regionis huius mō A
tem quem non immerito uen-
tosum uocant hodierno die sola
videndi insignez loci altitudinē
cupiditate ductus ascēdi. Mul
tis iter hoc annis in aīo fuerat:
Ab ifātia eni his i locis ut nosti
fato res hoīum uersante uersatꝰ
sum. Mons aūt hic late vndiqꝫ
cōspectus fere semper in oculis
est cepit impetus tandem aliquando facere quod
quotidie faciebā: pꝛecipue postq̄ꝫ relegenti pꝛidie
res Romanas: apud Liuium foꝛte ille mihi locus
occurrerat: ubi Philippus Macedonum rex: is
qui cum populo Romano bellum gessit: Hemum
montem Thessalicum conscendit: e cuius uertice
duo maria videri: Hadriaticum ⁊ Euxinum fame
crediderat: Uero ne an falso satis comperti nihil
habeo: ꝙ ⁊ mons a nostro oꝛbe semotus ⁊ scripto
rum dissensio dubiam rem facit. Ne cunctos euol
uam: Pomponius Mela: cosmographus: sic esse
nihil hesitans refert: Titus Liuius: falsam famas

opinatur. Mihi si tam prompta montis illius experientia esset ꝙ huius fuit: diu dubium esse nō sinerē. Ceterū ut illo omisso: ad hunc mōtē ueniam excusabile visum est in iuuene priuato: quod in rege sene non carpitur. Sed de socio cogitanti (mirum dictu) vix amicorū quisꝙ omni ex parte idoneus videbatur: adeo etiam inter caros exactissima illa uoluntatum omniū morumꝙ cōcordia rara est. Hic segnior: ille vigilantior: hic tardior: ille celerior: hic mestior: ille letior: deniꝙ hic stultior: prudentior ille ꝙ uellem: huius silentiū: illius procacitas: huius pondus ac pinguedo: illius macies atꝙ imbecillitas terrebat: huius frigida incuriositas: illius ardens occupatio dehortabat̄ que quanꝙ grauia: toleranter domi (oia enim suffert charitas: ꝛ nullum pondus recusat amicitia) uerꝫ hec eadē fiunt in itinere grauiora. Itaꝙ delicatus animus honesteꝙ delectationis appetens circumspiciensꝙ librabat singula sine ulla quidem amicitie lesione: tacitus quicquid ꝓposito itineri preuidebat molestū fieri posse damnabat. Quid putas: tandē ad domestica uertor auxilia: Germano ꝙ meo vnico minori natu: quem probe nosti: rem aperio: nil poterat letius audire: gratulatus quod apud me amici simul ac fratris teneat locum. Statuta die digressi domo: Malausanaꝫ uenimus ad uesperā: locus est in radicibus mōtis uersus in boream: illic vnum diem morati: Hodie tandem cuꝫ singulis famulis montem ascēdimus: nō sine multa difficultate: Est enim prerupta ꝛ pene inaccessibilis saxose telluris moles: Sed bene a poeta dictum est: Labor omnia vincit improbus. Dies lōga blandus aer: animorꝫ vigor: corporuꝫ robur ac dexteritas: ꝛ (si qua sunt eiusmodi) euntibus aderant: sola nobis obstabat natura loci. Pastorē extracte etatis inter cōuexa montis inuenim⁹: qui nos ab ascensu retrahere multis uerbis enixus est: dicens se ante annos quinquaginta eodeꝫ iuuenilis ardoris impetu supremum in uerticem ascendisse: nihilꝙ inde retulisse preter penitentiam ꝛ laborē corpusꝙ ꝛ amictum lacerum saxis ac uepribꝰ: nec vnꝙ aut ante illud tēpus: aut postea auditū apud eos quenꝙ ausum eē similia. Hec illo uociferāte: nobis ut sunt animi iuuenū monitorib⁹ increduli crescebat ex prohibitione cupiditas. Itaꝙ senex ubi sia duertit se nequicꝙ niti: aliquātulū progressus inter rupes: arduum callem digito nobis ostendit multa monens multaꝙ iam digressis a tergo ingeminans. Dimisso penes illuꝫ si quid uestiū aut rei cuiuspiam impedimento esset: soli dumtaxat ascēsui accingimur alacresꝙ conscendimus: Sed (ut fere fit) ingentē conatū uelox fatigatio subsequit̄. Non procul inde igitur quadaꝫ in rupe subsistim⁹ Inde iterum digressi: prouehimur: sed lentius: ꝛ presertim ego montanū iter gressu iam modestiore carpebam: ꝛ frater compendiaria quidē via per ipsius iuga montis ad altiora tendebat: ego mollior ad ima uergebā. Reuocantiꝙ ꝛ iter recti⁹ designanti: respondebam sperare me alterius lateris faciliorem aditum nec horrere longiorem viā per quam planius incederem: hanc excusationē ignauie pretendebam alijsꝙ iam excelsa tenentib⁹ per ualles errabam cum nihilo mitior aliūde pateret accessus: sed ꝛ via cresceret ꝛ inutilis labor ingrauesceret. Interea cum iam tedio cōfectum perplexi pigeret erroris: penitus alta petere disposui: cū ꝙ operientē fratrē ꝛ lōgo refectū accubitu: fessus ꝛ anxius attigissem: aliquandiu equis passib⁹ icessimus. Uix dum collem illum reliqueramus ꝛ ecce prioris anfractus oblitus iterum ad inferiora deijcior: atꝙ iterum peragratis uallibus dū viarum facilem longitudinem sector: in longam difficultatem incido: differebam nempe ascendēdi molestiam: sed ingenio humano rerū natura nō tollit̄ Nec fieri potest: ut corporeum aliquid ad alta descendendo perueniat. Quid multa? Non sine fratris risu: hoc indignanti mihi: ter aut amplius iter paucas horas contigit. Sic sepe delusus: quadaꝫ in ualle cōsedi. Illic a corporeis ad incorporea uolucri cogitatione transiliens: his aut talib⁹ meipm compellebam uerbis: Quod totiēs hodie in ascēsu mōtis hui⁹ expertus es: id scito ꝛ tibi accidere ꝛ multis accedētibus ad beatam vitam: sed idcirco tam facile ab hominibus non perdendi: qꝺ corporis motus in aperto sunt: animorū ṽo inuisibiles ꝛ occulti. Equidem vita quam beatam dicim⁹ celso loco sita est: Arta (ut aiunt) ad illam ducit via: multi quoꝙ colles itereminēt: ꝛ de virtute in virtutem preclaris gradibus ambulandū est. In summo finis est omnium ꝛ vie terminus: ad quem peregrinatio nostra disponitur. Eo peruenire uolūt omnes: sed (ut ait Naso) Uelle parum est: cupias ut re potiaris oportet. Tu certe: nisi (ut in multis) in hoc quoꝙ te fallis: non solum vis sed etiam cupis. Quid ergo te retinet? Nimirū nihil aliud: nisi per terrenas ꝛ infimas uoluptates planior: ꝛ ut prima fronte videt̄ expeditior via: Uerumtamen ubi multum erraueris: aut sub pondere male dilati laboris: ad ipsius te beate vie culmen oportet ascendere: aut in conuallibus peccatorum suorum segnem procumbere: ꝛ si (quod ominari horreo) ibi te tenebre ꝛ vmbra mortis iuenerint: eternam noctem in perpetuis cruciatibus agere. Hec mihi cogitatio: icredibile dictu est: quātum ad ea que restabant: ꝛ aium ꝛ corpus ererexit: Atꝙ utinam uel sic animo peragaꝫ iter illud: cui diebus ꝛ noctib⁹ suspiro: sicut superatis tandem difficultatibus hodiernum iter corporeis pedibus peregi. Ac nescio an non longe facilius esse debeat: quod per ipsum animum agilem ꝛ immortalē sine ullo locali motu in ictu trepidantis oculi fieri potest: ꝙ ꝙ successu tpis per moribundi ꝛ caduci corporis obsequiū ac sub graui membrorū fasce gerendum est. Collis est oium supremus quem siluestres filiolum uocant: cur ignoro: nisi quod per antiphrasim: ut quedam alia dici: suspicor: Uidetur enīꝫ uere pater oiuꝫ vicinorū mōtiū. Illius in uertice planities parua est: Illic demum fessi conquieuimus Et quoniam audisti que nam ascendentis impet⁹ ascenderint cure: Audi pater ꝛ reliqua ꝛ vnaꝫ precor horam tuaꝫ relegendis vnius diei mei actib⁹ tribue. Primum omniuꝫ spiritu quodam aeris insolito ꝛ spectaculo liberiore permotus: stupenti similis steti: Respicio: nubes erant sub pedibus. Iamꝙ mihi minus incredibiles facti sunt Athos ꝛ Olympus: dū quod de illis audieram ꝛ legerā in minoris fame monte conspicio. Dirigo dehinc oculorum radios ad partes Italicas: quo magis inclinat animus: Alpes ipse rigētes ac niuose: per quas ferus ille quondaꝫ hostis Romani nominis

B

Concordiā et inter caros raraꝫ eē.

C

D

transiuit:aceto(si fame credimus) saxa perrūpēs
iuxta mihi vise sunt:cum tamē magno distent iter
uallo.Suspiraui fateor ad italicū aerem: animo
potius q̄ꝫ oculis apparētē atqꝫ inextimabilis me
ardor inuasit ꝛ amicum ꝛ patriam reuidēdi:ita ta
men ut interim in utroqꝫ nondū virilis affect⁹mol
liciem increparem:q̄uis excusatio utrobiqꝫ nō de
foret magnorum testium fulta presidio. Occupa-
uit inde animuꝫ noua cogitatio atqꝫ a locis tradu
xit ad tempora.Dicebaꝫ enim ad meipsum:hodie
decimus annus completur ex quo puerilibus stu-
dijs dimissis Bononiam excessisti: ꝛ o deus imor
talis:o immutabilis sapientia:quot ꝛ quantas mo
rum tuorum mutationes hoc medium tempus vi
dit:Infinita pretereo:nondum enim in portu sum
ut securus preteritarum meminerim procellarum
Tempus forsan ueniet quando eodem que gesta
sunt ordine vniuersa percurrā:prefatus illud Au-
gustini tui : Recordari uolo transactas feditates
meas ꝛ carnales corruptiones anime mee: nō q̄d
eas amem:sed ut amem te deus meus.Mihi qui
dem multum adhuc ambigui molestiqꝫ negocij su
perest:quod amare solebam:iam non amo:mētior
Amo sed uerecundius:sed tristius. Jam tandē ue
rum dixi.Sic est enim:amo:sed quod non amare
amem quod odisse cupiam:Amo tamen: sed inui-
tus:sed coactus:sed mestus ꝛ lugens:Et in meip-
so uersiculi illius famosissimi sententiā miser expe
rior.Adero si potero:si non inuitus amabo. Non
dum mihi tertius annus effluxit ex quo uoluntas
illa peruersa ꝛ nequam que me totum habebat: ꝛ
in aula cordis mei sola sine cōtradictore regnabat
cepit aliam habere rebellem ꝛ reluctantem sibi:in
ter quas iamdudum in campis cogitationū mea-
rum de utriusqꝫ hois imperio laboriosissima ꝛ an
ceps etiam nunc pugna cōseritur. Sic per exactū
decennium cogitatione uoluebar. Hinc iaꝫ curas
meas in anteriora mittebam ꝛ querebam ex me ip
se:Si tibi forte contingeret:per alia duo lustra uo
latilem hanc vitam producere: tantumqꝫ pro rata
temporis ad virtutem accedere:quantum hoc biē
nio per congressum noue contra ueterem uolūta-
tis ab obstinatione pristina recessisti: Nonne tunc
posses: ꝛ si non certos at saltem sperans quadra-
gesimo etatis anno mortem oppetere: ꝛ illud resi
duum vite in senium abeuntis equa mente negli-
gere:Hec atqꝫ his similes cogitationes in pecto-
re meo recusabant pater.De prouectu meo gaude
bam:imperfectum meum flebam: ꝛ mutabilitateꝫ
communem humanorum actuū miserebar: ꝛ quē
in locum:quam ob causam uenissem quodāmodo
videbar oblitus:donec ut omissis curis quib⁹ al-
ter locus esset opportunior respicerē: ꝛ viderē que
visurus adueneram.Instare enim tempus abeun
di:ꝙ inclinaret iam sol : ꝛ vmbra mōtis excresce-
ret admonitus ꝛ uelut expergefactus : uerto me
in tergum: ad occidentem respiciens : Limes ille
Galliarum ꝛ Hyspanie pyreneus uertex inde non
cernitur:nullius quem sciam obicis interuētu: sed
sola fragilitate mortalis visus.Lugdunēsis auteꝫ
prouincie montes ad dexteram ad leuam vo Mas
silie fretum: ꝛ quod aquas mortuas uerberat ali-
quod dierum spatio distantia preclarissime vide-
bantur:Rhodanus ipse sub oculis nr̄is erat.Que
dum mirarer singula ꝛ nunc terrenum aliquid sa-
perem:nūc exēplo corporis animū ad altiora sub-
ueherem: visum est mihi confessionum Augustini
librum charitatis tue munus inspicere:quē ꝛ con-
ditoris ꝛ donatoris in memoriā Fuo:habeoqꝫ sem
per in manibus pugillare opusculuꝫ perexigui uo
luminis sed infinite dulcedinis:aperio lector⁹:qc-
quid occurreret:quid enim nisi piuꝫ ꝛ deuotū pos-
set occurrere:Forte autem decimus illius operis
liber oblatus est.Frater expectans per os meum
ab Augustino aliquid audire intentis auribus sta
bat:deum testor:ipsumqꝫ qui aderat:ꝙ ubi p̄muꝫ
defixi oculos:scriptū erat:Et eūt homies admira-
ri alta mōtiū ꝛ ingētes fluct⁹maris ꝛ latissimos la
psus fluminū ꝛ oceani ambitū.ꝛ gyros sydeꝝ ꝛ re
linquūt seipos:Obstupui fateor:audiēdiqꝫ auidū
frēm rogans ne mihi molest⁹esset: libꝝ clausi irat⁹
mihimet quod nunc etiam terrestria mirarer : qui
iampridem ab ipsis gentium philosophis discere
debuissem:nihil preter animum esse mirabile : cui
magno nihil est magnum . Tunc vo montem sa-
tis vidisse contentus : in meipsum interiores ocu- L
los reflexi: ꝛ ex illa hora non fuit qui me loquen-
tem audiret : donec ad ima peruenimus.Satis
mihi negocij uerbum illud attulerat : nec opina-
ri poteram id fortuito contigisse:sed quicquid ibi
legeram mihi ꝛ non alteri dictum rebar:recolens
quod idem de seipso suspicatus oliꝫ esset Augusti- Aug.
nus:quando in lectione codicis apostolici(ut ipse
refert primuꝫ sibi illud occurit : Non in comessati
onibus ꝛ ebrietatibus : non in cubilibus ꝛ impu-
dicitijs:non in cōtentione ꝛ emulatione:sed indui
te dominum Jesum Christum: ꝛ carnis prouiden
tiam ne feceritis in cōcupiscentijs uestris. Quod
iā ante Antonio acciderat:quando audito euange Anto
lio ubi scriptum est:Si vis perfectus esse:uade ꝛ nius.
uende omnia tua quecunqꝫ habes ꝛ da pauperib⁹
ꝛ ueni sequere me: ꝛ habebis thesaurum in celis :
ueluti ꝑpter se hec esset scriptura recitata (ut scri-
ptorum rerum eius Athanasius ait)ad se dn̄icum
traxit imperiuꝫ.Et sicut Antoni⁹ his auditis aliō
non quesiuit: ꝛ sicut Augustinus his lectis ulteri⁹
nō processit:Sic ꝛ mihi in paucis uerbis que pre
misi totius lectionis terminus fuit in silentio:cogi
tanti quanta mortalibus consilij esset inopia : qua
nobilissima sui parte neglecta diffundantur in plu
rima: ꝛ inanibus spectaculis euanescant:quod in-
tus inueniri poterat querentes extrinsecus admi-
rantiqꝫ nobilitatē animi nostri: nisi sponte degene
rans:ab originis sue primordijs aberrasset: ꝛ que
sibi dederat in honorem deus ipse in obprobrium
conuertisset.Quotiens putas illo die rediens ꝛ in M
tergū uersus cacumen montis aspexi: ꝛ vix vnius
cubiti altitudo visa est pre altitudine cōtemplatio
nis humane:siquis eam nō in lutum terrene fedi-
tatis imergeret: Illud quoqꝫ per singulos passus
occurrebat:Si tantū sudoris ac laboris : ut corp⁹
celo paululum proximius fieret subire non piguit
que crux:quis carcer:quis aculeus deberet terre-
re animum appropinquāte deo:turgidumqꝫ cacu
men insolentie: ꝛ mortalia fata calcantē ꝛ hoc quo
to cuiqꝫ accidet:ut ab hac semita:uel duraruꝫ me-
tu rerum:uel molliuꝫ cupidine non diuertat:O ni
miuꝫ felix : siquis usqꝫ est:De illo sensisse arbitrer
poetam:Felix qui potuit rerū cognoscere causas:
Atqꝫ metus mortis ꝛ inexorabile fatū Subiecit

pedibus ſtrepitumqꝫ acherontis auari. O quãto ſtudio laborandũ eſſet: nõ ut altiorem terram: ſed ut elatos terrenis impulſibus appetitus ſub pedibus haberemus. Hos inter nudos pectoris motꝰ ſine ſenſu ſcrupuloſi tramitis ad illud hoſpitioluʒ ruſticum: vnde ante lucem moueram ꝓfunda nocte remeaui: ⁊ luna pernox gratum obſequiuʒ preſtabat euntibus. Interim ergo duʒ famulos apparande cene ſtudium exercet: ſolus ego in partẽ domus abditã perrexi: hec tibi raptiʒ ⁊ ex tẽpore ſcripturus: Ne ſi diſtuliſſem pro uarietate locorũ mutatis forſan affectibus ſcribendi propoſituʒ deferueret. Uide itaqꝫ pater amantiſſime: q̃ʒ nihil in me oculis tuis occultum uelim: qui tibi nedũ vniuerſam vitam meam: ſed cogitatus ſingulos tam diligenter aperio: pro quibus ora queſo: ut tã diu uagi ⁊ inſtabiles: aliquãdo ſubſiſtãt: ⁊ inutiliter per multa iactati: ad vnum bonum uerum certum ſtabile ſe conuertant. Uale.

¶ Fran. Pet. ad Dionyſium ſuum: illi ꝙ ad Robertum regem uocatus acceſſerit congratulãtis: multa quoqꝫ de diuitiarum contemptu deqꝫ beate vite deſiderio ac de laudibus regis cõmemorantis.
Epiſtola.L.

A n

Il dulcius audierãt aures mee: poſtq̃ʒ uocem tuam audire deſierunt: q̃ʒ ꝙ ad regeʒ uocatus acceſſeris. Rationem inquir expecto. Non poſſum breuiter: Itaqꝫ longius incipiaʒ optauit aliquando tibi genitrix longitudinem dierum innumerabilibus periculis ⁊ calamitatibus obiectam. Aliquando diuitias humanarũ mẽtiuʒ non mediocrem laqueum ac funeſtam ſarcinam libertatis. Aliquando formam corporis deformitatis anime plerunqꝫ materiam. Quid de ſodalibꝰ: quid de nutricula tua dicam? Mulierculaʒ omnium vna lex eſt: inepta cupiunt: ridenda formidãt De patre libet altiora credẽ. Optauerit ergo filio quod ait Satyricus: Eloquiũ ⁊ famaʒ Demoſthenis aut Ciceronis: que quanti ſepe periculi plena utriuſqꝫ exitus eſt teſtis. Multis ⁊ inanibꝰ uel tuis uel alioruʒ pro te uotis fatigate ſunt aures dei. Horũ tibi aliquid anxie non opto: Quare? Quia ſtultum eſt uehemẽter appetere: quod poteſt peſſimo fine concludi: Illud bonuʒ tibi cupio qđ mihi btãʒ vitã ad quã multi ſuſpirãt: pauci pueniũt: Eſt eni ſalebroſũ iter atqꝫ anguſtũ ⁊ difficile: ⁊ amena ac prona circum deuia. Eſt aũt ut in ſagittando: ſic in alia qualibet operatione mortaliũ: aberrare per facile: ſignum attingere is demũ artificij finis eſt. Idcirco difficilior: quia ad illuʒ vna tantummodo ad errorem innumerabiles ſunt vie. Hãc ſane quã dico beatam quanq̃ʒ ingenioſiſſimis atqꝫ doctiſſimis viris forte aliter viſum ſit: in hoc corporis ergaſtulo mereri quideʒ utcunqꝫ poteſt labor humanus ⁊ ſperare: amplecti autem ac tenere non põt. Hoc ergo ſtudio decurritur: finis eſt: ubi quieſcit intentio. Neqꝫ nobis hoc ſolis perſuaſũ eſt. Quid eniʒ aliud Cicero ſentiebat: ubi ait: ꝙ hec vita via eſt in celum? habet tamen interdum illi eterne qdam hec mortalis vita ſimillimũ: ut ⁊ ſi beata nõdum ſit (id enim beatum eſt dumtaxat cui nihil ualet accedere) iã tamen humanas miſerias longe infra ſe videat: ⁊ in imo ſtans adhuc ſuperne felicitatis luce reſplẽdeat. Hoc ſane nõ diuitie preſtãt: nõ inſaniẽtis vulgi plauſus: nõ potẽtia: nõ uoluptas ſed ṽtutũ comitatꝰ atqꝫ animi tranqllitas: ad quã adipiſcendam diuerſuʒ fortaſſe alijſ videbit̃: Sed quantuʒ opinio mea fert: nihil eque adiuuat: ac nobilium ingeniorum familiaritas ⁊ clarorum virorum conuerſatio. Cernis (ut arbitror) quid intẽdã dicam tñ expreſſius. Quis in grecia clarior Themiſtocle? ut ait Tullius. Ego fidentiſſime: Quis in Italia: immo ṽo quis in europa clarior Roberto? In quo ſepe cogitãs ſoleo nõ tam diadema: q̃ʒ mores: neqꝫ tã regnũ ꝙ animũ admirari. Illũ ego uere regem dixerim qui nõ ſubditos modo ſed ſeipſum regit ac frenat: qui exercet in paſſiones ſuaſ imperium: que ſunt animo rebelles: illuʒ ſi ceſſerit oppreſſure: ut nulla eſt quidẽ clarior victoria q̃ʒ ſe ipſum regere. Quomõ ille mihi rex erit in quẽ regnat ambitio? quomodo inuictꝰ quẽ ſternit aduerſitas? quomõ ſerenus quẽ meror obnubilat? quomodo magnanimus quem minimarũ etiã reꝝ pauor exanimat? Et (ut fulgida virtutum nomina taceamus) quis mihi liberũ dicet eũ: qui cupidinuʒ uariarũ iugo premit̃ multiplici? Infra oĩa iſta deſcendam: qua fronte hominẽ dicimus quẽ ſcimꝰ ex hoĩe nihil p̃ter nudã effigiẽ retinere: beluaꝝ moribꝰ deformẽ: ⁊ ſeuoꝝ aiantiũ feritate terribilẽ? Mira ergo: licet publica demẽtia: Regẽ eũ dicere qui nec rex nec liber: ⁊ ſepe ne homo quidem ſit. Magnum eſt regẽ eſſe: perexiguũ regem dici. Rariores ſunt reges q̃ʒ vulgꝰ exiſtimat: Non eſt titulus iſte vulgaris: minus gemmaꝝ atqꝫ eboris ſceptra conſumerẽt: ſi ſoli reges illa portarent. Ueri regeſ intra ſe gerunt: quod eos uenerabiles facit: ſemotis licet ſatellitibus ⁊ abiectis inſignibꝰ reges ſũt. Ceteros cultus exterior facit horribiles: Robertꝰ uere inclytus ⁊ uere rex eſt: qui q̃ʒ ſit imperioſus in ſeipſum: exempla inaudite patientie ⁊ moderationis idicãt de qbꝰ alter forte dicẽdi locus fuerit: Q̃ʒ ṽo late regnet in alios: diſſonantes lingua ⁊ moribus populi: ⁊ diſiunctiſſimi regionum fines oſtendunt. Seneca tuus in quadam tragedia: quid regem faciat ⁊ quid nõ faciat egregie recollegit his uerſibus: Regẽ nõ faciũt opes: nõ ueſtiſ Tyrie color: non frontis nota regie: non auro nitide trabes: Rex eſt qui poſuit metꝰ ⁊ diri mala pectoris. Nec longe poſt: Mens regnũ bona poſſidet: nil ullis opus eſt equis: nil armis ⁊ inertibus telis que procul igerit Parthus cũ ſimulat fugas. Admotis nihil eſt opus: Urbes ſternere machinis longe ſaxa rotãtibꝰ. Rex eſt qui metuit nihil: hec ille. Ad hũc itaqꝫ regẽ (ut principio conueniat finis) uocatꝰ iuiſti: quod ut ille iuberet: ⁊ ut tu pareres: quid aliđ q̃ʒ ſtudiorum ſumma conformitas fecit? Ille qdeʒ quantum curis ſuis ſolamẽ aſciuerit dicerẽ: ſi apđ alium loquerer: Tibi certe ad interni hominis pacem: quam uti ſepe querebaris Tuſcarum reꝝ fragor impulerat: qua compendioſius pergeres non erat. Congratulor ergo ſeu prudentie ſeu fortune tue: ⁊ uocem que tunc mihi fuit in ore: aliquanto nunc fidentius repeto. Ubi enim fama primuʒ: deinde per litteras tuas accepi te Florentia digreſſũ iſſe Neapolim: ⁊ mecum ⁊ cum amicis dixi: Dionyſius noſter ad tranquillitatẽ animi magnis paſſibus contendit: ⁊ ad beatam vitam rectum iter ingreſſus eſt. De me autẽ ſic habe: breui te ꝯſequar.

Diuitie hũane mẽtiſ ſũt ſarcine

B

Quare ad virtuteſ q̃ʒ ad vitia difficilior ſit via.

Nosti enim qd de laurea cogito: q̄ singula librās preter ipsum de quo loquimur regem: nulli omnino mortalium debere constitui: si tanti fuero ut uocer: bene est: Alioquin fingam nescio quid audisse uel epistole sue sensum quam ipse mihi summa hominis incogniti ⁊ familiarissima dignatione transmisit: quasi dubitans in eam potissimū partē trahā ut uocatus uidear: Et regio quidem stilo quiddam modo plebeium reddidi: fulgore attonitus nec eqs ingenij viribus ⁊ lyra: ut aiunt: longe ipari. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Robertum Sicilie regē ꝙ mortem neptis tam constāter laudauerit admirantis: nonnulla etiam de aīe immortalitate: multa autem de regijs laudibus interserentis.

Epistola. LI.

Restrinxit oculos meos fulgor insolitus: felix calamus visus est: cui talia crederent. Quod primum mirer? Eximiam breuitatē an maiestatem sententiarum: an diuinam eloquij uenustatem? Nunq̄ rex inclyte (fateor) credidi: rē tantam dici posse tam breuiter: tam grauiter: tam ornate: nec iam tale aliquid ex humanis ingenijs expectabam. Equidem ut cōstaret te corda hominum in manibus habere: quo tota illustrium oratorum suspirat intentio: legentis animum tam uarijs affectibus impulisti: ut sine luctamine: in oēm partē stili tua uestigia sequeretur uolubilitate mirabili: Ecce enim in prima sobrij fronte sermonis: dum summam humane miserie acerrimasq̄ molestias laborū ⁊ necessitatē mortis acerbissimam tractim ex radicis labe ramis ac frondibus obrepentem magnificentissime deplorasses: mouebar usq̄adeo ut crebro inter legendū suspirans: ⁊ ineluctabili sorte perterritus: totumq̄ hoc nomē hominis perosus: pene nec natus esse nec vnq̄ nasciturus optauerim. Actum erat ⁊ mihi iam trāquillitas omnis exciderat: nisi que letale vulnus inflixerat manus: eadem mox remediū attulisset. Sēsi vnum ⁊ repentini meroris ⁊ consolationis artificem. Nec vnq̄ certi⁹ quid eloquentia possit agnoueram: tam potenter enim paucorum ope uerborum sub immortalis anime futureq̄ repationis obtentu egrum atq̄ labantem animū erexisti ut gaudio mihi fuerit genitum esse mortalem. Nam quid beatus excogitari potest: q̄ exutum ueste corporea: ⁊ de compedibus istis explicitum ad illā diē exactis temporum curriculis peruenire: que nos absorta morte immortalitatem induat: reparās indissolubiliter ac reformans putrem ⁊ semesam tineis: atq̄ vndiq̄ fluentē tunicam carnis nostre? Quam spem ⁊ si philosophorum gentilium nullus attigerit: uetustissima tamen est immortalitatis opinio: nec nostris solum: sed illis etiam probata quibus Christi nomen inauditū est. Preter Epicurum enim: ⁊ nescio quot ex illo infami grege: immortalem esse animam: nemo est qui neget. De quare (ut Pherecydē primum apud Syrios sentētie huius auctorem: discipulumq̄ Pherecydis Pythagoram totamq̄ pythagoream familiam ⁊ Socratem omnesq̄ Socraticos preteream) Plato ipse summus vir: clarissimum uolumen edidit: quo Uticensis Cato moriturus suprema illa nocte sua pro consiliario usus perhibetur: ut ad contemptū vite huius animosior: ⁊ ad amorem decrete mortis accederet: Quam sententiam postea Marcus Cicero: ⁊ in Tusculano suo: ⁊ in septimo reipublice diuino genere orationis asseruit. Nec non ⁊ in dialogo Lelij: qui de amicitia uera ē: ⁊ in eo libro qui Cato maior inscribitur: defensionem continēs senectutis: Alijsq̄ preterea tam multis in locis attigit: ut ualde mihi quidem sollicitus videatur: ne quem ueritas tam cōperta preterea. Sed cui hec insipiens loquor? Profecto non modo regum nostri temporis: sed philosophorum regi. Ignosce autem queso: sic hactenus me dicendi calor euerit: ut regium dogma: cui plurimum me debere fateor: non amplecterer solum: sed testibus adhibitis cōfirmarē: quod ita mihi animum affecit: ut securus iam ac spei plenus formidatum gentibus diē mortis expectem. Nunc diem transuecta neptis tua: quam finis epistole canit ac predicat: inuidiosa potius: ut mihi quidem videtur: q̄ miserabili sorte defungitur. Quis enim ab ipso etatis ⁊ forme flore subtracta sit: publica fere totius orbis querimonia multisq̄ precipue populorum utriusq̄ regni: ⁊ vnde ortum ⁊ in quod translatum illud rarum ⁊ eximium decus erat lachrymis ac lamentis: Ipsa tamen felix est: non solum ꝙ ad eterne vite delitias per horificum illud mortis limen ingressa est: sed etiam quod tu eam nobilissimo elogio omnib⁹ seculis illustrasti: Quis enim mortuam: immo vo quis non gloriosissime viuentem dicere audebit: quam deus in celo: tu in terris viuere uoluisti? O inquā felix mulier: o iterum felix: que pro vna temporali vita eademq̄ breui ⁊ incerta: ⁊ mille semper casibus exposita duas eternitates (ut ita dixerim) consecuta est: quorum alteram celesti: alteram terreno regi: Illam christo debeat: hanc Roberto ingētia duo munera a munificentissimis largitoribus accipiens: eo felicior videri debet: ꝙ in celo ⁊ in terra gratiam dignissimis relatura est: Plurimum enim ex persona tribuentis munerib⁹ ipsis accedit: multum interest a quo beneficium acceperis ⁊ cui proinde sit obnoxius. Multū muneri b⁹ ex psona tribuētē accedere. Sane quesitam illi celitus immortalitatis conditionem beatissimamq̄ vite mutationem sileo: ne ineffabilia prosequentē destituāt vires: quanta demum gloria est quam tu sibi supremis laudibus peperisti: Certe dum illud tuum siue epigramma: siue epitaphium dici mauis: quod eterne mansurum esse confido: nuper defuncte nepris memoriam celebrabit: semper illa tecum: ⁊ cū clarissimis omnis eui nominibus viuet. Erunt qui mortem immaturam ⁊ iacturam modici temporis tali cupiant compensasse panegyrico: quiq̄ quod de Achille dixisse fertur Alexander Macedo: suspirantes dicant o fortunata que talem preconem tue virtutis inuenisti: Sed iam metuo ne prolixitas in fastidium uergat: elegantissima quoq̄ breuitas tua ne longius uager admonuit. Subsistam igitur deum orans: cunctosq̄ celicolas ut serenitatē tuā geminis tam bellorum q̄ studiorum laureis ornatam diu iubeant in statu felicissimo florere. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. T. M. Illum rome an ne Parisij assumendam sibi lauream putet cum utrinq̄ litteris accersetur consulentis.

Epistola. LII.

Ancipiti in biuio sum: Nec quo potissimum uertar scio. Mira quidem sed breuis historia est hodierno die hora ferme tertia: litte

re ſenatus mihi reddite ſunt in quibus obnixe ad-
modum: ꝛ multis perſuaſionibus ad percipiẽdaꝫ
lauream poeticam Romam uocoꝛ. Eodem hoc ip
ſo die circa horam decimam: ſuper eadem re ab il
luſtri viro Roberto ſtudij Pariſienſis Cancella-
rio conciue meo mihiqꝫ ꝛ rebus meis amiciſſimo
nuncius cum litteris ad me uenit. Ille me exquiſi
tiſſimis rationibus: ut eam Pariſium hoꝛtatur.
Quis vnqꝫ oro te euentorum tale aliquid: hos in
ter ſcopulos diuinaſſet? Et ſane quia res pene in-
credibilis videtur: utranqꝫ epiſtolaꝫ illeſis ſignis
ad te miſi. Hec ad orientem: hec ad occidentẽ uo-
cat. Uidebis qꝫ ualidis hinc atqꝫ illinc argumen-
tis pꝛemoꝛ. Scio quidem in rebus hamanis fere
omnibus nihil ſolidi ineſſe: magna ni falloꝛ in par
te curarum actuumqꝫ noſtroruꝫ vmbꝛiſ eludimur
Tamen ut eſt animus iuuenum glorie appetenti-
oꝛ qꝫ virtutis: cur non ego quoniam apud te fami-
liariter gloriandi pꝛeſtas audaciam: tam hoc mihi
glorioſum rear: qꝫ ſibi olim potentiſſimus Africe
regum Siphax: quod vno eodemqꝫ tempore dua
rum toto oꝛbe maximarum urbium: Rome atqꝫ
Carthaginis in amicitiam uocaretur? Nimirũ id
regno eius atqꝫ opibus tribuebatur: hoc mihi.
Itaqꝫ illum inter auruꝫ ac gemmas: ſuperbo ſolio
ſubnixum ꝛ armatis ſtipatum ſatellitibus ſui ſup
plices repperere: Me ſoliuaguꝫ mane in ſiluis: ſe-
ro autem in pꝛatis Soꝛgie ripis obambulantem
inuenerunt mei. Mihi honoꝛ offertur: ab illo au-
xilium poſcebatur. Sed quoniam letitia inimica
conſilio eſt: fateoꝛ ut letus euentu: ſic dubiꝰ animi
ſum. Urget enim hinc nouitatis gratia: hinc reue-
rentia uetuſtatis: hinc amicus: hinc patria. Unum
ab altera lance pꝛeponderat: quod rex Siculuſ in
Italia eſt: quem e cunctis moꝛtalibꝰ: equiore ani-
mo ingenij iudicem pati poſſum. Curarum mearũ
fluctus vides: tu quem ad earuꝫ gubernacula ma
nus poꝛrigere nõ puduit: fluctuantem animũ con
ſilio tuo reges. Uale.

Hũanas reſ nihil ſolidi hic

A

B

Letitia cõſilio inimica eſt.

C Franciſci Petrarche ad. T. M. optimum conſiliũ illius de aſſumenda laurea ſe executurum aſſerentis. Epiſtola.LIII.

A

Conſilium tuum non tantum ſuſcipio: ſed
amplectoꝛ: magnificum eſt enim tuaqꝫ ſa-
piẽtia ꝛ humanitate digniſſimuꝫ. Nec me
terret ꝙ patrie ſis amicus: es enim amicioꝛ ueri-
tati. Ibo quo iubes: ſiquis electionem foꝛte mira
bitur: rationes pꝛimum: deinde etiam nomen tuũ
mirantibus obijciam: Sepe auctoritas pꝛo ratio
ne ſuſcipitur. Id modo negocij reſtat: quibus me
uerbis excuſem Roberto meo: ut non ipſe tantuꝫ
cui nobiſcum facile cõueniat: ſed illa quoqꝫ ingẽs
vniuerſitas: ſi foꝛte res in lucem uenerit: factum ſi
bi ſatis exiſtimet: Sed de his coraꝫ latius. Audio
enim ipſum aduentare eo pꝛopoſito ut me Pariſi
um trahat: quod ſi ita eſt: res inter pꝛeſentes tran-
ſigetur. Ad id ſane quod in fine litterarum tuaruꝫ
ex me queris: donec diu rem cum animo meo tra-
ctem niſi fabulam texere uoluero: reſpondere ali-
quid non poſſum: Peregrina hiſtoria meis moꝛi-
bus eſt: ꝛ quod me huic iterrogationi alieniſſimũ
facit: pꝛoꝛſus diuerſe me interim exercuerunt cu-
re: Uerumqꝫ eſt illud Saluſtianum: Ubi intende
ris ingenium ualet. Pꝛeterea antiqua res eſt: ꝛ a
memoria mea multorum annoruꝫ ſpatio remota.
Itaqꝫ ut ait Plautus: Longa dies animum incer
tat meum. Sed de hoc etiam pꝛeſens loquar. Ua
le.

B

C Franciſci Petrarche ad. T. M. eundem ꝙ romã ſit petiturus pꝛo adipiſcenda laurea quo ue die eã in Capitolio ſit aſſumpturus certiorem reddentis. Epiſtola.LIIII.

Foꝛtune inſidias non hodie pꝛimum intel
ligere incipio: Non inuadit nos tantum il
la: ſed ſpargit ac ſeparat: ne letis ſcilicet ꝛ
aduerſis in rebus alter alteri ſolatio ſit. Noꝛat il-
la: quante oliꝫ meũ coꝛ urerent cure: quibuſ ad ple
nũ mederi pꝛeter te nemo poterat. Tũc ergo mirũ
in modum ꝯquiſitis cauſis: te in illo pectoris mei
eſtu refrigerium vnicum auectum ab Arcto redi-
ens inueni. Itaqꝫ tametſi Romam tuam pꝛopꝛiaꝫ
ꝛ communem omnium: mihi vͦo ante omnes ſem
per: tunc autem ꝛ ſeipſam pꝛopter gemino deſide
rio exoptatam patriam petijſſes: tamen conſequẽ
di difficultas meſtum atqꝫ deiectum animum ha-
bebat: ut cum ubiqꝫ exul mihi ſine te videar: tum
ꝑſertiꝫ anxius atqꝫ amore ardens ꝛ Romam tibi
inuiderem ꝛ te Rome: quo in ſtatu: eadeꝫ illa iuue
nilem animum frenante foꝛtuna: pauci anni qui-
bus ab inuicem: ſic diſtracti viximus multoꝝ apõ
me vicem ſeculorum tenuerunt. Ueni tandem (ut
vidiſti) hyeme bello pelagoqꝫ tonantibus. Om-
nes nẽpe difficultates fregit amoꝛ: Utqꝫ ait Ma-
ro: Uicit iter durum pietas: dumqꝫ ſuum uenera-
bile ac pꝛedulce obiectum querunt oculi: nulla ma
ris faſtidia ſtomachuſ: taliuꝫ licet impatientiſſimꝰ
natura: nullaꝫ bꝛume terreqꝫ duricieꝫ coꝛpus: nul
las periculorum minas animus ſenſit. Sic ad te
eniꝫ totus totaqꝫ mente pergebam: ut te vnum co-
gitans pꝛeſentia non viderem: te inuento nulla mi
hi longe vie memoria ſupereſſet. Ecce autem nũc
eundem illa laqueuꝫ: alioꝛſuꝫ licet obuertit: ut me
Romam petente te Uaſconia ꝛ occidui littoris ex
trema poſſideant: ꝛ tum maxime diſtrahamur:
dum maxime te pꝛeſentem cuperem: omnis mee
glorie ſummuꝫ decus: Sed ſic eunt fere uota moꝛ
talium: ut quod uehementius cupiunt egrius aſſe
quanẽ. Ceterum ut meliore tui parte illic in tempo
re pꝛeſens ſis: ſcito me lauree delphice cupidine:
olim clarorum Ceſarum ꝛ ſacrorum uatum ſingu
lare ꝛ pꝛecipuum uotum fuit: nũc uel ſpernitur uel
neſcitur: mihi ſane noctes plurimas inſomnes fe-
cit: ꝛ de qua ſepe multa tecum egi: quanqꝫ cuꝫ me
tantillum: certatim due maxime urbes expoſce-
rẽt: Roma atqꝫ Pariſius. Altera mũdi caput ꝛ ur
bium regina: nutrix altera noſtri temporis ſtudio
rum: poſt uarias deliberationes: ad extremum
non alibi quam Rome: ſuper cineribus antiquo-
rum uatum: inqꝫ illorum ſede percipere: ingẽti an
te alios fratre tuo ſuaſore ꝛ conſultore diſpoſui:
hoc ipſo die iter aggredi: In quo pluſculum tem
poris exigitur. Adeundus eniꝫ rex: videnda Par

thenope: inde iter erit Romam. Illic aliquot dierum moram video: denique nisi fallit extimatio: pascali die: ad.vj. Idus Aprilis in Capitolio res agetur. Queris quo hic labor: hoc studium: hec cura. An doctiorem: an meliorem factura sit laurea? Notiorem forte ⁊ plurium inuidie expositum: Scientie autem ⁊ virtutis sedes est animus: Ibique non in frondosis ramis auicularum more nidificant. Quorsum igitur hic frondium apparatus? Quid respondeam queris? Quid putas? nisi illud sapientis Hebreorum: Uanitas uanitatum ⁊ omnia uanitas: sed sic sunt mores hominum. Tu Uale. ⁊ fauenti oro ades animo.

¶ Francisci Petrarche ad Robertum Sicilie regem: Illi quod laurea se dignum estimauerit gratias referentis: atque quo ritu eam Rome susceperit ostendentis: contra ueterum etiam laudatores presentia contemnentes inuehentis. Epistola.LV.

q Uantum tibi liberalium ⁊ honestarum artium studia deberent: regum decus: quarum te quoque regem industria fecisti: aliquanto (nisi fallor) quam temporalis regni diademate clariorem: olim mundo natum erat. Nouo nuper beneficio desertas pierides obligasti: quibus hoc meum quantulumcunque est ingenium solenniter consecrasti. Ad hec ⁊ urbem Romam ⁊ obsoletum Capitolij palatium insperato gaudio ⁊ insuetis frondibus decorasti. Parua res fortasse dixerit quispiam: sed profecto nouitate conspicua: ⁊ populi Romani plausu ac iucunditate percelebris. Lauree morem non intermissum more tot seculis: sed ibi iam prorsus obliuioni traditum: alijs multum diuersis curis ac studijs in republica vigentibus: nostra etate renouatum te duce: me milite. Scio quedam ⁊ per Italiam ⁊ apud exteras nationes ingenia clarissima: que nihil ab hoc proposito: nisi desuetudo longior ⁊ semper suspecta rerum nouitas arcebat: Ea deinceps postquam in meo capite periculum fecere: breui consecutura ⁊ Romanas lauros certantibus studijs decerptura confido. Quis enim metuat Roberto auspice cunctantis animi signa conuellere? Iuuabit in hac acie primum esse in qua esse ultimum non inglorium reor. Ego quidem non inficior: tanto impar oneri fueram: nisi mihi fauor tuus: vires atque animos addidisset. Atque utinam diem festum ornare serenissime frontis tue presentia potuisses: quod profecto (ut ipse dicere solebas) nisi etas non fineret nequaquam maiestas regia uetuisset. Sensi quidem multis indicijs Augusti Cesaris quosdam mores tibi admodum probari: Atque illum in primis: quod Flacco libertino homini ⁊ qui prius aduersarum partium fuisset: tam non placatum modo: sed beniuolum familiaremque se prebuit: ⁊ Maronis sui ingenio delectatus: plebeiam originem non despexit: Preclare: Quid enim minus regium quam in his quos aut virtus aut ingenium commendat: dum ⁊ uera nobilitas non desit: ⁊ nobilitare ipse possis: suffragia aduentitie nobilitatis exquirere? Nec sum nescius quid aduersus hoc litteratores nostri temporis respondeant superbum ⁊ segne genus hominum Maronem ⁊ Flaccum sepultos esse ne quicquam modo de his magnifica verba iactari: excellentes olim viros perijsse tolerabiles nuper ⁊ (ut fit) in imo facem substitisse. Quid dicant ⁊ quid cogitent noui: neque passim obloquor: Uidetur enim mihi vnum Plauti dictum: non tam illi etati que vix eius rei gustum ceperat conuenire quam huic nostre. Ea inquit tempestate flos poetarum fuit: qui hinc abierunt in communem locum. Hoc profecto nos dignius lamentamur: tunc enim nondum uenerant quos abijsse conqueritur: Iniquissima uero horum intentio est. Neque enim id agunt ut interitum scientiarum defleant: quas extinctas ac sepultas cupiunt: sed ut coetaneos suos quos imitari nequeunt: desperatione deterreant. Sane illos desperatio sua retrahat: nos impellat: ⁊ vnde illis frenum ac vincula: nobis impetus ac stimuli accesserint: ut studeamus fieri: quales illi nullum opinantur: nisi quem antiquitas illustrauit. Rari sunt fateor: pauci sunt: sed aliqui sunt: quid autem uetat ex paucis fieri: si omnes raritas ipsa terruerit? Breui quidem non pauci erunt sed nulli. Enitamur: speremus: dabitur forsan ad ista pertingere. Maro ipse ait: Possunt quia posse videntur: ⁊ nos (mihi crede) poterimus si nos posse crediderimus. Quid enim putas? Plautus ecce suam deflet etatem. Ennij forte seu Neuij mortem dolens: ipsorum quoque Maronis ac Flacci etas: non equa tantis ingenijs fuit: Quorum alter diuini spiritus poeta dum vixit: emulorum bellis sine fine uexatus: ut alienorum operum deflorator carpitur. Alteri vitio datur quod visus esset antiquos partius admirari. Fuit hoc erit quod perpetuum: ut ueneratio uetustatem: presentiam comitetur inuidia. Tibi vero regum optime: nec minus philosophorum ac poetarum maxime (ut ex te didici) illud eiusdem principis altius insedit: quod Tranquillus ait: Ingenia seculi sui omnibus modis fouit: ⁊ tu modis omnibus seculi tui foues ingenia: eisque humanitate ⁊ clementia tua faues: Expertus loquor: recitantes ⁊ benigne ⁊ patienter audis. Nec tantum carmina ⁊ historias: sed ⁊ orationes ⁊ dialogos. Componi tamen aliquid de te nisi ⁊ serio ⁊ a prestantissimis offenderis. In omnibus his Augustum imitatus: auersatus autem illos qui cuncta fastidiunt: nisi quibus precium fecit impossibilitas consequendi. His tuis moribus: hac facilitate animi: cum multi sepe: tum ego nuper hortatus sum: singulari quadam ⁊ sine meritis fortuna. Neque hic (ut dixi) substitisset regia dignatio: si aut remotior senectus: aut Roma propinquior fuisset: Uerum hic maiestatis tue nuncius qui pro te omnibus interfuit: quid nobis uel Roma uel inde digressis: seu gaudij seu periculi acciderit: viua uoce narrabit. De reliquo autem nouissimi uerbi tui: ut ad te quam primum redeam sine intermissione meminero: testor deum non tam aule regie splendore captus quam ingenij: Alias quidem quam que sperari a regibus solent ex te diuitias expecto: Precor autem ut annos vite tue proroget: ⁊ te demum ab hoc solio mortali ad eternum transferat is apud quem fons vite est. Uale.

Ueneratio uetustatem inuidia presentiam comitatur

¶ Francisci Petrarche ad Barbatum Sulmonensem regium secretarium: Illum quo tempore Lauream Rome magno cum populi fauore assumpserit: certificantis. Epistola.LVI.

A Idibus aprilis: Anno etatis huius ultime: Millesimo trecētesimo q̄dragesimoprimo: in capitolio romano: magna populi frequētia ⁊ ingenti gaudio peractum est quod nudiustertius de me rex apud Neapolim decreuerat: Ursus anguillarie comes ac senator: prealti vir ingenij regio iudicio probatum laureis frondibus insigniuit. Manus regia defuit: sed non auctoritas nec maiestas: Illa non mihi soli sed omnibus presens fuit. Defuerunt oculi tui atq̧ aures: animus enim assidue mecum est: defuit magnanimus Joannes quem a rege transmissum ⁊ miro studio festinantem preter Ananiam excerpere hernicorū insidie: quas eum euasisse gaudeo: licet expectatus

B in tempore non adesset. Cetera supra spē ⁊ supra fidem successisse noueris. At ut recenti experimento cognoscerem: q̄ semper letis iuncta sint tristia: vix menia urbis egressi: ego cum his qui me terra ⁊ pelago secuti erant: in latronum armatas manus incidimus: e quibus ut liberati ⁊ romā redire cōpulsi fuimus: quantusq̧ ibi ob hanc causam populi motus: ⁊ ut die postero certiori armatorum fulti presidio discessimus: ac ceteros vie casus si explicare temptauero: longa erit historia: Cūcta igitur ex latore presentium cognosces. Uale.

Francisci Petrarche ad Joannem Columne. Illi q̧ lauream adeptus sit: ⁊ q̧ Parmenses a tyrannide liberati sint significantis. Epistola.LVII.

A Roma rediens: diutius exoptate lauree mee compos: ⁊ uelut victor laureati cognomē referens: quod gauisuro tibi uerecūde nūciatum uelim: hodierno die quod tibi ad gaudiū quoq̧ significo: ductu ⁊ auspicijs amicorum tuorum de Corrigia: Parmam vnde (ut scis) arcebamur ingressus sum. Hoc eodem die sibiipsi re-

B stitutam urbem pulso hinc presidio tyrannorum. In quā repente mutata rerum facie: atq̧ incredibili gaudio liberate plebis: par: libertas ⁊ iustitia rediere. Hic ergo precibus eorum victus quibus ueniam tuam accessurā ipsi sperant: ⁊ ego nō dubito estatem agere in animum induxi. Jurant enim se presentia mea admodum egere: quod idulgentie non necessitatis esse certū est. Cui enī usui in hoc statu rerum sim? Non ego urbanis strepitibus: sed siluestribus silentijs delector: non legum aut armorum curis: sed solitudini ⁊ ocio natus sū. Ipsi quidem uoti mei ɔscij: miram mihi quietem pollicentur: cum fragor hic ⁊ ardor letitie gestientis assiduitate tepuerit: quicquid erit mos gerendus fuit benigne precantibus. Hyemis initio me videbis: ita dico: nisi uel tibi citius uel fortune serius placuerit. Uale.

Fran. Pet. ad Peregrinum Messanen. Thome obitum deplorantis: simulq̧ illi epigramma ut supra defuncti sepulchrum effigiat destinantis. Epistola.LVIII.

Grauissimam querelā epistole finibus nō contentam: differre compulsus sum: non est usitatū animi mei vulnus aut vulgato

A medicamine releuandum. Altius in precordia descendit: obseruauit enim nocendi locū ac tempus ⁊ toto pōdere ferox incubuit fortuna: Thomam q̧ meum nunq̄ mihi sine lachrymis nominandū eximio flore rare indolis: fructus uberrimos ⁊ magna rerum incrementa pollicitum: primo (ut sic dixerim) etatis uere preripuit. Cuius immatura obitu (ipse mihi fateor) mortalia cuncta viluerunt. Uideo quanta rerum nostrarum firmitas: quid mihi nunc sperandū sit exemplo coniunctissimi fratris admoneor. Una etas erat: Idem animus: Summa studiorum paritas: Incredibilis identitas uoluntatū. Unum eramus: Uno calle gradiebamur: vnum terminū petebamus: vnus labor: vna spes: vna erat intētio: vnus utinā finis esset. Hanc acerbissimam fati vim: deflere mecum: ⁊ profundissimo simul vulneri meo: paria si possū adhibere remedia: meq̧ ipsum meis litteris ⁊ iusto uolumine ɔsolari ꝓpositū est mihi. Fecit hoc primus in morte dilectissime filie: Marcus Cicero: diuino ille quidem ⁊ inaccessibili quodam stilo. Fecit idē multis post seculis in morte fratris Ambrosius. Temptare libet modo per occupationes liceat quid in amici morte possit stilus humilior. Interiū epigrāma quod postulas udum fletu: accipe: placet ut super sepulchri lapidem breue carmen: ⁊ super amici corpus dolor meus emineat. Uale.

Indolis atq̧ animi felicem cernite thomam.
Quem rapuit fati precipitata dies.
Hunc dederat mundo tellus vicina peloro.
Abstulit hec eadem munus auara suum.
Florentemq̧ noua iuuenem virtute repente
Succidit misero mors inimica mihi.
An ne igitur grates referam pro munere tanto?
Carminibus siculum littus ad astra ferens:
An ne gemam potius simul indignerq̧ rapinam
Flebo: Nihil miseris dulcius est gemitu.

Fran. Pet. ad Jacobum Messanensem: Thome Messanē. obitum grauiter se tulisse cōtestantis. Epistola.LIX.

Post Thomam meū fateor mori uolui nec potui. Speraui: sed elusus sum. Nec ignoro quid si hoc audiat: responsurus sit Anneus Seneca. Frustra scilicet optari qd̄ in manu positum nostra sit. Ego vero in multis hominis ingenium probans: ab eodem tamen in multis ⁊ presertim in hac precipiti ac temeraria opinione dissentio: quā non solū nostris: sed philosophorū quoq̧ gentiliū testimonijs ⁊ auctoritate cōuincere: nō operosa disputatio esset: sed modo non id agimus Igitur ut ad rem ueniam infelicissimis rumoribus affecto ⁊ optima mei parte amissa: vitam sine illo uere solitariam atq̧ anxiam peroso: peropportuna febris affuit: qua duce letus usq̧ ad ipsum limen mortis accessi: sed cum transire uellem in foribus scriptum erat: Noli adhuc: nondum uenit hora tua: continui gradum ⁊ repulsus inde: mestus ad vitam redij. Atq̧ ita sum: ut facile cernentibus appareat: me inuitum viuere. Uiuo tamen quod omnes metuunt: solus sperans ⁊ dolorem meum breuitate consolor. Scio enim quod mihi cū morte fedus: quod cum carne commertium. Utinam sic mihi quantulumcunq̧ vite superest: contingat agere ut omnibus horis in promptu: ⁊ (ut dici solet) in numerato habeam quod debeo: sitq̧ quod ait Psalmista: Anima mea in manibus meis semper. Uale.

Fran. Pet. ad Joannē Colūne: illum ut mortē Ja

A cobi fratris foꝛti animo ferat hoꝛtātis. Ep̄la.LX.

V Rget doloꝛ: hoꝛtatur charitas ut ſcribaʒ aliquid: ſola deſperatio pꝛofectus dehoꝛtatur. Credo enim recentiſſimum adhuc animi tui vulnus talibus auxilijs non egere. Uincet doloꝛ: vincet amoꝛ: cedet deſperatio. Inſite deuotionis imperio damnatum ſepius ⁊ abiectū reuertoꝛ ad calamū. Sic enim ⁊ ſi nihil amplius tātiſper euaporabit iſte qui me intus urit ⁊ ꝑgrauat calamitoſe mentis affectus: atqꝫ utinam merori tuo nō intēpeſtiuus ⁊ inoppoꝛtunus cōſolatoꝛ acceſſerim. Scio irriſos a Tiberio principe Jlienſiū legatos: quibus cum ad eum ꝯſolandum in moꝛte filij aliquanto ſerius ueniſſent: mādatis expoſitis r̄ndit. Et ſi illorum viceʒ dolere ꝙ egregiū ciuem Hectorem amiſiſſent. Sed nō ea tibi mens eſt neqꝫ hi mores: notiſſima tua eſt pietas: ꝓuulgata humanitas: nō in tuos modo: ſed in oēs. Itaqꝫ non ſum neſcius: quot gemitus iam foꝛtaſſis uel aī virtute cōpꝛeſſos uel tractu tempoꝛiſ parūper abſterſos hoc ſim ſuſcitaturus alloquio. Nunq̄ʒ etenim caſum tuum ꝟbis extenuare tēptabo. Illud potiꝰ fateboꝛ: nullum ex oibuſ quoſ ego ꝗdem viderim: de ꝗbus audierim aut legerim: plus vnius moꝛte fratris amiſiſſe. Uide quātuʒ lachꝛymis īdulgeo: ⁊ q̄ʒ latū ſuſpirijs iter pādo: duʒ extirpādis ſi dabitur: totiꝰ moꝛbi radicibꝰ ſum intentus: Fluāt interim quacunqꝫ libet dum meminerint: ijſdē moꝝ tramitibꝰ obſtruſis: nō licere amplius niti: ⁊ (qui luctuoſarū mētiū mos eſt) alias atqꝫ alias dolori rimulas conquirere. Magnā igiť in ꝑmis quādā ⁊ inſignē iacturam accidiſſe tibi video: talis ⁊ tam dilecti fratris interitu: Uerum tunc ego infinitam ⁊ inextimabilem iudicarem: qn̄ moꝛs illum extinxiſſet: ⁊ non ſpatio modici tp̄is ſeparaſſet. Atqui dum hic fuerat: quātulam vite ſue particulam ſub

B oculis tuis egit? Cōputa oro tempora (qḋ auidiſſime faciunt amantes) ⁊ ab ultima repetens infantia uſqꝫ ad hanc etateʒ memori aīo percurre: Jam ille ꝓcul a patria genitus ⁊ ſub illo glorioſiſſimo patris exilio ꝓductus in luceʒ: ꝑmos uagitꝰ edidit in terra lōginqua: ſpectateqꝫ indolis puer teneriozis vite annoſ: uel ſine te: uel ſi tecū egit: ea tn̄ erat amboꝝ etas: que nec ueri iudicij capax eſt: ⁊ ſolidi amoris fundamēta non recipit. Ita uel ſemꝑ eatenus abſ̄s fuit: uel abſenti ſimillimuſ. Mox ubi adoleſcētie fines attigit: incredibili quodā amore litterarum: quarū haud temere quiſq̄ʒ fuit appetētioꝛ: nunc per Italiam: nūc per Gallias lōge lateqꝫ peregrinatus eſt. Ita dū anhelans ac per diuerſa terrarum generoſam ſitim ſatagens extinguere: oibus ferme ſtudioꝝ fontibus imergitur: uſqꝫ ad virilem etatem ſpōtaneum ipſe ſibi indixit exiliū: poſt hec ſola virtutis admiratione facillime diſpēſante: ante annos ad epiſcopatuʒ eſt ꝓuectus: quē ſic geſſit: ut tantum viꝝ nō altiori ſolio ſedētem cernere cunctos bonos puderet: pꝛeter euʒ ipſuʒ qui ab oi ambitionis aut auaritie ardore liberrimꝰ: ⁊ ſoꝛte ſua letus: epiſcopaleʒ gradū inſigniter honeſtabat: atqꝫ altiorem non modo non optabat aſcēſum: quinpotius deteſtabať atqꝫ oderat: ⁊ uelut ꝑcipitij ſedem illud ſupꝛeme foꝛtune faſtigiuʒ perhoꝛrebat. Cuius rei cuʒ totius vite tenoꝛ atqꝫ vnꝰ ſemper ſecretioris textus eloquij: in quo celſum illū ac tranqllum aīum videbamus: tū pꝛecipue teſtis eſt grauitatis ac modeſtie cōtēptuſqꝫ terrenarum rerū plena ep̄la quā manu ꝓpꝛia nouiſſimis vite ſue tp̄ibꝰ ad te ſcripſit. Quāqꝫ dū relego: nun- C
q̄ʒ ſine iucūdis lachꝛymis facio. Eſt enim apḋ me quē illiꝰ ⁊ cuſtodia ⁊ rn̄ſo dignuʒ credidiſti. Nūc ēt ⁊ pn̄tem ſpectare ⁊ viuas uoces audire mihi videoꝛ. Nec magnopeꝛe ullas reqꝛere ꝑhoꝛum ſcholas: tā plene ibi pauciſſimis ꝟbis abſoluit: que ad ſobꝛietatē ꝑtinēt ⁊ ad btām vitā: Atqꝫ inter cetera mirū dictu: cū de eo attollēdo altiꝰ aſſidue ageret: religioſiſſimo iureiurādo iterpoſito affirmat: ſe ſupꝛa q̄ʒ credi poſſet rebꝰ ſuis eſſe contentū: nec ullo pacto altiꝰ aſcēſurū: ⁊ in quo tūc erat ſtatu mori ſe nō ſperare tm̄ ſed optare. Aſcendiſſet aūt uel inuitus: quo eū ⁊ ſanguinis claritas ⁊ merita trahebāt niſi olim que mētes curialiū poſſidet: obſtitiſſet inuidia: ⁊ nūc poſtq̄ʒ ea iā glīe ac ꝟtuti ceſſerat: virētiſſime iuuētutꝫ curſuʒ medio calle moꝛs obuia pꝛeuertiſſet. Sed ad oꝛdinē reuertoꝛ. Factꝰ ep̄s commiſſi muneris exactiſſimā curā habēs: te q̄ʒ pꝛimū relicto: ad ſedē ꝓpꝛiā maturauit. Nec eū tāta reꝝ locorūqꝫ mutatio exterruit: Inter romanas opes ac delitias enutritꝰ: ad pyreneos ſaltꝰ: ſereniſſima fronte ⁊ equiſſimo aīo trāſiuit. Ita ut aduētu eiꝰ: non tā ſua: q̄ʒ locoꝝ facies mutata: nec tam ipſe in Uaſconiā q̄ʒ Uaſconia ois in italiā trāſiſſe videretur: qḋ iter ego ſecū egi: ⁊ me felicē recoꝛdatio ſola facit: dū memini ⁊ māſuetudinē in ea foꝛtuna ⁊ humilitatem in illis tot nature dotibus: ⁊ honeſtatem in ea ſpecie coꝛporis admirādam. Deniqꝫ dū D
in animū redit illa cerimoniarū oiuʒ iugis integritas: atqꝫ illa iuuenis pōtificis optāda potius ſenibus q̄ʒ ſperāda grauitas (Sicubi errātem audieris: interrūpe: toto quidem illo tēpore Germanuʒ amātiſſimū nō vidiſti) At inde rediēs ſubſtitit foꝛtaſſe uſurus aliqn̄ fratris optatiſſimo conuictu. Speraſſe quidē id illū reoꝛ: nam optaſſe certꝰ ſuʒ: ſed ea que actus hoiuʒ diſpēſat dn̄a pꝛohibuit foꝛtuna. Siquidē ⁊ domus ⁊ patrie laboribus ac uocibus excitatꝰ: Romam coactus eſt petere: quo ⁊ ego qui tūc lōge aberā: ipſuʒ (ut ſcis) dulciter euocātem: te vix tādem ꝑmittēte ſecutus ſum. Credo id agēte deo: ut gemine virtutis miratoꝛ ac teſtis pace belloqꝫ: illius ꝓuidētiſſimi pectoris ꝯſilijs intereſſem. Septēnio in patriā exacto ea pietate: eaqꝫ animi cōſtantia: ut reliquiaꝝ ſuarū illū vnicum ſeruatorē Roma recognoſcat: ⁊ ꝙ in cineres nō tota coꝛruerit: illiꝰ etiā nūc cineribꝰ ſe debere fateať: ad cōſpectum tuū nouiſſime remeauit. Neqꝫ ampliꝰ ſubſtitit q̄ʒ ut tibi ſupꝛemū Aue ſimul ⁊ Uale diceret. Ilico eniʒ ⁊ deſerte ſedis viduitatē miſeratus: ⁊ ſolitudinis auiduſ: quā diuturnis populoꝝ cōcurſibꝰ cōpēſare decreuerat: aliqn̄ ſibiipſi victu- E
rus qui patrie vixerat ⁊ amicis: Rurſus ad epiſcopatum ſuum ſeſe contulit: ubi multa cum honeſtate degens: ⁊ ſicut antea ceterorum: ſic tunc ſui ipſius victoꝛ: vitam ſuam deo ⁊ hominibus exemplariter commendauit. Anno ibi tandem vix peracto: iuuenis admodū ab huiꝰ vite tempeſtatibus ad quietis poꝛtum ⁊ ad feliciora regna tranſlatus eſt. Recognoſce mecum ſingula pater optime: nec de germano colloquio pigeat cuʒ illo qui in fratre tuo decus ſuum ſibi pꝛereptum luget: ⁊ tamē (qḋ infantibus pꝛolapſis nutrices ſolent) poſt tam grauem caſum animo ſuo merenti hec uerbo-

Mētes curialium inuidia poſſidet.

rum adminicula qualiacũqꝫ conquirit: Receſſe me cum igiẗ fraterne vite tempus vniuerſum: etatis illum anguſtiſſimam portiunculam tecum exegiſſe teqꝫ germanam eiuſ dulcedinez ſemper in trãſitu ⁊ vix ſummis (ut aiũt) labijs deguſtaſſe fateberis ⁊ ſi hactenus abſẽtem nõ luxiſti: iam tandem lugere deſinito. Ego tamẽ hinc intelligo ⁊ ſcio: fecit enim me taliũ expertũ: crebra mortis iniuria: ſcio qd mihi nunc in ſilẽtio vulnerat⁹ ⁊ ulceroſus aĩus rñdet. Tu ne mihi mortꝫ ⁊ abñtie parẽ ꝯditionẽ argumẽtaris? Atqui abñtem reuidẽ cum deſiderio ſpabam: Ubi nã degeret nouã: aſſiduiſqꝫ rumorib⁹ onus ſolabar abſentie? Nũc vͦo ⁊ ſolamẽ illud: ⁊ ſpes omnis intercidit. Mihi aũt fateor nihil omnino morte ſimilius q̃ꝫ abſentia videreẗ: niſi in morte certiora quedam ſolatia reperirem. Utraqꝫ quidem corpore ſegregat: animo neutra diſiũgit: uerum ſuſpẽdit abſentia ⁊ ſemꝑ anxias mentes habet: quibus mors omnem ſuꝑuacuam curam demit. Quiſ enim fratres abſentes p̃ſertim uel amicos habere ⁊ ſecurus eſſe poterit: niſi qui caſuum humanoꝝ omnino neſcius: fortune vim atqꝫ incõſtãtiam nõ attendit? De ſe alij viderint: Ego quidez exquo hic ſuz: nunq̃ꝫ meoꝝ litteras niſi tremẽs ⁊ pallidus accepi: ⁊ poſtq̃ꝫ omnes bene ualere nũciatum eſt: adhuc curis nõ exoneror. Quis enim me certum facit: ne duz per alpes ac maria ad manus meas ſcripta peruenerint: aliqd forſan inciderit aduerſi (qͦ in ictu oculi fieri ſolet) nec pudebit apud te familiariter gloriari multum me in hoc tẽporis ac ſtudij poſſuiſſe: ut aduerſus repẽtinos caſus armatuz ac preparatuz aĩum haberez: utqꝫ ad id ſi quo modo poſſem peruenirem: qͦ ait Seneca: Sapiens ſcit ſibi omnia reſtare: quicqd factum eſt: dicit ſciebaz: Ego vͦo cum in alijs innumerabilibus: tum in hoc precipue ſentio me nec eſſe ſapiẽtez: ꝙ uſqꝫ ad hoc tempus hãc vnam ſarcinaz prorſus deponere nullo ſtudio ualuerim. Iſtam ſollicitudinez tibi mors eripuiſſe debuit: ⁊ (niſi magnitudine animi tui fallor) eripuit. Scis ubi frater tuus eſt: ⁊ qualiter ſibi eſt: Neqꝫ iam ſtatus ſui ueritatem ſolitam pertimeſcis: ſi iuſtitia: ſi fides: ſi pietas: ſi charitas viaz ſternit ad ſuperos. Si terrenis laqueis expedita mens liberiore ſurſum tolliẗ uolatu: ſi bonis ⁊ bene creatis ſpiritibus ſedes ultima ⁊ eterna celum eſt: illuc fratrez tuum aſcẽdiſſe cõfidimus: ⁊ ſi qua eum mortalitatis noſtre cõtagia (qͦ profecto non ſuſpicor) retardaſſent: in via eſt ⁊ iam ſolutus atqꝫ alacer feſtinat ad patriam. Ceteruz ubicũqꝫ eſt: ſepe ad te oculos reflectit oratqꝫ ne feliciſſimaz profectionem eius gemitibus tuis impedias. Nec te videndi fratris deſiderium torquere debet: Uidebis eum ſuo tẽpore multo anguſtiorem ſolito: multoqꝫ letiorem. Quid ni: cum ego adhuc eum videre nõ deſperez? Alioquin fateor incõſolabiliter angerer. Quis enim mihi catholico q̃ꝫuis peccatori ſpem negauerit: quam gentiles hoĩes habuiſſe cõperio? intelligis quid uelim. De Catone loquor ⁊ Socrate: quoruz in hac parte ſententias annotare non attinet: quas multo tibi notiores arbitror eẽ q̃ꝫ mihi. Non igiẗ mors auferre: ſed differre potuit fraterni vultus aſpectum: quẽ licet in perpetuũ abſtuliſſet: nõ tñ imoderati luctus viro digna eẽt occaſio: Nam ſiue illum defles vite laboribus ac periculis liberatum: ⁊ vide oro ne inuidentie potius dici poſſint q̃ꝫ compaſſionis lachryme: Siue te ipſum tanto p̃ſidio ſpoliatum: ⁊ dulciſſimo iucundiſſimoqꝫ comite in medio peregrinationis hui⁹ calle deſertum dicis: Et uera qdem: ſed nequaq̃ꝫ ſufficiẽs cauſa eſt: ut egregios aĩos proprie calamitatis afflictione deijciat. Accedit ꝙ damni tui memoria: quotiẽs ante oculos mẽtis rdit: totiens diuine liberalitatis admoneat: equiſſimum eſt. Ingratus enim eſt qui ablati memor: obliuiſciẗ accepti. Proinde ubi aĩum pupugit: acerba illa cogitatio: heu qualem frẽm amiſi: leniat illa iucũdior: O quãtum frẽm habui: imo vͦo quãtum frẽm habeo ⁊ in eternũ habebo: lꝫ ille donec ſibi ſimul ⁊ mihi ⁊ patrie ⁊ mũdo neceſſarium fuit: breuẽ hic morã traxerit: Dũ vͦo ſibi vni expediẽtius eſſe cepit: ab his malis ſeparari: eripuerit illum deus: ei ſcilicet ꝯſulens ⁊ nõ nobis: Immo forſan ⁊ nobis. Quiſ enim ſufficit abditas ⁊ impſcrutabiles diuine preſcientie cauſas aut exitus cõtemplari: dicente (niſi fallor) Apoſtolo: Senſum dñi qs nouit: aut qs cõſiliarius eius fuit? Quis nam hominum iudicare audeat: an cuicũqꝫ mortẽ alterius deploranti: non ſatis ꝓprie dici poſſit qͦ in tabellis reddito reſpõſo: patri olim in morte filij dictũ eſt tribus his uerſiculis: Ignaris homines in vita mẽtibus errant: Etynous potitur fatoꝝ numine leto: Sic fuit utilius extingui ipſiqꝫ tibiqꝫ. Calcitrat aduerſus ſtimulum humana temeritas: ⁊ implenti fato ſuperbie ſue cornibus obluctatur: ne quicq̃ꝫ niſi ut grauius victa ſuccumbat. Quid enim ego nũc de uotiſ inanibus: de gaudio: aut querelis hominum loquar? Latet alte ueritas abſcõdita: caliginoſa nube circumcludimur: caſu regimur: ceci cecis ducibus innitimur: nec quid optandum: metuendum ue nobis ſit per vmbram carnis agnoſcimus: bonis noſtris ingemiſcimus: miſerijs exultamus: ſine delectu flemus ac ridemus. Suam quiſqꝫ ſententiam ſequatur: Mihi errorum maximus videtur: ꝙ nõ libere nos ⁊ noſtra deo committimus: ꝙ aliquam in noſtris conſilijs ſpem habemus totiens decepti: ꝙ tanto huius caduci corporis amore detinemur: ut vix aut equanimiter hinc exire ualeamus: aut noſtros exeuntes aſpicere: quaſi ad nihil aliud nati ſimus: q̃ꝫ ut inter mundi fluctus ⁊ ludibria fortune perpetuo turbine iactãde carnis noſtre tenaciſſimo limo ac ſordibus hereamus: quod profecto non accideret cogitantibus uotorum noſtrorum multiforme periculum. Breuis eſt equidem in primis vita ⁊ fugaciſſimũ vite tempus: Rerum humanarum inquietum aduerſis flatibus ⁊ ꝓcelloſum pelagus: Rari ⁊ vix hoib⁹ acceſſibiles portus: ſcopuli vndiqꝫ inumerabiles: Inter quos difficilis ⁊ prorſus ambigua nauigatio eſt. Iam vix vni cõtingit ex millib⁹: ut integer enataret: ſic nos fortune imperium exercet in omnes gradus hominum pari iure craſſantis. Ita in quibus obuiuz cymba fragilis noſtre mortalitatꝫ alliditur. Et poſſumus inter hec nobis: aut noſtris longiuſculam vitam: Immo (ut uerius dicam) longius periculũ optare? Fingatur aliquis tam benigno ſydere: tam propitia fortuna: tam deniqꝫ fauente deo: iter hoc ingreſſus: ut nihil ei poſſit aſperum moleſtũqꝫ contingere: Rem impoſſibilem ⁊ inauditam ſeculis fingi iubeo. Nec ideo tamen q̃ꝫuis periculum abſit: aberit metus. Et idcirco fortaſſe non infe-

Mors etiã ſolatio nõ caret

F

G

licius nec incõsultius foret:mõ nostri esse arbitrij: Sicut in equore suspecto naute solent circũspecti clauum flectere:diuqꝫ ante solis occasum uela sub mittere:sic in vita portum petere: et adhuc floren ti etate atqꝫ animo vireti et ualentibus membris mori prius q̃ eo peruentũ sit:quo saltẽ vita longi or perducit ad ultimas scilicet angustias senectu tis. Inter quas artati quidam et vixisse dolent et mori metuũt: et totiens uotis exoptatum tempus accusant:Deniqꝫ quid uelint et quid nolint nesciũt: tanta est discordia. Hec et his similia cogitantes abstinere decet:ne decretum celeste:seu mortis fe stinantiam accusemus:Alioquin pro nobisipsis tã tũmodo conqueri videbimur et affligi. Ego enim non dubito:sacre memorie fratrem tuum:nec plus vixisse q̃ necesse sibi fuerit:nec minus et opportuno tempore reuocatum. Et si multis inter quos mihi misero diu anteq̃ uellemus:aut suspicaremur:ab scesserit:Piget opinari in te:ne dicam consolari:il los mollissimos plebeiarum gentium affectus:Ut quid tam longe positum mors abstulit:quare pa trio caruit sepulchro:cur videre non contingit ex pirantem:qualia apud poetam etiã ille vir fortis: sed nimis semper pronus ad lachrymas:videt' la mentari:Te amice nequiui conspicere: et patria de cedens ponere terra. Uulgata non ingerã:nec quã ta sit terre totius exiguitas:geometricis demon strationibus nitar ostendere:qꝫ vndecunqꝫ digres so:vna est ad celũ via:qꝫ non solum omne solũ for ti patria est:sed omne homini natale solum. Quis enim ista non nouit? Illud potius dicam:utrunqꝫ consulto diuinam statuisse ꝓuidentiam:primũ sci licet:ut duabus longe licet imparibus urbibus: ab eo dum vixit singulariter exornatis:ambe quidẽ defunctũ viriliter partirent': et Roma sui ciuis per petuam et immortalem famam:Lõberiensis ecclia uenerãda pontificis ossa seruaret. Nullũ(nisi fal lor augurio)celebriorem titulũ oĩbus seculis ha bitura:si tñ id illum proprium ac perpetuũ pmise ris. Audio enim te de transferendis Romam reli quijs cogitare:qđ nec suadere nec dissuadere pro positum est:Ne illum aut urbi in qua ciuis aut ec clesie in qua canonicus fuit inuidisse videar. Se cundum ut vno ex nobis astãte:qui abeũtis ample xus supremaqꝫ uerba pciperet: ceterorum luminibus parceretur:qm̃ sicut experimento deprehensũ est: mitiora sunt aurium q̃ oculorum vulnera. Longior sum in hoc sermone q̃ oportet:teqꝫ ꝯtra oẽs insul tus armis lõge ualidioribus instructum:nihil in eo quod laudes preter fidem repturũ spero. Sit vo iam finis:Conquiescant gemitus:arescant lachry me:sileant lamẽta:Noli fratrem tuum mortuũ ex timare:viuit enim: at nos quotidie morimur nec sentimus: et uel mortem o cecitas:uere vite princi piũ formidamus. Ut viuens itaqꝫ non luctibus:sed cogitationibus tuis et colloquijs intersit:prohibe in aula tua illud pusillanime silentium:qđ pleriqꝫ in luctuosis domibus obseruant defunctorũ no men ceu triste aliquid abhorrentes: Immo vo nũc resonet gloriosum illud nomen: et late ramos por recturum apud te radices agat:p̃sertim quia inui die nebulam:que excelsos viros libenter insequi tur:sepulchra non metuunt: et si multos quos do mus ac forum odiosos et obscuros fecerat claros et amabiles bustum fecit. Quid de hoc sperem:cu ius et suauissima semper et preclarissima fuit vita? Et(si quid superlatiuo altius)mors quoqꝫ precla rior. Ille etiam obsecro vulgaris abusus quem in multis:sed in Romanis meis precipue notaui at qꝫ interdum castigaui: a limine tuo procul exulet. Solent enim nullũ defunctum nominare sine pre fatione miserie. Ille infelix:ille male ominatus:Et subdunt tandem ipsum inexpletũ nomen:vix pri mis sillabis intellectis. At vo germanus tuus feli citer hic vixit:felicius hinc abijt:nũc alibi viuit fe licissime: et ideo pleno ore proferendus est. Apud Lucanum morientis Pompeij uerbum est:Nõ fit morte miser:eleganter:Aliogn omnes qui nati sũt miseri:quiqꝫ omnibus seculis nascentur. Postremo vnum hoc iterum et iterum admoneo:quosdã vi ros egregios quorum nomina tibi inculcanda non credidi:nulla re amplius laudatos q̃ qꝫ suorum mor tes forti aio tulerunt. Quod tibi eo studiosius ad uertendum est:qm̃ si circumspicis:videbis actus tu os in exẽplum trahi:te in eminenti specula colloca tum:atqꝫ in te oĩum oculos esse defixos:hoc tibi la boriosum decus et amplissimi generis maiestas et retroacte vite moderatio peperere. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Lelium suum:apud eum de repentino Jacobi Colũne obitu conquerentis.

Epistola.LXI.

A

n Imis viximus Leli charissime. Morien dum fuerat anteq̃ preriperet nobis deus benignissimum dominum et indulgentissi mum patrem nostrũ:utilem mundo:nobis necessa riũ:patrie gloriosum:longeui patris baculũ:sola men sororum:fratrũ letitiã:amicorum spem:hosti umqꝫ terrorẽ:morũ specimen:virtutũ tẽplum:ho nestatis imaginem:litterarũ hospitem:studiorum amatorem:ingeniorum preconem ac extimatorẽ rectissimum meritorum:Nulli inuidum:inuidio sum claris viris omnibus:pium:mitem:modestũ: sobrium:affabilem:cõstantem:fortẽ:iustũ:largũ: munificũ:magnanimum:circumspectũ. Mei mihi laudãs deficio:nec inuenio qđ tãtis virtutibus di gnũ loquar:aut amore decipior aut etate hac p̃ra diãtem et ꝯspicuã cleri lucem festinate nubes mor tis obduxit:cuius nũcio accepto:quãta me miserum circũfuderit eclipsis:sensit cor meũ:testes sũt ocu li mei. Uerũ post parẽtis et fratrũ lachrymas:nul las uberiores arbitror eẽ q̃ tuas: Hoc mihi et ani mi tui mansuetudo suggerit et uetusta deuotio:in qua hẽditario iure succedens: et prĩis finibus non cõtentus lõge lateqꝫ ꝓcesseras. Heu quotiẽs:quãta qꝫ dulcedine cogitabã diem illũ:quẽ ꝓximum opi nabar:quo scilicet mitissimus eius fr̃is obsecutus: et ab Apenino in Pyreneum trãsgressus exoptatissi mo eius cõspectui:improuisus assisterem:eiqꝫ et ro manã lauream:quam uertici meo lꝫ indignus im primo:queqꝫ iam ante uel auditu solo:quante sibi iucunditatis e longinquo materiam premisisset: elegantissimum manus et ingenij sui carmen indi cat. Insuper et noua Africe mee fundamenta:duo parua quidem:sed deuota munuscula uenerabun dus offerrem:preuertit oĩpotens desiderium me um:nec dignus fui tam letum et tam felicem diẽ cernere. Quid vo nũc consilij capiam? quid de me ipso statuam? quid agam? Sepe mecum hec cum lachrymis loquor: Quo ire paras ifelix? Is quem petebas abijt:quẽ sequeris? Aulam ne fratris fle

Jacobi Colũne laudes

B

bilem & tanto splendore viduatam? An bustū ubi sepulte sunt spes tue? Utrobiq; molestie: parū ne tibi meroris attulit casus: nisi gemitibus tuis obuiam pergas? Et uel hinc te merentum agmini mestus immisceas: uel illinc superbi pōtificis barbaricas deosculeris manus? Sic sum donec tu litteris & affectui meo uela feceris & consilij uagum firmaueris. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Senutum florentinū: illi suos familiares describentis: Eūq; si fieri potest ut meliores adinueniat deprecātis. Ep'la.LXII.

A

t Ria mihi seruorum paria: siue (ut modestius loquar) humilium amicoꝝ: siue (ut uerius: familiarium hostiū domi sunt: Primū quidem sic affectum: ut alterius nimia simplicitas: alterius sit periculosa calliditas. Secundus sic: ut hunc pueritia hūc senectus reddat inutilē. Tertiū vō sic: ut huius furor: illius torpor odiosus sit: Et iuxta illud Socraticū a Cicerone relatū in epistolis: Alter frenis: alter calcaribus egeat: Ego autē has inter contrarietates: castigator olim: nūc spectator sedeo. Nec coꝝ propositum mutari satis possum: qui seruorum turbas ceu gloriosum aliqd aspiciunt & obsideri semper ab his quos pascunt:

B

hoc est a domesticis suffossoribus delectantur. In digentiam tibi meam innotuisse sufficit: puto non expectas ut deprecer: sicubi forsitan in humiliori fortuna se ostenderent animus: etas: mores: ab extremi equo spatio distantes: scito hominem cui nō dicam excellenter: sed tolerabiliter ista cōtigerint: non mihi seruum esse posse sed socium: sed amicū: sed dominū: Uereor tamen ne phenicis inquisitionem tibi cōmisisse videar: quā non nisi quingentesimo anno renasci solitam ac toto orbe vnicam ferūt: & nobis in occidente positis icognitā. Uale.

Phenix q̄ngētesimo ano renascitur

¶ Francisci Petrarche ad. T. M. Illum & q̄ de antiquis scriptoribus nō recte sentiat: & q̄ nimis inutiliter sibi gl'iā q̄rat reprehēdētis. Ep'la.LXIII.

A

d Ictu difficile est quantū aures meas vulgari fessas strepitu: epistola tua bis terq; relecta permulserit: que q̄q̄ tibi uerbosa videretur (ut ex fine cognoui) Ego tamen in ea nil preter breuiloquiū accusauit. Itaq; cōminationē illam ultimam q̄ deinceps compendiosior sis futurus: inuitus asperi: mallem prolixior esses: ut libet tamen: tu pater: non te mihi: sed me tibi mores gerere dignum est. Sed ita ne totum in tua manu positum erit: An ignoras: q̄ sepe consilio dissimilis est euentus? Audies forte quod uel silentij auidum loqui cogat. Uis quod minitari videor: iam nunc rebus impleam? Testor in primis eandē me de te opinionem gerere quam de Aristotele Macrobius: seu illā amor seu ueritas genuerit: vix te aliquid ignorare posse arbitror. Si quid autē vō aduersum tibi excidit: aut minus puidisse: aut (qd de eodem ait idem) lusisse te suspicor. Nempe qd de Hieronymo scribis: te illum sacrorum doctorū ex numero pretulisse: haud nouum est mihi. Uetus est iam & late cognitum hoc iudicium tuum. Equidem frustra de comparatiuis litiges: ubi ad superlatiua peruentum est: Falli non potes: Optimum ac maximum erit: quicquid elegeris: licet de hac re inter amicum tuum clare memorie Lomberiensem episcopum Iacobum & me crebro disceptatū rē meminerim. Illo per uestigia tua semp vno ore Hieronymū: me vō Augustinū iter scriptores catholicos preferētē. Et sane si neq; ueritatem neq; te uerear offendere: dicā pater qd sentio: Cū multa: uaria & luminosa sint sydera: ut sit hic Iuppiter: hic Arctur⁹: hic Lucifer: Sol ecclesie Augustinus est: Sed hec (ut dixi) haud magni momēti feceris: qm̄ & electio tuta est: & libera debent esse iudicia. At qd sequitur: te inter morales Ualerium pferre quis nō stupeat: si tamen serio perseueranterq; dictum est & non iocādi temptandiq; aio? Si enim Ualerius primus est: quotus queso Plato est: quotus Aristoteles: quotus Cicero: quotus Anneus Seneca: quē in hac re magni quidē extimatores oibus pretulerunt? Nisi illud forte Platonem ac Tulliū excludit: qd in epistole tue parte perlectū noui mihi stuporis causa fuit: Ubi nescio qd cogitans illos poetas esse: & poetarū choris annumerari oportere dixisti. Qd si loquendo consequi potes: plus egeris fortasse q̄ putas. Secūdo Apolline & plaudētibus musis magnos duos incolas vmbrosis Parnasi collibus addideris. At qd oro te mouit: ut id opinareris aut diceres: cum Tulli⁹ in priorib⁹ libris summus orator: in ultimis philosophus illustris appareat? Sicut autē ubiq; Uirgilius poeta: sic Tullius nusq̄: qm̄ ut in declamationibus legimus Uirgilium illa felicitas ingenij oratione soluta reliquit: Ciceronē eloquentia sua in carminibus destituit. De Platone quid dicam: qui maximoꝝ hominū consensu: philosophie meruit pncipatū? Cū Cicero & Augustinus & alij q̄ plures in oi sermone: ubi Aristotelē ceteris philosophis pferūt: Platonem semp excipiant. Non intelligo qd Platonem faciat poetam: nisi vnū forte Panetij uerbū a Tullio relatū: qui homerū philosophoꝝ illū uocat: qd nihil est aliud q̄ philosophorū pncipē: ac talē inter eos q̄lis iter poetas est Homerus. Alioqn qd ipsi Tullio dicemus: qui in epistolis ad Atticū quodā loco Platonem suū deum uocat: oibus qdem modis id agūt: ut Platoni diuinitatē ingenij attribuant: hinc & Homeri: & qd est expressius dei nomen. Proinde sumpta hinc occasione: mira dulcedine loquēdi de reb⁹ incognitis in tractatum poetarū totus imergeris: qs: qua etate sit genitus: quē qsq; stili modum qd poetādi genus: quē fame gradū teneat: longū est singula persequi: tam multa nunq̄ alijs audita: nos oēs discēdi auidos: facūdis tuis litteris docuisti: Qd si inter fari aliqd nō mihi sed pfessioni mee pmittitur: miror quid ita tibi Neuij Plautiq; nomen ignotū est: ut quasi barbaricum nescio quid locutū putes: q̄ eos litteris ad te meis inserui: & ausum (ut ait Flaccus) psonā formare nouā: tacita lꝫ admiratione castiges. Adeo scrupulose enim in hac inqsitiōe uersaris ut nihil restet: nisi temeritatē meā 9dēnare: in scenā noua & pegrina noia pducētē. Frenasti tū impetum: & tandem ignorantiā tuā culpare maluisti. Urbane quidē ac modeste. Ceterum aliud vba sonant: aliud clamat (nisi fallor) intentio: prorsus mirabile: cum tam familiarem habere Terentium videaris: Ille enim iam statim a principio in ipsius Andrie prohemio: & Neuij & Plauti: vna cū Ennio: eodem meminit uersiculo. In Eunucho & Neuij itidem & Plauti. In Adelphis: Plauti solius mentionē fecit. Eorundem quoq; simul meminit Cicero in senectute: & Aulus Gellius in no-

Ind de tom

ctibus Atticis: ubi amborum epigrammata de-
scribit sermone uetustissimo. Sed qd ago? Quis
enim queso vnq̄ poetrie nomen absq̄ illorum no-
minibus audiuit? Itaq̄ stuporem tuum stupeo:
& cum bona uenia pater obsecro: ne in manus alie
nas ista perueniant: quo enim clarior fama est tua:
eo sibi studiosius consulendum est. Mecum qui-
dem non aliter q̄ tecum omnia loqui potes: & (qđ
secū docti faciunt) mutare ac retractare que dixe
ris. At postq̄ in vulgus dicta peruenerint: ea de-
mum facultas eripitur & multorum iudicia subeū
da sunt. Ego epistolam tuam ad te sub fida custo-
dia remitto: & hanc illi alligatam mitto cuius ex-
emplum apud me manebit: non ob aliam causam:
nisi ut si quid adhuc respondendū dixeris: dū uer
ba uerbis confero: memoriam non fatigem. Unū
p̄terea noui & exotici dogmatis inducis: utar enī
plena libertate: quando semel non cepisse non pos-
sum. Asseris Ennium & Statium Papinium coe-
taneos fuisse. Quis te oro pater in hāc chronogra
phiā impulit? quis a te nunc ista poscebat? Atqui
exactius hoc inquirere: Inuenies Enniū sub Afri
cano maiore: Statium aliquot seculis interiectis:
sub Domitiano principe floruisse. Habes quibus
(nisi fallor) & respondere uelis & tā breuiter ut pu
tabas non possis: Unum adderem: si bona fide ue
niam dares: quod olim dum in Uasconie partib9
adolescens agerem uerecunde quidem: ut illā eta
tem decuit: tibi scripsisse recolo: cum vulgarib9 scri
ptis tuis offenderer: que ad eum cuius supra me-
mini Iacobum de columna interdum ea tempesta
te mittebas: cuius me amor sicut in eas terras tra
xerat: sic in ethiopiā traxisset. Sed tunc pene pue
riliter: ut qui vix dū ferule manum subduxeram:
tempus est ut iam virilis oratio mea sit: Ita tamen
ut dixi: si tu ueniā dederis. Quid ais? Rides pu-
to: bene habet: ueniā tribuisti. Audi ergo pater &
vide & inclina aurem tuam: ne qua externa auris
interueniat. Tibi enim loquor & te rerum tuarum
iudicem statuo: que accusare videor alijs accusan
tibus defensurus: Nec tamen ignarus: nimis acri
moniosam & insolentem filij ad patrem epistolam
reprehensoriam uideri: sed amor audaciam excu-
set. Ita enim mihi clarū nomen: non popularis au
re suffragio: sed virtute contingat: ut ab ineūte eta
te singularis quedam mihi tui nominis cura fuit:
Hec me loqui cogit: ne si ego tacuerim: idē ab alijs
audias: uel (quod metuendū magis est) tacito iu
dicio lacereris: & quidam iniqui rerum arbitri am
plissimum ingeniū: tuū: ex his q̄bus ludēs te inclu
dis: peregrine facultatis angustijs metiantur. Ani
maduerti enī te in scriptis tuis: omni studio ut ap
pareas niti: Hinc ille discursus per ignota uolumi
na: ut ex singulis aliquid decerpens: rebus tuis in
terseras: Plaudunt tibi discipuli: & omniscium uo
cant innumerabilium auctorū noibus attoniti: qua
si oium quorū titulos tenes: & notitiā sis adeptus.
Docti aūt facile discernunt: quid cuiusq̄ propriū:
q̄d alienum sit: & rursus quid mutuum: quid pre-
carium: q̄d furtiuū: quid e medio haustum: quid
a pretereunte delibatū. Memoriā ostentare pue
rilis est gloria viro: ut ait Seneca: captare floscu-
los turpe est: quippe quē fructu deceat gaudere:
non floribus: Tu vo in hac etatis parte uenerabi-
lis: & in tua ꝓfessione clarissimus: imo (ut nō sem-
per pungam: sed interdum vngam) solus sine exē-
plo nostri temporis: earū quibus es deditus litte
rarum princeps: nescio quo iuuenili animo: dimis-
sis finibus tuis in alienis pratis ociosus & uagus
inclinata iam die: interlegendis flosculis tempus
teris. Placet ignota temptare: ubi sepe viam non
inueniens: aut uageris aut corruas: placet illorum
sequi uestigia: qui scientiam quasi mercimoniū ali
quod ante fores explicant: cum interim uacua do-
mus sit. Certe tutū est: ad id potius niti: ut sis ali
quid plusq̄ videaris: operosa semper & periculo- Operosa & periculosa sp iactātia ē
sa iactantia est. Adde ꝙ cū magnus videri uoles:
innumerabilia incident: que te non modo uerā ad
mensuram redigent: sed infra ēt contrahent. Uni
ingenio satis est: vnius studij gloriā mereri. Qui
multarum titulis artiū superbiunt: aut diuini ho
mines sunt aut impudentes aut insani. Quis uspi
am aut grecorū aut nostrorū id presumpsisse memo
ratur? Nouus mos: noua temeritas: gloriosas in-
scriptiones pre se ferunt: propter quas: ut ait Pli-
nius: uadimonium deseri possit. At cū intraueris:
dij deeq̄ q̄ nihil in medio inuenies. Tu igitur (si
quid mihi credis: esto tuis finibus contētus. No-
li illos imitari: qui omnia pollicenť: nihil prestant:
faciuntq̄ ut omnia contrectando: atq̄ (ut ait Co-
micus) intelligendo: nihil intelligant. Grecum ue-
tus & salutare prouerbium est: Quā quisq̄ nouit
artem in hac se exerceat. Uale.

Francisci Petrarche ad eundem. T. M. concerta
tione in superiori epistola cum eodem habitā lati-
us extendentis. Epistola. LXIIII.

Ic est ut putabam: Libertas iram peperit:
ueritas odiū: admonitio fastidiū. Sed q̄d
agam? Uerba non redeunt: Blandior fuis
sem si te blanditijs delectari crederem: Immo vo
seuerior: & hunc ipsum affectum in viro forti femi-
neum: liberius arguissem: Nūc quoniā (ut video)
amicitie inimica libertas est: forte consultius age-
rem si tacerem: sed id quoq̄ permetuo. Est ubi si-
lētiū bilem mouet: loquar ergo ne rursus offendā:
sed tam breuiter ut coactum noueris. Primū ego
te iudicem feci omnium que dixi aut dicam: tu sen
tentiam breuem fers: errasse me in quibusdam: in
multis: in oibus. Gaudeo equidē me potius erras
se q̄ te: eo ꝙ apparentior est ois in luce deformi-
tas: & error in sene despatior: Sed tamē est aliq̄d
qđ amplius requiram. Ades ergo: ad tribunal tu
um prouoco. Nullis assessorib9 opus est: solus se-
de tu. Hieronymū prefers Augustino? Hoc sciebā:
sed eam quā affers iudicij rationem: profiteor me
non intelligere. Quid enim queso sibi vult qđ ais:
non te illum ꝓpterea pretulisse: q: sit maior: sed q:
fructuosior ecclesie: qđ in quodā opere tuo probas
se te dicis: disputatiōe lōgissima: quā uellē litteris
īseruisses: sed profecto uel nūcio pepercisti uel epi
stole. Quod tamen ad huiusce rei ꝓbationem pre- Inditium de
cipuū erat addidisti: hoc scilicet Augustini ipsius Hieronymo &
auctoritate cōcludi: Sed an ignoras ꝙ in genera Augustino
li sermone: persona loquentis excipitur? Quid vo
inquis si Augustini aperta confessio est sibi Hiero
nymū preferentis? Quis non videt quid ad hec
dici debeat? Hoc inq̄ vnum est in quo illius sa-
cratissime anime testimonio non starem: cui insi-
tum scio: ut de alijs gloriose: de se autem humili-
ter & loquať & sentiat. Ego quidē fructuosi laboris

palmam in ecclesia Augustino dabã:haud pertinaciter tamen:uelut is qui nec opinioni nec secte:nec homini usq̃adeo sum addictus:ut abire non possim ueritate comperta. Hoc apud Marcum Tullium:hoc apud ipsum patrem Augustinum didici: quod ipse apud eundem Tullium se didicisse non negat. Nam apud Horatium Flaccum: nullius iurare in v̇ba magistri puer ualde didicerã. Quanti aũt ista sint:ipse non dissimulas:qui hac defensionis parte deserta:mox ad aliam euadis:dicẽs omnibus excussis omnino nihil est qȯ te in hanc opinionem traxerit:nisi indignam quandam ⁊ singularem erga Hieronymum ingratitudinem italoꝝ: hoc est illud vnicum patrociniũ cause tue? Hoc est inq̃s illud mihi nulla ex ꝑte ĩtellectũ ĩtelligibile argumẽtũ.
L Quenã eniꝫ hec ingratitudo est? Sum' fateoꝛ nõ erga sanctos tm̃:sed erga sanctoruꝫ dñꝫ ingrati: Quenam Hieronymo singularioꝛ:q̃ ceteris querimonie causa est? Aut quenam potius italorum culpa q̃ hominum:cum nec ipse italus origine:⁊ sepius in oriente uersatus sit. Uersa te pa ter hac illac:ratio(ut arbitroꝛ)nõ erit sufficiẽs p̃bare quod intendis:nisi forte qui rationis vice fungitur:instinctus animi tacitus ⁊ pia magis q̃ examussim trutinata deuotio. Uerum ista preterueboꝛ: Tam sacra enim nomina disputatiũculis peccatoris obsolefieri:ac quodammodo p̃phanari: sacrilegio simillimuꝫ reoꝛ: Itaq̃ tacere iam de his consultius fuerit: Nam preciosarum rerum confricatio atq̃ collisio periculosa est. Ad Platonem ac Ciceronem transeo:quos tu ob duas fabulas mo
D rum doctrina:⁊ (ut de altera Macrobius testat̃) tripartite philosophie integritate perfectas:ac procul ab omni metrorum lege in medijs politice:ac rerum publicaruꝫ libris insertas:poetas facere niteris. Frustra Macrobius idem ambos excusat aduersus insultantes:non debere fabulam a philosopho confingi. Ego quidem gratuloꝛ:⁊ hos ⁊ Aristotelem ⁊ Senecam ⁊ Uarronem (si fieri possit) in agmine poetarum cernere:quod forte nõ ineptius de horum quolibet:q̃ de Platone ⁊ Tullio dici posset: Nam ⁊ Aristoteles poetriam de poetis: ⁊ Uarro Satyrarum libros edidit: Seneca autẽ Tragedias:que apud poetas profecto:uel primũ uel primo proximum locum tenent. Sed cur queso non ⁊ histriones fecisti:quoniaꝫ aliquid forsan in vita ludricuꝫ dixerunt aut fecerunt? Presertim Tullius cuius tam multa que risum moueant:scripta sunt in Saturnalibus:cum ⁊ Tyton libertus eius de patroni iocis librum scripserit. Cur non piscatores aut remiges:aut tale aliquid? Quia forsan aut hami iactu:aut remi tractu in solitudine positi:animum relaxarunt? Uis ne tu mihi Castrensem morem scholis inferre:ut sicut vnum duellum torquatos atq̃ coruinos fecit:sic vna oratio poetã faciat: Perseuerantia requiritur. Unus actus habitum nõ inducit. Hec hactenus. Nam de Ennio ac Statio in ultima epistola nulla mẽtio erat: Credo annorum numerum in digitos reduxisti. Postremo ad illum longum atq̃ continuuꝫ orationis tue textuꝫ ubi omnibus modis efficere studes:ut
E iniuste monuisse videar:ꝙ ingenio tuo nihil imperuium sit: Nihil aliud dixerim:nisi ꝙ bene tibi est: si hanc de rebus tuis opinionem habes: O te tuo qualicunq̃ iudicio felicem: O utinam hanc me artem ⁊ docere possis ⁊ doceas:qua talia ipse mihi de me nouerim conflare iudicia. Nescio enim an melius sit interdum de errore gaudere q̃ semꝑ de ueritate dolẽ. Ad id v̇o ꝙ me uelut iurate militie desertorem arguis:quoniam cum maxime florere inciperem:studiuꝫ iuris Bononiamq̃ dimiserim: expedita responsio est:quis tibi ⁊ ciuitatem illaꝫ ⁊ studiũ singulariter illustranti: minime ut arbitroꝛ placitura. Quoniam itaq̃ satis exagitaui:id totũ silebo:quo factum meuꝫ tueri soleo: Fuit eniꝫ hec mihi questio sepe cum multis:precipue cũ Oldrato Laudensi iurisconsulto:nostra etate clarissimo: Hoc vnum est:quod salua concordia dici põt: Nihil enim cõtra naturam bene fit: Solitudinis amatorẽ illa me genuit non fori. Deniq̃ sic habeto:me aut nihil vnq̃ proinde fecisse:qȯ magis puto:aut si quicq̃ hoc in primis non audeo dicere sapiẽter: sed feliciter factum est: ⁊ ꝙ Bononiam vidi: ⁊ ꝙ non inhesi. Uale.

¶ Fran. Pet. L. M. sumpt' pro facultatibus temperandos:potiusq̃ animi frugalitatẽ q̃ corporis gloriam appetendam esse contendẽtis. Ep̃la. LXV.

d Electari te lautijs nõ miroꝛ:paucoruꝫ hec domoꝝ pestis olim hospita:nunc omnium iugis incola est:nisi quarum paupertas limen obstruit. Qua in re non natura paucis longe iucundius victura q̃ nimijs:sed consuetudo multum:multoq̃ magis peccat imitatio. Quis enim tam frenate modestie est:cuius non interdum oculos auertat vicini sumpt' nitoꝛ ac gloria? Sed utile consilium est Plautini senis in Aulularia: Pro re nitorem ⁊ gloriam pro copia. Cuius si meminissent homines:⁊ profusis sumptibus:⁊ iniquis lucris clauderetur via:⁊ multo tranquillius viueretur: Nũc cecitatem cupiditas inuexit: ⁊ frenũ rationis fregit impetus uoluntatis. Tu autem oro quantũ potes enitere ut rationis proprie sectatoꝛ: potius q̃ aliene libidinis emulatoꝛ appareas. Fuge exempla pestifera:nimis malorum dociles animos habemus. Magister vnus uoluptatꝫ magno in populo satis est: Cito luxurie dat terga frugalitas:nisi cogitationum nostrarum aciem ratio inuicta firmauerit:docens sequi uera bona:fucata contemnere. Quid nũc vicini tui purpureũ latus atq̃ intermicantes crebra iaspide digitulos miraris? Phalerata felicitas est: exue hominem infelicissimum non negabis: Latet sub auro calamitas:⁊ (quod extremum mali genus arbitroꝛ)inuidiosus simul ⁊ miser est. Cõcludã aliter q̃ cõclusit Plautus Epidicum suum. Hic inquit is est homo qui libertateꝫ malitia inuenit sua:immo v̇o hic:malitia opes:potentiam ⁊ regum amicitias inuenit:se suamq̃ libertatẽ ꝑdidit: Habeat sibi sine iuidia multa illa ⁊ vulgi iudicio permagna:tu tuis bonis eo q̃ precipue quod ille perdidit: felix ac contentus viuito. Uale.

¶ Fran. Pet. ad. L. M. Illum ꝙ obsceno muliercule amore teneatur iocose comiterq̃ reprehendentis. Epistola. LXVI.

t Ibi quideꝫ amicus: non morib' tuis sum. Quid aũt de te mihi deq̃ tota tua re familiari videaẽ:qm̃ rogas:uerissime atq̃ breuissime ꝑ me Plaut' absoluet:nõ nisi singulis v̇bis ad singula. Primũ nõ mihi placet amoꝛ tuus:anime põdus infaustũ:obsceno igne pureris. Quere

autez ex te (ut Plautinus seruus in Asinaria) Nū sumꝰ est hec mulier quā amplexaris? Si cur quesierim interroges: quia oculi tui semper lachrymātes sunt: hec tibi. Mulierculis tuis hoc vnū quod in ea Comedia cui Curgulio nomen est legisse potes: Mulieres duas peiores esse q̄ vnam. Seruo autem illud eiusdem poete in Epidico: Nimis doctus ille ad malefaciendū: Hoc ex me addito: Nimis tu facilis ad credendum: nimis pronus ad obsequendum. Hec amice si falsa sunt: dictum meum argue: sin uera: mores tuos corrige. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad. L. M. uerecundam confessionem erroris proprij: emendatioris vite optimam spem habere affirmantis. Ep̄la. LXVII.

Quod obiectum ab amico crimen nō negas facis ingenue. Magnam emēdatioris vite spem p̄fert erroris ꝓprij uerecūda confessio. Quod autem de seruo tuo taces: caute q̄dē quippe quem accusare nō potes. At q̄ muliérculas tuas excusas: urbanitatis inepte uel ceci iudicij dixerim: tu videris q̄d de illis sentiendum putes: quarum alteram optimam: alteram tolerabilem dicis. Ego illud Plauti in Aulularia uero propinquius reor: Optimam feminā nullam esse: alia licet alia peior sit. Uale.

¶ Eiusdem francisci Petrarche de Rebus familiaribus: Liber Quintus Incipit

¶ Francisci Petrarche ad Barbatum Sulmonensem: obitum Roberti regis Siculi uehementer se dolere insinuantis. Epistola. LXVIII.

Quod uerebar accidit: quod timebam patior: in dolorem metus: uota in gemitū abiere. Nō multo anteq̄ p̄sagirem: deseruit nos inclytus ille rex noster: Cuius et si matura etas esset: tn̄ peracerba mors est. Et heu me miserū Barbate optime: q̄ uereor: ne illa quoq̄ presagia cōfirmet euentus: que mihi suggerit anxius et malorum suorum semp nimis certus uates animꝰ meus. Ita me regine iunioris nouiq̄ regis adolescentia: Ita me regine alterius etas ac ꝓpositum: Ita me tandem territant aulicorum ingenia et mores. Mendax hic utinam sim ꝓpheta. Sed agnos duos multorum custodie luporū creditos video: regnumq̄ sine rege. Nam q̄d ego eum qui ab alio regitur regem dicam: multorūq̄ seuitie expositum? Itaq̄ si quo die Plato rebꝰ humanis excessit: sol celo cecidisse visus est: Quid illo moriēte videatur: qui et Plato alter ingenio fuit: et regum nulli aut sapientia secundus: aut gloria: cuius p̄terea mors tam multis hinc inde periculis viam fecit? Secundet hec omnipotēs deus et sollicitudinem meam: piā magis q̄ necessariā rebus probet. At ut alijs cuncta supra spem eueniant: et metus iste superuacuus fuerit: Mihi tn̄ amice q̄s cōsulet: aut q̄s me debit dolori meo? Cui de cetero vigilabo: cui quātulumcūq̄ hoc ingenium aut studiū cōsecrabo? Quis spes collapsas eriget? Quis torpētem animum excitabit? Duos ingenij duces habui: utrūq̄ mihi annus hic abstulit: et de altero q̄dem nup dum adhuc esset in Italia: utrobiq̄ consortem fletus idoneum querēs: nostro cū Lelio questus sū: de hoc hodie tecum queror: querarq̄ dum vixero: et qui solari alios interdum soleo: nūc qua me ipsū ratione uel oratiōe cōsoler nō inuenio. Hinc ergo cōsolandi desperatio: hinc flendi pudor: hinc ad utrumlibet stili diffidentia: Sed super omnia ilico te videndi spes: silentium iubet: parebo tecū ꝓpediem fleturus ex cōmodo: Hec iterea tibi flēs ad fontem Sorgie dictabam: notum ꝓcellarū animi mei portum: quo heri ad uesperam solus fugi: cum mane Rhodani ad ripam: rumor mestissimꝰ inuenisset. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne: Illi pro multis in se collatis beneficijs gratias reddentis: nonnulla q̄ pariter ab eo sibi exhibita commemorantis. Ep̄la. LXIX.

Gratias ago: cum pro alijs multis: tū pro eo q̄ quotiēs Romam peto: totiens uberrimo tuarum litterarum fauore preuenior. Agnosco insidias amoris tui: neq̄ enim ut homo: sed ut angelus excipior. Nihil impigrius est amāte. Nunq̄ tam iugi aquilone sum uectus: ut imparatum aliq̄d offenderim. Mirarer magis: nisi tuis de me iudicijs assueuissem. Cōsuetudo enim longior et rerum miracula extenuat et dolores lenit et minuit uoluptates. Quis autem enumerare sufficiat: q̄bus tu me per omnem vitā honorificentissimis decretis honestaueris? Quenam illa ex equo ꝑpe: cum sis dominus: conuersationis comitas? Quenam libertas hominis sub maioris arbitrio degētis? Quenam secretorū ꝑticipatio? Quenā ꝑrogatiua? q̄s honor? quāta dignatio? Recordari dulce est: renarrare longissimum. Unum ex mille referam: quod immo radicatum pectori et medullis inhesisse miraberis: Meministi dum graui olim inter quosdam tuorum extorto odio: ad arma peruentum esset: et tu iusta indignatiōe flāmatus: ut pro tribunali sedens: familiam cōuocasses ac dicē de ueritatis iusiurādum oibus detulisses. Iurassetq̄ etiam Agapitus Lunēsis episcopus germanus tuus: atq̄ ego iam dextram porrigerem: tu in medio irarum impetu: codicem euāgelicum retraxisti: teq̄ cunctis audientibus simplici uerbo meo contentum esse dixisti: cuius ne aut penituisse te aut impremeditata facti benignitas videretur: cū sepe similes casus acciderint iurantibus cunctis nunq̄ me iurare es passus. Quid hoc iudicio tanti patris illustrius? Quanti uolunt aurum et gemmas extiment auari: hoc extimare nō poterūt. Renouasti in me pater omniū optime Xenocratis philosophi antiquum decus: cuius in epistolis ad Atticum mētionem facit Cicero: qui cum testimoniū dicturus iurare s̄m leges teneret: ea sibi ab Atheniensibus spectate fidei credētibus remissa necessitas fuit. Hoc inquā in me renouasti: nisi q̄d illi maturo eui: id adolescēti mihi: quodq̄ illi semel accidit: tu mihi ꝑpetuum fecisti: Et putas me posse talium obliuisci? Ingens erit historia: si similia complecti uelim: nec tēpus patit nec locus. Magnanimi patris tui uocem audio: extra muros urbis: me licet iuitū ꝑsecuturus aduenit. Hodierno die apd Preneste suum hospitabor: ibi me clarissimus ex filio suus: ex fratre tuus nepos expectat. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Joannem Columne: Ille de sua Romam Neapolimq̄ uersus profectione narrantis: quidq̄ sibi in via contigerit exponen

tis: Robertum etiam quendam ualde detestantis.

Epistola.LXX.

A v T fidē frāgerē: ⁊ tibi utile: ⁊ mihi ꝓpe necessariū fuit. Pollicitus me maritimo itinere ꝓfecturū: nō aliā ob cām nisi qꝛ vulgo iā ꝑsuasum est: expeditius ac citi⁹ iri pelago q̃ terris nauim cōscēderā apud Niceā uari: que ꝑma Italicarū urbiū ab occasu est: ⁊ ad Meneci portū celo iam stellāte ꝑuenerā. Irasci tacit⁹ illic die postero inuiti mansimus: sepe nequicq̃ retētato abitu. Postridie ancipiti tēpestate funē soluimus: ⁊ die toto iactati fluctibus: ad Mauriti portū vix intēpesta nocte ꝑuenimus. Itaqꝫ castrū īgredi nō fuit littoreū hospitiū: nauticū cubile sortit⁹: cenā ut fames cōdiret: somnū ut lassitudini deberē ibi indignari altius ⁊ ludos maris agnoscere. Quid multa? Varijs per noctē cōsilijs agitatis: ad auroram statui ꝓferre terrestrem duriciē equoree seruituti. Itaqꝫ familia ⁊ impedimentis oībus in nauim repositis: ipse vno solo comitat⁹ in littore substiti: ⁊ fauit fortuna cōsilio. Inter ligusticos scopulos: casu nescio quo Theutoni equi uenales aderāt impigri atqꝫ preualidi: qbus ego raptim comparatis ꝓpositū iter egi. Neqꝫ tū ꝓrsus nauigatiōis fastidio imunis. Est iter Pisanos ad p̄sens ⁊ Mediolani dn̄m bellum ingēs magis (ut vides) de aīorū fascibus q̃ de terraruꝫ finibus se p̄bente materia. Late enim cōfinia discreuerat Apenninus ut cōtenatur antiquus Padi limes. Sed suꝑbia frenum
B nescit ⁊ nullis terminis est cōtenta cupiditas: Dū recto tramite ꝓficisci uellē: haud ꝓcul Lauentia: exercitus ambo ꝯstiterāt: Tyrāno grauiter urgēte cōtra Pisanis Mutronē suū summa vi tuētibus: Coactus sum apud Hericē mari iterū me credere: ⁊ coruū scopulū ingentē a colore nominatū ac rupē cādidā ⁊ macre ostia ac lunā oli famosam potētēqꝫ: nūc nudū ⁊ inane nomē p̄teruectus: nocte cōcubui apud ipsum Mutronē: in Pisanorū castris expositus per terrā absqꝫ insigni īpedimento reliquū vie feci. Nō ꝓsequor ubi cenauerim atqꝫ cubuerim: qd qualibet in ꝑte viderim audieriꝫ ue: ad extrema festino: Per Pisas relicta ad leuā Florētia Senas: atqꝫ inde Perusiū ueni: Inde Tudertū ubi a Claraualleñsib⁹ tuis magno cū gaudio exceptus per Narniā ipsis ducib⁹: Romā ingredior quarto nonas Octobris: ⁊ iā bona ꝑs noctis erat. Ita me hoc tp̄e nocturnū viatorū festinatio p̄ceps fecit: Visuꝫ est tñ magnanimū patrē tuū prius q̃ me quieti traderē: inuisere: Deus bone: que maiestas hoīs: que uox: que frons: que facies: qs habitus: que in illa etate vis animi: quod corporis robur? Iuliū Cesarē aut Africanū spectare mihi visus sum: nisi qꝛ utroqꝫ multū iste lōgeuior: ⁊ tamē idē ꝓrsus aspectu qui añ septēniū erat: dū eū Rome iteꝝ dimisi: uel qui añ ānos .xij. dū eū apō Auinionē Rhodani ꝑmū vidi: mirum ⁊ pene īcredibile: vir vn⁹ Roma senescēte non senescit. Pauca ibi (Nā semiūdū ⁊ iā in cubiculū eūtē illū repererā) de te tuisqꝫ reb⁹ affectu patrio ꝑcōtatus est. Cetera in diem posterū reiecimus: Illū diē a mane ad uesperā secū egi: cuius ne vna qdē hora in silentio acta est. Sed de reliqs corā: Mirūimmodū exhilaratus est aduentu meo: sperans (ut aiebat) amicos uestros per industriā meā fineꝫ carceris ac miserie reperturos: quā senis spem: falsaꝫ esse doleo.

immemoꝛ curarū oblituſꝗ p̄ſentium malorū: totus iu illi⁹ ceci ſenis memoria cōquieſcā. Carneades ad nonageſimū: Cleātes ad vndecēteſimum: Goꝛgias Leontinus ad cēteſimum ac ſeptimū vite annū trāquilla ſenectute ꝑuenit. Chꝛyſippuſ nono ac trigeſimo anno ceptuꝫ miri opus acuminis: octuageſimo moriēs reliquit. Qua etate Simonides in carminū ſe certamē deſcendiſſe cōmemorat. Etate ꝑuectū Socratē legimus: ⁊ ibat ulteri⁹ niſi uenenatus obſtitiſſet calix. Cuius p̄clariſſim⁹ ille diſcipulus Plato: vno ⁊ octoginta ānis explentis: eodēꝫ ipſo natalis ſui die obijt: ⁊ in eoipſo cui diutiſſime animū intenderat exercitio litterarum. Cuius diſcipulus Ariſtoteles nō niſi ad tertiuꝫ ⁊ ſexageſimū acceſſit: Quē periculoſuꝫ numerū annorū ⁊ humano generi uel moꝛte uel inſigni calamitate terribilē ferūt: Et cur ita ſit ratiōeſ qdā: alij obſeruationē ſolaꝫ experiētie longioris afferunt: Utrūꝗ ſane quid virium habeat: ipſi qui attulere diſcutiāt: hunc (ſi uera memorāt) vite ſcopulū humane: ne trāſire poſſet noſter Cicero: nō ſenectute ſua: ſed Antonij crudeli ac nephario iperio effectū eſt. Et quoniā ad noſtros obuiis Cicerone peruentū eſt. Uenerabilis apud nos Romani regis Nume Pompilij ſenectus: ſed uenerabilioꝛ Catonis: Camilli: Fabij: Metelli ac Ualerij Coꝛuini: quoꝝ fere oium vna eſt etas cētuꝫ anni Appij quoꝗ illi⁹ ceci: de cuius cecitate oium ciuiū oculi ⁊ vniuerſa reſpublica cōſilium expectabāt. Glorioſiſſime ſenuit Auguſtus: Pōpeius infelicius: Uerū non de foꝛtuna: ſed de etate hic agit. Certe Auguſtus ipe oiuꝫ maximus ac potētiſſimus monarcha: poſt inceptū (ut qbuſdam placet ⁊ qđ nemo negat) diutiſſime ſummaꝗ cū pace gubernatū imperiū inter multas Romanorū lachꝛymas: interꝗ caſtiſſime coniugis amplexus: ſexto ac ſeptuageſimo etatis anno placida moꝛte ſubtractus eſt. Eandē methaꝫ tenuit Auguſtinus: ut noīe: ſic vite termino imitatatus Auguſtum. Hieronymus ꝓ o viuacioꝛ fuit. Origenes ad ſeptuageſimū vite annū uenit. Tertiū ⁊ ſexageſimū Bernardus ipleuit. De Ambꝛoſio Gregorioꝗ nō ita cōpertum teneo: Omnes tñ ꝓculdubio ſenuerūt: ꝓuidente illo: apud quē fons vite eſt: ne hi parū viuerēt quorū vita multū pꝛofutura erat eccleſie. Ad octogeſimū annū uenit Aſinius Pollio. Marcus Uarro viuēdo ⁊ ſcribendo ſeculi vnius ſoꝛtitus eſt ſpatiū. Multa de ſua ſenectute locutus eſt Seneca ſenex: aliquāto ſenioꝛ futurus niſi ferox diſcipulus uetuiſſet. Permitte mihi oro te indulgentiſſime pater: Permitte mihi ut narrationē que ualde animū meū pꝛemit huic loco inſerā te fauente ⁊ ſenectutis adhuc vnicū exēplū: humile qdē ac recens: ſed honeſtū ⁊ cui mihi dulcis ac uenerāda recoꝛdatio eſt: tot glorioſorū ſenū illuſtribus exēplis adijciā: nunꝗ id ſi apud aliū loquerer auſurus. Fuit mihi pꝛoauus paternus: vir ſanctiſſimus ⁊ ingenio quātū ſine cultura litteraꝝ fieri potuit clariſſimo: uſꝗadeo: ut eū nō tm̄ de re familiari: de negocio: de cōtractu: de natorum nuptijs: vicini: aut de re publica magiſtrat⁹: quod de Appio ceco traditū accepimus: ſed de rebus etiaꝫ altiſſimis ⁊ ad philoſophiā ſpectātib⁹ litterati homines: p̄ſentes abſ̄teſꝗ cōſulerēt: omneſꝗ in illi⁹ reſpōſis ⁊ equitatē iudicij ⁊ acumen ingenij mirarentur. Uiro nomen fuit Garcius: his modis eaꝗ pietate pꝛedito: ut ad cōſecrādā viri memoriā nihil ei p̄ter ꝓmotoris auxiliū defuerit. Nuper me iam adoleſcentiam egreſſo: multi ſupererāt de illo mirabilia narrātes: que ſpōte pꝛetereo: hocipſum nō dicturus: niſi ne faſtidires exemplum. Is ergo poſt innocue ac feliciter actā vitā (ut audiebam ſenes noſtros dicere) quarto ac centeſimo etatis anno: ipſo etiā ut Plato natalis ſui die: ſed triū ⁊ viginti annoꝝ ſpatio viuacioꝛ ꝗꝫ Plato: ⁊ p̄terea eodem in thalamo in quo natus fuerat: longe añ pꝛedicta multis trāſitus ſui hora: in gremio filiorū ac nepotum nulla coꝛporis aut animi moleſtia: nil niſi de deo ⁊ de virtutib⁹ loquēs interloquēdū quodāmodo cōſopitus eſt: quod ex eius ore ſonuit extremuꝫ illud Dauiticū fuiſſe ferūt: In pace in idipſum doꝛmiā ⁊ requieſcaꝫ. Quibus vir uerbis explicitis quieſcēs: obdoꝛmiuit in pace. Gratias tibi pater amātiſſime qđ me hactenus paſſus es ꝓaui mei memoriā repetere: ⁊ nomē eius his ad te litterulis occulere: quod neſcio an uſꝗꝫ dignius ꝗꝫ inter egregios ſenes collocādum eſſet. Sed qd ago? Breuis cōſolatio in longā hiſtoriam uerſa eſt. Dabis autē ueniam ſi ſcias quāta cū delectatiōe uerſatus ſum cuꝫ his optimis atꝗ lectiſſimis ſenibus quibus te iam nūc meꝗ non multo poſt aſcriptos cupio: ⁊ ſi ceteris in reb⁹ impares: at equanimitate ⁊ patiētia ſaltē pares. Ne enim me ꝓpoſiti pꝛoꝛſus oblitū putes: Quis egreferat ſe ſeneꝫ fieri: dū tales viros ſenes factos eē meminerit? Immo ꝓ quis nō magno cū gaudio participet ſoꝛtē beatiſſimorum hominū: ⁊ alacri animo cōmunem ſibi cū talibus excipiat ſenectutē? Quis enim horuꝫ: ſeu quis oino hominū diu vixit: ⁊ nō ſenuit: cuius lōgam vitā legimus nō in ſeniuꝫ deſinētem? At nos uoto cōtrario: ſecumꝗ pugnante diu: imo ſemper viuere cupimus nunꝗꝫ ſeneſcere: nunꝗꝫ interire. Scio autē quid reſpōſurus es horum te omnium nō ignarū: Illud dolere: ꝙ ante tempus ſenueris: cōmunis omniū ſeneſcētium querela. Et Numa Pompilius cuius ſupꝛa mētionē feci: pꝛima etate canus fuit: ⁊ Uirgili⁹ poeta. Tota etas noſtra his lamētis abūdat. Egoipſe nō taꝫ queri ſoleo ꝗꝫ mirari ꝙ canos aliquot ante vigeſimūquintuꝫ annū habui: cum illud nō exciderit: quod genitoꝛ quondam meus in religs neꝗ me ſanioꝛ neꝗ ualidioꝛ: quia poſt quinquageſimū etatis ſue annuꝫ conſulto ſpeculo ſupꝛa uerticeꝫ ſibi vnuꝫ foꝛte capillum ambigua canicie albeſcentē viderat: plenus ſtuporis ⁊ querelarū: totā non modo familiam ſed viciniam excitauit. Hoc eſt quod euum noſtrū dolet: hoc quod iuuentus noſtra cōqueritur: multuꝫ breui tp̄e uariaſſe: viuendi ſeneſcendiꝗ modū: e quibus foꝛte ſecūdum fatear: pꝛimū negeꝫ. Seneſcūt ſolito citius: nec id foꝛſan uſꝗquaꝗ ueruꝫ eſt: ſed qđ incūctāter affirmem ſolito citius caneſcūt: ſiue id latens cauſa ſiue curarū multitudo efficit. Pꝛofecto enim noſtri maiores melioribus: nos pluribus curis inuoluimur. Nihil eſt autem quod magis pꝛecipitet iuuente florē ꝗꝫ curaruꝫ anxietas ⁊ laboꝛ animi. Ceterum vite modus niſi eum caſus aut culpa pꝛeſecuerit: idem pꝛopemodum permanet: qui Pſalmographo pꝛeſcriptus eſt carmine. Sed quoniam tua me religioſa modeſtia certum facit: non te canos conqueri: quos potius amplecti: ⁊ ſi intempeſtiui eſſent: ac gaudere non dubito

si quod Stiliconi suo Claudianus attribuit:Ul-
tus factura uerendos:canicies festina uenit:Uez
alia quedā senectutis incōmoda lamētari:que plu
ra apud alios:apud Tulliū sunt quatuor : Immi-
Quatuor esse q̄ tristē senectam reddant
nutio viriū:auocatio a reb⁹ gerendis:adēptio uo-
luptatū:mortisq̄ vicinitas. Multa q̄dez hoc loco
in tuā consolationē dici possent sed rē a Tullio ex
intētione tractatā retricare temeritas. Habes ei⁹
de senectute librū:qui inscribit̄ Cato maior:quo le
cto nihil erit quod requiras ampli⁹(ut reor)nihil-
q̄ quod nō modo molestā:sed nō plane gratissimā
senectutē faciat tibi. Nā q̄tum ad celeritatez anti
cipatumq̄ tēpus attinet:hoc vnū dixerim : Sicut
enim ubicunq̄ mors occurrit : senectus est nostra
(quod doctissimis viris placet):sic ubiuis debili-
tas corporis affuerit:senect⁹ nostra est. Nam ut vi
te terminus est mors : sic floride ualideq̄ iuuente
terminus est quādocūq̄ incidēs mansura debili-
L
tas. Siue igit̄ totius:siue robustioris vite finis di
ci senect⁹ debet:qualibet etatis pte se offerat:datū
tēpus impleuimus ꝛ legitima est senect⁹. De pau
Quis iur̄ dici possit pauper
pertate q̄d putas dicam? Quis nō est pauper:nisi
qui nihil cupit? Hi qui ditissimi vidētur:eo ceteris
pauperiores sunt quo plurib⁹ egēt:cuz necessarijs
egere ea demū sit pauptas. At isti pcul a uero fal-
sis opinionib⁹ acti:sibi necessaria fecerūt:que apō
minus insanos uoluptuosa q̄dem:apud sanos ꝟo
supuacua:postremo autē apō doctos dānosa etiā
atq̄ omni studio fugiēda sunt. Uere itaq̄ sunt om
niū pauperrimi:innumerabiliū egeni: ꝛ uel affecu
tiōe rerū optatarū accēdētes indigētiaz uel expe-
ctatiōe torquētes. Nec sum nescius q̄d ad ista re-
spōdeāt. Cōtemni paupertatē aliquāto difficilius
re q̄ uerbo. Nō obluctor:dura res est fateor : sed
dij boni q̄ tuta:q̄ secura:q̄ expedita:q̄ libera:q̄
deniq̄ si amare illam in animū duxerim⁹ iucūda.
Sed desinamus paupertatē laudare ꝛ amare di-
uitias: ꝛ reuera quotus hominū inuenit̄:qui cum
pauptatē ualde laudauerit:laudatā tota intētione
nō fugiat? Uicta erit ꝛ in eternū ab animis homi-
num relegata:uel poti⁹ extincta cupiditas:si quot
laudatores habet pauptas:totidē habeat amato-
res: Habebit aūt multo plures si innotescere cepe
M
rit q̄d boni habeat:q̄d quietis ac felicitatis addu-
cat. Hactenus tm̄:ut etate lucani erat mun⁹ dei est:
nōdum mortalib⁹ intellectū nisi admodū raris: In
q̄bus sunt exempla illa clarissima. Ualerius: Cin-
cinnatus: Curius: Fabricius: Regulus:nō diuti⁹
q̄ dū legunt̄:audiūtur ue: ꝛ tūc quoq̄ nō nisi su-
perficietenus:animos cecos auaritia ꝛ cupidita-
te tāgentia. Sed multo maxime sacratissimi senes
nostri qui circuierunt orbem terrarū:ueritatē inge
rendo pectorib⁹ hominū:in fame ꝛ nuditate letissi
mi:victisq̄ ꝛ calcatis necessitatibus triūphantes:
quorū nudis pedib⁹ non erat tellus digna calcari.
Aude teipsum talib⁹ exemplis inserere: Aude ho-
spes contēnere opes: Nō fortuito neq̄ indelibera
te: Aude inquā plures ad cōtēptū vite ꝛ ad effun
dendū pprium sanguinē:proijciēdasq̄ animas q̄
ad cōtemnēdas diuitias fuere magnanimi: Aude
igit̄ ꝛ tu hospes qui nō habes hic māsuram statio
nem:deponere sarcinā libertatis amatorib⁹ ipor-
tunam:tāto tutior ad patriā puenturus:quāto ex-
peditior incesseris: Aude inquā cōtēnere opes : ꝛ
quod sequit̄:te quoq̄ dignū finge deo. Quis eni
dubitet opes potētiamq̄ cōtemnere:dum memi-
nerit(ut sileā ceteros) Christi sacrā atq̄ humilem
paupertatem:p̄cipue si huic cogitatio illa succreue
rit:quātū calamitatum:quātū ue discriminuz iste
omnibus uotis exoptate expetiteq̄ diuitie secum
ferāt? Certe Salomō is qui apud Hebreos sapiēs
habet̄:ut Lycurgus apud Lacedemonios: Solō
apud Athenienses: Cato uel Lelius apud nostros
Nō diuitias neq̄ paupertatē optat adeo:supbien
di scilicet desperādiq̄ materiā. Quid ergo? Tan-
tū victui meo tribue inquit necessaria. Quē secut⁹
Apostolus: Habētes victū inquit ꝛ quibus tega-
mur:his cōtēti simus. At nos non modo diuitias
optamus:sed in hisipsis nihil magis appetim⁹ q̄
quod nocet:luxum scilicet ꝛ excessuz. Quid enim
oro te:quid est in auaritia quod delectet? Nempe
nil aliud q̄ querendi labor:q̄ seruādi pauor:nil in
quā aliud q̄ timere ruinas:incendia:rapinas:do-
mesticos ꝛ externos fures : Ad extremuz mures
ac tineas : Esse semper occupato animo ac mesto:
Omnes curas ipsumq̄ cor viuētis in auro sepeli-
re:cū sit scriptum: Ubi thesaurus tuus:ibi cor tu-
um. Uere ergo misera est magni custodia census.
Sed hec nobis accidūt nescientib⁹(ut ait Flacc⁹)
Quid ualeat nūmus quē prebeat usum. Sic affe-
ctis si honestus diuitiaruz modus accesserit:pau-
pertas dura videbit̄. Sūt sine ulla difficultate for
tune: Illi duo diuitiarū gradus a Seneca descri-
pti:habere quod necesse est:habere qō sat est . Ac-
cedat ꝛ tertius:quod abūde est: ꝛ quart⁹ accrescat
qō multū est:nihil actū putabit̄ donec ad id anhe
lando ꝛ estuādo puenerimus:qō nimiū est. Ita ni
si nocere ceperint:nisi causas miseriarū ꝛ laboruz
ꝛ forsitan festinate mortis attulerint : diuitie non
erūt. Sed q̄d rursus ago qui tibi aduersus pauper
tatē arma cōquiro? Quecūq̄ de hac re nō tātum
dici:sed cogitari possunt nota sunt tibi. Unuz erat
in animo p̄ter vulgata hec quod tibi nō subtrahā:
Equidē:ut euacuatio p̄grauato corpori:sic tibi ne
cessaria est pauptas. Tergiuersent̄ licet(ut audio)
q̄dā ex uestris ꝛ cauillent̄:paupertatē tm̄ uel expͥs-
se uel tacite nouisti: Bene habet:tu illaz fugiebas:
illa te sequit̄. Iam que attigit arripuitq̄ uotis op-
tāda necessitas:que te cogat iplere quod debeas.
Christi seruus es:scis q̄d illi ꝯueneris:sile : patien
tiam habe:nō te possuz equis aurib⁹ audire. Per-
inde mihi paupertatem defles:quasi nescias nu-
dū te intrasse in hanc vitam:nudū egressurū: ꝛ q̄si
nō paupertatem Christi:sed Cresi diuitias sis pro
fessus: Crede mihi pater:pauptas sepe multis uti
lis ad salutem fuit:nulli vnq̄ inutilis:nisi his qui
eam impatiētia ꝛ lamentis exasperāt. Tibi quidē
adeo nō tm̄ utilis sed necessaria ꝛ salutaris est. Ut
sine illa neq̄ saluus esse : neq̄ creatori tuo potue-
ris pacta seruare. Hec in presens de honesta ꝛ so-
bria paupertate pstrinxerim. Illa eniz importuna
ꝛ sordida que turpis egestas apud poetam dicit̄:
Deo gratias:te nō tāgit:ad quam leniendam ma-
ioris eloquētie virib⁹ opus esset. Iam hinc ad po-
dagre remedia ueniendū est. O siqs eo morbo tē-
tus:in hāc epistole ptē forte oculos cōiecerit:quā
putas spem cōcipiet fomenti cuiuspiam:aut pul-
ueris:aut lenitiuuz cuiuscūq̄ cōsilij:desinat ex me
talia sperare: Uolo labori suo pcere si ex his litte-
ris hoc sperat ulterius nō legat:huius eni generis

remedia medicorũ eruditiores magna ex parte de
sperãt. Reliquos si cõsulas: nihil homini diuiti de
sperãdum: nihil inopi sperãdum dicent: cum tñ se-
pius diuituʒ domos hec pestis inhabitet. Si hos
igit̃ audire uolueris: p̃stabũt tibi ut inter angusti-
as presentium dolorũ ⁊ future sanitatis speʒ sem-
per ligatus ulules: semp̱ oleo tristitia vnctus atq̃
vnguentis madidus ingemiscas: Ego p̃o te siccuʒ
solutumq̃ ac liberũ dolere maluerim: dieta exerci
tio laborib⁹: aduersus nouum hosteʒ solidare cor-
pusculum: hac in re nihil a medicis sperare preter
uerba: si quid aduersus podagram auxilij est: totũ
a paupertate: uel si id frustra sit ab animi modera-
tione poscendum: podagre medicina optima pau-
pertas est: seu illam necessitas: seu uolũtas attule-
rit: Ultimã hãc frugalitatem uocãt: quã definiũt
uoluntariã paupertatem. De his autem alia ad te
olim epistola satis dixisse uideor: quãdo nõduʒ ad
me nisi podagre solius fama p̱uenerat: si vnuʒ q̃d
tunc me latebat illis addidero: Credere me diuini
tus p̱missum: ut podagre paupertas accesserit: ut
sicut ex quibusdam uenenosis animãtib⁹ fit reme-
dium ueneni: ⁊ sicut apes ex q̃busdaʒ herbis ama
riorib⁹ dulcissima mella cõficiũt: ita tu malis tuis:
nõ aliũde q̃ʒ ex tuis malis possis cõflare remedia.
Et de paupertate q̃dem remedioq̃ q̃d illa secũ ha
bet hactenus. De animi autẽ moderatiõe patiẽtia
q̃ longior sermo est: auctoritatib⁹: rationib⁹ ⁊ exẽ
plis instructus: Hic occurrit Marius: hic Marc⁹
Attilius: hic integre Romane legiões: Nulla eniʒ
gẽs in hac gloria par est: Hic ex alio genere homi-
num Possidoni⁹: Anaxarchus: ⁊ quo vilius: eo ni
si fallor efficacius exẽpluʒ. Seruus Afer ultor do
mini a Tito Liuio relat⁹: qui tormẽtis lacerat⁹: nõ
modo nõ igemuit sed superãte letitia dolores: spe
ciem quoq̃ p̃buit ridẽtis. Innumerabilia sunt id
genus: e q̃b⁹ nõ modo epistolã impleas: sed librũ:
Uerũtamẽ ut dixi: post Ciceronẽ uerecũdum mo
destumq̃ silentiũ videtur. Et secũdus illi⁹ inter Tu
sculanas disputatiões liber: quem sepe salubreʒ in
meis dolorib⁹ expert⁹: aliquot insignes viros: au-
diui de libri illi⁹ efficacia similia memorãtes. Illũ
tibi familiarẽ facias uelim: Illum in manib⁹ habe
as: quotiẽs notis indicijs: aduentare podagricum
senseris dolorẽ: Quanq̃ʒ est alia multo dulcior multo
q̃ suauior ⁊ docto ac religioso viro dignior medi
cina: In oĩb⁹ laborib⁹ ac dolorib⁹ nostris: quibus
carẽ neq̃t vita mortalis: meminisse laboꝝ ac doloꝝ
quos pro nobis Christ⁹ p̱tulit: meminisse vulneꝝ:
q̃b⁹ vulnera nr̃a sanata nosq̃ periculo sempiterne
mortis erepti sumus: meminisse clauorũ ac lancee
p̃ciosissimiq̃ sanguinis: quo lauacro sordibus ab-
lutis recreati ⁊ clementer admoniti sumus tẽpo-
rales alto aĩo calcare molestias: nihilq̃ nisi eter-
ne dãnationis ⁊ penarũ immortaliũ supplicia for-
midare. Illud insuper meminisse p̱fuerit: nõ mo-
do Christũ cui p̱pter deitatẽ suã p̱pter incõpara-
bilem gloriam inaccessibileq̃ potentiã: oĩa prona
erant atq̃ facilia: sed cãdidatum quoq̃ quẽ uocãt
martyrũ exercitũ: multosq̃ ut nos sumus morta-
les homines: ⁊ (quod miraculi clarioris est) non
modo viros fortes: sed sepe etiam mulierculas ac
puellas diuino spiritu afflatas illa p̱tulisse: in quo
rũ cõparationem quicq̃d pateris quies atq̃ sola-
tium dici possit. Trita hec: ⁊ tibi in primis p̱fessio
nis tue debito notissima: ideoq̃ diutius nõ insisto
ad secretiora festinãs. Est remedij genus: quod tu
forte nõ cogitas: quod cũ legenti mihi litteras tu-
as subito occurrisset: risuʒ mouit (ut dixi) Nolo au
tẽ indigneris: me quod in meis sepe soleo: in tuis
malis etiã iocari: Nõ in dolorib⁹ tñ: sed in morte
iocari solitos: viros fortes doctosq̃ cõperim⁹: Te
stes sunt Uespasianus p̃nceps ⁊ Socrates philo
sophus: Patere me in pedũ tuorũ dolorib⁹ idẽ fa-
cere: q̃ʒq̃ʒ nõ merus: sed ueritate cõditus iocus est
meus. Quid enim putas? Recẽse pater ab adole-
scentia cursus tuos ⁊ animum stare nescium: vide
bis ut frenum equo indomito: sic tibi necessariam
podagram. Esset necessaria forsan ⁊ mihi ut iã tã-
dem stare loco discerem ac mecũ habitare: Tibi tñ
p̱culdubio: ante oẽs quos ego nouerim necessaria
est. Isses extra nostre habitabilis zone terminos:
trãsisses oceanum: adisses anthipodas: nulluʒ tibi
discurrẽdi fineʒ qua polles in reliquis ratio fecis-
set. Quid multa? Nõ alio q̃ʒ podagre auxilio sisti
quibas. Illa tibi frenum stringit iubetq̃ cõsistere.
Quid ais? Parebis: uelis nolis. Noli autem iniu
riaʒ arbitrari. Nihil cuiq̃ʒ tẽpestiui⁹ accidit: nihil
vnq̃ʒ opportunius. Fluitãteʒ carinã magister pup
pis fune uel ancoris regit: ⁊ tibi prope terrã vnde
primum in altuʒ es euectus ancora iacta est: Per-
misit tibi tua sors uagam ac laboriosam iuuentutẽ
nec senectuti daturus ferias videbaris: Podagre
beneficio quiescet. Uagũ ⁊ instabile iumentũ cau
tus pastor alligat: ubi discursu uetito quiescẽdi pa
scendiq̃ fit facultas. Agnosce pastoris tui prouidẽ
tiam: Nõ te in Perside: nõ in Arabia uel Egypto:
ubi uelut in suburbano uagabaris tuo: sed in patri
am integro membrorũ obsequio reuersuʒ: post pe
regrinatiões innumeras: ⁊ (si te noui) nunq̃ʒ tuo iu
dicio desituras uberrimis ⁊ amenissimis alliga-
uit in pascuis. Ad cumulum eniʒ gratie celestis ac
cedit q̃ nõ te Rome clausit: ubi ⁊ p̱prijs ⁊ fami-
lie tue titulis es clarior: q̃ʒ quieti tue expedit. Sed
nec p̱cul ⁊ extra p̱spectum dilecte urbis amouit.
Quid ergo? Tybur tuo senili ocio deputatum est:
prouisumq̃ ne fugias: Doles ⁊ nõ poti⁹ deo gra-
tias agis: qui te tot terrestribus maritimisq̃ peri-
culis: totq̃ tã longis anfractib⁹ ereptũ hac demuʒ
uoluit ꝯsistere terra (ut ait Maro) Ubi scilicet ani
me simul ⁊ corporis alimenta nõ desint: libri tui:
feruor tuus: ingeniũ tuum ⁊ purissimi aeris ⁊ ni-
tidissimarum species aquarum ⁊ pulcherrime tel
luris amenitas tetricum licet ⁊ agrestem animuʒ
mulcere queãt: ubi semp̱ assit patrie p̃dulcis aspe-
ctus: amicorũ moderata propinquitas: submotis
tedijs: absente fastidio: que tibi uel immense urbis
strepitus uel iugis fortasse tot notorũ cõuersatio
peperisset. Fuere bonis tuis gratanter: equanimi-
ter: pacifice: melius tibi accidit q̃ʒ putabas: cõmo-
diorem toto orbe locuʒ nequiuisses eligere: q̃ʒ quẽ
tua tibi sors obtulit. Sed instabis: Et cur non in-
quies sine hac corporis iniuria? Iubes respõdere
quod sentio: Animus tuus vinculis egebat. Id nõ
ad infamiam: sed in partem laudis accipias p̃cor:
Quo enim fertilior est ager: eo pluribus abundat
cõpescẽdis extirpãdisq̃: ut seges utilior coalescat:
⁊ sepe quo generosior atq̃ ualidior: eo ferocior est
equus ⁊ tenaciorib⁹ vinculis egens: Esses nũc (ut
auguror) in aliquo mundi angulo: Iam Niluʒ: Iã

Induꝫ aut Tanaim trāſnatares: Iam Rhipheos
montes aut Hercinii ſaltus dumeta trāſcenderes:
uagus ſemꝑ ⁊ ꝓfugus ſuꝑ terrā. Occurrit pietas
illius qui ſolus moꝛbos noſtros ⁊ moꝛborum no-
ſtrorū medicamēta cognoſcit. Nō idcirco minus
utilia: qm̄ amariora ſunt. Illa magis ingenua vide
ri poteſt: ⁊ humanitate tua digniōꝛ querela ꝙ pꝛe
ſentiā atqꝫ cōuictum meum ualde ſuauiter requi-
ris: ⁊ in quo vnice tibi cōplacebas (ut dicis) tū cū
maxime delectaret ablatū luges. Eniuero nihil ne
U gocij eſt hic. Si es amicus: immo ꝟo ſi pater (ne-
qꝫ enim aliū te pietate eximia ⁊ paternis ſemꝑ af-
fectibus cōpꝛobaſti) Nullus tibi me locus: nullꝫ
tēpus eripiet. Pone me in ſupꝛemo Atlantis Me
duſeis luminibꝰ durato uertice: te in rupe Cauca-
ſea ubi vinctꝰ Pꝛometheus de Ioue conquerit̃: ſi-
mul ſedebimus: ſimul ambulabimus: ſimul cena-
bimuſ: ſimul fabulabimur: ſimul ſeria tractabimꝰ.
Nihil vnqꝫ iteruenıet quod vicinos cernere ⁊ au-
dire ꝓhibeat. Uolucer eſt amoꝛ: nō terras tm̄: ſed
celum trāſit ⁊ maria: nec podagram nouit ille nec
Amō cōpedes: liberrimus eſt: ⁊ foꝛtuna licet obluctāte
moꝛꝭ ubi uoluerit p̄ſens. Miraris? Moꝛtiſ quoqꝫ neſcit
neſcit imperiū: ⁊ quod illa videt̃ abſtuliſſe cōplectit̃. Ita
impe qꝫ uerſos in cinerem: apud illū integros inuenies:
rium ⁊ natū Octauia: virum Artemiſia: amicū Lelius
inuita moꝛte: ⁊ effractis (ut ita dixerim) tumulis
X viuos habent ac p̄ſentes. Habe igit̃ me: nā ⁊ ego
te habeo: nulla mihi ſine te dies agitur: nulla nox:
nullum iter: nulla cōſeſſio: ubiqꝫ tecū ſum. Qui ſi
foꝛte (quoniā negare nō poſſum) dulce ꝗddam ⁊
iucundū in ſe habere p̄ſentiā amicorū: modo illud
mihi nō neget̃: ſepe dulciorē eſſe memoriaꝫ: ⁊ ꝙ
nollem: ſepe delicatā eſſe p̄ſentiam. Si ergo ad ſo-
latium vite tā tibi utilē pꝛeſentiā meam putas: du
plex ad id via eſt: nam ⁊ ego ſupꝛa ſpem tuā ad te
uenire tuūqꝫ ⁊ Horatij uatis eſtiuū habitaculum
videre: quātūqꝫ deſiderio tuo ſufficiat manere nō
renuo. Et tu ſi ad me vidēdum uenire malles (hu-
manus enim animꝰ his dulcius frui ſolet que labo
rioſius queſiuit) monſtrabo tibi viā in qua nec pe-
dum vitio tarderis nec terram cogaris plantis at-
tingere. Inter ſeruoꝛum manus ad amneꝫ Tybur
tina menia p̄labentem perges. Ibi nauicule impo
ſitus pꝛono alueo deſcēdes donec ad dexterā Ty
beris occurrerit. Inde iaꝫ latiori amne per ipſius
urbis Rome menia ad mare peruenies. Inde etiā
dextroꝛſuꝫ ſed foꝛtiori alno creditus: Tyrrheni ſi-
nus equoris obibis: donec longe relicta Maſſilia
rurſus ad dexteraꝫ rate fluminea Rhodani oſtio
ſubuehare. Qua uetus Arelas paluſtribꝰ uadis ⁊
lapidoſa planitie: moꝛ in rupe hoꝛrida triſtis ſe-
det Auennio olim: nūc pontifex maximus Roma
nus ꝓpꝛijs ſedibꝰ deſertis obſtāte (ut arbitroꝛ) na-
tura: caput oꝛbis efficere nititur: ⁊ laterani imme-
moꝛ ⁊ ſiluestri. Inde ſemꝑ aduerſo flumine tribꝰ
paſſuum millibꝰ aut paulo amplius aſcēdens argē
teum gurgitem obuiū habebis ad dexteraꝫ flecte
iter: Soꝛgia eſt placidiſſimꝰ fluuiorū: Cuius age
y quindecim aut ciciter paſſuuꝫ millia cōſcendens:
nulli ſecūdum fontē lucidiſſimi amnis originē vi-
debis: ⁊ incūbentē ſcatebꝛis pꝛealtā rupem: ut iaꝫ
trāſiri ulterius nec poſſit nec opoꝛteat. Ut eni dex
tera ⁊ ſecūda ſint omnia: illic tandē in terrā depo-
ſitus: ad dexterā me videbis. Ubi enim pꝛocul ab
Italia poſſim eſſe tranquillius? Uidebis autē mo
dicis: ſed vmbꝛoſis hoꝛtulis anguſtoqꝫ contentum
hoſpitio: ſed quod tāti hoſpitis aduētu factuꝫ pu-
tes auguſtius. Uidebis quē deſideras optie ualē
tē: nullіꝰ egentē rei: nil magnopere de foꝛtune ma-
nibꝰ expectātē. Uidebis a mane ad ueſperā ſoliua-
gū: herbiuagū: montiuagū: fontiuagum: ſiluicolā:
ruricolam: hominū ueſtigia fugientē: auia ſectātē:
amātem vmbꝛas: gaudētē antris roſcidis pꝛatiſqꝫ
virētibus: execrātē curas curie: tumultꝰ urbiū vitā
tem: abſtinētē liminibꝰ ſuperborū: Uulgi ſtudia ri
dentē: a letitia meſtitiaqꝫ pari ſpatio diſtāteꝫ: totis
diebꝰ ac noctibꝰ ocioſum: gloriātem muſarū cōſoꝛ
tio: cātibꝰ uolucrū ⁊ nympharū murmure: paucis
ſeruis ſed multis comitatū libꝛis: ⁊ nūc domi eſſe
nec ire: nūc ſubſiſtere: nūc querula in ripa: nūc tene
ro in gramine laſſatū caput ⁊ feſſa mēbꝛa pꝛoijce-
re: ⁊ (que nō ultima ſolatij pars eſt) nemineꝫ acce
dere niſi perraro qui uel milleſimā uaticinari poſ-
ſit ſuarū particulā curarū. Ad hec modo obnixuꝫ
defixūqꝫ oculiſ tacere: modo multa ſecū loqui: Po
ſtremo ſeipſum ⁊ moꝛtalia cuncta cōtēnere. Ecce
pater dū te uoco uenīēdi laborē abſtuliſſe videoꝛ: ſi
enim hec perlegis: ⁊ fidem habes: abunde me vi-
des: iam tandeꝫ: dum enim colloqui videoꝛ: epiſto
lam me ſcribere ſum oblitus. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad Ioannē Colūne: quare in
epiſtolis tot antiquorū exēplis utatur rationē red
dentis: exēpla etiā plurimū ad virtutum imitatio-
nem ualere oſtendentis. Epiſtola.XC.

Xemplis abūdo: ſed illuſtribꝰ: ſed ueris: ⁊
e ꝗbus (niſi falloꝛ) cū delectatiōe inſit aucto
ritas. Poſſem aiunt paucioribꝰ uti: fateoꝛ
poſſeꝫ: ⁊ ſine exēplis agere: nec iſtud iſicioꝛ. Quip
pe cum ⁊ tacere poſſeꝫ ⁊ foꝛte cōſultius: ſed in tot
mūdi malis: inter tā multa dedecora tacere diffici
le eſt. Satis patiētie p̄ſtitiſſe videoꝛ: ꝙ nōdū Sa
tyre calamū applicui: cuꝫ diu ante hec mōſtra ſcri-
ptum videam: difficile eſt Satyram non ſcribere.
Multa paſſim loquoꝛ: multa etiā ſcribo: nō tā ut ſe
culo meo pꝛoſim: cuius iam deſperata miſeria eſt:
ꝙ̄ ut meipſum cōceptis exonerē ⁊ animū ſcriptis
ſoler. Uerūtamē ſi ratio querit̃: cur exēplis inter-
dum affluā curioſeqꝫ in his videar imorari. Dicā
puto lectorē eo animo eſſe quo ſum ego: me quideꝫ
nihil eſt quod moueat quātū exēpla clarorum ho-
minum. Iuuat enim aſſurgere: Iuuat animum ex
periri an quicꝙ̄ ſolidi habeat: an generoſi aliquid
atqꝫ aduerſus foꝛtunā indomiti ⁊ infracti: an ſibi
de ſe ipſe mentitus ſit. Id ſane pꝛeter experiētiam
que certiſſime magiſtra rerum eſt nullo melius mo
do fit ꝙ̄ ſi cum his quibꝰ ſimillimus eſſe cupit ad
moueam. Itaqꝫ ſicut omnibus quos lego gratiaꝫ
habeo ſi mihi ſepe ꝓpoſitis exemplis hanc expe-
riendi facultatē dederint: ſic mihi gratiam habitu
ros ſpero qui me legent. Falloꝛ foꝛſan in hac ſpe:
tu tamē in hac narratiōe nō falleris: Hec eniꝫ vna
uera rei cauſa eſt. Altera eſt quod ⁊ mihi ſcribo: ⁊
interſcribendū cupide cum maioribus noſtris uer
ſoꝛ: vno quo poſſum modo atqꝫ hos cum quibus
iniquo ſydere datum erat ut viuerem: libentiſſime
obliuiſcoꝛ: inqꝫ hoc animi vires cunctas exerceo:
ut hos fugiā: illos ſequar. Sicut enim horum gra
uiter cōſpectus offendit: ſic illorum recoꝛdatio ma
gnificiqꝫ actus ⁊ clara nomina incredibili me affi-

ciunt atq3 inextimabili iucunditate: Que si oibus nota esset: multos in stuporem cogeret: qd ita cum mortuis esse potius q̄3 cū viuentibus dilectarer. Quibus ueritas respōderet illos viuere: qui cum v̄tute ꝛ gloria dic obierūt. Hos iter delicias ꝛ falsa gaudia exultātes: luxu somnoq3 marcidos: vino graues: ꝛ si viuere videātur: esse tū adhuc quidē spirātia sed obscena ia3 ꝛ horrenda cadauera. Uerum hac inter doctos ꝛ indoctos: eterna lis maneat: ego sequar inceptū. Habes ergo quod interrogationi tue: quodq3 quorūdam qui tecu3 sunt admirationi modo respōsum uelim: cur exēplis abūdem ueterum illustriū: qd ꝛ alijs ꝓfutura spero: ꝛ mihi scribēti ac legenti ꝓfuisse admodum certe scio. Deinceps (quoniā nihil ab vno homine quod oibus hominibus placeat fieri potest) mirent improbentq3 si libet: Certe ego: ne ꝑpter alienū murmur intermisisse videar morem meū: inserere huic etiā epistole aliquot exēpla nō desinā ꝛ quid exēpla possint: exēplis ostendā. Omnes qui anī Mariu3 a medicis secabātur: vinciri mos fuerat: quia enim dolorē corporis animi robore superari non posse ꝑsuasum erat: vinculorū auxilio utebantur; Primus Marius solutus sectus est: sed post eum plurimi: Cur queso: nisi quia exēplum viri cōstantissimi ad imitādum animos erexit: ꝛ (ut cōpatriote sui uerbo utar) ualuit auctoritas? Bello latino Decius cōsul seipsum pro legionib[9] ꝛ pro populi Romani victoria deuouit: Res dictu q̄3 executione facilior: sponte tua mortem appetere ut alteri victoriam queras: tā efficax tū exemplū fuit: ꝛ tā ualidum: ut bello Sannitico ac Gallico: fili[9] Decius ꝛ ipse cōsul: patris imitator existeret ꝛ noie patrē uocans: securus iret ad mortē: qua3 pro salute suorum ciuiu3: cōtēnere illo auctore didicerat. Quos bello Tarentino aduersus Pyrrhum imitatos nepos: tertia tādem vno de grege victima: ꝛ si nō eodem infularum habitu: pari tū animi virtute: eadē q3 reipublice pietate procubuit. Nunq3 talis vir Themistocles fieret: nisi Milciadis exēplis accensus: fieri illi par in animū induxisset. Nunq3 Juli[9] Cesar in illud glorie culmen ascendisset: nisi mirari ꝛ imitari Mariū ab adolescētia didicisset: Qui ꝛ Alexādri ꝓfuit imago in templo Herculis gadibus cōspecta: qua mox ad cupiditatē magnas res agendi: nō exarsit modo: sed (ut ait Tranquillus) ingemuit. Profecto autē si statue illustriū possunt nobiles animos ad imitandi studiu3 accēdere (qd Q. Fabiū Maximum: ꝛ Q. Cornelium Scipionem dicere solitos Crispus refert) quanto magis ipsa virtus hoc efficit: claro dum proponitur: non marmore sed exēplo? Corporū nempe liniamenta statuis forsan expressius cōtinentur: Rerum v̄o gestarum morumq3 notitia atq3 habitus animoꝝ haud dubie plenius atq3 ꝑfectius uerbis q̄3 incudibus exprimunt. Nec improprie mihi videor dicturus statuas corporum imagines: exempla virtutum. Quid de ingenijs loquar? Imitatio vnum insigne par syderū lingue latine Cicerone3 ac Uirgilium dedit: effecitq3 ne iam amplius grecis ulla in parte eloquētie cederemus: Dum hic Homerū sequitur: ille Demosthenem: Alter ducē suum attigit: alter a tergo liquit. In omni hominum genere licet ostendere idem: sed in eo quod in me reprehēditur artius: noli3 hodie nimius videri. Unū etiā nunc exēplum tibi notissimum: quo minus interseram temperare nequeo. Siquidem quem vite callem arriperet diutissime fluctuanti Augustino ꝛ Antonij ꝛ victorini rhetoris ac martyris profuit exemplum: necnon ꝛ illorū duorum in rebus agētium: apud Treueros repentina cōuersio: quā cu3 sibi Pontianus miles Imperatorius enarrasset. Ipsius Augustini uerba tenes octauo (nisi me memoria frustratur) cōfessionum libro posita. Exarsi inquit ad imitādum. Ad hoc enim ꝛ ille narrauerat. Hec ergo cōsilij mei ratio est ꝑpter obseruatores ac miratores meos sepius iterāda. Uideo eni q̄3 multis exēpla contulerint ad virtutem: ꝛ qd in me agant sentio: ꝛ de alijs idem spero. Sic fallor: res periculo abest: ꝛ quibus exempla non placent non legant: nemine3 cogo: ꝛ si me rogas: a paucis legi malim. Uale.

Augustinus

Franscisci Petrarche ad Barbatum Sulmonensem: mortem Andree Roberti regis Sicilie filij indignam ac miserrimam deplorātis. Ep̄la. XCI.

A

Eu q̄3 violēti: q̄3q3 ineuitabiles sunt fortune ictus uel pulsi. Sepe qdem (ut nosti) Barbate amātissime: de fortuna deq3 alijs qbusdam loqui soleo ut vulgus: ne in sermone cōmuni singularis appareā: si seorsu3 interroger: respōsurus fortasse lōge aliter. Sed transeo ne si heream: acturus aliud de hac re superuacuis disputatiunculis implicer abstraharq3. Ut autē ceptum sequar ꝛ fortuna oipotens ꝛ ineluctabile fatū: nō cū vulgo solum: sed cum maximis atq3 doctissimis qbusdā viris. ꝛ in p̄mis cū Uirgilio videri posset nisi ꝛ vnus oipotens ꝛ fati nomē in ore catholico suspectū foret. At quecūq3 vis illa sit: seu dei iudicio: seu ꝑmissu: res hominum uersans haud dubie magna vis ꝛ prorsus ineluctabilis est: ꝛ aduersus quā frustra ībecillitas nostri conat[9] accingit. Nā in cursu facili cōsilium humanū opprimit mali moles: ꝛ mortale remediū discutit inuicta necessitas. Id si vnq3 alias: nūc maxime intellectū cōspectum q3 clarissime est. Rogo qd noui: quid inopini accidit? Quis nō ista ꝑuiderat? ꝛ ꝑuidisse quid ꝓfuit? Tam profunde eni3 totis regni p̄cordijs se negtie dirum virus infuderat: ut iam nisi mortiferu3 esse nō posset: tātū audacie tātumq3 licētie reproborū: tanta piorum desperatio: tantus meror incesserat: erant creba vndiq3 uelut instātium procellarum signa. Graues frontes turbida nubes obduxerat: ꝛ turbida pectora pugnaces urgebāt uenti: fulgurabant oculi ardētes: flabāt ora minacia tonabātq3: ꝑpe erat ut manus impie fulminarent: equor auli cum iam tumebat: iamq3 estus horrisonus ꝛ reciproci fluctus ꝛ obscene aues ꝛ peregrina ꝓdigia uestris late littorib[9] recursabant. Morte regis mutata: regni facies: ꝛ cum vnius viri anima: omniū vigor ꝛ cōsilium euanuisse videbātur. Spectabamus hec omnes futurisq3 nō secus ac ꝑsentib[9] angebamur malis. Loqui autē quis auderet: ubi vix liberi cogitatus erant: ꝛ nō tm̄ docibus: sed nutibus parata supplicia? Mobres in triuijs muti oēs in thalamis murmur ambiguu3: mesta presagia ꝛ impendentium nuncij malorū: taciti augures: metus ac dolor: Deniq3 sic apertis oculis torpuerant animi: quasi quos vicini fulminis lux horrēda perstringeret: Nemo (nisi fallor) vnus hominum me apertius timuit doluitq3 liberius: nemo illa curie

b

Fortūa ineluctabile fatū

B

portenta ꝛ introſpexit acutius ꝛ cõtumacius: aut lingua percuſſit: aut calamo: Heu quãta quãqꝫ eui dens ꝓuerbiorum fides. Mala uaticinet inquiũt qui uates ueridicus fieri vult. Et iteruꝫ: Raro ulla calamitas ſola uenit. Sic eſt: ſic ab antiquis audi uimus: ſic videmus. Magna ſemp erũnarũ acies: incomitate nõ prodeunt miſerie. In multas incidiſ ſe ſe nouerit qui in vnam incidit. Equidem ut in tã ta malorũ copia miſeros multos eſſe neceſſe eſt: ſic in tãta bonorum inopia felices paucoſ. Et ſane mi ſeris miſerorumqꝫ gemitibus atqꝫ querelis refer ta ſunt oĩa. Contra aũt: qua ſit mortalibus rara fe licitas quis nõ videt: cum ꝛ in hoc vite tramite: ſi acriter intueare fortuneqꝫ phaleraſ diligẽter excu tias: nemo uſqꝫ uere felix: aut uotorũ plene com pos occurrat: ꝛ apud ſcriptores reruꝫ vix comitẽ vnum ꝓcul in ultimis Arcadum latebris: felix ille habit⁹ Metellus inuenerit? Quibus ita ſe haben tibus: qs miretur ut in hominũ turbã coniecta ſpi cula: ſic in cõgeriem malorum miſſa uaticinia non errare? Utqꝫ ad viuũ illa: ſic ad uerum iſta ꝑtinge re. Meminiſti amice ut olim pñſens uerbis viuo ad huc: mox extincto rege: cui ſoli ſuum hoc ꝛ ꝓpriũ nomẽ fuit abſens litteris: nec multo poſt pñſens ite rum viua uoce: non ſine ſuſpirijs qd ſentireꝫ quid ue in poſterũ pñſagirẽ: quaſi iam tunc uenturi cert⁹ explicui. Uidebam enim ſubtractuꝫ regni faſtigio fundamentum: erãtqꝫ ſub oculis corruentis regie graues caſus. Caput adoleſcẽtis innocui primum oĩum hac ruina oppreſſum iri fateor nõ videbam. Neſcio quid obſtabat feralibus cõiecturis: id vnũ qđ in malis peſſimuꝫ erat abſcõdens: q̃q̃ (ut me miniſſe videor) iaꝫ inde primis ad te litteris agnũ lupis obiectuꝫ: Utinã nõ tã certo dixerĩ augurio ꝛ ꝑfecto luporũ morſus ac rabiem ꝛ illa commu nia ꝑditorum hominuꝫ: contẽptum: odiũ: inuidiã: doluꝫ: rapinam: carcereꝫ: exilium cogitabã. Talis hominis: talẽ mortẽ nec cogitare didicerã nec ue reri: Quippe qui nullis ex Tragedijs tã nephari as ꝛ tam truces inſidias meminiſſem. Tulit ecce feraciſſima ſcelerum etas noſtra quo glorieť anti quitas: quo ſe poſteritas cõſoleť. Utqꝫ omne euũ fiat excuſabile: hoc in tẽpus ſumma ſeuitie ac toti⁹ inhoſpitalitatis erupit. O breui multum mutata Neapolis: O infelix Auerſa: Uere auerſa: nomen ex re ſumptũ. Auerſa inquã prorſus ab humanita te ac fide: quarũ prima homini: ſecunda regi ꝛ iu ſto dño debebatur: In te utriuſqꝫ ſpreta reuerẽtia: utriuſqꝫ in te ſacruꝫ gentib⁹ fractum fedus. In te enim fraude impia perijt rex tuus: ferro utinã aut virili morte alia: ut hominũ manib⁹ interfect⁹: non ferarũ dentib⁹ atqꝫ vnguibus lacerat⁹ videretur. O iniquo cõdita ſydere: infauſto ſignata uomere: cemẽtis extructa ſanguineis: ꝛ vipereis habitata cultorib⁹: magiſtra urbs crudeliũ exemploꝝ. Abũ de impietatis ꝛ criminũ erat animantum ꝑncipis ſacroſanctam effigiem ad imaginẽ dei factã: viola re, tã atrociter: tã ſuperbe. Nunc id ſcelus non in homine quolibet auſa es: ſed mitiſſimum innocẽ tiſſimũqꝫ hominũ ꝛ dominũ tuum ꝛ ante annos tui ſollicitũ: tui amãteꝫ: rare indolis puerũ: magne ſpei regẽ truculẽtiſſime laniaſti: Immo nõ tu: ſꝫ in te acres ꝛ immites: dicam homines an belue? an quod aduenticij genus monſtri qui orbem Italicũ barbarica feritate maculãtes: tuũ ſuumqꝫ regem; nõ gladio: nõ ueneno: dura licet: at ſolita regũ mor te: ſed uelut incẽdiariũ aut latroneꝫ infami laqueo peremerũt: Et cuius uertici debitũ ac ſperatũ dia dema: diu ꝑfida tergiuerſatiõe diſtulerãt: ei⁹ collo reſtẽ ꝛ nodos miſerabiles iniecerũt: Ut exegaruꝫ genere alio: ꝛ vita longiore digniſſimi corpis ludi bria indigna pteream: ſi noſtro forte ſilẽtio poſtero rum notitie ſubtrahanť: Tu qdem miſera ciuitas hec perpeſſa tuis in penetralibus: que oẽs terras ꝛ oĩa ſecula triſti ſint inquinatura memoria. Cete rum ꝛ culpe experos: niſi ꝙ patientia criminũ ſepe cõſenſui ꝓxima eſt: ꝛ ſi nec obſtare poteras nec ul ciſci: miſeratiõe potius digna q̃ odio. At tu Chri ſte ſol iuſtitie cuncta videns ꝛ eternis radijs vni uerſa colluſtrãs: ut qd hanc infamie nebule paſſuſ es terris noſtris incũbere cum poſſes tã facile: ni ſi delicta hominũ obſtarent: uapores noxios odio rũ: caliginoſe noctis algore concretos: feruido tui amoris ſplẽdore prumpere? Tu autem ſumme re guꝫ noſtri tẽporis Roberte: quẽ ex aliqua celi par te res noſtras ꝛ miſerari crediderim ꝛ ſpectare: quib⁹ hoc nephas luminibus aſpexiſti: ꝛ hanc tã tam tui ſanguinis iniuriaꝫ: quo animo ptuliſti? An nõ poteras pijs pꝛcibus impiũ ſcelus auertere? An poteras: ſed nolebas? ſubdifficilis cõiectura. Et ſi enim ſimillimũ ueri ſit te celẽſti gaudio repletum terrenis dolorib⁹ nõ moueri: Nunqd tñ tuorum charitate atqꝫ ingenita pietate nõ tãgeris? Utcun qꝫ eſt: felicẽ te qui hũc diẽ in corpore habitãs non vidiſti: quin te ſupſtite nunq̃ taꝫ flebilis illuxiſſet dies: nunq̃ tñ inuidie licuiſſet. Fuit eni uere frõs regia regni ſalus: cõciliatrix animoꝝ: iuſtitie altrix: expultrixqꝫ pꝛfidie. Ac uelut quedam ſalubris vm bra gregib⁹ tuis ut iucũda paſtorib⁹: ſic funeſta fer pẽtib⁹: Quod ſi humana virtus obſtare decretis ethereis nõ ualet: optãda utiqꝫ ꝛ penit⁹ opportũa mors fuit que oculos tuos: qb⁹ adhuc nature legi bus horror ꝛ lachryme inerãt tã meſto ſpectaculo liberaret. Proh dolor: tuũ illud erimiũ: charꝫ: piũ dulce depoſitũ: qb⁹ ſeruãduꝫ colẽdũqꝫ cõmiſeras ꝑdiderũt: nõ ſomno aut ignauia victi: ſed flãmãti odio ꝛ inuidia ſtimulati. O ultrix ſcelerũ iuſtitia: neqꝫ illi aut inocẽtia: aut ſanguiſ: aut maieſtas pro fuit. Nõ hominũ qſq̃ aut deorũ: nõ que efficaciſſi ma ſperabať tui recordatio opeꝫ tulit: uoces illas monituſqꝫ nouiſſimos pij patris ꝛ regis optimi: qbus moriẽs: quãtũ mortali cõſilio datum erat in lõgũ ꝛ familie tue ꝓſpereras ꝛ regno: ꝑrupte de ſperateqꝫ nequitie uent⁹ tulit: atqꝫ oĩs diuini ꝛ hu mani iuris pterit obliuio. Sed iã fletuũ ſatis eſt: modo ne ubi finẽ fingim⁹ initiũ ſit. Cũ eni (ut dice bã) ꝛ crebra ꝛ comitata ueniãt mala: cũ rara ꝛ ſo litaria bona ſint: ex hoc malo neſcio qd malorũ ſeq video: qđ ne iterũ certior q̃ uelꝫ mali nũcij uates ſim: ſilẽtio premã. Meliora cuncta ꝓueniãt q̃ ſpe ro. Nec reipublice noceat paucorum furor qui in illis quorũ eſt inult⁹ (ut auguror) nõ erit. Et ſi eni diuina iuſtitia ſepe miſericordie ſuccũbat: in his tñ hoc accidit: quos peccati pudet ac penitet: non in his qui flagitio glorianť. Hec tibi quoqꝫ Sorgie ad fontem: quo rurſus e tãto Italie naufragio ue lut in portũ fugi: ꝛ preteriti dolens ꝛ uenturi tre pidus dictabã Kalendis ſextilibus intẽpeſta no cte. Uale tui cautus: memor mei.

¶ Franciſci Petrarche ad. T. M. Illum uti homi-

nem vitijs perditum reprehendere deſiſtat: cuꝫ ſe ſciat operam ꝑdere exhortantis. Ep̄la.XCII.

f Ine illū:linque eū ſibi:etatē habet:vie patēt:ire licet quocūqꝫ libet:demitte in collū habenas homini indomito:fruſtra niteriſ repeto:linque illū ſibi:eat quo fert animus. Crede aūt mihi nō aſcēdet. Uidiſti equos ad iter ⁊ aſcēſum pigros:ad pugnā pauidos tm̄ ipatiētes ſocij fremētesqꝫ:degeneris animi:ſignū eſt inſultare minorib⁹:nō poſſe comitē pati:nocere cū poſſit:occaſionē expectare nō cāꝫ. Muſce macros ſtimulant boues: Pauperē peregrinū canis infeſtat. Homū culū noſtrū his exēplis aſcribito:Ubi uel miſerabilis orbitas uel extrema pauptas. Deniqꝫ ubi defenſiōis eſt minus:ibi plus ſeuitie nocēdiqꝫ feruētior libido. Qua in re nihil deliberat:niſi an facultas aſſit:uoluntas nunq̃ꝫ abeſt ⁊ ſemꝑ vna. Quid caſtigas igiť? Perdis operaꝫ:plus aliqd q̃ꝫ uerba requirit hoc malū. Da illi parē aduerſariū: confeſtim ardor iſte tepuerit:Semꝑ erit lupus oue cōſpecta:Admoue lupū:ouis erit. Quid igiť (ut ait Flacc⁹) obſeratis auribus fundis preces? quin tu ſine illum ſcelerib⁹ obrutuꝫ ⁊ oppreſſuꝫ ſuis:ſuperbia tumidū:ardētem auaritia:iracūdia rabidū:inuidia tabeſcētē:libidinib⁹ efferatū: gule uentriſqꝫ mācipium:nimio ſemꝑ ſopore confectuꝫ: ⁊ (ut ait Maro) ſomno vinoqꝫ ſepultū. Quid enim huic facias? qd loquaris? Dolio loqueris ⁊ qdē pleno: ⁊ nil penit⁹ reſpōſuro:nil intellecturo:nil etiā auditu ro. Perꝓprie in hunc dixiſſe Licinius Craſſus videreť:modo barbā eneā haberet. Cetera enim aſſunt:Os ferreū:cor plūbeum:utiqꝫ calloſas aures calloſumqꝫ animuꝫ habet. Callū mēdacijs ſuꝑductū:uera ṽba nō penetrāt. Neſcio an ex illis ſis quib⁹ perdere uerba leue eſt. Illud certe ſcio: que in hoie ṽba ꝑdunť: tolerabilis forte iactura: niſi cōtēpt⁹ hinc ſimul atqꝫ odiū quererenť. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad. L. M. Illi ꝙ in hominē non facundum ſed loquacem inuehatur ſignificantis:quid etiam inter eoſdeꝫ interſit exponentis.

Epiſtola.XCIII.

q Uod ad ſtudiū rei familiaris attinet:coaceruādaſqꝫ diuitias:prouidētiſſimum hominē:omniumqꝫ quos ego quidē nouerīꝫ circumſpectiſſimuꝫ:nō nego:quiqꝫ nō in vultu tm̄ ſed (ut Plautina anus) in occipitio quoqꝫ oculos habet. Ceterū in eo:quod de eloquentia hominis addidiſti:longe diſſentio. Inter facūdum enim ac loquaceꝫ largiter refert:Alterū qualitatis eſt:quātitatis alteruꝫ:Hoc ingenium ⁊ ars ⁊ exercitatio modeſta:illud ꝓceps impetuſ ⁊ impudētia preſtabunt. Cōtraria ſunt hec:pleriqꝫ tm̄ in diſcernendo falluntur. Tu illo loquente ſi diligētius animum aduerteris:fateberis ut nihil promptius:ſic nihil illius ſmone durius:nihil aſperi⁹:nihil itempeſtiuius:qđ nō ideo ut ſibi cuius nomē ſciēs ſilui eloquentie falſam famam:ſed ut tibi iudicij errorem eripiam:dictum ſcito. Uale.

¶ Franciſci Petrarche ad. L. M. Illum ut munera pro tribuentis animo:non pro rerum magnitudine recipiat obſecrantis. Epiſtola.XCIIII.

q Uaꝫ pauper:q̃ꝫue ſis diues neſcio:loquor de arcula:Animus enim ꝓculdubio diues eſt: Bianteo more ſua ſecum bona circumferens:nec incendio peritura:nec naufragio: ⁊ quibus nihil omnino nō predonuꝫ vim:nō furum metuit dolos:nō rubiginem tineaſqꝫ:nō morbos: nō mortem:non ſenium:nō ruinā. De arcula ſane ipſa idcirco ſum dubius:quia duꝫ animū moreſqꝫ tuos fortunamqꝫ ſimul extimo:ut nō multis:ſic nōnullis egere te ſuſpicor. Sicut enim inſanorum eſt innumerabilibus indigere:ſic ueruꝫ eſt quod ait Xenophon ille Socraticus: Nihil egere eſt deorum. Q̄ꝫ minime autē ꝓximum a dijs. Q̄ꝫobrem: q̄ꝫ de arcula ipſa nuper a cōſcio quodam neſcio qd audiui:pro virili parte ſuccurrendum ſtatui. Ecce itaqꝫ de fortune mee ſi reliquijs dicā ſuperbius q̃ꝫ ueli: ſi muneribus:aliter loquar ac ſentio. Dicam ergo de muneribus:quibus ille me talia nō curantem: ſupra ſpem ſupraqꝫ uotuꝫ cumulare dignatus eſt: aliquātulum ad te miſi: quod quātulumcunqꝫ eſt haud dubito dignāter accipies: ⁊ in exigua re paruo uelut in ſpeculo conſpiciēs:magnum mittentis affectum:munuſculi paruitatē:animi uolūtate penſabis: Nō ꝙ ego ſim neſcius:quoſdā fortes:quoſdam doctos ac ſimillimos tui viros ⁊ utroſqꝫ magnanimos:fruſtra olim munerib⁹ fuiſſe tēptatos. In qbus ante alios eſt Fabricij clarū nomē ⁊ Curij Romanorū ducum. Quorum alter Pyrrhi regis:alter aurū cōtempſiſſe Sanniticum laudatur. Clarius uterqꝫ contēpt⁹:ſed nobilitatis alter etiā claritate reſponſi. Q̄ꝫuis enim ſcholaſtici quidam more ſuo cōfundāt hiſtorias: Rn̄ſum tm̄ illud nobile ⁊ famoſum: Romanos nolle aurum:ſed aurū habentibus imperare:nō Fabricij (ut vulgus putat) ad regem ſed Curij eſt ad Sānitium legatos. Xenocrates legatos Alexandri Macedonis cum quinquaginta talentis ad eum ab ipſo rege tranſmiſſos:inuitatos ad cenaꝫ in villā Achademie: ac mediocri ⁊ minime appato cibo philoſophice habitos:cū dimiſiſſet:poſtridie reuerſos querenteſqꝫ cui numerari pecuniam regis uellet:ſic increpuit: Quid uoſ inqt heſterna cena:nō itelleriſtiſ me pecunia nō egē? Quo reſpōſo:cū meſtos factos cerneret:ne munus ac legationē regiā ſpreuiſſe diceretur:de magna pecunia exiguā particulā accepit reliquū referri iuſſit ad regē. Ferť erga eūdē regē ⁊ Diogenis Cynici cōtēptus:ad quē uerſatili dolio habitātē:Cum Alexander videndi cupidus uenisset: ⁊ miratus hominē queſiſſet:an donari ſibi a rege aliqd uellet. Cetera inquit alias:nūc ut a ſole dimoueas peto:Erat enim hyems: ⁊ forte tūc fundo teſte illius ad Aquiloneꝫ obuerſo:ore auteꝫ ad meridiē applicabať ſeminudus: ſed feruēs animi ſeniculus. Facetū hoc durius ⁊ ꝓpe ſuperbū Demetrij reſponſum:qui miſſum ſibi ab Imperatore Romano aurū:ridēdo ita contēpſit:ut diceret:Si tēptare me uoluit:toto illi fuerā experiēdus imperio. Calanus Indus dum ingenti lignorū cōgerie extructa ⁊ incenſa more patrio nudus ad uoluntariā mortē iret:Alexādro Macedoni obuio ⁊ querēti ſimiliter: Num ſe aliquid uellet: nihil inqt eſt opus:breui te videbo. Sed hic quidem miri nihil quid enim nō ſpernat qui ipſam ꝓpter quā cetera cōcupiſcimus:vitam ſpreuit? Cōtemptus ſane miraculum ſuppleuit uaticinij certa fides. Siquideꝫ itra dies paucos Alexāder apud Babylona Cratere illo Perſarū atqꝫ Indorū ultore conſumptuſ eſt. Urbanius aliquanto Dindymus:Ad queꝫ nudum cum Alexander idem omni faſtu regio depo

Inſanorum eſt multum egē;deorū nihil.

B

Qui oblata munera ſp̄uerint.

Xenocrates.

C

Diogenes Cynicus

Demetrius

Calan⁹ Indus.

D

Dindymus

sit o uenisset:in extrema solitudinū e cunctis mune-
ribus ab opulētissimo rege sibi allatis:nō nisi mi-
nima ⁊ vilissima rerū sumpsit:ne contēptus aspe-
rio: insolētie notaret̃. Sed hec singuloꝝ hominū
illa publica animorū ⁊ incomparabilis altitudo.
Pyrrhi regis cuius sup:a memini legat⁹ Cyneas
Cyneas pirrhi legat⁹ — vir ingenio ⁊ sapiētia excellēs:immēsis cū mune-
ribus Romā missus:Senatu p:imuz atq; o:dini-
bus cunctis ex o:dine:ne quicq̃; temptatis:postre
mo plebez ipsaz frustra etiaz aggressus:ac nemine
p:o:sus inuento cuius domus aut mēs munerib⁹
regijs pateret:cū eoipso quod aduexerat auro ad
stupētez regē:stupens ipse reuersus est. Ceterū hi
ōēs aut ab hoste rege:uel populo:aut a supbo ali-
quo donatore tēptati sunt. At nō Romani senat⁹:
dona Ptolemeus rex Egyptius:Nō Africani sui
E munus Masanissa contēpsit:Nō Africanus alter
munera regis amici:Nō deniq; populus ipse Ro
manus munerū licet sp:eto: hostiū:Pergamei re
gis quē amabat hereditatē testamētūq; despexit.
Multū refert:quo animo qd donetur ⁊ a quo: ⁊ si
cut quidā longe magnificus:sic alter inhumanus
atq; insolēs est contēptus. Amicus ego:nō tēpta-
to: uenio:nec(ut ueruz fatear)dono aliqd tibi sed
tecū partio::que scis ipse iamp:idē nobis esse cō-
munia. Ac ne munus exiguū magnis uerbis exag
gerem:Accipe quicquid id est ⁊ boni cōsule:quod
p:ofecto ne idem ipse qui fert:nec alius quidē qsq;
quid aut quale sit nouit: ⁊ ego iaz(si quid mihi cre
dis)oblitus sum. Uale.

¶ Francisci Petrarche ad Philippum Cauallicen-
sem:se ad eum uenire ⁊ Socratem suum secuz ad-
ducturum pollicentis. Epistola.XCV.

A Veniam ad te quādo ita placere tibi sentio:
v Et Socratez nostrū deuotissimū tui nomi
nis adducā. Postridie ueniemus:nec ho:
rebimus urbis aspectū:inculta q̃uis ⁊ rusticana
ueste cōtecti. Huc eniz p:idie raptiz ex urbe inquie
ta ⁊ turbida saltu uelut in littus:fracta puppe con
fugimus:latitādi ociandiq; ꝓposito : eoq; habitu
qui ⁊ ruri ⁊ b:ume cōuenietissimus visus est. Ut
sumus in tuā urbez cōmigrare iubes:parebimus:
eoq; libentius:quo ardentiore tuo desiderio trahi
mur: Neq; magnopere curabimus quales extrin
sec⁹ videamur:cui animos nostros apertos ac nu-
dos esse: ⁊ cupimus ⁊ speramus:Illud tuorū uo-
to pater amātissime non negabis:si sepe nos hospi
tes habere vis:ut nō apparatū exqsitūq; cōuiuiū
sed mensa nos familiaris excipiat. Uale.

¶ Eiusdem Francisci Petrarche:de Rebus familiaribus epistolarum Liber Septimus.

¶ Francisci Petrarche ad Barbatum Sulmonēn.
amorē suū erga illum significātis:q̄q; Sulmonē
p:imo impetu barbari opp:essermt occupauerint-
q; dolētis:seq; si in tali discrimine p:odesse possit
offerentis. Epistola.XCVI.

N Ater multifidas:qbus obsideo: cu-
ras:illa nō ultima est:quā ex rerū tua
rum expectatiōe cōcipio. Quid eniz
i mihi Barbato meo cari⁹? Quid dul
cius? Anxia res amo::credula : timi-
da:sollicita oia circūspiciens ⁊ uana

etiam ac secura fo:midans. Ecce qd semper timui
ecce qd semper scripsi:ecce qd quotidie dicebā:nō
poterat tā fedū facinus impunitum esse : ⁊ est ul-
tio hec aliquāto serio: q̃z putaui. Uerte autē deus
irā tuaz in auctores sceleruz: ⁊ noxia capita digno
supplicio feri:parce pijs:parce fidelibus. Quid in
sons meruit plebecula? Quid sacra tellus Ausōia?
Ecce iaz puluis Italicus gressu quatit̃ barbarico:
⁊ victores olim gētiū:nūc heu vincētiū p̄da sum⁹.
siue id peccata nostra meruere:siue iniquū ⁊ triste
sydus aliquod aduerso limine nos exercet:siue(in
qd magis inclino:)itegri nūc scelestis additi crimi
nib⁹ plectimur alienis. Sed absit ut Italie metuaz
a qua rebelles poti⁹ qd metuāt habebūt:Dū nup
urbi reddita ptās tribunitia vigebit : ⁊ caput no-
strū Roma nō egrotabit. Pars Italie sollicitū ha
bet:illa videt que oliz magna grecia dicebat̃. B:u
Homo qdā descendebat ab hierl'm in ierico ⁊ icidit in latrones. Uerba ista dño nostro pape sūmo ac sctissimo ecclesie pōtifici pñt satis ꝓprie adaptari. Ipse nāq₃ hō est: quē ꝫ ꝓphe sniā₃ dñs gl'ia ⁊ honore coronauit: cui⁹ ēt subiecit oia sub pedibus. Iste igit̄ hō descēdit ab hierl'm in ierico: cū de partib⁹ gallie se trāstulit ad partes romanorū. Hierl'm nāq₃ visio pacis intelligit̄. Quātā aūt pacē eccl'ia in partib⁹ gallie repperit: q̄tam humilitatē in magnis: q̄tā ꝓmptitudinē in paruis: ⁊ q̄tā obediētiā in oib⁹ sentit nūc ac meminit ut experta. Sed ipsa descendit in Jerico qui interpretat̄ luna. cuius mutabilitas inter mundi cetera patet euidēti⁹ vniuersis. Quid eni in rebus humanis est uel icōstāti⁹ siue mutabili⁹ q̄ romani? Immo certe ipa Roma plusq̄ alia urbs ul' ciuitas sepius ⁊ pluries mutata est. Siqs eni₃ cōsideret ipsius initiū qd̄ hūit ut dicūt in tpe Romuli: honoris fastigiū qd̄ habuit in tempore augusti: ⁊ ipsius etiam in tempore presenti miseriam: mutationi lune rome mutationē: uere ⁊ realiter poterit cōparare. A p̄ncipio nāq₃ lux ei⁹. i. eius potētia aliq̄liter apparuit: sicut luna cū dī Monoydes. postea v̄o notabil'r iualuit sicut luna cū dī Amphyarchos. Deinde v̄o ad plenā₃ ꝑfectionem ꝑuenit: sicut luna cū dī pāsilenos. Postea v̄o sicut ipsa creuerat: sic decreuit: ⁊ q̄si ad nihilū est redacta. Ipa namq₃ est sicut dicit Orosius q̄si inexplebilis uēter cūcta cōsumēs: semper esuriēs: nihil alijs relinquēs: nihil hñs: cūctis gētib⁹ ⁊ urbib⁹ q̄s miserias fecit: nō solū miꝫior sed ifelicior est relicta. Miseriam cui⁹ certe nō potuissē₃ credere ni vidissem. Occurrerūtq₃ mihi tūc v̄sus cuiusdā dicentis. Rome sceptra iacēt ⁊ celsa palatia ceno. Cesaris alta domus nunc fit casa vilis egeno. Roma mō nihil est: nihil est Rome nisi signū. Cesar in urbe sua nil cernit cesare dignū. ¶ Cur igit̄ iste nob̄ gallie pauꝑtatē iproperat? Cōstat eni illā partē gallie de qua recessit eccl'ia esse fertiliorē: uel saltē tā fertilē sicut Roma siue pars Italie in qua ipse residet pro presenti. Quid igit̄ ad ꝓpositū si galli: Roma iā adolescēte: usum vitis ⁊ olee didicerūt? Suam arguit ruditatē. Immo ex h̄ uerecūdari debēt: q₂ galli in hac sagacitate hos p̄cedūt. Galli ēt pro certo paucitatē ciboꝝ ⁊ vinoꝝ pro facili iactura recipiūt. Illud Lucani in. v. attēdētes. Humanum paucis viuit genus. Et iterū illud Claudiani ꝯtra Ruffinū. Uiuit̄ exiguo melius nā beatos. oibus eē dedit: si quis cognouerit uti. Et iterū illd̄ Horatij in epl'a ad Bullatiū. Si uētri bñ sit lateri₰ pedibusq₃ tuis nil diuitie poterūt regales addere maius. Licet igit̄ nō sint pauperes per rerū indigētiā₃: ditiores tñ sūt per sufficiētiā. Iuxta illud Maximiani. Et rerū dñs nil cupiēdo fui. Sed nō sunt huiusmodi Italici ⁊ spāliter Romani: qui semꝑ lucris temporalibus inhiantes: nihil aliud cogitant: non aliud somniant preter lucrū. Iuxta dictu₃ apl'i. questu₃ extimātes pietatē. Nullus esse ibi ioc⁹: nullus ludus: Immo generaliter nullus act⁹ in quo v̄t⁹ utili p̄ponatur. Loquat̄ igit̄ ipe nō de gallie: sed de sue Italie pauꝑtate. ubi fere nullus hēt bonoꝝ suorū: imo qd̄ deteri⁹ est sui corporis ꝓprij ꝑtātē. Animi eni pusillanimitate tyrannoꝝ subiecti dñio ad egestatē tātali ⁊ sūmā miseriā sūt redacti. ¶ Sequit̄. ⁊ icidit in latrones. Licet ꝓm q̄ vulgarit̄ dī cōe dcm̄ nō sit oio falsū: ⁊ ꝓm Aristotelē. fama nō oio falsa sit quā ppl'i multi clamāt: meū tñ calamū ab huiusmōi v̄bi₰ auertissem nisi me illi⁹ viri l'rati ⁊ ꝑiti: male tñ ut credo aduertētis v̄boꝝ iniuria dedu xisset: q de exitu eccl'ie a ꝑtib⁹ gallie locutur⁹ uoc₃ ꝯcordātiā turpit̄ mutuādo: ⁊ v̄bis iperitꝭ iuolut⁹ sniā₃: turpi⁹ ichoauit. per hec v̄ba. In exitu isrl' de egypto domus Jacob de ppl'o barbaro. Audistis blasphemiā. l₃ eni ⁊ bñ: per isrl' ⁊ domū iacob ecclesiā itelligat: egyptū tñ galliā ⁊ gallicos barbaros noiando ipse ꝓculdubio delirauit. Si eni galliā illā de qua exiuit eccl'ia: v̄e ⁊ real'r ⁊ per ꝓꝑetatē itelligit egyptū: salua reuerētia: hoc est falsum. Si v̄o per similitudinē: tūc est ac si diceret albū nigrū. Egypt⁹ eni iterp̄tatur tenebra: gallia cādida. Galla eni grece cādor dī: vnde Galli quasi corpore cādidi. Que ergo est cōuētio lucis ad tenebras Horrere profecto debuit prophete maledictione₃ dicentis. Ue qui dicitis malum bonum: ponentes lucē tenebras ⁊ tenebras lucē. Egyptus etiam alia iterp̄tatione itelligit̄ angustia siue tribulatio. Uñ ibidem dicit glosa. In exitu de egypto. i. eccl'ie de angustia. Quā aūt angustiā eccl'ia passa sit in gallia: ego sine dubio nō audiui. Uidi eni eā ibi in oib⁹ qetā ⁊ trāquillā: nō iniuria tyrānoꝝ lacessitā: nō inscitia ppl'i ꝑturbatam: nec maiorū oppressā potētia sed beniuolētia ⁊ obediētia oiu₃ ueneratā pariter ⁊ dilectā. Eccl'ie igit̄ exitū de gallia nō debuit dicē de egypto. ¶ S₃ aduerte q̄so qd seq̄t̄. Dom⁹ inqt iacob de ppl'o barbaro. O v̄bū iproprīū: uere admirabile ⁊ ineptū ⁊ nō a tali viro saltē sic iprouide ꝓferēdū. Sicut eni ipse dicit. Mēdaciu₃ qd̄ in alteri⁹ ꝓrūpit iniuriā est nephādū. Ecce ppl'm gallicū uocat ppl'm barbarū. S₃ qd est eē barbaru₃? nōne est eē ex̄neū ⁊ ignotū: legib⁹ inordinatū: moribus idisciplinatū: rudē ⁊ ihonestū? Qd̄ si sic ut oportet itelligat. Inter gallos non q̄rat barbariē: q₂ est ⁊ remanet apud eos. Quis eni mētis cōpos: sani capitꝭ: ⁊ ueri iudicij rōnis ppl'm barbarū dicēt eē gallicū: in q̄ est tēꝑerātia in victu: mūditia in hitu amenitas clemētie: suauitas facūdie: in v̄bis ueritas: in factꝭ honestas: in corde fidelitas: strenuitas opis ⁊ agilitas corꝑis? Iux̄ illd̄ Julij Celsi ppl'i tñ hui⁹ inimici: in libro. v. de bellis Cesaris. Galli inqt hoies sunt apti: minimeq₃ isidiosi: qui per virtutē magis q̄ per isidias dimicare ꝯsueuerūt. ubi ergo q̄so ē: tā nobiles ppl'i barbaries? ¶ S₃ certe romanorū realē barbariē narrat btūs Bernardus ad Eugeniū papā ita scribēs. Quid tā notū scl'is q̄ ꝓteruia romanorū: gēs isueta pati: tumultui assueta: gēs imitis ⁊ itractabilis: subdi nescia nisi cū nō ualet resistere. Et seq̄tur scio ubi hitas. Increduli ⁊ subuersores sūt tecū romani: ipij in deum: temerarij in scā uel scōs: seditiosi inuicē: emuli in vicinos: ihumani i extraneos: quos neminē amātes amat nemo: suꝑiorib⁹ ifideles: iferiorib⁹ iplicabiles iuerecūdi. ad petēdū: ad negādū frōtuosi: igrati cū acceperit: grādia loquunt̄ cū operant̄ exigua: blandissimi adulatores: mordacissimi detractores: ⁊ doctissimi ꝓditores. Sūt ne ista igit̄ mores ⁊ ingenia barbaroꝝ? S₃ hic dicet. Forsitā fuit hic alienigena ⁊ male de ignotꝭ potuit iudicare. Rñdeo pro

A R̄. de fama.

Galla vñ dī.

Egypt⁹ vñ dī.

Julius celsus

Bernardus.

certo nō eē v̄isimile imo nec credibile tātū viꝝ sine
cognitiōe ⁊ experiētia sic locutū. Sꝫ ut oīs de me
dio extirpet̄ suspitiōis occasio: aduertat Juuenalē
italicū: q v̄ba vmbricij socij sui q ob m̄ltitudinē vi
tioꝝ de Roma recesserat: dolēdo ꝯmemorās i. iij.
satyra p̄mi libri sic ait: iter cetera. Nā qd tā miseꝝ
tā sceuū credim⁹: ut nō deteri⁹ credas; horrē icēdia
lapsus tectoꝝ assiduos ⁊ mille p̄icula seue Urbis.
Seq̄t. hec tc̄ vmbrici⁹ qn̄ artib⁹ inq̄t honestis. nul
lus i urbe loc⁹ nulla emolumēta laboꝝ. Sequit̄. ce
dam⁹ p̄tia: viuāt arturi⁹ illic ⁊ catulus maneāt: qui
nigrū i cādida v̄tāt. Jsti aūt arturi⁹ ⁊ catulus fue
rūt duo lenones ⁊ hoiuꝫ deceptores. Seq̄tur. qd
rome faciā. mētiri nescio librū. si malus est nequeo
laudare: ⁊ poscē mot⁹. Astroꝝ ignoro: fun⁹ promit
tē p̄tis. Nec uolo nec possū: ranaꝝ viscera nūq̄: in
speri ferre ad nuptā que mittit adult̄. que mādat
norūt alij: me nemo magro fur erit. Ecce ḡ quō iu
uenal' italic⁹: tāq̄ bon⁹ satyric⁹ romanorū victa de
nudauit. Cū eni dicit. qd rome faciā mētiri nescio
ip̄os eē mēdaces denotauit. Cū aūt dicit. libꝝ ⁊c̄.
ip̄os eē adulatores demonstrauit. Cū aūt dicit. ra
narū ⁊c̄. ⁊ poscē mot⁹ astrorū ignoro. ipsos repre
hēdit de supstitiōis ⁊ uane opionis isania. Cū aūt
dicit. ferre ad nuptā ⁊c̄. rep̄hēdit eos de turpi ma
culatiōis ifamia. Cū aūt dic̄. me nemo magro fur
erit. rep̄hēdit eos de vilis latrocinij malitia. ut me
rito dcm̄ sit. ꝙ dn̄s nr̄ papa descēdēs ut dcm̄ est a
hierl'm i ierico icidēt i latrones. Taceo q̄ sequunt̄
s. q expoliauerūt eū: ⁊ plagi ipositꝭ abierūt semiui
uo relicto. Absit h̄ bōe iesu. Absit ut ab ipsis roma
nis ceteri ue icol' ꝯfiniū ciuitatū p̄ scissim⁹ cū sacro
scō reuerēdoꝝ cardinaliuꝫ collegio aliq̄l'r ipugnet̄
seu ēt spoliet̄. Absit ut uenerabiliū cardialiū sblata
de medio magna p̄te: ex qb⁹ cū ip̄o sūmo pontifice
vnū corp⁹ efficit̄: ipse semiuiuus mēbris dep̄ditis
reliquatur. Hec ⁊ multa alia gratia breuitatis nō
prosequar. Et q̄ nec uolo nec opus est omnia eius
dicta singillati decerpere: quatuor solum inter ce-
tera ei⁹ dicta mihi satꝭ sufficit transcurrere. Primo
eni p̄p illū miseꝝ aggressū ad italiā siue romā dn̄ꝫ
nr̄m papā mirabil'r felicitat. Scdo ip̄ꝫ ⁊ dn̄os car
diales ad v̄tutē hortat̄ ⁊ p̄dicat. Tertio vinū belu
ense: Rhodanū ⁊ p̄tes finitimas terribiliter vilifi-
cat. Quarto galliā deprimēdo: italiā ac romā glo
rificat ⁊ exaltat. Primo igitur: q̄tum ad domini
nostri pape felicitatem: dico ꝙ si intelligat felicita
Arist. tem: s̄m virtutem operari ut videtur Aristoteles
sentire. x. ethicorum. dicens. Erit vita felix s̄m vir
tutem operantis. tanq̄ bene viuentem ⁊ virtuose
operātē dn̄m nr̄um papā esse felicē nō dubito. Sꝫ
hoc esse ut dicit p̄pter eius aggressum non ꝯcedo.
Jmmo firmiter credo illam viā q̄tum ad multas
operationes tā speculatiuas q̄ practicas: ⁊ taꝫ cō
tēplatiuas q̄ actiuas impedimētū magnum ⁊ obi
cē extitisse. quoniā s̄ꝫ Aristotelē ubi supra. Accidē
tia tribulāt ⁊ cōturbāt beatum: tristitias enim in-
ferūt ⁊ impediūt. ¶ Si aūt per felicitatē iuxta sen-
Boetius. tentiā Boetij tertio de cōsolatione intelligat statū
oium bonorū aggregatione perfectū: s̄ꝫ deductio
nē eiusdē Boetij in eodē. uerā felicitatē in ipso sū-
mo deo esse necesse est. p̄pter qd̄ talis status non
habitus in via: beatis in patria reseruat̄. Unde ⁊
iuxta Salomonis sniam. Nemo felix dicit̄ in hac
via. Mutabilitas eni fortune mortalium: nomē fe

licitatis annihilat. Quod ⁊ si aīn quenq̄ forte mor
talium cōtingeret: nō tamē s̄m multorū opinionē
prudentium: prepotentibus ⁊ diuitibus ⁊ magnis
honorib⁹ sublimatis. Qd̄ etiam sentiens Boeti⁹
primo de consolatione dicebat. Quid me felicē to
tiens iactastis amici? qui cecidit stabili nō erat ille
gradu. Unde ⁊ Aristoteles sniam Anaxagore. x. Anax
ethicorū repetens dicit. Videt̄ aūt Anaxagoras gora
nō diuitē neq̄ potētē: existimare felicē. dicēs. qm̄
nō utiq̄ admirabitur si hoc incōueniēs appareat
multis. Jsti eni iudicāt que sunt extra sentiētes so
lū? Unde ⁊ ideꝫ Anaxagoras cuidā a se petēti. qs
nā esset beatus? Nemo inquit ex hijs quos tu feli-
ces existimas. sed euꝫ in illo numero reperies qui
a te ex miseris esse credit̄. Nō erit ille diuitijs aut
honorib⁹ abundās. sed aut exigui ruris aut nō am
bitiose doctrine: fidelis ⁊ pertinax cultor in seces-
su q̄ in fronte beatior. Causas autē quare non di-
cuntur diuites ⁊ potētes felices: satis tāgit Aristo
teles p̄mo ⁊. x. ethicorū. Has ēt tāgit Seneca in Sen̄.
tragedia herculis cethei: pulchre dicēs. Aurea rū
pūt tecta q̄etē. vigilesq̄ trahit purpura noctes. O
si pateāt pectora ditū. q̄tos int⁹ sublimes agit for
tuna met⁹ pectora paup̄ secura gerit tꝫ ⁊ patula po
cula fago. sꝫ nō trepida tenet ip̄a manu. Carpit fa
ciles vilesq̄ cibos. sꝫ nō strictos respicit enses. Et
Lucanus in. v. O vite tuta facultas. pauperes an Luca
gustoq̄ lares. o munera mūda: intellecta deum.
Virgili⁹ ēt in libro de culice de ista materia iter ce Virg
tera sic ait. Quis magis aptato queat esse beatior
euo. q̄ q mēte p̄cul pura sēsuq̄ p̄bādo: nō auidas
agnouit opes; nec tristia bella. nec funesta timet ua
lide certamina classis ⁊c̄. Sequitur. Jlli dulcis
adest requies ⁊ pura uoluptas. Hui⁹ autē snie nar
rat exēpluꝫ notabile Valeri⁹ maximus libro. v. de Vale
Gige rege lidoꝝ: qui de statu infimo ad regnuꝫ di
tissimū p̄uenerat. quo inflatus aio: cū ab apolline
petisset an q̄sq̄ mortaliū ipso esset felicior: Aglauū
sophidiū esse feliciorē apollo. Rn̄dit hic tamē erat
archadū pauperrim⁹: sed etate iā senex terminos
agelli sui nunq̄ excesserat: paruuli ruris fructibus
atq̄ uoluptatib⁹ contentatus. Ex quo deducit Va
lerius: magis p̄bare: ridēs tugurium: q̄ tristeꝫ cu
ris ⁊ solitudinibus aulam paucasq̄ glebas pauo-
ris expertes: q̄ pinguissima lidie arua metu refer
ta. ⁊ vnū aut alterū iugū boum facilis tutele: q̄ ex
ercitū ⁊ arma ⁊ eq̄tatū uoracib⁹ expensis onerosuꝫ
⁊ usus necessarij horreoluꝫ nulli nimis appetēdū
q̄ thāutos oiuꝫ insidijs ⁊ cupiditatib⁹ expositos.
Si igit̄ cure ⁊ sollicitudies mūdanā felicitatē ipe
diūt: cur ḡ iste pro reditu ad Jtaliā dn̄ꝫ nostrū pa
pā felicitat? ubi nō solū ipse sed ⁊ omnes sequaces
curis ⁊ sollicitudinib⁹ sunt repleti ⁊ metu multipli
ci tribulant̄. Et qui vidit testimoniū perhibet. Vi-
di eni oib⁹ arma impari: fortalicia p̄parari ⁊ ualla-
ri: vidi fugā in cāpis: cōgregationes in villis. imo
quasi ubiq̄ formidinē. Et qs est qui nō vidit aut
audiuit: viterbioꝝ ꝯgressionē furiosaꝫ: Romanoꝝ
cōmotionē iniuriosam: rebellionem perusinoruꝫ ⁊
obstinationē aiosam. ⁊ generaliter tyrannorū ꝯtra
dictionē odiosam? Ubi igit̄ non est animi tranq̄lli-
tas ⁊ corporis securitas: qualis queso potest eē ho
minis felicitas? Dicit ēt Aristoteles in p̄mo Ethi-
corū. nō esse illū felicē qui malos hēt filios. Qua-
les aūt dn̄s nr̄ papa spirituales filios hēt ibi: deus

nouit:nec optet plus dicē nisi qd̓ scripsit Moyses
in cantico. Generatio hec peruersa est ⁊ infideles
filij. Et iterum si aduentus ad italiam ita dominū
papā felicitat: ⁊ spiritus quo ductus est in deser-
tum ipsum moueat ad regressum:nonne ipsius re
gressus si contingat:ipsum faciet infelicem? Absit
Omnia enim sibi licent. Licuit eni sibi ire:licet ēt
⁊ redire:nescio tamen si suberit posse cū uoluerit
Scio tamen ſm Senecam in tragedia Agamem
nonis. Nunq̄ esse seram ad bene agendum viam.
Et quem penitet peccasse pene esse innocentem.
Nō dico ipsum peccasse. Absit. Spiritus enī bo
nus duxit eum ut credo.nec dicam ipsum malum
sed multo meliorem si reducat. ¶ Nunc igitur ad
eius predicationem ⁊ exhortationem regredior.
Mirabilis prorsus ⁊ inaudita nouitas.virum ce-
cutientem acute videntibus viam ⁊ rectū iter ostē
dere. Quis enim huius alti collegij se esse morta-
lem ignorat? Quis etiam aliquando de vite eter-
nitate non cogitat? Quis eorum non nouit totum
quod hic viuitur uel habetur instabile:immo tran
sitorium ⁊ caducum. Crederem nanq̄ tantos vi-
ros talia ignorare: nec ea aduertere:nephas est.
Nullus enim eorum q̄ntū ad hoc uel ignorat qd̓
hic sit:siue uerbis talibus īdigebat:hinc pro certo
potuit v̓isimiliter dubitare:ne sibi illd̓ euangelicū
obicerent. In peccatis natus es totus: ⁊ tu nos do
ces? Et iterū. Medice cura te ipsū. Et iterū. Rab
bi ubi hitas? Quod si profecto consideret exhor-
tationis causam ⁊ materiā:prope se repperiet am
plam ualde. videat enī ⁊ cōsideret: q̄ in terra quā
inhabitat:viget iniuria pro iustitia:pro pietate ne
quitia.ubi tam violenta oppressio subditorum rep
peritur:ubi uera fide ꝓcul abiecta:npharie qua-
si hereditate dei sanctuarium possidetur. Et breui
ter ubi,iuxta dictum Ouidij. Uiuitur ex rapto:nō
hospes ab hospite tutus.nō socer a genero:fratrū
quoq̄ gratia rara est. Consideret igitur modū ibi
viuendi ⁊ regendi: ⁊ infinitos modos :quibus ut
ipse nouit turpiter extorquetur pecunia. ⁊ talibus
loquatur ⁊ predicet. Sed quid plus? Nonne in
Mediolano vidi abhominabile idolum super al-
tare dei.hominis scilicet armati imaginem seden-
tis super equum:de candido marmore fabricatū
⁊ in loco ubi corpus christi sacratum consueuit sa-
crari uel reponi collocatū? Est ne igitur illd̓ sub dis
simulatione transeundum? Nonne est formidan-
dum:ne deus suam uendicet iniuriam? Dicit enī
psalmista. Uidi impium superexaltatum ⁊ eleua-
tum sicut cedros libani. Et transiui ⁊ ecce nō erat.
Nam ſm Senecam in tragedia tiestis . Ubi non
est pudor nec cura iuris : sanctitas : pietas:fides :
instabile est regnum. Et in tragedia Edippi. Inui
sa nunq̄ imperia retinentur diu . Et in octauia de
prospera fortuna dicit idē. Crede inquit obsequē
ti partius.leuis est dea. Si igitur deus patiēs est
ad tempus non est aliqualiter confidendum.qm̄ in
dutus est dn̄s uestimentis ultionis.quoniam ipsi
vindicta est: ⁊ ipse retribuet abundanter facienti-
bus superbiam. Consideret igitur iste predicator
egregius:q̄ntū deo adiuuante ipsius predicatio si
ue exhortatio multis posset ꝓficere. ⁊ q̄ habet in
forib⁹ quos facūdie sue lenitate mulceat ⁊ profun
ditate sciētie dirigat exhortādo . dimittatq̄ i ocu
lo remoto festucā:trabē magnā de ꝓpriis oculis re
mouendo. ¶ Nunc igit̄ uenio ad vini beunensis:
quā certe nec demeruit nec libēter audiui blasphe
miā. Rhodaniq̄ ⁊ illarum partiū iniuriā. Quis
enī mētis compos talis vini:immo v̓o potius tan
ti boni maledictionem non horreat? Ait enim. Uti
nā nunq̄ fuissēt vites ille:paulomin⁹ dixerim vites
ulle si christi eccl'ie usq̄ adeo uenenosā vindemiā
piture erāt. O nobilis videmia:o uenenū ꝑciosū
sup cetera vina dulce salutiferū ⁊ iucūdū. q̄ misera ⁊
inepta est tue maledictiōis occasio.pp qd̓ nō itres
in os eius: ⁊ dulcis sapor tuus per eius fauces nō
trāseat. Fere enim Ouidij maledictionē demeru-
it : qua misere uetule maledixit scilicet nec vinum
potet:qm̄ sit uel pingue uel acre. Credit ne tantos
viros ita gule deditos ⁊ affectos:ut propter hui⁹
vini carentiam italiam fugiant ⁊ horrescāt? Absit
hoc maxime cū illud vinū haberēt de facili si pla-
ceret. Sed qd facit hoc? Sine dubio credo q̄ au-
dita ⁊ experta romanorum malitia:italorūq̄ plu-
rium perfidia:immo quasi omnium mores mali.
Huius autem malitie fidem habuerunt ex auditu
hanc autem nunc de facto facie ad faciem contem
plantur. Non igitur propter vina italiam fugiunt
siue Romam:sed propter seuitiam ⁊ magnā per
fidiam:de proprio capite dubitantes. Illud euan
gelicum attendentes. Cum persecuti uos fuerint
in vna ciuitate fugite in aliam. ¶ Sed etiam Rho
danus ut ⁊ ipse artat quid meruit? Si iquit eccle-
sie dei causam daturus erat exilij . Sed quale ro-
go cum ecclesia in auinione passa est exilium? Ubi
in potestate viguit ⁊ in securitate quieuit: ⁊ in tan
ta ueneratione habita est? Nonne etiam ille sum-
mi ⁊ altissimi domini vicarius cuius est omnis ter
ra ⁊ plenitudo eius in aliqua parte terre patit̄ exi-
liū? Nonne solis romanis debitor est? Absit. Ubi
cunq̄ enim pro utilitate fidei catholice statuit resi-
dere:sedes sua est nec sine causa dictū est. Ubi pa
pa:ibi Roma. Sed dicit in auinione nihil boni eē:
nisi aduectū aliūde. Sed ubi queso est bona urbs
uel ciuitas que bonis nō egeat alienis nisi forte di
cat Romam in qua tāte ⁊ tales sunt platee:ut pro
bladis ⁊ vinis cunctis eius ciuib⁹ credantur suf-
ficere. Quod non abundātiam ⁊ sufficientiam:sed
defectum arguit manifestum. ⁊ iterū illa nobilis
ciuitas Uenetorum quam ⁊ super alias sic extol-
lit:quid habet aliunde nisi aduectū? Uir igitur di
scretus uerbosas ⁊ inanes desinat argutias in no-
stro etiam vico straminū quem fragosū nominat
deridēdo ab ipsis puerulis lacerandas. Audeo ta
men dicere motus aliquātulum iniuria.sed uerita
tis tamen limitem non transcendēs: q̄ fragor con
similis in tota italia nō auditur. In auinione v̓o es
se ⁊ fuisse omnium bonorum affluentiam ⁊ patet
⁊ patuit per effectum. Unde ⁊ dn̄s Anselmus a
domino rege missus:hec ⁊ multa alia que dominū
nostrum papam reuocare poterat ab incepto lucu
lenter ostendens male fuit per istum salua reueren
tia redargutus. Quod si certe vixisset:viuis rōni-
bus ostendisset nec credebat se loqui ad cogne ma
gistrum seu cocorum principem:sed ad ecclesie do
minum ⁊ summum pontificem.quem tanq̄ bonū
patrē decet atq̄ oportet curare de omnib⁹. Sed
quid dicit Terēti⁹? Ueritas odium parit. propter
quod uerum fuit q̄ factus est ei inimicus uerū di-
cens. ¶ Quid etiā rhodanū ⁊ loca confinia sic si

ne ratione vituperat? Recordetur Justinum libro
xliij. referentē: ꝙ tpe tarquinij regis ex asia focen
sium iuuentus in ultimos gallie sinus nauibꝰ pro-
fecta: marsiliam inter ligures ⁊ feras gentes gallo
rum condidit. Nanqꝫ forenses exiguitate ac ma-
cie terre coacti: studiosius mare q̄ꝫ terras exercen
do in ultima oceani ora procedere: in sinum galli-
co ostio rhodani deuenerunt. Cuius loci amenita
te capti: reuersi domum referentes que viderant
plures sollicitauerūt. quos secum adducētes: mar
siliam fundauerunt. Quid igitur iste dicit malas
domos rhodani ⁊ palustria loca: cū antiqui taliter
maria peruagantes amenitate loci capti: ibi poten
tem urbem condiderunt. Potentem certe dico: ut
pote cuius auro etiam ipsa Roma de Gallicorum
manibus sit redempta. Scriptum enim ibi est. ꝙ
reuertentes a delphis marsiliensium legati: quo
missi munera tulerant apollini: audierunt a gallis
urbem romanam esse captam incensamqꝫ. Qua re
domi nunciata: marsilienses aurum ⁊ argentuꝫ pu
blicum priuatumqꝫ contulerunt: ad explendū pō-
dus Gallis a quibus pacem redemptaꝫ cognoue-
rant. Non igitur iste seu etiam romani: loca circa
rhodanum siue horum incolas dedignentur. quo
ruꝫ beneficio sunt redempti: ⁊ quorum auxilio fa-
ctum est: ne adolescens roma tunc pauper ⁊ mise-
ra: ultimum excidium pateretur. ¶ Nunc autem
ad aliqualem defensionem Gallie: inuitus ⁊ coa-
ctus regredior: sciens comparationes inter has re
giones odiosas. Laudem autem Gallie omnimo-
dam Gallorumqꝫ virtutem multis ⁊ illustribus re
pertas auctoribus: nec uolo nec opus est recitare.
nec omnino etiam has silere. De Gallis enim ita
Solinus. dicit Solinus. Gallie inter Renum ⁊ pyreneum:
Itē inter oceanū ⁊ montem gebenā porriguntur:
prepinguibus glebis: ac commode prouentibus
fructuarijs: plerisqꝫ consite vitibus ⁊ arbustis: om
ni ad usum animantiuꝫ fetu beatissime: rigue aqs
fluminum ⁊ fontium. Hec ille. Et quid ultra de bo
nitate terre dici potest? De virtute autem galloruꝫ
multis repertas scriptoribus: possem plures codi
ces adimplere. Unus tamen pro multis sufficiat.
⁊ ut breuius fiat aduertat pompeij trogi breuiato
rem Justinuꝫ libro. xxiiij. sic dicentem. Galli abun
Justinus. dāti multitudine omni eos nō caperent terre que
eos genuerant trecenta millia hominum ad sedes
nouas querendas uelut examen miserunt: ⁊ por-
tio in Italia consedit. que ⁊ urbem Romā captaꝫ
incendit. ⁊ portio illiricos sinus per strages bar-
barorum penetrauit ⁊ in pannonia cōsedit. Gens
aspera audax ⁊ bellicosa: que prima post herculem
cui ea res virtutis admirationē ⁊ immortalitatis
fidem dedit alpium inuicta iuga ⁊ frigore itracta
bilia transcēdit. sibi domitis pānonijs per multos
annos cuꝫ finitimis: uaria bella gesserūt. Hortāte
deinde successu diuersis agminibꝰ: alij greciā: alij
macedoniā: omnia ferro prosternētes petiuere. tā-
tusqꝫ terror Gallici nominis erat: ut etiaꝫ reges nō
lacessiti ultro pacem ingenti pecunia mercarētur.
Item libro. xxv. dicit idem. Galloruꝫ ea tempesta
te tante fecunditatis iuuentus fuit: ut asiam om-
nem uelut examen quoddam implerent. Demum
neqꝫ reges orientis sine mercenario Gallorum ex
ercitu ulla bella gesserūt. neqꝫ pulsi regno ad alios
q̄ꝫ ad Gallos confugerunt. Tantus autem terror
Gallici nominis ⁊ armorum inuicta felicitas erat:
ut aliter neqꝫ maiestatem suam tutam neqꝫ amis-
sam recuperare posse sine Gallica virtute arbitra-
rētur. Hec ille. ¶ Quid igit̄ iste gallos atqꝫ Galli
am vituperat? Fateor enim ⁊ uerum est: italiā ma-
gnam partem ⁊ bonam orbis esse. nec intentio cu-
iusq̄ꝫ est uel fuit ut credo: sic eam deprimere ut isti
ueritati contradicat. Sed qr sermones ꝫ subiectā
sunt intelligendi materiam: cum dominus Ansel-
mus de italia loquebatur: itelligebat de italia seu
illa parte italie ad quam ipa curia transmigrabat.
Comparando igitur partes quas dimittebat par-
tibus quas adibat si uerum locutus est nouit deꝰ.
Nō igitur oportuit propter ista: ciuitatum italie
quasi usqꝫ ad celos diuitias atqꝫ magnitudinē ele
uare. maxime qr Galli magnam earum parteꝫ de
pulsis italicis fundauerunt. Dicit enim Justinus
supradictus libro. xix. ꝙ Galli cum italiam uenis
sent sedibus tuscos expulerūt. ⁊ Mediolanū: Co
mum: Brixiam: Ueronam: Pergamum: Tridētū:
⁊ Uincentiam cōdiderunt. Et etiā ipse testatur in
libro. xx. plurimas alias Italie ciuitates imo sine
dubio quas omnes aliene nationes fundauerunt.
Secundū enim ꝙ ipse scribit ibi aliquantuluꝫ dif-
fusius Tusci a lidia uenerunt. Uenetos capta tro
ia Antenore duce misit. Adria greca urbs est. Ar-
pos Diomedes condidit. Pise in liguribꝰ grecos
actores habent. ⁊ in tuscis targnia a thessalis ⁊ spi
nābris. Perusini originē ab acheis ducūt. Latini
populi ab enea ꝯditi videntur. Falisci nolani: abel
lani: calcidientium coloni sunt. Sabini. Sannites
tarentini: lacedemone profecti: spurijqꝫ uocati sūt.
Turniorum urbem condidisse Philotetē ferunt.
ibiqꝫ adhuc videri monumentum eius sagittasqꝫ
herculis que fatum troie fuerunt. Epeos metha-
pontum condidit. dicuntqꝫ ibi esse ferramenta qui
bus equum troianuꝫ fabricauit. propter quod om
nis illa pars italie maior grecia appellata est. Cur
igitur iste tantum de suis ciuitatibus gloriat̄ quas
isti alienigene italice gētis miseria: aut nullas aut
desertas inuenerunt? ¶ Quid etiam italoꝝ graui
tatē ⁊ sciētiā sic extollit? imo etiā in tātā prorūpit.
iniuriā: ut dixerit. Nullus doctus in gallia. Certe
in gallia sunt ⁊ multi ⁊ plures prefuerunt: salua re
uerētia ualde docti. Nō recordabat̄ credo de Hi
lario pictaueñ. de Fotino epo smirñ. de Eutherio
lugduneñ. de Uincentio leurineñ. de Saluiano
marsilieñ. ⁊ de Prospero aqtanico siue aqtaneñ.
⁊ pluribus alijs ualde doctis. Non habebat etiā
ante oculos aliquos alios satis nouos. s. Ugoneꝫ
⁊ Ricardum de sancto victore. Petrum comesto
rem. Alexandruꝫ de halis. Henricuꝫ de gandauo
Petrū aureoli. Guillelmū antisiodoreñ. ⁊ Joānē
scoti qui uocat̄ subtilis: ⁊ plurimos viros alios ma
gnos. Qđ si forsan dicat: ꝙ ipse itelligit ꝙ nullus
de quatuor doctoribus suam scientiam didicit in
gallia: uerba tamen ipsa prima facie turpe sonant
maxime cum in illo passu: italiā laudādo: galliam
pro posse vituperet. Quod ⁊ si forte uerum sit: pos
sem ego multos viros gallicos subtiles ⁊ ingenio
sos omniqꝫ scientia clarissimos sicut ⁊ iam predixi
etiam nominare ⁊ uere ꝯcludere. Nullus doctus
in italia. Quis enim italicoruꝫ naturalis philoso
phie ita secreta penetrauit ⁊ reuelauit abscondita
ut nō multo melius quidā immo plurimi nō itali:

Ubi queso legitur Tullij phisica. Uaronis meta-
phisica: seu cuiusqꝫ illorum philosophia natura-
lis? Aliquos certe ipsorum libros bonos atqꝫ hu-
mane vite proficuos cōposuisse fateor ualde mul-
tos. Longe tamen teste deo ethice aristotelis post
ponendos. Sed etiam quid ad romanorū laudes
de latinitate loquitur: cū inter romanos ⁊ latinos
tanta sit differentia: tanta sit uel fuerit discordia: si
cut inter gallicos ⁊ anglicos? Cur igitur Romani
sicut ⁊ nos de latinis litteris gloriātur? Sed dicit
Oratores ⁊ poete extra italiam non querantur.
Et quid est? Nonne optimi poete Statius ⁊ Clau
dianus itali sunt? quorum Statius est tulleñ. uel
ut alij dicūt tholosañ. ⁊ Claudianus dicit viencñ.
Multos alios ḟo gratia breuitatis non nomino.
Antiquitus tamen ipsa Roma in istis ⁊ speciali-
ter in poetis preualuit: quod in suo architriuio ali
qualiter tangit Joannes anglicus nobis quasi na
turaliter inimicus. Cum de nostra urbe parisieñ.
inter alia loqueretur ueritate coactus: illam inter
ceteras magnificans ita dicens. Parisius terra iu
ris: crisea: metallis: inda libris: greca studijs: Ro-
mana poetis: athica philosophis: mundi rosa: bal-
samū orbis: sidonis ornatu sua mensis ⁊ sua potu:
messe ferax inoperta rubis: nemorosa racemis: ple
na feris: piscosa lacu: uolucrosa fluētis: diues agris
fecūda mero: mansueta colonis: mūda deo: fortis
domino: pia regibus: aura dulcis: amena situ: bo-
na quolibet: omne uenustum: omne bonum: si sola
bonis fortuna faueret. Iste igitur Joānes lingua
rum multarum ⁊ urbium excellētissima queqꝫ pa-
risius ⁊ uere attribuens sicut credo. quoniaꝫ laus
plusqꝫ uera quam dabit hostis erit. tanqꝫ excellen-
tissimum urbis Rome poetas nominauit: quos ta
men a ciuitate bene ordinata tanqꝫ ueritati cōtra-
rios Plato censuit esse pellendos. ut recitat Augu
stinus de ciuitate dei libro. x. c. xiiij. propter quod
ipsi greco Platoni palmam dandam esse pronun-
ciat. sicut patet ibidem. Sed dicit. Habes urbem
ꝯquassataꝫ: fateor sacram tamen. Nescio quid per
urbem intelligit. Si intelligat urbeꝫ loca sacra ac
ipsorum sanctorum reliquias: ipsam certe cōcedo
esse sacram. ꝫ tunc uoluntarie ⁊ improprijssime lo
cutus est. Sed si ipās plateas domosqꝫ sicut dicit
conquassatas uocāt urbem. ibi non inuenio sancti
tatem: nec debuit dicere urbem sacraꝫ: sed sicut di
cit Juuenalis. urbem sceuam. Et certe bene sceuā
que sua sceuitia tot ualentes homines iterfecit: tot
innocentes viros iugulauit. que tot sanctos ⁊ iu-
stos peremit crudeliter ⁊ necauit. que quasi sua cu
piditate totum orbem spoliauit: non solū inimicos
prosecuta sed ⁊ bene meritis iniqua semper extitit
⁊ ingrata. Nonne Africanus superior qui non so-
lum concussam ⁊ confractam armis belli punici rē
publicam: sed etiam exanguem atqꝫ morientē car
thaginis dominam reddiderat: eiꝰ clarissima ope
ra iniurijs pensando: a patria depulsus: atqꝫ in exi
lium mortuus est? Sepulchroqꝫ suo iussit scribi.
Jngrata patria nec ossa quidem mea habebis uel
habes. Cineres enim suos sicut ait Ualerius: ei
negauit: quam in cinerē labi passus nō fuerat. Ni
hilo minor virtute posterior africanus: duabꝰ ur-
bibꝰ Numātia atqꝫ Carthagine romano imperio
imminentibus: ex rerum natura depulsis: raptorē
spiritus domi inuenit: mortis punitoreꝫ in foro nō
repperit. Scipio etiā nasica qui pestifera Tyberij
gracchi manu faucibus oppressam reꝫ publicā strā
gulari passus non est: propter iniquissimam virtu-
tum suarum apud ciues extimationem: sub titulo
legationis pergamum secessit. ⁊ quod vite super-
fuit ibi sine ullo ingrate patrie desiderio peregit.
Jnfinitas aūt alias ingratitudines romanoꝝ gra-
tia breuitatis pertranseo. Est ne igit̄ dicenda urbs
sacra: tantis vitijs ⁊ ingratitudinibus maculata?
Cuius ingratitudo non soluꝫ patuit in antiquis ⁊
suis principibus: sed etiam in ecclesie ministris ⁊
summis pontificibus. quorum aliquos fugaue-
runt: aliquos occiderunt: ⁊ vniuersaliter quasi om
nes aliqualiter uexauerunt. ❡ Sed dicit. Hanc si
quidem Romulus fundasse: Brutus liberasse Ca
millus istaurasse laudātur. Quicqd de isto sit uel
scribat: multi tñ auctores autētici de fundatiōe ur
bis Rome atqꝫ cā nominis aliter senserunt. Nam
ꝓm Solinum quidē dicunt nomē Rome ab Euan Solinꝰ
dro primo datū a natura ꝟo Uallentia uocabatur
seruataqꝫ significatione ipositi prius nominis Ro
mam grece. Ualentiam nominatam. quam Archa
des qm̄ habitassent: in excelsa parte montis: deri-
uatū est deiceps ut tutissima urbiū arces uocarent̄
Heraclidi placet: ut capta troia quosdam ex Achi Hera
uis in ea loca ubi nunc Roma est deuenisse: per ty clides.
berim. Deinde suadente Rome nobilissima capti
uarum que hijs comes erat: icensis nauibus posu
isse sedes. struxisse menia: ⁊ oppiduꝫ ab ea romen Agato
uocauisse. Agatocles scribit: Rome non captiuam cles.
fuisse: sed ascanio natam Enee neptem appellatio
nis cuius causam fuisse. Traditur etiam propriuꝫ
nomen Rome: uerumtamen uetitū publicari. qm̄
quidem ut non enunciaretur archana sanxerūt. ut
sic notitiam eius aboleret fides placide taciturni
tatis. Ualerium deniqꝫ soranum eo ꝙ etiam inter
dum eloqui ausus fuit: peremeꝛant. Aliqui autem
dicunt ꝙ illud nomen celatura fuit febris urbi sic
impositum in honorem februe matris martis. hoc
autem esse ueꝝ nō assero. Scio tamen beatum Au
gustinū ipsam febrē ciuē nominasse romanā. iij. de
ciuitate dei. c. xij. quod propter hoc dictum fuisse
credo: qꝛ febris ipsam Romam quasi naturaliter ⁊
hereditarie inhabitat. Quicquid tamen fuerit de
rome fundatione ⁊ nomine: si etiam ut cōmunius
dicitur a Romulo fundata sit: non est magnuꝫ. vn
de ⁊ Juuenalis in fine tertij: cuidam ciui romano
de sua origine glorianti: ait sic. Attamen ut longe
repetas longeqꝫ reuoluas. maiorum quisquis pri
mus fuit ille tuorum. Aut pastor fuit: aut illud qᷦ
dicere nolo idest latro ⁊ homicida: dicit glosa ibi
dem. Non est igitur hoc magnum: cum etiam ꝓm
eorum opinionem: ⁊ turpiter genitus fuerit ⁊ nu
tritus. ut aiunt enim ipsi Remum atqꝫ Romulum
expositos: lupa suis aluit uberibus. propter quod
non est mirum si romanorum mores sunt lupini.
De istis autem Romulo atqꝫ Bruto: quos ad ro
me gloriam hic ad ducit: loquitur Orosius: libro
suo secundo ita dicens. Romulus raptas sabinas
improbis nuptijs confederatas maritoruꝫ ⁊ parē
tum cruore dotauit. Interfecto primum auo Nu-
mitore: Dehinc Remo fratre arripuit imperium.
Regnum aui muros fratris: templuꝫ soceri sangui
ne dedicauit. ❡ Sequit̄ de Bruto. Brutus cōsul
apud romanos primus: primum regemqꝫ Rome

non solum exequare patricidio sed ⁊ vincere studuit. Quippe duos filios suos adolescentes: totidemq; uxoris sue fratres reuocandorum in urbe regum placito insimulatos: securi percussit. Estne igit̃ hoc magnū viros facinorosos ut suos fundatores ⁊ patronos ad laudem huius urbis nominare? Furium autem Camilluꝫ quem ipse dicit romaꝫ restaurasse: ingratissimi ciues ab ipsa urbe roma depulerunt. Nec tamen ego nego in ipsa urbe roma multos ualentes viros extitisse: quos p̃sentes romani non sequentes a predecessoruꝫ suorū ualida probitate degenerant. Ubi ⁊ in quo queso rome nūc est Horatij coclidis fortitudo? Quinti Crispini mansuetudo? Fabij maximi moderatio? Catonis fiducia? Quinti ⁊ Mucij sceuole constātia? Ualerij publicole sufficientia? Scipionum militia ⁊ continētia? Lucij Pauli abstinentia? Uarronis uerecundia? Curcij audacia? Julij Cesaris clementia? Pompeij patientia? Fabricij iustitia? Reguli fidelitas? Quinti cōsidij liberalitas? Marci marcelli pietas? Quinti metelli humanitas? Omniuꝫ enim istorū derelinquentes uestigia: insequūtur vitia pessimoruꝫ. Bene enim retinent septimili auaritiam. Catiline perfidiam. Marci drusi superbiam. Serui galbe sceuitiam. Clodij pulchri luxuriam. Gaij sergij uoracitatem. Crassi cupiditateꝫ. Sille ⁊ Marij crudelitatem. Istis enim romani vitijs maculati de prenominatorum ualentium solo nomine gloriantes tanq̃ ⁊ ipsi tales essent: stulte ⁊ inaniter superbiunt. Dicit eni Horatius. Magnum hoc fore dico: nō patre preclaro: sed vita ⁊ corpore pulchro. ⁊ Juuenalis. Etiam quis generosum dixerit hūc: qui indignus genere est p̃claro nomine tm̄: insignis. Propter quod uersus finem tertij libri dicebat. Malo pater tibi sit thersites dū modo tu sis eacide similis vulcaniaq; arma capescas. q̃ te thersite simileꝫ producat Achilles. Bonis igitur alienis: proprijs relictis virtutibus: stultum est se credere decoratum. Nec etiam in opp̃ssione gentium ⁊ armorum antiquoruꝫ glorientur potentia quorum ex maiori parte virtus fuit sceuitia: sophistica v̓tute paliata: nata cupiditate: nutrita superbia: omni uero honore viduata. Quod etiaꝫ testatur btūs Augustinus tertio de ciuitate dei. c. xiiij. dicens. Libidine dominandi roma victa albam se vicisse triumphat: ⁊ sui sceleris laudē gloriam nominabat. Quoniā inquit scriptura nostra. laudatur peccator in desiderijs anime sue: ⁊ qui iniqua egerit benedicitur. Falsa igitur tegmina ⁊ deceptorie dealbationes auferantur a rebus ut sincero inspiciātur examine. ¶ Sequitur. Hēt premia laudis ipsa crudelitas. Sed puto esse satiꝰ cuiuslibet inhertie penas luere: q̃ talium armorū gloriam querere. Hic igitur sisto manum: calamūq; ultra currere non permitto: ne stili insipidi satietas: fastidium ingerat audienti. Omnisq; bonus ciuis italicus seu romanus: si placet mihi parcat. Quia ⁊ si iniuria pulsus scripsi: non tamen Salustio ⁊ suis auctoribus grauiora. Uerum q: paruitatem meam tantam sublimitatem non decet attingere cōsulendo: sanctissimuꝫ patreꝫ nostrū ac summum pontificem: nec moneo ad redituꝫ: nec exhortor ad manendum. sed ipse tanq̃ homo spiritalis omnia diiudicans: s̓m beneplacitum sue semp̱ faciat sanctitatis. ad ipsius dei laudem: populiq; sibi subditi cōmodū ⁊ solamē: ut dei ⁊ hominuꝫ gratiam commerendo: sempiternā gl'iam assequatur.

Horatiꝰ. Juuenalis

¶ Ad Ugutionem de Thienis decretoꝝ doctorem nuncium apostolice sedis. Inuectiua contra eum qui maledixit Italie.

n

Uper aliud agenti mihi: ⁊ iā dudum certaminis huiꝰ oblito scolastici nescio cuius epistolaꝫ: immo librum: dicaꝫ uerius omeliā ingentem pariter atq; ineptam multo ut res indicat sudore confectam: ⁊ magni iactura temporis attulisti. dum e longinquo ueniēs: amice hanc exiguam domū tuā me visurus adisses. Uix fuit tempus raptim trepidante oculo tantam nugaruꝫ congerieꝫ percurrēdi. in quibꝰ cū multa essent tacito digna potiꝰ q̃ rn̄so: heserunt tm̄ nōnulla memorie: quibꝰ rn̄dēduꝫ credidi: ut ostenderē illum sibi. qui quoniaꝫ mihi nec vultu nec nomine notus est: nec queꝫ percussus repercutiā scio tu lues immeritus. nec res noua est: ut culpa vniꝰ in supplicium uergat alterius. Quibusdaꝫ nocuit uenenosa gestasse. ⁊ in caput alterius comparata alterius in pernitiem reciderunt. Tulisti tu quo ille me cōficeret. temetipsuꝫ cōfeceris. ille te uerbis ⁊ fastidio sue ruditatis impleuit. ego siquid defuerit reimplebo. Tu etate iuuenis: moribus senex ⁊ professor iuris: sede medius ⁊ iudica. Si suspectū gallis natio te reddit italica ueritas ipa ⁊ quicūq; iustus iudex iudicet. ¶ Primuꝫ quideꝫ miror vn̄ hec nunc quo ue a demonio merediano. Epistola enim mea quam hic gallie ꝓpugnator: ⁊ oppugnator italie lacerandam sibi difficilem certe prouinciā elegit. ad felicis sancteq; memorie Urbanū. v. romanum pōtificē: an̄ hoc nisi fallor quadriēniuꝫ missa erat. Quid igitur rei est: ut uel tot annis orator iste tacuerit: uel nunc tandem caput extulerit: nisi ꝙ parum sue iustitie fidebat: sicut obstare sue iracundie nūc nō potest? Dolent enim estuātq; dū ueritate tāgūtur: more aūt segnium bellatoꝝ differūt: dū se clāculū aduersus icautos ulciscant̃. Hec ꝑfecto ⁊ lōgi silentij ⁊ intempestiui alloquij causa fuit tā clarissima ueri luce superatus obstupuit: atq; ideo ueritus se cōmisisse in pari duello substitit donec e mēdicatis hostiatim stipēdiarijs ut sic dixerim auxilijs: oēsq; quos iuenire potuit libros: siue vnū manipulū florū: opus uere gallicuꝫ: ⁊ qđ gallica leuitas pro omnibus libris hēt: in prelium secū trahēs: auderet in aciē uenire. nilq; aduersario denuncians: e trāsuerso sagittas fragiles iaculari. Qui ne parū scolasticus videatur ⁊ capitula ⁊ paragraphos: ⁊ externe longam seriem scripture suis nugis iterserit tāto nisu: ut ridiculus labor suus pene omnes qui illas audierūt aut legerunt hyeme media sudare coegerit. Cōpatior homini ꝯ uerū tā anxie laborāti. Et tamē mirū dictu quisquis eum suscepte cōcertationis euētus exceperit ipse iaꝫ se de aduersarijs suis fastidio vindicauit. Uinci potest: nō inultus tamē: ita oēs affecit: sic capita omniuꝫ obtudit: ut pro se quisq; neroneum illud exclamet. Utinā litteras nescirem: vnusq; omniū sermo esset. ¶ Litterato stulto nihil est importunius. habet eniꝫ instrumēta quibus suam uenti-

Lrat stultꝰ

let ac defendat amentiam. quibus ceteri carentes partius insaniũt. Ut uero iam tandem hijs preludijs modus sit: prolocutor iste: non scribentis epistolam: sed sermocinantis in morem pro fundamẽto sui sermonis: euãgelicum illud assumit. Homo quidam descendebat ab hierusalem in ierico et reliqua. Hei mihi: quid est hoc qd ego audio ex ore presertim litterati hominis pro superum fide? O ineptum ac turpe principium fabelle. Eo ne igitur miseriarum ac uesanie uentum est: ut quicunque christicola maximeque pontifex romanus auinione digrediens romam petat: a hierusalẽ descẽdere dicatur in ierico: et non potius ex sentina profundissima vitiorũ omniũ. Immo quod ex inferno illo viuentium in hierusalẽ dicatur ascendere. Huccine igitur res prolapsa est: ut auinio probrum ingẽs fetorque ultimus orbis terre hierusalẽ dicatur? Roma uero mũdi caput: urbium regina: sedes imperij: arx fidei catholice: fons omnium memorabiliũ exemplorum: ierico nuncupetur? O cor saxeum: o lubrica et effrenis lingua. que nam hic feralis mõstra licentie: que nã ista temeritas: ne dicam rabies loquẽdi? Dicã minus improprie blacterãdi. utque sermone utar Homerico: quod uerbum sepe dentium seras transiuit: debuit faucibus uox herere: neque in apertum prorumpere: doctis pijsque omnibus stomachum cõcussura. Dicam certe quod sentio. si quid fuisset ingenij: pudor e manibus calamum extorsisset. ne sede prorsus orationis tale iaceret fundamentum super quo boni nihil posset edificari. Quid enim nisi pessimum queso dicturus sit: qui in ipso sermonis exordio: petri sedem romam deprimens uerbis inanibus: celotenus illam mũdi fecem turpem que barbariem nititur attollere? Sẽsi equidẽ in uerbis illius hominis descẽdentis immo uero habitantis in ierico seu romanũ põtificẽ descendẽ faciẽtis graue sibi ac molestũ barbari nomen. Sic deformes queque formose dici amant ac videri. nec ulla est tã turpis que obiectam sibi turpitudinẽ non in cõtumeliam trahat. Nõ mutatur aũt ueritas rerum humanis affectibus. Alioquin quis nõ nature bonis ornatissimus esset et fortune? Nõ habet autem quo mihi succenseat ille vir. hãc ob causam dico: si ad barbari nomẽ irascitur: irascatur nõ mihi. neque enim ego nominis huius inuẽtor sum: sed historicis omnibus atque cosmographis: qui tã multi sunt: ut eos vna epistola vix capiat. Quorum quis est omnium qui nõ barbaros gallos uocet? Rei huius indaginem sibi linquo: ut industriam eius exerceam historias euoluat inueniet credo vnde mecum in gratiam reuertatur. Iste autem declamator multiplicibus uerbis herentem ossibus barbariẽ tentat excutere. multa de Gallica morum elegãtia disputãs: quorũ oium ut scias quam uera sint cetera: victus tẽperãtiã primã ponit. In quo mihi quidẽ tã aperto mendacio irridere visus est potius quam laudare Quid enim nisi irrisio est in aliquo id laudare: cuius contrariũ publice notũ sit? Atque omne humanũ genus interroget: vna uoce cõtrarium respõdebit Si preter suos nulli hominũ fidẽ hẽt: querat a Sulpicio seuero: et inueniet ab illo oium quidem meo iudicio gallorum disertissimo: obiectã gallis edacitatem. Ea uero nisi fallor: ab hoc barbaro laudare victus temperantie est aduersa. Mitto alia. Non enim Gallicos mores dãno. Et de eis quid sentiã satis in epistola ad Urbanum video mihi dixisse. Quãuis enim et a feritate morum franci olim dicti: et feroces aliquãdo habiti. nũc tamen longe alij. leues leti que homines sunt facilis ac iucundi cõuictus: qui libẽter adsciscant gaudia: curas pellãt: ludẽdo: ridẽdo: canẽdo: edẽdo: et bibẽdo. Puto intelligẽtes ad litteram illud sapiẽtis hebreorũ. quod semel dixisse nõ contẽtus: per quam sepe repetijt. Nõne melius est inquit comedere et bibere et ostendere anime sue bona de laboribus suis? Et iterũ. Ois enim homo qui comedit et bibit: et videt bonum de labore suo: hoc donũ dei est. Et rursus. Hoc itaque mihi visum est bonum: ut comedat quis et bibat: et fruatur letitia ex labore suo. Et preterea. Uade ergo inquit et comede in letitia panẽ tuũ et bibe cũ gaudio vinũ tuum. Et nõ solũ quod hoc bonũ esset: sed qd bonũ aliud nõ esset adiecit. Laudaui inquit igitur letitiã. quod non esset bonũ homini sub sole: nisi quod comederet et biberet atque gauderet: et hoc solum secũ afferret de labore suo. Quis queso tãti viri cõsilio nõ ederet libenter ac biberet et gauderet? Sapiẽtes Galli: qui et per se ipsos hec sapiũt: et sapiẽtibus crediderũt: inque cõsuetudinẽ nostramque uerterũt. At quid eodẽ libro ait idẽ. Cogitaui in corde meo abstrahere a vino carnẽ meã. ceu gallicanis legibus contrarium aduersantur ac respuũt. hactenus excusasse sufficiat epistole mee principiũ illud improperiũ ut ipse asserit et ineptũ. Ego quid de re magna summo hominũ scripturus magis propriũ fateor nõ iueni nec adhuc video. preter hominẽ illũ suũ descẽdentem ab hierusalẽ in ierico: qd accõmodatius materie: quid in rẽ aptius dici possit nec prorsus intelligo quid principio illi desit: nisi sola forsitan scribẽtis auctoritas. Fingũt enim galli se. credãtque qd uolũt Licet enim cuique de se suisque rebus opiniones fauorabiles atque magnificas animo fabricare. Suntque qui hoc faciũt ut ille ait. felices errore suo. Ad hoc opus sane nulla gens promptior quam Galli. Ceterum opinẽtur ut libet. barbari tamen sunt. neque de hoc inter doctos dubitatio vnquam fuit: quamuis ne id quidem negem nec negari posse arbitror esse Gallos barbarorum oium mitiores. Sed hic barbarus nostrarum rerũ vituperationes suarũ laudibus itermiscẽs nõ irati tamen sed furẽtis in morẽ nullo ordine multa in os stomachi ipos euomuit. Magnum credo aliquid sese extimãs: cui impune maximis obtrectare malitia tẽporum sit permissum. Quorũ ego partẽ magnã sciẽs trãseo. quod nec respõso certe nec audientia dignũ duco. Atque in primis uarietates urbis Rome quas hic quidẽ usque ad curiositatẽ ridiculã prosecutus est: figuras lune uarias romano statui comparãdo. quasi roma sola et nõ urbes ac regna omnia: multoque magis singuli hoies mutẽtur assidue et tẽporali vicissitudini tam diu simus obnoxij donec peruenerimus ad eterna. Babylon illa uetustior funditus ruit. Troia itidẽ et Carthago. Athene insuper et Lacedemon et Corinthus: Iamque nil penitus nisi nuda sunt nomina. Roma autẽ nõ in totũ corruit: et quamquam grauiter iminuta: adhuc tamen est aliquid preter nomẽ. Muri quidem et palatia ceciderũt gloria nominis immortalis est. Quid hic uelut in re insolita lune uarietatibus opus erat: nisi ut astrologum immo ut lunaticum se probaret? Indignetur Gallus ut libet. nõ plus alme urbis quam totius orbis fama decrescet siue deficiet. Semper aliis-

Salomon.

fimus mūdi uertex roma erit. Et ſi ꝑpter inuidiaȝ
aut odium aut ſegnitiem: cauſam ue aliam ⁊ pon-
tifices ⁊ principes illā ſui deſerant gloriaȝ illa co-
mitabitur. Jlli aūt ubicunqꝫ ⁊ vndecunqꝫ fuerint
romani pōtifices: romaniqꝫ principes uocabūtur.
Quid hic Gallus ſtrepit? quid barbarus fremit?
An mētior? Negabit' magnū aliquod fuiſſe: cuius
poſt tot ſecula reliquie nunc etiam tāte ſunt: ut nec
Gallia nec Germania nec ulla barbaries ſe illaruȝ
glorie cōferre audeat? Nō preſumet id credo: q̄q-
uis natio ſit contemptrix omnium ⁊ miratrix ſui.
¶ Sed qd aget ſcio. Laudabit Gallie tabernas.
Pulchra laus ſobrij hominis. quas tamen ego il-
lac nuper tranſiens ⁊ euerſas vidi ⁊ deſertas. Lau
dabit patrie quietē. quā ꝑfecto turbidam inquietā
qꝫ proſperi. Sed nō eſt ibi mutatio q̄ꝫta eſt rome.
Mi-marū reꝝ ñ ē rui-na. Quis hāc rē: reiqꝫ cauſam nō videt? Minutarum
rerum ruina magna eſſe nō poteſt. ꝓcul abſunt ab
hoc metu. Nunq̄ꝫ cadet ex alto qui in imo iacet.
Roma igitur ex alto cecidit: nō cadet auinio. Un-
de eni caderet. aut quomodo decreſceret que eſt ni
hil? Pudet me fateor erroris eius: qui cuȝ videaꝛ
aliquid legiſſe: nō erubuit ſummis ac preclaris in-
fima rerū ⁊ abiectiſſima cōparare quodqꝫ eſt ſtul-
tius āñferre. ¶ Sed excuſet eū utcūqꝫ: natalis ꝯo
ne dulcedo quedam feminea nō virilis. ⁊ qui mul
tū in rebus hominum uſus ualet ac preſertim ru-
dium. Uiri enim egregij virtutis ope vincūt om-
nia. Certe magni homines fuerunt: qui in media
orti barbarie ⁊ nutriti pudore tamē originis ſe ro
manos dici uoluerunt ſplendore nominis glorioſi
quos quoniā omnib⁹ noti ſunt: enumerare nō atti-
net. Gallus noſter ut video nollet eſſe nō barbar⁹
⁊ libenter in ceno ubi educatus eſt reſidet. Parcē
dū imbecillitati animi cōſuetudine obruti atqꝫ aſ-
ſurgere nō ualenti. Nam ⁊ lutum ſuib⁹: ⁊ palus ra
nis: ⁊ tenebre ueſpertilionib⁹ grate ſūt. ¶ Jllō aūt
qs excuſet aut qs ferat: ꝙ viliſſimi loci ſtudio: opti
mis nobiliſſimiſqꝫ detrahē: ⁊ affectu icōdito atqꝫ
inſulſo: virtutē tētet opprimere? Jta enim q̄rit qua
ſi neſciat: id qd̄ oib⁹ chriſticolis notum eſt: atqꝫ uti-
nam non ſarracenis paganiſqꝫ etiam notum eſſet:
ne tam late ludibrio haberemur. Et quam inq̄t an
Sur-d⁹ ē q tōitru uȝ nō ſētit. guſtiam eccleſia paſſa ſit in gallia: ego ſine dubio
non audiui. Surdaſter eſt: immo ſurdus oīno qui
tonitruum nō audit. Multa hic de quieto ⁊ pro-
ſpero eccleſie ſtatu intra cloacam illam palpitādo
proſequitur. O carnalis homūcio: nihil habēs ſpi
rituale. uere vnus ex illorū grege: de quibus agēs
Cice-ro. Cicero. Nihil inquit animo videre poterāt ad ocu
los omnia referebant. Ergo nec anguſtia nec mo-
leſtia ulla eſt: niſi dum corpus in carcerem ⁊ vincu
la conijcitur? Quid ſi animus peccatorum nexib⁹
coartatus: miſeri ſeruitij iugum ſubit? De hoc bar
barus iſte nō cogitat. Nō vidit hec igitur nec au-
diuit: q2 ſcilicet aures oculoſqꝫ in carne hūit. quos
ſi in ſpiritu habuiſſet: audiſſet utiqꝫ vidiſſetqꝫ mi-
ras ⁊ miſeras anguſtias: quas nulla cōpedum du
ricies: nullus carcer equauerit: vidiſſet morū uete-
rū ruinā: que multo eſt grauior ac funeſtior q̄ꝫ mu-
roꝝ. ¶ Et querit quaſi ſolus in hieruſaleȝ peregri
nus: quam anguſtiam eccleſia paſſa ſit in Gallia.
Ego aūt quero ubi nā gētiū parē pati potuiſſet an
guſtiā. Et' o q̄ꝫ multa ſe hic ſtilo offerunt. Sed fre
nādus eſt ne prodeat quo nō decet: imo qdē decet

ſed nō expedit eo maxime: q2 ut in ep̄l'is ad atticū
ait Cicero. Deſperatis hyppocras uetat adhiberi
medicinam. Et niſi ſatis odiorum ueritas iuiſa cō Cicero
flauit. neqꝫ ideo mētiri incipiam: ſed tacere: ⁊ ora-
tionis hanc partem ſponte preterueħar. Quod
ſi boni diſcipuli habet ingenium qui magiſtri titu
lo gloriatur: multa ex hijs paucis eliciet: quib⁹ in-
telligat romana eccleſia: qd in gallis anguſtie paſ-
ſa ſit. meqꝫ uera locutio uel in ſilētio fateaꝛ. ¶ Eſt
tñ laudatoris illius certa quidē: utqꝫ eſt mos pre
ſens nō inſulſa caliditas: licet enim turpib⁹ blandi
tijs: bonum opus epiſcopium aucupatur. ad quod
obtinendum ſciat ſe alijs q̄ꝫ uerborum retibus in-
digere. Nedum enim falſe nuge ⁊ inanes: ſed om
nis illic eloquentia Ciceronis in hac parte ſuccū-
beret. Unum ei poſſet opitulari. Poſſet ut ego mē
tituſ videar epiſcopus fieri. quod ſi accidat gaude
bo q̄ꝫuis uerborum aduerſario ꝓfuiſſe. Homo eni
prodeſſe homini dum poſſit fatigari nunq̄ꝫ debet.
quoqꝫ minus eſt gratie: minor amicitie nexus aut
ſanguinis: eo maius eſt meritū. Sit epiſcopus igi
tur me fauente: candidamqꝫ ut aiunt togam ſui ha
bitus: nigris atqꝫ deformib⁹ maculis inquinet: dū
uel turpibus placidiſqꝫ mendacijs: falſis laudib⁹
adulationib⁹ viro īdignis deniqꝫ: uel eorū gr̄a uel
mei: ueriqꝫ odio ꝑueniat quo ſuſpirat. Sit epiſco-
pus placentinus: aut laudeñ. ſit epiſcopus mētieñ
ſit epiſcopus aduleñ. ⁊ mitram falſarijs debitam
mercatur. Mihi qui epiſcopatum nolo: quiqꝫ eum
gradum ſepe olim mihi nō oblatum modo ſed in-
geſtum ſemper recuſaui: preferens cunctis opib⁹
libertateȝ nihil blanditijs opus eſt. Loquor ergo
liberiuſ. cariuſqꝫ mihi eſt odium virtute queſitum
q̄ꝫ barbaro illi erit ſi ſucceſſerit dignitas parta mē
dacio. ¶ Hijs omiſſis ad id uenio quod aduerſus
urbem Romam conuitiator hic murmurat. ubi il
lud miruȝ ꝙ vulgares homines atqꝫ inopes ratio
nis: ſuas non dicam iniurias ſed offenſas quaſli
bet: magni extimāt cum ſic negligant alienas. Ubi
enim populum barbarum nominaui: quod ſi non
blande: iuſte tamen feci: ceu gladio ictus exclama
uit: nec in me uel aliter excandeſcens: q̄ꝫ in chriſtū
olim princeps ſacerdotū. Audiſtis inquit blaſphe
miam? nec aduertit qui videri doctus vult: in ſolā
diuinitatem eſſe blaſphemiā. Jpſe autem alme ur
bi uenenoſe detractionis contumelias irrogan-
do: eſſe credit excuſabilis tanta eſt barbari ⁊ taȝ te
mulenta preſumptio. q̄ꝫuis non ego blaſphemiam
ut ille: ſed blaſphemie proximum dico: urbem ſa-
cram prophano conuitio lacerare. Quanta ſeruo
rum audacia: q̄ꝫta proteruia ubi ſemel dominorū
vinculis elapſi ſunt: non ualentes aliter ſe ulciſci
contra dominos maledictis inſurgunt? Effun-
duntqꝫ in uentos dolorem animi ulceroſi: ⁊ quaſi
canes inualidi metu latrant. Recordatur hic bar-
barus antiqui ſeruitij. ⁊ adhuc pene calloſum ro-
mano iugo colluȝ habens: fugitiuus ſeruus de do
mina ſua procul tremebūdus obloquitur. Que o
ſi filijs ſuis: illis dico maioribus: deus oīpotens
pacem daret: fraternāqꝫ cōcordiam: q̄ꝫ cito: q̄ꝫ faci
le rebellantem barbariē: iugo illi ueteri: italicis ut
oliȝ viribus adiuta cōpeſceret. ¶ Jd ſi antea fuiſ
ſet icognitum nuper apparuit. duȝ vir vnus obſcu
riſſime originis ⁊ nullarum opuȝ: atqꝫ ut ratio do
cuit plus animi habens q̄ꝫ ꝯſtantie: reipublice im

becilles humeros subijcere ausus est ⁊ tutelam labentis imperij p͛fiteri. q̃ subito erecta oĩs italia q̃ntus ad extrema terrarũ romani nominis terroꝛ ac fama peruenerit? Et q̃to grauioꝛ peruenisset: si tam facile esset perseuerare q̃ incipere? Eram ego tunc in gallijs. ⁊ scio quid audierim. quid viderim quid eorũ qui maximi habebantur in uerbis inq̃ oculis legerim. Negarent modo forsitan. Negare enim eculeo absente perfacile est: uere aũt tũc oĩa pauoꝛ cõpleuerat. Adeo adhuc aliquid roma est. Sed de hijs nil amplius: ne barbarum meum foꝛte acriter cogitantem quid est italia: quid sua barbaries: q̃q̃ nulla rerum paritas: nulla p͛poꝛtio: uero iudicio metiente: ad desperationem metus impellerẽ. Quanq̃ quomodo ego illum uel cogitare uel sapere aliquid rectum credã: qui quodam loco sui sermonis interroget: quid per nomẽ sacre urbis intelligam? Nec videtur audiuisse ciuili cautũ lege: ut is locus ubi non dicam liberi sed serui etiã coꝛpus: nec coꝛpus modo integrũ sed pars coꝛporis humo condita est: religiosus habeatur. Q̃ religiosa igitur videri debet urbs roma. ubi tot foꝛtium atq̃ illustrium: ubi tot p͛ncipũ itegra coꝛpa ubi deniq̃ qđ ĩ hac re maxime extimãdũ cẽseo: ut urbs añ oẽs alias sacra sit: tot apl'i gl'iosi: tot sãcti martyres: tot almi põtifices ac doctores: tot sacrate virgines reqescunt? Omnis profecto sacri nescius ⁊ p͛phanus: haud dubie totus est: qui romam merito sacram dici seu dubitat seu miratur. Et certe si ciuili iure leges sacratissime nominant: idq̃ nemo sane mẽtis vnq̃ arguit: q̃ sacra dici põt urbs legum: domus angustissima: ⁊ eorum omnium qui latinas condiderũt leges: aut alitrix aut genitrix. Quid notissime autem rei argumenta conquirimus: cum exp͛sse sanctissimam ⁊ temperatissimam urbem Seneca: ⁊ non sacram modo sed sacratissimam ciuitatem nuncupet lex ciuilis? Quam hic foꝛtasse despiciunt quia non auinione per p͛thonotarios pape: nec est dictata parisius per magistros: scilicet parlamenti. Sed quid illi facias ineptie? Querit enim admodum curiose Gallus noster quid est q̄ urbani felicitatẽ uerbis extulerim. an qꝛ ſm virtutẽ operari felicitas vna sit: an qꝛ in suam sedem reduxit ecclesiam exulantẽ. P͛mũ namq̃ fatetur. at secũdum negat. O ceruicositas deo ⁊ hominibus odiosa. O cristati Gallorum uertices ac superbi. eque falsum asseuerare ⁊ uerũ negare dispositi. Ego autem utrũq̃ confiteoꝛ. Nã ⁊ ſm virtutem agere felicitas vite huius: ⁊ ad felicitatem vie alterius: via est: ⁊ virtuosius quoq̃ nego fieri ab homine potuisse q̄ ecclesiam p͛ qua ch͛istus sanguinem suũ fudit: de sanguinibus liberasse. suã q̃ in sedem e ceno illam erutã reduxisse: modo in finẽ generosum: illud sanctũq̃ p͛positũ tenuisset? ¶ Quid ni igitur mirer virtutẽ viri illius que tanta fuit: ut vix mihi possibile videretur virum talẽ in illa natum eẽ barbarie. nisi a satyrico didicisset summos posse viros ⁊ magna exẽpla daturos: uerueũ in patria crassoq̃ sub aere nasci. Neq̃ illđ ignorarem humani generis rerumq̃ omnium creatorẽ paris ubiq̃ potẽtie. atq̃ ad illã exercendã nec impediri locis aut tẽporibus: nec iuuari. Ceterum ut norit hic barbarus: q̃tum ab eius oppositione dissentio. ego ⁊ virtutem illius viri: ⁊ in p͛mis factũ p͛positũ illud miroꝛ ⁊ contrarium sententiis nõ

sani hominis: sed Galli caput egrotãtis ac pituita grauiter laborãtis existimo. nec omnino illi aliqđ p͛ter cõstantiã defuisse. Itaq̃ sepe nunc mihi ad memoriam redeuntẽ acri simul ac fideli increpatione compello. heu pater beatissime quid fecisti? Unde ista mollicies? Quis te fascinauit ut p͛ncipium tam grande desereris? Quis te autẽ clarioꝛ: si qđ gloriosissime ceperas ad extremũ spiritũ perduxisses: ad quem ut patuit iam p͛pinquum ueniesq̃ grabatulũq̃ tuum ante proximam petri aram cuius hospes ac successoꝛ eras ferri iuberis? Ch͛istoq̃ ⁊ sibi gratias agens qui tibi hunc animum atq̃ hoc consilium p͛buissent: in illo loco sanctissimo felicem animam emisisse. Quis te oro ⁊ vixisset bone stius. qs equanimius obijsset? Sigs enĩ forte post te ad obscenum illum foꝛnicem ecclesiam reduxisset: culpe ille reus: sue rationem Ch͛isto redderet. Tu facti conscius eximij recto calle isses ad superos. Nunc tu ipse: heu qs te perdidit? Tu inquam dicam q̄ in animo est sponte ad uomitum redijsti. non audiens petrum iterum exclamantẽ. Domine quo uadis? Hijs illum hoꝛumq̃ similibus lamentis exagito que sibi scribere meditabar ⁊ iam ceperam: si moꝛi paululum distulisset. Ualde enim cum facie licet incognitum: dicam uerius: virtutem eius mihi mũdoq̃ notissimam amaui ⁊ familiaritatem secum q̃ta esse poterat in tanta rerum oĩum imparitate contraxeram. Uti ergo tota eius patiẽtia atq̃ humanitate decreueram. utraq̃ feliciter: iã pridem dũ adhuc in illa miseria moras traheret acri quadam expertus epistola. quam ipse non patienter modo: sed gratanter ac benigne recepisseq̃ illam diligenter perlegisse. ⁊ in ea multa bene ⁊ eleganter dicta utoꝛ ad litteram uerbis suis ⁊ tam uerborum elocutione q̃ sententiarum pondere: laudanda comperisse respondit. Atq̃ in finem ut gallo nostro luem excitem: dignatus est meã ut ipse ait p͛udentiam ⁊ eloquentiam: quas ego confiteoꝛ nõ agnosco: ac zelum quẽ ad cõmune bonũ me habere ⁊ dixit ⁊ ego nõ dissimulo: ⁊ multipliciter commendare: seq̃ me videndi auidum ⁊ gratijs atq̃ fauoribus p͛sequi dispositũ ꝓfiteri. que ꝓfecto nõ diceret aut dixisset: si tam male visus essem loqui sibi arguendo moram eius ad quem expectabat: in loco illo pessimo atq̃ turpissimo. ⁊ hoꝛtando ut ad sedem sibi ⁊ ecclesie debitam se transferret: q̃ barbaro huic nostro ad quem omnino nil pertinet visus sum. Et littere quidem apostolice thesauri instar penes me sunt: eruntq̃ dum vixero: non tam quia pape: q̃ qꝛ optimi ⁊ sanctissimi viri sunt. nec tam ideo qꝛ laudes meas: q̃ qꝛ illius pie testimonium uoluntatis euidentissime p͛testantur. Post hec autem anno elapso: cum ⁊ ipse Romam petijsset: ⁊ ego uoti compos illam sibi alteram epistolã misissem que hunc barbarum in furorem uertit: scripsit ille mihi iterum. quibus in litteris parumper questus: q̄ cognito eius desiderio ad videndum siue visitandum eum: essem tardioꝛ: demum ipsam eam tarditatem excusans sub obtentu mee aduerse ualitudinis: ad extremum etiam iubere regibus solitus me rogauit: ut q̃ p͛mum siue persone mee periculo aut incommodo possem ad se pergerem. cupide tunc etiam me visurum: ⁊ animi mei quieti consulere intendentem. Et ego parẽdi auidus ibã nisi me casus hoꝛribilis ex itinẽ medio retraxisset

¶ Ita mihi tantum illum patrem quē videre non
ɔtigit: amare saltem licuit ac uereri: atq; eius acta
laudare. Illud in primis qd hic barbar⁹ nec lauda
re vult nec vituperare audet. q̃uis ut sentis liben-
ter id faceret: nisi q; nondū sic ex omni parte depu
duit. Inter barbaros quoq; adhuc reuerētie aliqd
sed perexiguum est virtutis. quam ipse ego uberi⁹
laudarē: nisi perseuerantiam defuisse conspicerē.
Illum tamen in silentio respondentem audio non
potuisse vnū se tot susurronibus obstare ɔtra chri
stum atq; eius ecclesiam coniuratis. Quam excu
sationem nec admitto nec respuo: quod ⁊ uerum
scio: ⁊ si fundatus esset super firmam petram: non
dubito flatus tales alto animo potuisse contem-
ni. Parcat illi Christus: cuius negociū agenti ea
tepiditas intercessit. Illi uero gaudeant ⁊ trium-
phent: qui nunc in inferno viuentium beunense vi-
num bibunt. nec prophetam audiunt exclamantē.
Pro-phe-ta. Expergiscimini ebrij ⁊ flete: ⁊ ululate omnes qui
bibitis vinum in dulcedine. quoniā perijt ab ore
uestro. more prophetico rē futuram quasi presen
tem immo iam preteritam narrat. ⁊ quasi iam eue
nerit quod necessario euenturū est. Et si enim nō
dum perijt. peribit ilico. Tempus est enim ut iam
iam vilissime iste dulcedines in amaritudinem cō
uertantur. Et an ego cecutiēs. ita enim iste me uo
cat: qui hec quasi presentia iam hinc video. an ip-
se magis exoculatus: qui fulgore panni captus
exigui nihil audet aut cogitat preter episcopatum
quem mendacio fidens stulta ⁊ cupida mente pre
occupat? ¶ Nō autem facile dictu q̃ me delecta
uerit viri huius ingenium. tam recte: tam proprie
phariseorum usus est uerbo: qui ueritatem deiq;
opera predicanti responderunt. In peccatis natus
es totus: ⁊ tu doces nos? Et eiecerunt eū foras.
Quid queso conuenientius poterat secte illius
defensor acerrimus contra eum qui quem factis
expugnare non potest: uerbis oppugnat. si uel sic
ubi nec paradisi amor proficit nec iferni metus ali
quid saltem pudore proficeret? ¶ Hec sibi pro rñ
so Gallus noster accipiat: cur Urbanū dixerim fe
licem: tunc scilicet dum virtuosissime operādo: nō
se solum sed totam felicitaret ecclesiam. Atq; ut
me in sententia fixum norit: vnum istis adijciam.
modo cautum mihi sit: ne lese maiestatis accuser.
Non equidem sic insanus sum: ut romano pontifi-
ci legem ponam cum ipse sit legifer omnium chri-
stianorum: aut legem sibi statuam siue sedem qui
sedium dominus est cunctarū. Si enim ut apud
Luca-nus. cordubeñ. legimus uehios habitāte Camillo: illic
Roma fuit. q̃to magis ubi Romanus pontifex
habitat: ibi quoq; concesserim romam esse? Unū
hoc si celitus datum esset optarem: ut sicut tunc
Camillus: ubi tūc licuit Uehis omissis romam re
dijt: ita nunc pontifex. Audebo enim dicere teme
rarie forsitan sed fideliter ⁊ ni fallor uere. q; si hoc
sibi placeret cui diuinitas rei huius arbitrium de-
dit: non modo honestius sanctiusq; sed tutius ibi
esset q̃ in nulla penitus parte terrarum. nec ingen-
ti precio cogeretur a predonibus redimere suam
⁊ ecclesie libertatē: quod predecessor suus in san
cta fecit auinione. De quo tunc ⁊ ipse grauiter in
consistorio questus est: ⁊ ego dum sibi scriberem
non silui. Quam Romane sedis angustiam Gal-
lus iste non vidit: dum ad enarrandas felicitates
auinionicas magno nisu: iplumes alas explicuisset
s; recētis magneq; miserie: uel oblitos alios credi-
dit uel oblit⁹ est. ¶ Unū hijs nūc ēt pari fide ac sim
plicitate subnectā. Nō oportuisse nec oportē pōti-
ficē romanū armata manu romā petē. Tutiorē il
lū facit auctoritas q̃ gladij: scitas q̃ lorice. Arma
Arma sacerdo-tum. sacerdotū sunt orones lachryme: ⁊ ieiunia: ⁊ v'tu
tes ⁊ boni mores: ⁊ abstinētia: castitas: humanitas
māsuetudo actuū ⁊ v'borū. Quid signis militarib⁹
opus est? satis est crux Christi. illā solā tremūt de
mones: homines reuerentur. Quid tubis aut bu-
Julius Cesar. cinis? sufficit Alleluia. Certe Julius Cesar post
tot bella: tot victorias: non armatus urbem Ro-
mam: sed cum inermi exercitu inermis victor in-
troijt. Cesarem loquor ut ad id de quo agitur effi-
cacius argumentum sit. Si sic enim uenit Cesar:
qd putemus Petrum? ¶ Scio autem quid calum
niator noster obiciet. Inermis iquit uenit Petrus
atq; ideo interfectus est. Ita enim quodam apolo
getici suo loco. Romam multos innocentes homi
nes iugulasse ait: atq; ideo merito a Satyrico seuā
dici. nec intelligit nolo dicere idiota seuū pro ma-
gno poni solitum iuxta illud Eneidos primo. Se-
uus vir eacide telo iacet Hector. cum fuisse ma-
gnum Hectorem non crudelē constet. ⁊ illud eius
dem. Maternis seuus in armis: eneas. quem ubi-
q; scilicet pium dicit. hic seuum dixit: idest ma-
gnum. Et est haud dubie non artificiosa quidem
sed isidiosa ⁊ p'sus hostilis obiectio. ¶ Multi in
quit perierunt Rome sancti viri. sed ⁊ multi quo-
q; in gallijs ⁊ alijs in urbibus. plures tamen Ro-
me. Quis non videt hoc vnde? Plures eo conue
niebant: nempe ad mundi caput ⁊ imperij sedem.
Pereūdi autem causa fuit non regionis atrocitas
sed religionis aduersitas. Et uolebat Christus ur
bem suam quam ⁊ temporalium dominam iam fe
cerat: ⁊ spiritualium facere disponebat: uberiore
sanguine suorum martyrum consecrare. Roma-
nus fuit non inficior Nero qui occidit Petrum.
sed Romani fuerunt qui Neronem occiderunt.
Idem de Domitiano: deq; multis dici licet. Uer-
tat se quocunq; libet detractoris ingeniū: atq; odi
um: romanos inueniet qui sanctos condēnauerūt
multosq; qui vindicauerunt. Nec tm̄ apostolorū
⁊ martyrum sed sui proprij sanguinis q̃uis igna-
ros rei: romanos tamen ultores sibi Christus ele-
git. Romanus fuit itaq; chri ultor: cū gallus fue
rit crucifixor: ut post dicam. Audiamus nunc Gal
lum seu uerius coruū nostrū: qui candidā plumā
fusco mendacio denigrauit: ⁊ didicit Cesarē atq;
antoniū salutare. ¶ Audiam⁹ inq̃: ⁊ rauco strepi
tu suas amentias repetētē. Quia eniē vinū beunē
se vitupero ut ipse ait. Ut ego fateor nō adoro: rur
sus exclamat. Et audistis inquit blasphemiam.
O indigna viro ⁊ pudenda prorsus exclamatio.
Uerum minus forsan impropria q̃ superior fu-
it. Nam quid scimus an iste sit illorum vnus quo-
rum deus uēter est ut ait apostolus? Si sic est eni
qui contra vinum loquitur: utiq; contra uentrem: Apl's
atq; ita contra deum suum loquitur. ⁊ videri po-
test species blasphemie. Ego autem nec contra vi
nū: nec contra aliquod dei donū loquor: sciēs qm̄
oia que fecit deus bona sunt. S; ebrietatē gulāq;

vitupero:quaȝ non deus:sed humana sibi fecit im
probitas. Et quoniã sepe bona aliq̃ culpa abutēti-
um mali materiam esse compertum est: ut vinum
ebrietatis:auruȝ auaritie:ferrum seuitie:formaqꝫ
libidinis:optaui ego:ut cum damnosa quorundaȝ
beunensis vini sitis ⁊ noceret ecclesie: ⁊ frenari ali
ter non posset:vinum ipsum vnde ea nascitur e me
dio tolleretur. Hanc potor egregius blasphemiaȝ
uocat:quasi quod absit contra christũ aliquid sim
locutus:pro cuius reuerentia ⁊ amore vinum illõ
q̃uis in se bonum odi fateor. Et quid mihi ratus
Gallus occinat. non impertinēs est audire. O no-
bilis vindemia ingt: ⁊ vinũ preciosum: ⁊ hoc forsi
tan non inepte. Venenum inq̃ non corporum sed
mentiũ:hijs addidit. Super omnia vina dulce sa
lutiferum ⁊ iucundum. Hoc utiqꝫ non ineptũ mo-
do sed falsum est. ¶ Sed omittamus de vinis lo-
qui: ne quem despicim⁹ imitemur. Quam misera
est inquit tue maledictionis occasio. O q̃ flebili-
ter sue felicitatis iniuriã fert. I nunc:nega vini do
lium loqui:nega bacchi sacerdotem:qui contra vi-
num suuȝ suasqꝫ delitias hiscere ausum:dicat esse
blasphemum? O celum:o terra: o humanum ge-
nus:o catholica plebs fidelis: Christo deo nostro
sueqꝫ fidei vinum beunense preponitur:nec ipsius
christi decus aut uoluntas sed vini illi⁹ opportuni
tas ad summe rerum consilium euocatur. Et ego
tanti mali causaȝ posus:pane sacrilegij reus agor:
cum non solum tamen illud vinum accusem. Sũt
⁊ alia quedam:de quibus tacere iubet Plato:iu-
bet pudor. Trãseamus igitur hinc: ⁊ id potius au
diamus:qua se suumqꝫ bonum summum imprecа
tione: fraterculus hic flammatus ulciscitur pro-
pter hoc inquit non intres in os eius: ⁊ dulcis sa-
por tuus per eius fauces non transeat. Quid uo-
bis videtur? An non satis se magnifice ultus est?
Et sane nil peius optare mihi poterat: q̃ quod si-
bi pessimum iudicaret. Mihi autem affecto aliter
⁊ nutrito:ea imprecatio leuis est: si nec beunense:
nec omnino vinum ullum biberem:tamen lete vi-
uerem. Itaqꝫ gustui fideliter respondeo quod pa-
ter Augustin⁹ de olphatu: Ciceroniano pene usus
uerbo. De illecebra quidem inquit odorum non sa
tago nimis:cum absunt non requiro: cum adsunt
nõ respuo:paratus eis semper carere. Ita mihi vi
deor nisi forsitan fallor. Ita ego de omni vino mi-
hi videor:q̃uis ⁊ ipse multo facilius falli possim.
Ab experientia quidem: ⁊ sanctorum patrũ ab ex-
emplis:ab anneo demum Seneca didicisse potui:
ꝙ satis est vite hominum panis ⁊ aqua:vite homi
nũ dixit:sed non gule:quam sententiaȝ carmen ne
pos eius expssit. Satis est populus ceresqꝫ fluui-
usqꝫ:sed non populis galliarum: Neqꝫ ego si esseȝ
gallus hoc diceresȝ:sed beunẽse vinuȝ pro sũma vi
te felicitate defenderẽ:hymnis:metris ⁊ cantibus
celebrarem. Sum ꝟo italus natione: ⁊ romanus
ciuis esse glorior:de quo non modo principes mũ
diqꝫ domini gloriati sunt sed Paulus apostolus:
is qui dixit:non habemus hic manentem ciuita-
tem:urbem Romam patriam suam facit: ⁊ in ma-
gnis periculis se romanum ciuem ⁊ non galluȝ na
tum esse commemorat:idqꝫ tunc sibi profuit ad sa
lutẽ. ¶ Sed hic barbarus ad vituperium sacre ur
bis:cuius laudibus nec lingue omnium disertorꝝ:

nec libri omnes sufficiunt:os impurum aperire au
sus:multa dicit:que nec relatu quideȝ digna sunt:
quod grauissimum romane glorie vulnus est:con
tra illam Bernardus durissimis conuitijs arma-
tus iducit. Nota res est:qui de ꝯsideratione agẽs
forte si diligentius cuncta considerasset:gentem fa
mosissimam omnium que sub celo sunt:partius in
famasset. Fecit tamen: ⁊ licere sibi debuit calamo
suo scribere quod occurrit. Quid hic dicaȝ? Non
ego contra sanctum virum loqui uelim: cum ma-
xime quem in quibusdam scriptis meis ualde ali-
quando laudauerim. Qui si sanctus non esset: q̃
tumlibet magnus in reliquis:facilis esset ⁊ expe-
dita responsio. At nunc quidem ⁊ si non contra san
ctum:de sancto tamen loqui nihil prohibet. Mul-
ta quidem loquendo ⁊ scribendo multa redeunt in
animum que dilapsa videntur. Damnauit iste nũc
recolo Bernardus clareuallen̄. abbas:de quo ser-
mo est: Petrum abaelardum litteratum quendaȝ
virum:hinc iratus berengarius pictauen̄. vir ⁊ ip
se non infacundus ac discipulus Petri cõtra Ber
nardum librum vnum scripsit:non magni quidem
corporis sed ingentis acrimonie. De quo postmo-
dum a multis increpatus se excusat:ꝙ adolescens
scripsisset: ⁊ quod sibi viri sanctitas nondum peni
tus nota esset. Horum certe neutruȝ mihi compe-
tit: Nam nec de Bernardi sanctitate sum dubius:
⁊ adolescens esse desij. Sed illõ dico ꝙ licet ho-
die proculdubio sanct⁹ sit. fieri potest ut dũ ad Eu
genium scripsit nonduȝ forsitan sanctus esset. Sã- Scitas
ctitas enim sicut omnis virtus:non cũ homine na- fit ex ha
scitur:sed studio queritur ⁊ augetur ⁊ frequenta- bitu suc
tis actibus in habituȝ transit. Itaqꝫ mihi aliud as- cessiuo
sumo:ꝙ in quadam excusatoria epistola ad episco
pum mimaten̄. Berengarius idem ait. Nonne ab
bas homo est? nõne nobiscum nauigat per hoc ma
re magnum ⁊ spatiosum inter reptilia quorũ nõ
est numerus? Cuius nauis ⁊ si ꝓsperiori feratur
nauigatio:tamẽ serenitas maris in dubio est. Ego
ꝟo Bernardi nauem portum iam tenere non am-
bigo:sed dũ scriberet haud dubie nõ tenebat. Ho
mo erat: ⁊ in carne positus passionibus subiacere
poterat. Notum est illud Joannis os auri non de
sanctis quibuslibet sed de ipsis apostolis. Nã ⁊ si
sancti sunt inquit homines tamen sunt. Et si vinci
a carne non possunt quasi iam spirituales: tamen
percuti possunt quasi adhuc carnales. Potuit ali-
qua forte lacessit⁹ iniuria Bernardus: illa scribẽ.
Et multa irati homines dicunt:quorꝝ postea illos
pudet. Esto autem cesset ira animi:repens motus:
ex aliqua ortus offensa:an nõ naturale inter aliq̃s
nationes est odium? Et profecto gallorꝝ genteȝ in-
festissimã nomini romano apõ Crispũ: ⁊ de imani
tate gentis gallorꝝ ⁊ de infestissimo odio in roma-
num nomẽ apud Liuiũ legimus: ⁊ sic esse realiter
experimur. Ut cessent tamen hec omnia:nec ira ul
la:nec odium Barnardum impulerit: ⁊ fuerit pla
ne sanctus dum id scriberet:q̃uis ambrosiane sen
tẽtie sit aduersum ubi ait. Quis autem viuens tu-
tus possit ac sine trepidatione laudari qui ⁊ de pre
terito meminit se habere quod doleat: ⁊ de futuro
videt sibi superesse quod timeat? Quis ꝟo ho-
minuȝ in hoc corpusculo positus debeat sibi quic
q̃ uẽdicare de meritis. Nota sunt reliqua. Sed sit

ita. Fuerit sanctus in vita: quid hic respōsionis inueniam? Non reprehendam Bernardum: sed laudatores hoc vituperatore eodeʒ ipso nec negante nec indignante maiores obijciam. Ambrosius in prohemio epistole ad Romanos de eis loquens. Hij enim inquit caput sunt omnium gentium: mirum ualde: nec excipit gallos. Mox super textu: gaudium suum testari dicit apostolum: ꝙ cum romani regnent in mundo: nec excipit galliam: subiecerunt se fidei christiane. Dicet autem gallus. Romanorum iste potentiam ⁊ imperium: non virtutē laudat. Audiat ergo quod sequitur. Erant eniʒ inquit doctrine memorabiles: ⁊ boni operis cupidi: studiosiq; magis agēdi bñ q̄ʒ sermonis. Sed ecce iterum strepet gallus: testi domestico: non credendum: quoniam sit ciuis romanus Ambrosius qđ negari nequit. Nec intelligo tamen quid irato hosti plus sit fidei q̄ʒ placato ciui. Hieronymo autem quid opponet qui ⁊ Romam laudat: ⁊ laudatā dicit ab apostolo: de quo quoniaʒ in ipsa epistola ad Urbanuʒ scripsi: nil nunc amplius dico: sed ipsius Hieronymi dictum aliud coniungo: qui secundo libro in epistola ad gallathas. Romane plebis inqt laudatur fides: ubi tanto studio ⁊ frequentia ad ecclesias ⁊ martyrum sepulchra concurritur: ubi sic ad similitudinem celestis tonitrui anima resonat: ⁊ uacua idolorum templa quatiuntur: non ꝙ aliā habeant romani fidem: nisi hanc quaʒ omnes christi eccl'ie: sed q̄ʒ deuotio in eis maior ⁊ simplicitas ad credendū. ℂ Quid hic gallus dicet? An consonat hic Bernardo in eo maxime ꝙ ille incredulos primuʒ: dehinc impios tandem etiam proditores vocat: nimis si dici licet hostiliter? Ubi est aūt ista proditio? Ubi non potius obseruata publice ⁊ priuatim etiam hostibus romana fides: cuius omnis historia plena est? Illud quoq; quod hijs interposuit: temerarios in sancta illos dicens contrarium est fere omnibus scripturis: que romanis attribuit grauitateʒ. Quid est eniʒ tam temeritati dissonū: q̄ʒ grauitas? ℂ Sed audire gallū hinc video: protestantē. Nisi romanum hostem in testimoniuʒ adduxeris: non credam. Est plane hostis ex ore laus

Uirgili⁹ ingens. Nec immerito Uirgilius ait. Ipse hostis teneros insigni laude ferebat. Aperiat nunc aureʒ Gallus: ⁊ cristam insolentie dimittat: ut non semp placita: sed interdū uera incipiat audire: atq; ut ueris opinionibus locus sit: concretū puluerem erroris e cauda gallice leuitatis excutiat.

Pyrrhus Pyrrhus epirotharum rex hostis populi romani: cuʒ Cineam doctissimum illum virum ⁊ insignis memorie laude conspicuum pro componenda pace Romā misisset ⁊ infecto negocio redeunteʒ qualis esset Roma interrogasset: ille regum urbem sibi visam: siue ut alij perhibent regum patriam se vidisse respondit: si licet ⁊ illic fere omnes tales esse: qualis Pyrrhus in grecia: quem regum sane optimū fuisse cōstat ⁊ mitissimū. ℂ Uideat Gallus ⁊ Bernardus: videat iter reges optimos atq; mitissimos: ⁊ nō amicis modo sed hostibus minime odiosos ⁊ immiteʒ atq; intractabilem gentem ⁊ in extraneos inhumanaʒ: quid intersit. Nam ꝙ emulos ait in vicinos.

Machabeoꝝ directe opponitur ei quod in libro machabeorum de romanis legitur: ꝙ non inuidia neq; zelus iter eos. Nec ego nunc tamen Gallo meo transcribere librum illum cogito: ⁊ ut ipse mihi Iustinū quo ut uerum fatear non egebam: locum signasse suffecerit: legat ergo operis illius librum p̄mum capitulum octauum: ⁊ abunde laudatam virtutem atq; potentiam inueniet romanorum. ℂ Iam quidem grādiloquentiam paruificentie coniunctam romanis obijcit. Improprie dictum a Bernardo nunq̄ʒ dixerim: sed improprie ⁊ inepte ab hoc barbaro refricatū dico. Prima enim grecis datur: iungo ego grecis gallos: qui licet inferiores ingenio: iactantia ⁊ loquacitate superiores sunt. Romanis ad vitium non conuenit boni operis cupidis: ut repetaʒ quod premisit: studiosisq; magis agēdi bene q̄ʒ sermonis. De quibus scriptum est. Optimus quisq; facere q̄ʒ dicere mallebat. Scōm ꝟo illis affricuisse perridiculum: Audeo enim dicere quod me uerum dicere certus sum: ⁊ nihil facile affirmare solitus hoc affirmo: ꝙ totius humane magnificētie supremum domicilium Roma est: nec est ullus tā remot⁹ terrarū angulus qui hoc neget. Qđ si barbarus hic ignorat: aut torpet: aut stertit: aut plene desipit ⁊ insanit. Quid enim magnificum queso legit vnq̄ʒ aliquid aut audiuit sine nomine ⁊ gloria urbis Rome ex quo urbs ipsa condi cepit ⁊ crescere? De quo tempore scriptū est. Nunc quoq; Dardanum fama est consurgere Romam: q̄ʒta nec est nec erit nec visa prioribus annis. Et ab ingenio altiore. Illa imperium terris animos equabit olimpo. Septemq; vna sibi muro circūdabit arces. Felix prole virum. ⁊ rursus idem. Uerum hec tantuʒ alias inter caput extulit urbes: q̄ʒtū lenta solēt iter iuburna cupssi. De qua alter vir magnus. Nulla vnq̄ʒ res publica nec maior nec sanctior nec bonis exēplis ditior fuit. Uellē scire qd nunc agit gallus nr̄. Sed sat scio stupet hec ignota que neq; a gallis neq; a gallinis adisci possunt. Discunt ab historicis ⁊ poetis ac scriptorib⁹ rerū. Nec stupet mō sed irascitur: quoniam hec tam multa taʒ magna de Auinione ac Parisius non habentur. Quarum altera significatorem non habet in celo. Alteram laudat Arthicrinius: de quo post videbimus. Ante tamē q̄ʒ ad laudes alias procedam conuitijs respondendum est: que nisi fallor duo nunc etiaʒ supersunt in uerecundos romanos ad petendum ingratosq; cū acceperint ille vir sanctus ait. Unum a tergo relinquebam: frontosos scilicet ad negandum. Hoc est fere nisi me fallit numerus: obiectorū summa. Nā quod hijs additur insuetam paci genteʒ assuetāq; tumultibus ac bellis si negare uelim: iam ipse fatebitur: a numa rege in cesareʒ augustuʒ non nisi ter clausus ianus: quibus exercendis in utraq; fortuna tanta fuit virtus: ut post hunc barbarum patrio more tergiuersantem: nil in terris simile vnq̄ʒ extitisse fidenter addiderim: nec futurum esse omnib⁹ notum sit videatur in omnibus romanis bellis cū fortitudine certasse iustitiaʒ. Sintq; illa uerissima que in libris autenticis scripta sunt. ut omnes gentes sciant populum romanum ⁊ suscipere iuste bella ⁊ finire atq; in omni fortuna eosdem animos habere: immo ꝟo magnitudinem populi romani admirabiliorē ꝓpe aduersis reb⁹ q̄ʒ secūdis esse. Et illud ab hoste ēt p̄dicatū populum romanuʒ eo inuictū esse ꝙ in secūdis reb⁹ sape ⁊ cōsulere meminerint: ⁊ mirādū fuisse si al'r facerēt ex isolētia: qbus

noua bona fortuna sit: impotentes letitie insanire populo romano usitata: ac prope iam obsoleta ex victoria gaudia esse: ac plus pene parcendo q̃ vincendo imperium auxisse. q̃q̃ quid ego ista minutiora perstringo: que si uelim cuncta complecti: omnes mihi scriptorum secularium libri illustres transcribendi erunt? Quid est enim aliud omnis historia q̃ romana laus? vnũ inter alia est: quod non modo acceptarem sed aceruare propositũ est. gentem subdi nesciã fateor: sed subdere alias ⁊ pre esse: ne si hoc negare uoluero magnitudo conuincat imperij: quod licet inter manus barbaricas im minutum atq̃ debilitatum ⁊ pene consumptuʒ sit: romanas inter manus tale fuit: ut omnia mundi illi admota puerile ludi fuisse videantur: ⁊ inania nominatq̃; q̃ non sim nescius quosdam leuissimos grecorum: qui ut Titus ait Liuius: ⁊ parthorum quoq̃ contra romanum nomen glorie fauent dictitare solitos: maiestatẽ Alexandri macedonis: vir quidem tenui fama Rome cogniti: non laturũ fuisse populum romanũ: videlicet non tot duces egregios: tot prudentium ac fortium virorũ milia: vni furioso adolescenti potuisse resistere. Neq̃ solum leuissimi grecorum: sed quod Titus Liuius noscere non potuit: leuissimus quidam nuper uanissimusq̃ gallorum: idẽ dixit. Et sic omnis pudor perijt: ut non tm̃ litteris vilissimam hanc nugellã: sed mi mis etiam carminibusq̃ mãdaret. Nescio quideʒ cur: nisi q̃ insignem: nec tam grecum q̃ gallicũ potatorem nouerat Alexandrum: ⁊ similitudo morũ parit amicitias: ⁊ partas nutrit. Jratus uocor: immo quidem causam aliam scio. Tantum est enim odium romani nominis: ut non Alexandrum modo: sed Sardanapallũ Julio Cesari prelaturi sint. Nempe illos nisi per famaʒ nõ nouerunt. Huc sen serunt eorum ferro viscera resecanteʒ atq̃ insolentias castigantem. Diffitentur tamen ⁊ crepent me dij: nunq̃ sibilis vipereis ueritas quatietur. Adamantino monte solidior semper romana gloria toto orbe resonabit: semper inuidentium illi nomen erit inglorium: immo infame. Sed de hoc ne in lõgum nimis exeam: nil amplius. De omni eniʒ ista materia: ab ipso Tito Liuio: ab urbe condita libro nono: preclarissime disputatum est. Jbi legat barbarus: ⁊ crepabit. ¶ Hoc igitur quẽ confiteor articulo p̃termisso: ad eos redeo quos negabo. Obijcitur romanis impudentia ad petendum: ingratitudoq̃ accepti: duo magna si uera sũt vitia. Que nunc tantis obiectibus nisi ueritas nuda responde at? Contra primum quidem mille sunt testes: sufficiant tamen in p̃sens: tres populi: duo reges: Bello punico secundo: afflictis pene ad ultimũ romanis: reb⁹ atq̃ errario exhausto: Neapolitani legatos Romam cum muneribus miserunt: in quibus erãt q̃draginta patere auri magni ponderis. Quibus in capitolium inuectis: ⁊ ante pedes patrum expositis: orabant legati: ut munus de se paruum ingens tamen deuotione mittentium: dignarentur recipere: ⁊ neapolitanorum rebus omnibus tanq̃ proprijs suis uti. Neapolitanis gratie acte sũt: legatiq̃ cum muneribus remissi auri nihil acceptuʒ est: preter vnam eamq̃ minimi põderis paterã: ne amicorum munus spreuisse crederentur. ¶ Eodẽ tempore ⁊ p̃nestani legati ipsi quoq̃ ⁊ pateras aureas attulerunt. ⁊ gratijs actis remissi sunt auri nihil acceptũ est. ¶ Post id tẽpus durãte adhuc bello cũ carthaginenses ad conducenda stipendiaria auxilia: cum immenso pondere auri ⁊ argẽti in hispaniaʒ misissent: capti nuncij a saguntinis: cumq̃ omni eo quod attulerant Romam missi per legatos: quibus gratie acte: aurum ⁊ argentum quod hostibus ereptum ⁊ in suam pernitiem missum suo quodam iure retinere poterant: legatis redituʒ: insuper addita munera: solum nuncij hostium retenti: coniectiq̃ in carcerem ut aduocata in consilium nõ auaritia sed inimicitia redderet. ¶ Pyrrhus ille cuius mentioneʒ fecimus sentiens romanos armis indomitos muneribus aggredi instituit. Jtaq̃ pro pace cum Cineam mitteret: magnos illi constituit tauros: quibus patritios ac senatuʒ: dehinc ordinem equestrem: postremo plebem humileʒ reuocaret siue tentaret: quid autem? Neminem cuius domus muneribus pateret: inuenit: qui si missus esset Auinionem: puto aliquod apertum ostium inuenisset. ¶ Per eosdẽ dies Ptolomeus rex egypti legatis romanis ad se profectis: magna munera miserat: que cum illi alto animo recusassent: ad cenaʒ postridie inuitatis: singulis aureas coronas in conuiuio destinauit. Quas cuʒ ob honorẽ magni ⁊ amici hospitis recepissent: die illas proximo statuis regijs imposuerũt: ut intelligi daretur caritatem eos ⁊ honorificentiam regis acceptasse: non aurum. Quam inuerecundi ergo essent ad petendum negata: qui tam obstinati erant ad oblata renuẽduʒ: viderit ipse qui dixit. ¶ Cõtra secundũ ꝓ obiectum scilicet indignis ingratitudineʒ: multi quoq̃ ⁊ reges ⁊ populi testes sunt. Masinissa in p̃mis rex numidie. Attalus ⁊ Eumenes pergami: Hiero Sicilie: Deiotar⁹ minoris armenie: Mamũtini preterea: innumeriq̃ alij: quos attingere lõgũ est. Sed ad summam ⁊ si aduersus quosdã ciues seueri patris in morem durior non neget: q̃ uel suum reiq̃ publice decus: uel illorum merita postularent: erga amicos non solũ reges ⁊ populos sed humillimas quoq̃ personas: nihil gratius populo romano. De quo uerissime scriptum est. Senat⁹ ⁊ populus romanus beneficij memor ⁊ iniurie immemor esse solet. Et iterum. Romani domi militie q̃ intenti: festinare: parare: alius alium hortari: hostibus obuiam ire: libertatem: patriam: parẽtes armis tegere: postea ubi p̃icula virtute propulerant: socijs atq̃ amicis auxilia portabant: magis dandis q̃ accipiendis b̃nficijs amicitias parabãt. Et rursus. Hoc in pectus tuum demitte: nunq̃ populum romanum beneficij victum esse. Nã bello q̃d ualeat: tu testis. Hoc perproprie sibi dictuʒ gallus accipiat. Scit enim: ⁊ si nescit: expertos milies suos maiores interroget: ⁊ dicent sibi. Ante alios ille. Sic enim de ipso scriptum est. Corpore: armis sp̃uq̃ terribilis: nomine quasi ad terrorem cõposito: Uencigerotrix aluern⁹ galliaꝝ rex: qui fortuna multis p̃lijs sepe: ⁊ magnis bellis atq̃ conatib⁹ retẽtata: nouissime in deditionẽ redact⁹: ⁊ maximuʒ victorie dec⁹: supplex cum in castra uenisset. ⁊ phaleras ⁊ sua arma ante Cesaris genua proiecit. Et habes inquit fortem virum: vir fortissime vicisti. Non mitto aliquid hac in re. Flori illustris historici uerba sunt. Unum superest. Romana illa duricies siue ut eius uerbo utar: frontositas ad negandum. Et est sane difficile in vniuersuʒ pronuncia- Uẽcigerotrix aluern⁹

re.tam dissimiles tam diuersi sunt hominum mo-
res. Dabo autem e tot millibus duos viros ro-
manos ac principes:qui insimulationem publicaz
Juli⁹ cesar singulari sua laude discutiant. Julium Cesarez:⁊
Titũ vespasianũ. De quoruz primo scriptũ est.
Tit⁹ ue-spasian⁹ Cesar in animũ induxerat laborare:vigilare nego
cijs amicorum intentus sua negligere:nihil dene-
gare quod dignum dono esset. Alter ⁊ ipse nihil so
litus negare non oportere aiebat quenq; a sermo-
ne principis tristem discedere. Atq; etiaz recorda
tus quondã super cenã:ꝙ nihil cuiq̃z tota die pre
stitisset:memorabilem illaz meritoq; laudandam
uocem edidit. Amici diem perdidi. Sic enim de il
lo scribitur:⁊ rursus. Neq; negauit quicq̃z peten
tibus:⁊ ut que uellent peterent ultro adhortatus
est. Non prosequor utriusq; clementiaz morumq;
dulcedinem. Sufficit ad obiectum negandi duri-
tiem respondere. Sed occurret. Et nõ sunt inquit
omnes tales. Certe nam si essent:non tanta eẽt eo-
rum gloria. Magnum rerum atq; hominum dec⁹
est raritas:magnum imparitas ornamentum. Si
pares essent omnes nullus excelleret. Det mihi ad
uersarius vnum Gallum:uel omnino vnuz barba
rum similem hijs duobus ⁊ vicerit. Nescio quidẽ
an ad cũcta respõderiz:nec tãti illa facio:ut in hac
inquisitione multus sim. Optarem ego si fieri pos-
set:ut ille vir tantus discussisset:nõ modo quid di-
ceret:sed ⁊ contra quos diceret:fortasse etenim ta-
cuisset:nec perpetuam illam fame notam immeri-
tis immisisset. Sed si irreuocabile uerbum:q̃zto ir
reuocabilior est scriptura:presertim post obitũ scri
bentis? Itaq; quod scripsit scripsit. Eat ut potest.
⁊ rerum ueritas cum contradictione linguarũ suo
marte contendat.sub incorruptis non sum dubius
victura iudicibus:aliorum sententias contemptu
ra. Non potuit vir sanct⁹ errare:sed si homo:si gal
lus:si burgundio:si iratus errasset:non esset ut ar-
bitror iter ꝓdigia numerandũ. ¶ Cetez quocũq;
res uergat:non efficiet barbarus:quin in loco fa-
mosissimo iuris ciuilis ita scriptum non sit. Sum-
ma reipublice tuitio de stirpe duaruz rerum armo
rum atq; legum ueniens:vimq; suaz exinde muni-
ens:felix romanorum genus omnib⁹ anteponi na
tionibus omnibusq; dominari:tam preteritis effe
cit temporibus q̃z deo propitio in eternuz efficiet.
Mirum ualde. Romanorum dixit:non galloruz.
Et ita ſm Saluij Juliani scripturam que indicat
debere omnes ciuitates consuetudinem Rome se
Rome qui ⁊ legem:que est caput orbis terrarum:non ip-
leges i- sam alias ciuitates Romam dixit:non Parisius.
perium Et preterea legum corpus non Auinionem sed ro
⁊ Põti mane iustitie templum dicit:quin ⁊ leguz originẽ:
ficatus ⁊ summi pontificatus apicem Rome attribuit:de
q; hoc dubitare neminem ait. Neq; enim dubitan
tem de hoc:immo aperta prorsus impudentia re-
luctantem barbarum istum norat. Quin eandem
urbem legum patriã:sacerdotij fontez uocat. Ego
autem petita uenia:occiduam hanc Hierusalẽ vn-
de homo ille descendit:felicissimus ni redijsset pa
triam potorum ⁊ vini multiplicis fontez uoco. Cõ
fer nunc titulos.vincet Auinio:maxime si illos ad
didero mundo notos mihi autem a pueritia longe
notissimos:quos ut taceaz uerecundia persuadet.
Sed iaz sensim fatigari incipio romane urbis pre
conia colligẽdo:quibus si diutius imorari uelim:
tempus mihi prius defuturum:q̃z materiam intel
ligo. Parcendum ⁊ scribentis tedio ⁊ legentis:at-
q; in primis barbari illius:qui q̃z amaro animo q̃z
tristis hec videat:audiatq; q̃z cupide:si facultas de
tur:ex libris hec omnibus erasurus sit. Non aliter
scio q̃z si oculis viderem:ita illũ ex animoso nimis
alloquio nosce mihi videor. Et quoniam in vno eo
demq; homine:galli cristam atq; anseris linguam
monstri gen⁹ ⁊ contentiose gentis peruicatiã:noui
illuz exclamantẽ hinc exaudio. Uera erãt ista dũ
scriberẽtur:sed mutata sunt tempora. Mutata ita
q; tempora:⁊ mutatos homines:mutataq; omnia
⁊ in peius fateor. Cui eniz queso non illud linci ua
tis auditum est. Damnosa quid non imminuit di-
es:etas parentum peior auis:tulit nos nequiores
mox daturos progeniẽ vitiosiorez. Sed vniuerso
lis ista mutatio est:q̃zuis necessario ut dixi in reb⁹
maioribus maior sit:⁊ non solum in tot seculis sed
in paucis annis ⁊ in nostra etate mutatio mirabilis
⁊ miserabilis facta est. Et si res prodeunt ut cepe-
runt ualde ut reor ad mundi exituz propinquam⁹.
Quis non dicã gallus sed asellus hoc nesciat? Et
si loqui ualeat fatentur? Ego quidem mutationes
temporum legens:nõnunq̃z tardior ad credenduz
ex hijs que ipse nuper oculis meis vidi:nil iam in
credibile existimo. Uerumtamen in hoc statu reꝝ
nũc ẽt romanos viros bonos:⁊ si amice:si paterne:
nõ hostiliter non tyrannice tractarentur satis affa-
biles expertus dico:multis annis cum eisdez Ro
me ⁊ alibi conuersatus. In vno plane fateor intra-
ctabiliores esse romanos q̃z hierosolymitanos rho
dani:ꝙ non tam equis animis coniuges suas sibi
eripi pati possunt: omnia prius q̃z dedecus id la-
turi. Nempe quoruz in auribus adhuc sonat:uer
bũ illud uetus:icilij ciuis sui. Seuite in tergũ ⁊ cer
uices nostras pudicitia saltem in tuto sit. Que uox
toto orbe dignissima exaudiri:propter distantiam
forte in gallias ⁊ ad ripam rhodani non peruenit.
Et q̃zuis iste conuitiator non contentus Bernardi
conuitijs:auaritiam illis obijciat:dicens eos sem-
per lucris temporalibus inhiantes:nihil aliud co
gitare:nihil aliõ somniare:ego pace eius nihil hoc
falso falsius dico. Nulla gẽs minus lucro dedita
est. Nunq̃z magna in urbe tam pauci mercatores:
tam nulli feneratores inueniũtur. Itaq; preter ꝑn
cipes qui plures sunt q̃z gallus hic cogitet:⁊ maio
res:nullus fere in populo tãto diues est:ut nõ ma
gis uoluptatibus q̃z lucris incumberent. Et de vi
ris quidem hactenus. Sin autem saltatrices suas
claudas ac potrices:romanis matronis compara
re uoluerint sol eclipsabitur:mare tumultuabitur:
terra tremet:ego attonitus obmutescam. Cogitet
gallus ⁊ recogitet:odijq; uelum ab oculis mentis
ammoueat:Uidere fortassis incipiet quid intersit
inter romanam grauitatem ⁊ gallicam leuitatem.
Sed ipse ut auguror Rome semper pauens. Sic
eniz scripta eius indicãt. Ideoq; iudicij ipos fuit:
vn⁹ ex illis de q̄bus ait psalmista. Illic trepidaue- Psalmista
rũt timore ubi nõ erat timor. Nec eniz amicis for-
midabiles sed amabiles sũt romani. Gallus autez
qui illos:nulla q̄dẽ alia cã:nisi hereditario quodã
iure oderat:se ab illis amari nõ posse existimabat.
Non iniustus metus fateor:sed iniustum odium:
odisse qui nihil mali sibi fecerant. Et si patres eius
ab illorũ patribus victi:domiti triumphati ac tri-

butarij facti sint. sed illa transierint: non est causa
odij nisi mala mens: malus animus ut ait Comi-
cus: Implacatus: inflexibilis ad maliuolentiaꝫ ob
stinatus. Et o utinam quando amori non est locꝰ:
esset vicissitudo ⁊ paritas odioruꝫ: ut sicut illi nos
oderūt in toto corde suo: in tota anima sua: ⁊ in to-
ta mēte sua: ita nos illos odissemus: aut ego fallor
augurio: aut e uestigio litium omnium finis esset:
idem ille qui maioribus nostris fuit. ¶ Progredi
or aūt meo quidem: non illius ordine. Quid nunc
agit igitur inquietus ⁊ impatiens ueritatis homū
cio? Et quid putas? Aggrauat crimina: blasphemi
as coaceruat. Et primo populum barbarum dixis-
se arguor: quem dicereꝫ aliter non poteram nec de-
bebaꝫ: nisi noua uocabula rebus imponere uoluis-
sem. Insuper ⁊ beunense vinum de quo satis est di
ctum: ⁊ rhodanuꝫ blasphemasse. Mirum ꝙ inter
tot blasphemias uestimenta sua nō scidit: Ego vo
nil penitꝰ blasphemaui: sed optaui ut cause malo-
rum ingentium tolerentur: uenenose damnoseqꝫ
vindemie tristis exilij. Quid gallicus noster stre-
pit? Quod inquit exiliuꝫ in Auinione passa est ec-
clesia? Responsio odiosa non operosa: ipse sibi re-
spondeat: quid sit penitus qui hoc nescit: scit utiqꝫ.
Sed precipitem in locum astu barbarico me ipel-
lit ut cadam. ¶ At ꝙ rhodanū exilij locū dixi: nō
debet quasi rerum inscius stupere. Turpe est eniꝫ
docto viro de communibus admirari. Legat Be
de librum de temporibus. legat ⁊ Josephuꝫ. Sco-
lasticam deniqꝫ notam omnibus euoluat historiā.
Inueniet filium Herodis Archelaum ab augu-
sto propter eius scelera exilio damnatuꝫ. Quo au
tem deportatum? Nempe viēnam Rodani ciuita
tē. Procedat gallus noster ulterius: ⁊ videbit He
rodem illum qui cognominatus est antipas simili
ter relegatum. Quo autem opinemur: nisi ad lo-
cum exilij viennam? Procedat nunc etiam: ⁊ vide
bit Herodem alterum tetrarcham scilicet a Gaio
principe Lugdunuꝫ rhodani relegatū. ubi cū uxo
re que illum ad exilium coniugali pietate prosecu
ta erat: misera morte consūptus est. ¶ Sed nimis
accelero. Ubi Pontiū Pilatum linquimus: qui iā
antea magnorum reus criminum: Lugdunū quo
qꝫ a Tyberio fuerat deportatus? Dicat nunc Gal-
lus: q̄ꝫ q̄ꝫ sit dicatulus me mentituꝫ: in epistola ubi
ad Urbanuꝫ scripsi: rhodanū non romanorum pō
tificum sedem esse: sed reorum atqꝫ exilio damna-
torum. ¶ Pōt quidem non inficior: romanus pon
tifex si uelit: non in gallijs modo: sed in hispanijs
aut britannijs habitare. At quid expediens: qd ho
nestum: sua ipsum sapientia non dubitare non du-
bito. Sibilla uereor. Qui enim potuerunt vnuꝫ se
nem uerbis e propria opinione euellere: q̄ꝫto pote
runt facilius vnum iuuenem in communi omniuꝫ
sententia detinere? De hoc tamen christus viderit.
Sua res agit̄. Ego q2 plus nō datur: duꝫ loqui po
tero nō tacebo. Potest Auinionē caput mūdi pre
sentia sua facere. Quid ni enim possit omnipotentꝭ
domini vicarius: ⁊ Christiani caput populi? At si
eā uelit gloria ⁊ honore ac deuotione fideliuꝫ Ro
me parem facere: illi ipso domino erit opꝰ: ut arbi-
tror qui facit mirabilia magna solus. ¶ Ecce autē
inter loquendum mihi quod sepe accidit in animū
uenit: de quo nihil incipiens cogitaraꝫ. Gaudeāt
nūc igitur ⁊ exultent galli: paruis ⁊ friuolis ex cau

sis soliti gaudere. Magna immo maxima res in-
uenta est. Gaudeant inq̄ꝫ ⁊ qui gloriantur in pocu-
lo glorient̄. ubi apud historicos est mentio de hoc
exilio Lugdunensi: hijs utuntur uerbis. Pro hijs
oibus deportatꝰ est in exiliuꝫ Pontius videlꝫ Pi-
latus. Lugduū. ⁊ sequitur. vnde oriunduſ erat: ut
ibi in obprobriuꝫ gentis sue moreretur. Parua ne
igitur gaudendi causa est tantum ciueꝫ inuenisse o
mens hominum obliuiosa ⁊ improuida. Ego qui
dem ex euangelio mirabar: quomodo in passione
iesu christi Pontius Pilatus taꝫ prompte manus
lauisset: quasi innocens a sanguine iusti illius. Nū
q̄ꝫ facere hoc sciuisset: ni fuisset gallus. Gens argu
tula promptula: facetula. Miror ꝙ non etiam lo-
tis manibus semel bibit: ut innocentior videretur.
Noueram ab adolescentia Pontium Pilatū: gal-
lum esse: sed tempore mihi elapsus in tempore re-
dit: ut cum hoc precone gallorum cōmunicato gau
dio gratularer gallicis nationibus tanto duce no
bilitatis. ut iā frustra Roma suos cesares loquat̄.
suos Scipiadas: suos emilios: suos ⁊ marcellos
⁊ fabios: ⁊ metellos: ⁊ pompeios: ⁊ catones: ⁊ cu
rios ⁊ fabricios: ⁊ coruinos: ⁊ decios: ⁊ torq̄tos:
⁊ flammineos: ⁊ ualerios: ⁊ apprios: ⁊ papyrios:
⁊ camillos. Hijs alijsqꝫ omnibus respōdebit Pō
tius: qui non de Hannibale neqꝫ de carthaginēsi-
bus: nō de pyrrho: nō de macedonibus: nō de gal
lis: de germanis: de britānis: de hispanis: de vol-
scis: de sannitibꝰ collatis signis: sed de Jesu naza-
reno lotis manibꝰ illoto animo triūphauit. ¶ No
minatim gallo nostro gratulor qui bellum mecum
⁊ cum ueritate suscepit nusq̄ꝫ credo triumphaturꝰ
de nobis: nisi in arcu parui pontis: ⁊ in vico stra-
minum: famosissimis nunc locorum omniuꝫ nostri
orbis: mulierculis puerisqꝫ plaudentibus: ⁊ quic-
quid contra italiam dictuꝫ fuerit consona uoce lau
dantibꝰ. Felix natio que de se optime: de alijs om
nibus pessime opinatur: grato saltem semper le-
ta mēdacio. ¶ Sed nōne ego sim iniurius qui sic
famam gallice gentis extenuem: quasi non sit eis
alius vir illustris nisi pontius pilatus? immo qui
dem ⁊ alij multi sūt: quos hic vir iratus in oculis
mihi ingerit: ⁊ queritur me dixisse. Nullus doctꝰ
in gallia. Quomodo ego dicerem de tam magna
prouincia tot studijs ornata? Nōdum sic insaniaꝫ
